MONVMENTA

GERMANIAE

HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI

AVCTORVM ANTIQVISSIMORVM TOMVS X

CLAVDII CLAVDIANI CARMINA

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCXCII

CLAVDII CLAVDIANI

CARMINA

RECENSVIT

THEODORVS BIRT

ACCEDIT APPENDIX VEL SPVRIA VEL SVSPECTA CONTINENS

BEROLINI
APVD WEIDMANNOS
MDCCCXCII

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

I. DE CLAVDIANI VITA ET SCRIPTIS ET TEMPORVM HISTORIA.

I.

Claudius Claudianus pleno nomine in libris manuscriptis satis raro dictus est: laudandi sunt Parisini lat. 8080 saec. XIII et 15005 saec. XIII—XIV; item in catalogo quodam librorum saeculi XII comparet[1]), in alio *liber Claudii et Claudiani*[2]). Solum *Claudii* nomen habet codex antiquissimus Veronensis R in carm. min. 3; item librorum catalogus codicis Santeniani saec. IX primum *glaudiani deraptu proserpinae lib. III*, mox *Claudii in eutropium lib. III*[3]); item *Claudius* poeta dicitur apud Gualterium in Alexandreidis libro quinto v. 505[4]). Ceterum nomen gentile, quod paene praenominis vicem habet, deesse solet. In chronicis maxime et apud testes reliquos suae aetatis et insequentis Claudianus nominatur, nil additur. Certissime tamen de *Claudii* nomine ex titulo honorario clarissimo CJL. VI 1710 constat, atque iam antiquissima editio Barnabae Celsani docte idem in fronte posuit folii A_3[5]).

De patria vel urbe natali, ne errores posteriorum recoquam[6]), poeta ipse nihil nisi quod carm. min. 19. 3 Nilum fluvium opponens Italiae et Graeciae *nostrum*

1) In codice bibl. Abrincis, cf. G. Becker Catalogi libr. antiqui (1885) p. 69 sub n. 91. 2) Codex monasterii Burgi S. Petri saec. XII sub n. 40; cf. Becker l. l. p. 239. 3) Catalogus bibliothecae cuiusdam regni Francogallici; cf. l. l. p. 41. 4) Adde quod in cod. Ecclesiae Dunelmensis saec. XII afferuntur sub n. 351 et 352 *Claudii duo* (Becker p. 242). 5) *Flavius Claudianus* in libris nullius fidei extat velut in Riccardiano 718 saec. XV, Laurentiano pl. 33 c. 1 saec. XV—XVI, Urbinate 657 saec. XV; nempe Stilico Flavius fuit. 6) In libris expressis antiquissimis vitam dedit primus Barnabas Celsanus in ed.

vocat et quod carm. min. 22, 56 Aegyptum sibi et Hadriano *solum commune* nuncupat; Hadrianum autem Alexandrinum fuisse carm. min. 21, 1 attestatur ubi *Pharius* ille

---

Vicentinae fol. 1, alteram Parrhasius Raptus Proserpinae editor repetitam in Aldina, satis bonam Camers composuit fol. F III (vel 189), aliam Petri Criniti praemiserunt Iuntina et Isengrinius et Gryphius, perfectiorem dedit Gregorius Gyraldus in „dialogo de Latinis poetis IIII“, repetiverunt Pulmannus in ed. p. 7 et Scaliger p. 3.

Ex manuscriptis primum inicio vitam quam scripsit Constantinus Lascaris in codice miscellaneo Matritensi 61 in fol. 141 (cf. Iriarte, Regiae Matrit. codd. graeci. Matriti 1769 p. 215): *Κλαυδιανὸς ἀλεξανδρεὺς ἐποποιός· ἐπὶ ἀρκαδίου καὶ ὀνωρίου τῶν υἱῶν θεοδοσίου τοῦ μεγάλου ἱσπανοῦ βασιλέως γεγονότος κωνσταντίνου πόλεως· ἧς ἦρξεν ἀρκάδιος· ὁ δὲ ὀνώριος ῥώμης· ᾧ σύνην οὗτος ὁ ποιητὴς πλεῖστα συνθεὶς λατινικῶς καὶ ἑλληνικῶς· ἐφ' ᾧ καὶ τουτὶ ἐπιγέγραπται· | ᾧ ἔνι βιργιλίω (sic) νόον καὶ μοῦσαν ὁμήρου Κλαυδιανὸν ῥώμη καὶ βασιλεῖς ἔθεσαν.* Haec unde conquisiverit Lascaris facile est ad perspiciendum. In codice Cheltenhamensi 3390 saec. XV idem illud Graecum de Claudiano epigramma *εἰν ἐνὶ βιργιλίοιο κτλ.* scriptum et satis eleganter ita versum est:

Maonide cui mens claudi cui musa maronis
Hanc tibi cū roma caesar uterqȝ dedit.

Quam ipsam versionem ad verbum usque repetiit Parrhasius in vita. Vita fabulosa omnino in codice Musei Britannici Tit. D 20 saec. XVI fol. 136 sic incipit: *Claudianus nacione gallicus et frater beati mamerti episcopi (!) vir erat in arte et eloquio adeo elegans . . . . Unde piorum imperatorum theodosii archadii et honorii temporibus apud constantinopolim quae grecie est metropolis in habitu monastico (!) ut quidam (?) volunt vitam regularem ducens plura opera scripsit;* sequitur operum vel enarratio vel enumeratio

Ecce Claudianus natione Gallicus! Et „Gallum“ etiam Claverius „in veteri codice“ eum perhiberi memorat fol. 2; patet id ex Claudiano Mamerto in illum translatum esse; unde mirum quantum decrescit Claveriani libri auctoritas. Nec aliter iam Petrarcae adversarius anonymus quidam, contra quem direxit hic Apologiam; cf. Petrarchae ed. Basil. 1581 p. 1081. Sed etiam Siculum eum habitum esse illa aetate reviviscentis doctrinae ostendit Jeepius „Cl. Claudiani carmina“ I p. VI. Ceterum Parrhasius: *Cl. Claudiano poetae simile quiddam contigit quod Homero, quippe quem sibi civem nonnulli vendicant: et inprimis Hispani ac Florentini.* Hispanum quis dixerit non inveni. Florentinum confirmat codex Ottobonianus 2126 saec. XV ubi Raptui subscriptum est: *Finis Claudiani poete Florentini;* item Cheltenhamensis 9125 chartac. saec. XV ubi post Raptum et Phoenicem hoc epitaphium Claudiani legitur:

Aegypto genitus (*legatur* genitum) noua me florentia ciuem
Legibus agnouit magis (*legatur* magnis) iam digna poetis.
Infernos raptus cecini pugnasque deorum
Cęsarias laudes nec non stiliconis honores.

Hoc autem epigramma ad P. Collutium Florentinorum olim scribam refert Gyraldus in vita (simile epigramma Politiani vide ibid. et apud Jeepium I p. VII). Quas de Florentia ineptias quis primus contenderit Gyraldus his verbis prodidit: *Franc. Petrarcha et Landinus nulla, ut reor, auctoritate nixi . . . Florentinum Claudianum arbitrantur, fuisse patre natum mercatore, qui ob Italica bella, quae tum forte erant, in Aegyptum secessit, quo in loco ducta uxore Claudianum filium genuit.* Magnus Petrarca ubi de Claudiani natalibus disputaverit nescio, nisi quod eum conterraneum suum vocavit epist. rer. senil. VII 1 (p. 824 ed. Basil.) et in Apologia hanc quasi arcanam scientiam iactavit (ibid. p. 1081): *duo enim fuerunt Claudiani, poeta alter et paganus, alter praesbiter Christianus . . . . . ille autem et unde fuerit etsi sciam non dicam, ne Gallus insultet, velle me patriam meam satis per seipsam Deo gratias „florentem“ uno Pierio cive nobilitare.* Inductum eum ad hanc existumationem esse eo, quod Claudianus in Rapt. II praef. 50 Florentinum quendam adloquitur, recte monet Claverius in ed. fol. 2ᵛ. Opportune autem accidit ut ipse ille Claudiani codex, quem Petrarca possederat, nobis servatus sit; hic est pulcherrimus ille Parisinus lat. 8082 saec. XIII quem signavi *II*, ubi in folio A a m. recentiore Petrarcae nomen inscriptum est. Quo in codice si evolvis locum illum Rapt. II praef. 50, ecce ad vocabulum *Florentine* in margine viri laureati caput nitidissime et sat eleganter delineatum eodem atramento, quo usa est manus prima, deprehenditur, estque etiam digitus adpictus qui ab hoc capite ad Florentini nomen oculos legentium derigat. Hunc virum laureatum et poetam ipsum esse credidisse et ad Florentini nomen rettulisse Petrarca videtur. Landini, quem nominat Gyraldus, opera inspicere mihi non contigit; fuit autem etiam hic statione Florentinus. His adnectenda memoria est codicis Leopoldiani, bibl. aedilium Flor. eccles. 203, extitisse „imaginem C. Claudiani poetę depictam Florentię inter ceteros illius urbis pręclaros uiros in habitatione proconsulis quae non longe abest a prioris palatio“ (Jeep. I p. VI), eique subadditos fuisse versus hos:

Claudianus adest hic noster origine civis
Quem parit aegyptus peperit florentia patrem.
Rufini aduersos casus Stiliconis et odas
Caesareasque tuosque canit proserpina raptus.

dictus est: ipsa itaque poetae patria Alexandria fuit. Item quod carm. min. 22, 20 Alexander Magnus *patriae conditor* praedicatur, ea verba de solius Hadriani patria interpretari sane sufficit: quoniam vero v. 56 illud *commune solum* scriptum est, patria simul et Claudiani intellegitur. Conspirat Hesychius Milesius apud Suidam qui haec tradidit: *Κλαυδιανὸς Ἀλεξανδρεύς, ἐποποιὸς νεώτερος· γέγονεν ἐπὶ τῶν χρόνων Ἀρκαδίου καὶ Ὁνωρίου τῶν βασιλέων*[1]). Certiora Claudiani expilator Apollinaris Sidonius solus accepisse videtur sic eum et Raptum eius Proserpinae afferens c. IX 275 sq.: *Pelusiaco satus Canopo qui ferruginei toros mariti et Musa canit inferos superna.* Itaque neque ex poetae ipsius verbis neque ex Hesychio exacte effici potest natum eum esse Aegypti, ut, si ex aliis testimoniis contrarium efficias, necesse non sit nisi statuere civem Alexandrinum fuisse, natum vero extra patriam. Natum *(satum)* Aegypti esse Claudianum unus dicit Apollinaris. Hoc autem Apollinaris testimonium nullo iure neglegas: neque equidem, nisi certissima argumenta repugnabunt, haec a Sidonio vel excogitata vel ex locis modo allatis Claudiani falso conlecta esse mihi persuadebo[2]).

Iam vero prorsus discrepat Laurentius Lydus de magistr. I 47 Paphlagonem esse dicens Claudianum idque qui ostendit Buechelerus in Mus. Rhen. 39, 282 sic accepit ut in Paphlagonia natum poetam statueret.

Locum Lydi moleste turbatum explanem necesse est. Qui postquam c. 16 fin. pronuntiavit se de adoratoribus, veteranis, tironibus esse acturum, c. 17 primum de adoratoribus et veteranis paucissima, plura deinde de tironibus profert, inter veteranos et tirones tractandos interponit locum amplum de huius argumenti auctoribus; hac interpositione et structura grammatica laborat et ordo rerum: auctores enim in initio adferendi fuerunt. Leguntur itaque haec:

Ἀδωράτορας οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς ἀπομάχους καλοῦσιν (ἀδωρέα γὰρ καὶ αὐτοὺς ἡ τοῦ πολέμου λέγεται δόξα ἀπὸ τῆς ζείας καὶ τῆς τιμῆς τῶν ποτὲ τιμηθέντων αὐτοῖς)· βετερανοὺς δὲ τοὺς ἐγγεγηρακότας τοῖς ὅπλοις· μάρτυρες Κέλσος τε καὶ Κατιλίνας (οὐχ ὁ συνωμότης, ἀλλ᾽ ἕτερος), Κάτων πρὸ αὐτῶν ὁ πρῶτος, καὶ Φροντῖνος, μεθ᾽ οὓς καὶ Ῥενᾶτος, Ῥωμαῖοι πάντες· Ἑλλήνων δὲ Αἰλιανὸς καὶ Ἀρριανός, Αἰνείας, Ὀνήσανδρος, Πάτρων, Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς πολιορκητικοῖς, μεθ᾽ οὓς Ἰουλιανὸς ὁ βασιλεὺς ἐν τοῖς μηχανικοῖς [[ὧν ὁ Φροντῖνος ἐν τῷ de officio legati [? sic Fuss] *ἀντὶ τοῦ ἐν τῷ περὶ στρατηγίας μνήμην ποιεῖται καὶ Κλαυδιανὸς δὲ οὗτος ὁ Παφλαγὼν ὁ ποιητὴς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Στιλίχωνος ἐγκωμίων]]· τίρωνας δὲ κτλ.*

Auctores in initio adferendos fuisse dixi. Molestiae accedunt tres: primum offendunt verba *ὧν ὁ Φροντῖνος κτλ.*; nam Iuliani apud Frontinum nimirum mentio esse non potuit, quodque Buechelerus illud *ὧν* rursus ad *βετερανοὺς* referri voluisse videtur, id me iudice nimis arduum est: deinde Claudianum istum Paphlagonem inter Graecos auctores positum vides cum tamen eius *ἐγκώμιον Στιλίχωνος* Latinum sit: tertio hoc Claudianeum carmen pro teste ibi falso adfertur ubi de veteranis agitur: veteranorum enim in eo memoria nulla cernitur[3]).

Haec omnia emendata erunt, si verba quae sunt inde ab *ὧν ὁ Φροντῖνος* cancellis duplicibus a me circumscripta in locum falsum librarii culpa aberrasse statuerimus. Sic igitur sermo reformandus: *Ἀδωράτορας οἱ Ῥωμαῖοι τοὺς ἀπομάχους καλοῦσιν [[ὧν ὁ Φροντῖνος ἐν τῷ de officio legati ἀντὶ τοῦ ἐν τῷ περὶ στρατηγίας μνήμην ποιεῖται καὶ Κλαυδιανὸς οὗτος ὁ Παφλαγὼν ὁ ποιητὴς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Στιλίχωνος ἐγκωμίων]]· ἀδωρέα γὰρ*

1) cf. E. Rohde Mus. Rhen. 33 p. 167; Hes. ed. Flach p. 120. 2) In libris scriptis Claudiani nonnullis infimae aetatis legitur *Claudiani poetae alexandrini de raptu proserpine* velut in Cheltenhamensi 3390 saec. XV; item codex Musei Britann. 10,091 saec. XV et cod. universitatis Paviae CXXX B 8 saec. XV; sic doctrina illius aevi idem fere quod nos assecuta est. 3) Quamquam fatendum est nonnumquam prave a Lydo auctores citari; cf. I 12 ex Suetoni Octav. c. 40 ibidemque ex Verg. Aen. I 316.

κατ' αὐτοὺς ἡ τοῦ πολέμου λέγεται δόξα ἀπὸ τῆς ζείας ... βετερανοὺς δὲ τοὺς ἐγγεγηρακότας τοῖς ὅπλοις (μάρτυρες Κέλσος τε καὶ Κατιλίνας ..... μεθ' οὓς Ἰουλιανὸς ὁ βασιλεὺς ἐν τοῖς μηχανικοῖς)· τίρωνας δὲ κτλ. Unde praeter illas quas dixi molestias sublatas quae lucremur etiam haec sunt: primum Lydus ipsum Frontini operis titulum si ponere voluit, debuit ponere in prima eius mentione, non in altera: deinde breve illud *μάρτυρες Κέλσος κτλ.* melius est si post largiora verba *ὧν .... μνήμην ποιεῖται* leguntur quam inverso ordine; porro Lydus poetas pro testibus amplioris alicuius materiae tractandae (velut hic de veteranis) numquam inducit, sed tantummodo ut res ferebat singulas ex iis sententias vel verba singula citat[1]) ut nostro tandem loco ipsum illud *adorea* quod revera extat apud Claudianum in laud. Stil. I 384.

Quodsi his tandem absolutis diversa Apollinaris et Lydi de Claudiani origine testimonia pensamus, erunt qui gravius Lydi esse affirment: Aegyptiaca enim origo fortasse ex ipso poeta falso colligi poterat, Paphlagonem fuisse quoniam in ipso non legitur, doctae de eo traditionis hoc apospasma esse credas.

Nolo contra adferre mirum videri quod omnino nusquam poeta Paphlagoniae patriae recordatur. Immo ex Asiana origine id fortasse explicare coneris quod maiore cura quam expectaveras de situ et gentibus Asiae tum vastatae disputat in Eutr. II 238—273. Sed id rursus turbas facit quod summo cum despectu Halyn fluvium nominat Eutr. I 434, quasi nullo pietatis vinculo ei obstrictus sit.

Atque iam mihi applicentur si fieri potest ad Claudianum quae leguntur in Expositione totius mundi versa ex Graeco (Riesii geogr. min. p. 115): *Paphlagonia et Pontus virorum divitum habitatio* (pauperem nostrum fuisse infra videbimus) *et valde eminentium . . . in doctrina quoque et in omnibus bonis*; ibi *mulieres* esse *speciosas, viros prudentes* proptereaque *negotia per eos temptari iussu imperatorum; sunt enim valde fideles debitis, naturae bonum in se habentes; sic maioribus et melioribus proficere urguntur.* Quam tamen in geographo nominis Paphlagonici minus laudationem quam defensionem esse sentio eamque ita miramur ut despici id solitum esse vel ex ipsa concludamus. Immo vero potest illud apud Lydum *οὗτος ὁ Παφλαγὼν* merum convicium esse scriptoris Byzantini quasi dixisset: *hic ille nebulo.* Claudianus enim qui Occidenti cum ira ac studio patrocinans senatum Byzantinum et praefectos invidia et saliva calumniando et detrectando ad taedium usque infestaverat, omnibus semper Byzantinis exosus fuerit necesse est: id maxime valet de Claudiani libellis in Eutropium; cuius invectivae ei veniam dare nusquam potuit Constantinopolis: et suo quidem iure Gesnerus edit. p. 227: 'cum in his libellis impotenter adeo toti eunuchorum generi maledicat, miror interdum si Narses, cum rerum in Italia potiretur, vel clientes eius non studuerunt illos abolere'. Tritus autem fuit Aristophanicus ille Cleon *ὁ Παφλαγὼν* (schol. Equit. 2) semperque *παφλάζειν* et *παφλάσματα* ea in voce cogitabant. Quid igitur si 'grandiloquum', 'vaniloquum', 'inanium iactatorem' Claudianum Lydus designavit? Quod ut ne somnium meum esse putes[2]), adscribam planissimum locum Procopii ex anecdotis c. 16 (p. 97): *ἦν δέ τις Ἰουστινιανῷ ἐπιστολογράφος Πρίσκος ὀνόματι, ἄγαν πονηρὸς μὲν καὶ Παφλαγὼν καὶ πρέπων τοῦ προστάτου τὸν τρόπον ἀρέσκειν, λίαν δὲ πρὸς αὐτὸν εὐνοϊκῶς ἔχων*, qui postquam ope Iustiniani patroni dives factus est a Theodora opprimitur. Observa hoc in enuntiato cum illam fidelitatem Paphlagonum quam memorat Expositio totius mundi, tum vero ipsum *Παφλαγὼν* vinculo syntactico quasi synonymum subiunctum voci *πονηρός*; ipsam scilicet Prisci nationem si indicare voluisset Procopius,

---

1) Ita Vergilii certas sententias advocat I 7. 12. 34. 50, Persii I 19. 32, Iuvenalis I 20, Lucani III 46, Euripidis III 25. 58, Lycophronis III 61, anthologiae carminum III 46. 57; Homericos locos saepius
2) Immo id cogitari posse etiam Buechelerus l. l. tetigit.

ethnicon collocasset in primo loco. Adde huc Palladae seri hominis epigramma anthol. Pal. XI 340:

Ὤμοσα μυριάκις ἐπιγράμματα μηκέτι ποιεῖν,
πολλῶν γὰρ μωρῶν ἔχθραν ἐπεσπασάμην·
ἀλλ' ὁπόταν κατίδω τοῦ Παφλαγόνος τὸ πρόσωπον
Πανταγάθου, στέξαι τὴν νόσον οὐ δύναμαι.

Denique apud Lydum quoque tuto interpretaberis *Κλαυδιανός οὗτος ὁ πονηρός.* Eodem ducimur etiam pronominis *οὗτος* interiecti consideratione: neque enim distinguendum videtur: *καὶ Κλαυδιανὸς (οὗτος ὁ Παφλαγὼν, ὁ ποιητής)*[1], immo sic: *καὶ Κλαυδιανὸς οὗτος, ὁ Παφλαγών, ὁ ποιητής*, inservitque illud pronomen exclamationi. Prorsus item Lydus de magistr. II 26 p. 138 F.: *καὶ διαφερόντως Πέτρος οὗτος, ὁ πολύς, ὁ μηδενὶ .. δεύτερος*[2]). Quod si pronomen exclamative positum est, illud ὁ *Παφλαγών* non indignantis fuisse non potest. Potest autem Lydus hoc ipsum de poeta iudicium ab auctore assumpsisse quo usus est.

Et haec quidem de Claudiano Paphlagone: fortiora autem argumenta quibus 'Pelusiaco satum Canopo' fuisse Claudianum reiciatur praesto non sunt. Est ergo dicendus natione Alexandrinus Canopo oriundus: *Pelusiacum* autem Apollinaris satis otiose et putide pro Aegyptiaco adiecisse videtur. Iam etiam puerum poetam et adulescentem Alexandriae degisse proclivis coniectura est; postea enim annis continuis 395—403 virilique aetate Italicus factus comitatum sectabatur occidentalem, neque est adeo unde post a. 403 demum Nili accolam eum factum esse comprobes. In omni genere scientiae tunc quidem eruditissimum poeta Honorio et Stiliconi se praestitit: iam quis mundi angulus aptior cogitari possit, qui talem erudiverit adulescentem quam ipsa urbs Musei? Neque solum ibi poetas omnigenos edidicerat, sed magis etiam tractaverat rhetoricam artem qua turgent eius carmina[3]), legerat historicos, totum se imbuerat in philosophiam et ita quidem ut etiam neoplatonica amplecteretur (in quo reminiscamur etiam in vitis Hieroclis Syriani Procli philosophorum aliquid valuisse Alexandriam), denique studio singulari naturali historiae operam dederat factusque erat quasi alter Longinus *βιβλιοθήκη τις ἔμψυχος καὶ περιπατοῦν μουσεῖον*[4]). Venae autem poeticae obtemperans primum non nisi Graeca carmina scripsit neque Latina edere suscepit nisi ab anno 395.

Quae cum ita sint, notabile etiam hoc dico rerum Aegyptiacarum memorias plures in Claudiano inveniri quam in poeta Italo expectaveris. Nam et Phoenicem carmin. minor. 27 scripsit (cf. ibi v. 91) et Nilum carm. min. 28 et fabulam insertam in Magnete carm. min. 29 v. 22 sqq. et Hippopotamum et crocodilum carm. min. append. 9: adde in panegyrico De quarto consulatu Honorii locum immissum v. 570 sqq. quo sacra pompa Memphitica eis coloribus depicta est ut oculis spectatam esse a Claudiano appareat: adde etiam torpedinem illam carm. min. 49 celebrari quae inter aquatilia Nili primarium locum obtinuit[5]).

Hinc memorari non dedecet de patre Claudiani suspicionem[6]). Eunapius vit. soph.

---

1) Velut ad Catilinam adscriptum est *(οὐχ ὁ συνωμότης)* vel quod legitur ibid. II 21: *ὁ δὲ Καππαδόκης (τίς δὲ οὗτος μικρὸν ὕστερον ἐρῶ).* 2) Item III 61 p. 260 rhetorice citatur *Ἀγχόφρων ἐκεῖνος.* 3) De rhetorica Alexandrina cf. et alia et Libanius III p. 194 ed. Reisk., Marini vitae Procli c. 8. 4) Vide illud doctrinae eius praeconium in cod. Musei Britann. Tit. D 20 saec. XVI fol. 136: *vir erat in arte et eloquio adeo elegans et insignis ut teste Sidonio in epistola tricesima septima cum orpheo teneat plectrum, cum esculapio ferat baculum, cum athlante discernat sidera, cum zeto discuciat pondera, cum crisippo enarret numeros, ac cum euclide figuras protrahat explicetque mensuras*, quod quamquam de alio Claudiano Sidonius scripserat epist. IV 3, 5, in hunc tamen non inepte versum est. 5) Athenaeus p. 312 A: *Νειλῷοι δ' εἰσὶν ἰχθύες ... νάρκη μὲν ἡ ἡδίστη, χοῖρος, σίμος, φάγρος ... εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλοι οὐκ ὀλίγοι.* Ad hasce res bene olim attendit Barthius ed. alt. p. 1007. 6) Quam fecit Claverius, probarunt Gesnerus, Barthius p. 105[a], Reinesius apud Eunap. ed. Boiss. I p. 287 qui etiam addit: „in marmore graeco apud Seldenum Claudianus prytanis Smyrnae nominatur cum Nymphidia *ἀρχιερεύς*".

p. 47 Boisson. de Maximo sophista haec: *ἦν μὲν οὖν τῶν εὖ γεγονότων καὶ πλοῦτος ἁδρότερος ὑπῆν αὐτῷ, ἀδελφοὺς δὲ εἶχε γνησίους, οὓς ἐκώλυεν εἶναι πρώτους αὐτὸς ὤν, Κλαυδιανόν τε τὸν καταλαβόντα τὴν Ἀλεξάνδρειαν κἀκεῖ παιδεύσαντα καὶ Νυμφιδιανὸν τὸν ἐν Σμύρνῃ περιφανῶς σοφιστεύσαντα.* Maximus Ephesius praeceptor fuit Iuliani imperatoris huiusque morti adfuit anno 363[1]): cuius hic fratrem Claudianum rhetoricam et philosophiam iisdem fere annis Alexandriae exercuisse legimus Nymphidianumque fratrem Smyrnae; Maximum autem et Claudianum magis etiam philosophiam tractasse ibid. p. 101 Boiss.: *Νυμφιδιανὸς δὲ ἦν ἐκ Σμύρνης, Μάξιμος δὲ ἦν ὁ φιλόσοφος ἀδελφὸς αὐτῷ καὶ Κλαυδιανὸς ἕτερος φιλοσοφῶν καὶ αὐτὸς ἄριστα.* Quod si huius Claudiani poetam filium fuisse sumimus, natus hic fere fuit medio saeculo quarto habuitque et patrem et patruos duos rhetores eosdemque philosophos, et patruos quidem Ephesi et Smyrnae. Patet denique ex Eunapii verbis Claudianum sophistam Alexandriam aliunde demigrasse, idque ni fallimur ex Asia: quod si tota haec gens doctissima Asiana fuit, ad Lydi testimonium ita relabi possis ut eam aut Sinopae aut Abonutichi in Paphlagonia ortam esse, ibique postquam natus fuerit Claudianus poeta, hunc a patre Alexandriam deportatum esse harioleris. Sed de poeta Paphlagone satis superque contra dixi, et omnia haec vel propterea vacillant quia ante a. 375 natus esse vix potest poeta, id quod mox videbimus.

II.

Hinc ad confirmatiora properemus: iam enim loco tam lubrico tam diu insistere taeduit[2]).

Certa autem et explorata historia ab anni 395 initio incipit cuius anni die fere primo Claudianus panegyricum in Olybrium et Probinum consules, fratres eos quidem et vix tum iuvenes, recitavit regnante etiam tum Theodosio (cf. v. 267 sq.). Theodosius Eugenium vicerat a. 394 mense Septembri. Post hanc pugnam Auchenios consules ab eo optante Roma, i. e. invitante senatu designatos esse poeta narrat v. 73 sqq. Itaque mensibus ab Octobri ad Decembrem et Probae matri tempus suppeditabat ad trabeas auro et lapidibus ornandas[3]) et poetae ad pangendum hoc omnium primum carminum[4]).

De gentis Aniciorum historia relationem declino et ad diligentissimam Seeckii operam mittere praefero[5]). Fratrum anni 395 consulum plena nomina fuerunt Anicius Hermogenianus Olybrius et Anicius Probinus[6]); fuit etiam tertius frater Anicius Petronius Probus qui consulatum suscepit anno 406. Horum pater clarissimus Sex. Petronius Probus consul anni 371 filios susceperat ex Anicia Faltonia Proba itaque Aniciorum nomen hisce filiis propagavit[7]). Ipse Petronius Probus et patrem Petronium Probinum, quem tetigit Claudianus v. 29, anno 341 et avum Petronium Probianum anno 322 et abavum Probum (quamquam de hoc minus certum)[8]) anno 310 consules habuit; unde Claudiano licuit proclamare v. 9 sqq.: *fixus in omnes cognatos procedit honos* et

1) Amm. Marcell. XXV 3. 2) Quod Libanii epistulam 1477 ad Claudianum datam ad rhetorem Claudianum rettulerunt, reiectum iam est a Wyttenbachio Eunap. rec. Boiss. II p. 167; idem Ioannis Chrysostomi epist. 195 ad Claudianum poetam datam esse negavit ibid. 3) cf. paneg. v. 177 sqq. 4) Mirus est Jeepius I p. XVII desiderans memorari post proelium Theodosium Mediolanium iisse; quasi id ad rem fuisset. Poeta nil curat nisi ut sciamus consules statim post victoriam esse designatos cum imperatori „sudor adhuc per membra caleret“ (v. 117), quod ubi absolvit Theodosium abieit; cum Probinis enim res est. 5) ed. Symmachi praef. p. 90 sqq.: cf. Mommsen Hermae XXV p. 274 sqq. 6) cf. CIL. VI 1753, 1755, 1752, 1754; adde V 1083. 7) cf. Auson. epist. XVI 2, 83: *mixto resurgens sanguine Probianoque atque Anicio.* 8) cf. Mommsenus l. l. p. 274.

per fasces numerantur avi. Item Anicia Faltonia Proba uxor illius patrem habuit consulem anni 379 Q. Clodium Hermogenianum Olybrium, ipsum quoque Petronii Probiani consulis a. 322 nepotem, matrem vero Tyrreniam Aniciam Iulianam Anicii Auchenii Bassi praefecti urbis a. 382 filiam; unde etiam in huius Olybrii laudes erumpit Claudianus v. 30. Quod vero hanc gentem idem v. 9 'Anniadas' appellat a quibus anni nomen saepe acceperint, inde explicatur, quod etiam Amnii Anicii consules extiterant[1]) atque artissime coaluerant gentes Amnia et Anicia et Auchenia et Petronia. Hinc est quod Ausonius epist. XVI 2, 32 ipsum Probum Olybrii patrem Amniae stirpis novatorem vocavit. Ceterum Prudentius Claudianei loci sine dubio non immemor correctius scripsit *Amniadas* contra Symm. I 548; ille vero argutior ni fallor 'annum' in nomine inesse voluit. Item quod 'Auchenios' Claudianus vocavit v. 8 et 21[2]), etiam hoc nomen Aniciis cognatissimum fuit: ita Anicius Auchenius Bassus audit praefectus urbi anni 382, huius filius Anicius Auchenius Bassus consul fuit a. 408: huius autem et filia Anicia Iuliana (filiam enim eius fuisse credimus) Olybrio nupsit minori ei, quem consulem celebrat Claudianus, et soror Tyrrenia Anicia Iuliana maiori Olybrio Olybrii minoris avo.

Probam consulum anni 395 matrem tum viduam Claudianus versibus 177 et 192 sqq. ita celebrat ut cum Iunone comparet[3]); Probum patrem versibus 31—60. Illam etiam annis 410 et 411 grandaevam vixisse legimus[4]), hic mortuus est ante annum 395 (Claud. v. 31 et 167; cf. Amm. Marc. XXVII 11, 2). De praefectura Illyrici Italiae Africae a Probo compluriens suscepta poeta verba facit v. 57 sq. *(ad summi quotiens fastigia iuris venerit)*, praefecturam Galliarum omittit; de divitiis hominis ditissimi et suae aetatis post Augustum potentissimi etiam copiosius et primo loco disputat v. 12—51[5]). Ceterum Probus cum uxore et filiis fidei Christianae se dederat atque sub finem vitae baptizatus est[6]).

Olybrius horum filius maximus natu in lucem editus esse anno fere 376[7]), Aniciam Iulianam in matrimonium duxisse fere anno 398, filiam 'parvulam' Demetriadem habuisse anno 399 videtur[8]): diem fatalem obiit anno 410 vel paullo ante[9]). Ceterum poetari huic ipsi placebat: epigramma Olybrii extat unum[10]), Bucolicon extitisse demonstravit Zarncke[11]).

Denique Probinus Olybrii frater minor natu post consulatum anni 397 initio proconsul rexit Africam[12]), sed ut aestate Formias in otium rediret[13]).

Et haec quidem de personis. Iam panegyricum ipsum dictum Probino et Olybrio consulibus primum esse carminum Claudiani, ut tandem certo eorum enarrationis fundamento utamur, statim evincam.

Tractatus a multis nec tamen satis excussus locus est epistulae ad Probinum,

1) Amnius Anicius Iulianus cos. a. 322 cum filio Amnio Manio Caesonio Nicomacho Anicio Paulino consule a. 334; et cf. CJL. VI 1754: *Aniciae Faltoniae Probae Amnios Pincios Aniciosque decoranti.* 2) Auctoritate caret Cuiacii liber qui ibi teste Claverio *Anicios* turbulenter intulit. 3) Conferendi de ea tituli CJL. VI 1754—1756; V 1083. 4) Hieron. epist. 130, 7: Augustin. de bono vid. 24 et 29; Procop. Vandal. I 2. 5) Conferantur de eo Ammianus Marc. 27, 11; 29, 6; 30, 5; Auson. epist. 16; Rufini hist. eccl. II 15; Socrat. V 11; Sozom. VII 13; Paulini vit. Ambr. 25; leges in cod. Theod. plurimae; lapides quos composuit Seeckius praef. p. 99 sq. 6) cf. CJL. VI 1756 v. 4 et 9 et 23 sq.; Hieron. epist. 130, 7; Prudentius contra Symm. I 548 sqq.; Augustini epist. 130, 131, 150. 7) Vel inter d. 17 m. Nov. a. 375 et 21 m. Ian. a. 377; cf. Ausonii epist. XVI et quae de eo commentus est E. Zarncke in comment. in honorem Studemundi (1889) p. 200 sqq.; Hieronymus epist. 130, 3 quod consulem eum fuisse „in pueritia" scribit, cum cautione in ius vocandus est; mirabile quid tradere voluit ille, itaque exaggerando puerum dixit qui fuit adulescens. 8) cf. Zarncke p. 205; de Iuliana uxore cf. CJL. VI 1753, 1755, 1756, Hieron. epist. 130, 6, Augustin. epist. 150, eiusdem librum De bono viduitatis; de Demetriade filia Hieron. l. l., Augustin. epist. 188, al. 9) Hieron. l. l. 3 et 7. 10) Anthol. lat. Ries. 772. 11) l. l. p. 192 et 207. 12) Eo missus ante d. 17. Mart. a. 397; cf. cod. Theod. XII 5, 3; Seeck l. l. p. 105. 13) Symm. epist. V 69; praefectum urbis fuisse a. 416 ex cod. Theod. XIV 10, 4 coniecerunt.

carm. minor. 41, v. 13 sq. ubi poeta postquam ingratitudinis speciem se vitare velle dixit haec causa adicitur:

Romanos bibimus primum te consule fontes
Et Latiae cessit Graia Thalia togae
Incipiensque tuis a fascibus omina cepi
Fataque debebo posteriora tibi.

Et primum quidem ex v. 15 eruunt Probino consule ex Graeca Musa Claudiani Latinam Musam factam esse vel tum Graece canere eum desiisse. Quod verissimum esset et extra dubitationem positum, si legeretur *Latiae cessit Graia Thalia lyrae*. Qua lege Musa non Musae, sed 'togae' cesserit non intellego. Nec id firmiter traditum est. Immo melior lectio haec quam obtinemus:

Et Latiae accessit Graia Thalia togae [1]).

Unde sensus explicatior hic efficitur: Claudianus Probino consule primum fontes Romanos bibit vel moratus est per Italias, et Musa eius, quae adhuc Graeca fuerat, ad 'togam' Romanam accessit, vel Graecus poeta in domicilium transiit occidentale, Italicum, Romanum [2]). Itaque hinc eum et Graecum poetam usque ad anni 394 finem fuisse constat neque vero in Italia Graeca scribere desiisse ullo verbo indicatur. Nisi quod Graiam Thaliam inter togatos iam etiam Latine loqui occepisse per se intellegitur. Iam vero id quod occidentalis imperii vates factus est, tam grave poetae visum est ut pro novo vitae exordio poneret: dicit enim v. 15: Incipientem se a consulatu Probini fausta inde omnina cepisse: quae omina pertinent nimirum ad futurum Romani vatis officium: itaque ante initium anni 395 ullum carmen Latinum scriptum dicere vetamur.

Recte igitur sub anno 395 et ante Theodosii mortis mentionem chronicon Prosperi Aquitani scriptum habet: *hoc tempore Claudianus poeta innotuit* (I p. 642 Ronc.) [3]) atque chronicon Vaticanum etiam: *Claudianus poeta claret* (I p. 740 Ronc.); contra chron. Pithoei non minus recte post Rufini mortem: *Claudianus poeta admiratione dignus habetur* (I p. 743 Ronc.). Sic in annales Romanos recepta est alterius Vergilii surgentis memoria.

Noli tamen credere Claudianum nullum antea versum Latinum panxisse. Immo cum in primo hoc panegyrico et sermonis poetici et artis metricae paene fastigium iam ascenderit, similia eum curiose exercuisse antea quam fontes bibit Romanos necesse est; item in lectione scriptorum Latinorum iam tum multus fuerat Vergilii, Statii, Horatii, Lucani, Silii Italici, Ovidii, Iuvenalis aliorum (cf. exempla adiecta sub mg.). Id vero tenendum, nullum eum carmen Latinum e d i d i s s e nullumve edendi causa composuisse ante Olybrium et Probinum consules.

Eo minus id tibi persuadeas tum demum Claudianum loqui Latine didicisse: talis quasi spuriae latinitatis luculentum exemplum Paulinus praebet Pellaeus ille qui in eucharistico v. 75 sqq. haec de se:

Protinus ad libros etiam transire Maronis
Vix bene comperto iubeor sermone Latino.
Conloquio Graiorum adsuefactus famulorum . . .
Unde labor puero, fateor, fuit hic mihi maior
Eloquium librorum ignotae apprehendere linguae

ad quae non iniuria addit:

Quod nunc invito quoque me haec mea pagina prodit.

Melius res cessit Claudiano homini inde a puero sine dubio bilingui, neque saepe oratio eius ab ingenio Latino ita abhorret ut male graecissantem audire videaris [4]), immo mira

1) Nam libri qui *cessit*, iidem etiam prave *late* pro *Latiae* tradere solent; de *Latiae accessit* convenit inter V optimum et Ambrosianum. 2) Sub *togae* notione inprimis senatum cogitari, ut ad senatores Romanos tum accesserit Claudianus, eleganter adicit Mommsenus. 3) cf. Cassiodori chron.: *hoc tempore Claudianus poeta insignis habetur* p. 650 ed. Mommsen. 4) Notandum maxime video illud *neuter* carm. min. 23, 16; cum enim diphthongus *eu* aliena esset a lingua Latina ita ut *neuter* in nominativo in versu non poneretur nisi

nonnumquam apud eum vocabulorum proprietas, mirum in modum nonnumquam verborum notiones ita deflexae, ut feliciter novatum esse sentias, quod non contigit nimirum nisi in sermone versatissimo. Conferri etiam potest Ammianus Marcellinus, qui Graecum se esse testatur, sed Tacitum aemulatus res gestas Latine enarrare suscepit et opus confectum non multo post annum 390 Romae praelegit: quarum ibi praelectionum paene auditorem fuisse Claudianum sumpseris[1]). At ille a verae Latinitatis ingenio tam alienatus, ut ubique fere rhetorem Graeculum audire videamur, et cum Latina vocabula plerumque Graeco artificio serantur, natum est linguae portentum atque chimaera naturae duplicis. Haec atque similia qui comparaverit, egregiam in Claudiano disciplinam praeter cetera admirabitur.

Iam vero ipsa ad Probinum qua modo usi sumus epistula quae numeratur carm. minor. 41 nescio an non multo post panegyricum, h. e. aut a. 395 aut 396 scripta sit. Ibi enim versus 16, quem transcripsi, hic est:

Fataque debebo posteriora tibi.

Vox *posteriora* ea significat quae consulatum Probini sequuntur (sc. posteriora tuis fascibus); quodsi iam complures anni post eum consulatum praeterlapsi fuissent, non ille dixisset *debebo*, sed *debeo fata posteriora tibi*. Eodem ducit quod Stiliconi quidem poeta hac in epistula nihil debere vult; Stiliconis autem gratiam si non antea, certe a. 397 plenam sibi conciliavit: teneamus itaque scriptum hoc esse antea. Adulescentiam illis annis Claudianum nondum excessisse mox monstrabitur; Anicii autem ipsum aetate certe non superarunt; Olybrius enim natus est anno fere 376, consul itaque fuit annorum fere undeviginti; Olybrio autem etiam minor natu Probinus fuit, quippe qui, cum una consules fuerint, semper posterior nominetur. Panegyricus ipse Claudiani duce codice Parmensi hoc indice notatur: *paneg. dictus Probino et Olybrio consulibus*, id quod immutare non ausus sum: ipsam formam enim hanc indicis verissimam esse vindicant reliqui panegyrici comparati[2]); Probini nomen cur anteierit, in ambiguo relinquo. At vero annorum saltem quindecim vel sedecim iam tum fuisse Probinum concluditur ex Claudiani paneg. v. 142 ubi fratres ambo *pubentes* audiunt et ex v. 147 sqq., ubi cum Deciis et Metellis comparantur, pollere dicuntur studiis Musarum, redundare eloquio, quin etiam id laudatur v. 153, quod lasciviis dediti non sint et animum habeant senilem.

---

trisyllabum, Claudianus l. l. primus est in litteris Romanis qui Graecam diphthongum *eu* statuerit; cf. Mus. Rhen. 34 p. 10. Porro Graecam attractionem ostendit *quo* Paneg. Ol. et Prob. 67 et Nupt. 108, ubi explicandum: „et rapitur eo quodcumque videt". Graeco more dictum *complere biremes* Gild. 369. Ad illud *solvebat colla* Ruf. II 345 cf. et quae adscripsi et παραλελυμένος τὰς χεῖρας (Teles ap. Stob. floril. 97, 31). III cons. 157 *patrem induere* dictum ut Musaei v. 69 δύσατο. cf. Nonni metab. 13, 115 (Homeri Il. 17, 210; 9, 239); Ruf. I 165 *ad prima* ut ὡς τὰ πρῶτα. Carm. min. 30, 174 *Acheloius* Graeca nominis forma. Bell. Poll. 570 *proelia vincere* ut νικᾶν μάχην, sed alii Latini scriptores praeiverunt, item in illo *brevior* pro „humilior" posito Gild. 107 (cf. Sophocl. Oed. Col. 194, 881, Eur. Heracl. 614). De Gild. 241 *vide* nescio quid iudicem. Amabat Claudianus *rapere* ubi volebat „sorbere", cf. Ruf. I 307, II 121 et Koehius de Nupt. 108; an Graecum illud ῥοφεῖν in animo habuit? Ignorationis vero Latini sermonis nullum vestigium est neque nisi ioci causa adfero *secuere* Gild. 223 mirum in modum adsonare ad „secuti sunt". In voce *cognatus* pro „congenitus" saepius usurpata (cf. indicem) fortasse etymologiam magis spectavit quam usum Latinum. — Ceterum Graeca vocabula raro intexuit (velut *romphaea*) et purum sermonem proprium epicorum Romanorum anxie servavit; neque enim sine exemplo ab eo posita sunt *aula, cerastes, stemma*, similia; contra iniuria *dogmata* inculcaverunt in Manl. Theod. 69. Bene vero poeta a nominibus propriis peregrinis i. e. Graecis declinando novavit *Arethusaeus, Briareius, Ephyreius, Hydaspeus, Mycalaeus, Phlegethonteus*, item *Scotticus* et *Sygambria* (Συγαμβρίς Cassius Dio) et *Saxona* accus., *Thybridis* genit., denique a nominibus Latinis *Honorias* et *Honoriades* et *Anniadae* (cf. *Scipiades* apud vetustiores). Latinam terminationem Graeco verbo adiecit in *Thybrinus*. Contra *Ciceroua* carm. min. 40, 4 si scripsisset, suae audaciae modum excessisset; nam Σαξών etiam Graeca vox fuit, *Cicero* minus, neque igitur ex *Saxona* auxilium petes; immo *Cicero* l. l. quasi fulmen positus est a Claudiano scripsitque *Cicerone tonas* quasi fulmine. Ceterum cf. Paucker in Mus. Rhen. 35, 588 adnot.

1) Memorias locorum Ammiani in Claudiano observavi ad Ruf. I 322 sq.; II 358 sq.; 510; Eutr. I 339; Stil. I 288 sq. 2) Quo de disputabitur in alio capite.

Nil itaque certe impedit quominus epistularum commercium iam tum inter ambos Claudianumque fieri potuisse statuamus. Iam vero siquidem Probinus anno illo 395 (sive 396) Romae vixit, Claudianus dum scribit hanc epistulam ab urbe abfuit: neque vero eo die quo scribit diutius abfuisse videtur aliquot diebus vel mensibus; legimus enim v. 5: *transfluxere dies* (non menses vel anni) in expectatione epistulae Probini. Atqui Claudianum per quinque annos ante Stilichonis consulatum (a. 400) Romam non vidisse infra disputabitur. Ergo ipso anno 395 has de quibus agitur litteras Romam missas esse a poeta verisimillimum est.

Epistula autem ad Olybrium carm. min. 40 illius quasi gemella atque argumento et oratione tam similis est, ut eodem fere tempore data videri debeat. Ex qua haec excerpo, v. 3:

> Scribendine labor (sc. te impedit)? Sed quae tam prona facultas,
> Carmina seu fundis seu Cicerone tonas?

Vide Olybrium rhetoricis et poeticis meletematis occupatum, quod plane adulescentis fuit. Eundem poeta v. 19 'sodalem' vocat sc. in litteris tractandis poscitque v. 22 quae libris suis insinuet, i. e. etiam in collecticio volumine conservare vult eius scriptum. Denique versu 24 quamvis dubia lectio sit, certe tamen ad Musae suae merita respicit poeta, quod ad ipsum panegyricum in Olybrii honorem tum recitatum non trahere non possumus. Is autem tum status rerum, ut absens a Roma sit Claudianus Olybriusque sicut Probinus prior scribere sit dedignatus. Atque nescio an hinc quoque prodatur ambarum epistularum conexus, quod legitur ad Probinum v. 7: *coepisse (scribere) vetat reverentia vestri,* vestri, nempe et tui et fratris. Denique cum per viam Flaminiam poeta epistulam Olybrii adferri expectet (v. 8), Claudianus tunc temporis, i. e. a. 395 aut Mediolanii versatus est aut Ravennae.

Ut vero ad panegyricum retro vertam, memorabile carmen illud duplex est in mausoleo Probi per titulum servatum CIL. VI 1756 scriptum illum in patrem Sex. Petronium Probum paullo ante a. 395. Novisse hoc carmen videatur Claudianus cuius v. 20 *sed prima sede relicta Aucheniis de iure licet certare secundo* cum tituli v. 17 *primus eras nullique patrum virtute secundus* conspirat [1]). Etiam hac similitudine commercium poetae quod cum Aniciis habuit illustratur. Neque absurde quis coniciat ab ipso Olybrio qui 'carmina fundebat' elogium illud conceptum fuisse [2]).

Gravissimum autem quod hac disputatione doceamur, hoc est: neque a Theodosio neque a Stilicone neque a Serena neque ab Honorio neque ab aula omnino Claudiani Musa detecta et evocata est, sed a nobilibus et senatoriis viris ipsius urbis, et ab urbe profecta postea demum et argumenta sublimiora aulica et Stiliconem patronum adepta est. Stilico in toto primo panegyrico nullo verbo attingitur, ipsius Theodosii victoris merita quam paucissimis describuntur, tredecim scilicet versibus (73. 74. 113—123), totus animus poetae quasi obrutus est Aniciorum memoriis. Hinc explicatur quod Claudianus etiam postmodo in politicis carminibus omnibus a senatus Romani partibus stare et Romam quasi cardinem mundi aestimare quamvis a Stilicone et aula alienam non desiit, cumque Stilico in speciem tantum nec sine simulatione senatus auctoritati aliquid tribueret, id ille summum Stiliconis meritum esse proclamabat (ita iam paneg. Ol. Prob. 134 sqq., cf. Stil. I 327 sqq., II 297. 402. III 123 sqq., VI cons. 551. 596, al.).

1) Nolo omittere etiam illud *cum vita maneret* v. 15 et *dum vita maneret* in altera parte v. 17 apud Claudianum legi in bello Gild., qui est anni 398, v. 306. Sed haec verba apud alios saepius. V. 1 *aequore latum* conferri potest cum *latius aequor erat* Eutr. II praef. 54.

2) Ita Zarncke l. l. In carmine Olybrii anthol. lat. Ries. 722 v. 11 quod legitur *cinxere tropaea*, non dissimiliter Claudianus Rapt. II 177 *praecincte tropaeis.*

III.

Quo magis autem Claudiani vitae condicio qualis tunc fuit clarescat, Deprecatio ad Hadrianum, carm. minor. 22, poema spinosissimum, prae ceteris enarranda est. Quae in tantam desperationem egit Koenigium ut spuriam autumaret edit. p. 11 sq., reliquis interpretibus suspicandi uberrimam materiem praestitit. Et primum imitationem hanc esse moneo Libanii legationis ad Iulianum, quod suis locis indicavi. Haec vero argumenti summa est: Hadrianus vir potentissimus poetam nescio quo audaciore peccato offensus (v. 6 sqq.) supra modum ira persecutus est (v. 1 sq., 11), ita quidem ut famam eius et gratiam subverteret (v. 23 sq.). Poeta victum se esse fatetur (v. 33) supplexque veniam petit (11 sq.): quae si non detur, etiam cingulum ipsi et dignitatem ille eripiat (v. 51); fore autem ut fatum hoc poetae fleat Nilus (v. 58). Iam et eos qui ultimis annis[1]) et eos qui in Aegypto hoc carmen condidisse poetam censuerint errasse demonstrabo.

Hadrianus, pleno nomine Rufius Synesius Hadrianus[2]), anno 395 comes sacrarum largitionum, annis 397—399 magister officiorum[3]), annis 400—405 et iterum 413—416 praefectus praetorio Italiae fuit[4]). Itaque ille anno 395 eodem, quo etiam Claudianus, in historia horum temporum emergit; ambo porro natione Aegyptiaci fuere (cf. Deprec. v. 20, 56); ambo sub finem Theodosiani imperii in Occidentis imperium ex Aegypto se verterant. Clientem illius se dicit poeta v. 31 habuitque cur maxime eius iracundiam expavesceret[5]).

Et primum quidem carmen in Aegypto scriptum non est; Hadrianus enim Occidentis imperii dignitatem tunc obtinet; eadem autem in dioecesi vel eadem in urbe cum eo consistit scriptor: aliter enim huius ille domum desolare (v. 21) non potuit: Aegyptus autem omnino ad Occidentis imperium non pertinuit.

Neque vero de Aegypto testes sunt vv. 56 sqq.:

> Audiat hoc commune solum longeque carinis
> Nota Pharos flentemque attollens gurgite vultum
> Nostra gemat Nilus numerosis funera ripis.

Attendendum est scriptum non esse *vidit hoc Aegyptus*, sed *audiat;* hoc est nimirum 'rumorem de meo infortunio tuaque crudelitate accipiat Aegyptus, quem nuntium Nilus postquam accepit, fatum meum deflebit'. Neque quisquam 'audiet' vel rumorem aliquem accipiet, nisi si non viderit[6]). Ergo tum quidem non vidit suus Nilus Claudianum.

Hinc de tempore carminis aperitur iudicium.

Deprecationem vix post a. 397 esse ortam terna ratione commendari potest. Primum poeta quod Nilum de clade sua doliturum esse dicit, nondum multum temporis ab Aegypto abesse videtur necdum eo usque Tiberis vel Padi accola factus esse ut non curet quid patria pristina sentiat. Deinde Stilico tum eius patronus nondum fuit: si fuisset, non erat quod tantopere Hadrianum timeret, neque Stilicone nolente Hadrianus cingulum militiamque Claudiano eripere potuisset (vide v. 51. 52). Quid? quod v. 21 sq. exclamat poeta: *quemcumque deorum Laesimus, insultet iugulo pascatque furorem.* In

1) Jeepius I p. XII post a. 404 vel 405 scriptum putat. 2) CJL. VI p. 860, 99. 3) Cod. Theod. VI 26, 11 et 27, 11. 4) cf. Seeck Symm. praef. p. 186. 5) Etiam cognatum Hadriani fuisse Claudianum Gesnerus ex v. 55 colligebat: *Saeviat in miseros cognata potentia cives.* Concedo sensum hunc esse: saeviat in me civem miserum potentior cognatus; sed cognatio ea esse poterat quod commune eis solum Aegyptus fuit. 6) cf. de *audiat* Claud. Stil. II 383, item Iuvencus evang. II 549, anthol. lat. Ries. 21, 28. Idque ipsum iam recte monuit Gramlewicz quaest. Claud. (1877) p. 34.

his *deos* pro domino mundi Honorio sive Stilicone accipi debere dudum intellectum est (cf. illud *deo* III cons. praef. 16). Itaque non sine Stiliconis despectu sensus est: 'Stiliconi, si eo quod te laesi laesum se putat, crudelitatem relinquas; tu, Hadriane, nobiliora exempla sequaris'[1]. Tam alienus tum quidem a summi viri familiaritate fuit poeta nec quidquam ab eo sperabat. Denique si in offensam inquirimus, qua Hadrianus offensus erat, hi versus respiciendi sunt (4 sqq.):

Tantumne licebit
Invidiae? tantum strepitus valuere maligni?
Me dolor incautus, me l u b r i c a duxerit a e t a s,
Me timor impulerit, me devius egerit ardor:
Te tamen haut decuit paribus concurrere telis.
Humanae superos numquam tetigere querellae
Nec vaga securum penetrant convicia caelum.

Itaque querellas (v. 9) et convicia (v. 10) in patronum fuderat cliens; quae convicia speraverat eum non auditurum esse; sed rumor malignus ea detulit (v. 5). Compulerat autem eum ad convicia aut dolor aut timor aut ardor aut a e t a s l u b r i c a (v. 6). Quae aetas esse non potest nisi prima adulescentia; testis sit et sensus ipse et Cicero pro Caelio 41 *(vias adulescentiae lubricas)* et Tacitus ann. XIV 56 *(lubricum adulescentiae)* et Plinius epist. III 3, 4 *(lubricum aetatis)* et adeo Claudianus Rapt. III 227 *(teneris heu lubrica moribus aetas)*. Sequitur ut et praecedentia poemata et hoc ipsum adulescenti deberi fateamur utque hoc primis conaminibus Latinae Musae adnumerandum sit.

Quodsi huic adulescentiae viginti annos vel paullo plures concedimus, Claudianus vix ante annum 375 natus fuit.

Patet iniuriam Claudiani quasi verbalem fuisse sive in linguae petulantia constitisse idque confirmat quod v. 8 de *paribus telis* legimus: calumniatus erat poeta; calumniis fortioribus et efficacioribus poenam sumpsit patronus (v. 23 sq.); ideo siquidem paria tela fuerunt, crimen maiestatis a magistro officiorum clienti conflatum esse[2] vix credam. Immo cum non sine sociis in Hadrianum Claudianus invectus esset, Hadrianus — cuius iurisdictio fuit in omnibus palatinorum causis[3] — huic ipsi 'gratiam' detrahere satis esse ratus est, unde etiam egestatem ille incipit vereri (v. 23), poenas vero sumpsit a sociis tantum: nam de his tantum legimus: 'hunc tormenta necant: hic undique truditur exul' v. 25: ita amicis poeta spoliatus et domus eius desolata est, v. 24. Nil vero amplius ille magister officiorum.

Vestigium autem illius iniuriae Claudiani servatum esse videatur in epigrammate D e T h e o d o r o e t H a d r i a n o, carm. minor. 21:

Manlius indulget somno noctesque diesque,
Insomnis Pharius sacra profana rapit.
Omnibus hoc Italae gentes exposcite votis,
Manlius ut vigilet, dormiat ut Pharius.

Quod probrum duplex iactum in Mallium Theodorum et Hadrianum primores illos civitatis in quodnam tempus ceciderit perpendamus. Et primum ad manum haec interpretatio est: Theodorus vituperatur quod dormit vel otium philosophicum agit sine dignitate, Hadrianus quod bona gentium Italarum rapiens vigilat; optatur, ut otium et negotium permutent. Atqui dignitate immunis Theodorus fuit annis fere 386—396[4], de quo eius otio improbabili copiosus est poeta in panegyr. Theod. v. 61 sqq.; hinc non

1) Hunc sensum nescio an vitare voluerit Mommsenus pro *deorum* commendans *minorum*. 2) Ita Gesnerus ad v. 23. 3) cf. Cassiodori var. VI 6 (formula magisteriae dignitatis): *Causarum praeterea maximum pondus in eius audientiae finibus optima securitate reponimus;* Boecking Not. dign. II p. 212 et 303. 4) cf. Seeck l. l. praef. p. 150.

post annum 396 haec disticha lusisse poetam colligitur, nec vero lusit antea; nam Hadrianus potest fortasse iam anno 396 magisterium obtinuisse, non potest anno 395; non incredibile autem quod magister officiorum 'sacra profana rapere' dicitur; nam etiam sacra paganorum in eius audientiae fines cadere poterant.

Sed enim possit quispiam etiam hac via ludificationis augere velle acerbitatem, ut non solum Hadrianum, sed Theodorum quoque illo tempore honores gessisse et illum vigilanter, hunc somniculose statuat. Nempe ipse Theodori laudator in panegyrico identidem praefecturae eius quietem v. 211 vel lenitatem v. 232 memorabilem putavit tranquillumque dixit v. 239 vel placidum v. 222. Iam is, qui tranquillus benigno, nonne dormiens videri maligno potuit? Praefectus autem praetorio Theodorus iterum factus est ineunte anno 397; eodem anno si scriptum est epigramma, sub praefecto tum dormitanti vigil ille magister officiorum sacra profana rapiebat.

Nihilominus ego poetam eundem, a quo Theodorus anno 399 laude absolutissima se celebrari passus nec dedignatus est, biennio ante sic impudenter deridere potuisse eius praefecturam prorsus incredibile esse aio. Immo vero et sufficit[1]) et congruit cum re, si somnum Mallii tetendisse eodem putamus quo tendit in ipso panegyrico vituperium illud vitae otiosae philosophicae quod declamat dea Iustitia v. 135 sqq.: atque haec ibi est Theodori *parta quies* v. 61 vel quod *deses* auriga vocatur v. 187 vel morari dicitur in re abstrusa v. 148. Adde quod verbum dormiendi in hominem feriatum recte transfertur sicut apud Terentium Haut. 730 vel Martialem X 62, 11 quodque philosophi ipsi suas conceptiones somnia esse professi sunt sicut clarissimum illud 'somnium' Scipionis. In ipso autem panegyrico v. 149—158 et Plato et Pythagoras quasi inutiles somniatores Themistocli et Lycurgo verae vitae auctoribus contra ponuntur; huc facit illa quam Cicero dixit 'dormitans sapientia' de orat. II 144, huc Epicurus ille 'oscitans' apud eundem de nat. deor. I 72 quaeque similia sunt.

Sic tandem carm. minor. 21 anno 396 dubitanter adsignavimus. Cuius quidem contumeliis Hadrianus ira incensus est, neque hunc versu celebrare umquam Claudianus suscepit; Theodorus minus aegre tulit, immo proximo anno dormire desiit ac publicis officiis se reddidit et mox dignum poetam putavit cuius adeo laudationem acciperet.

Hinc autem proni erimus ad suspicandum plura etiam carminum minorum primis illis annis elaborasse adulescentem quibus quasi vires examinaret suas. Quae quidem temporis notam nullam prae se ferunt. Illa tamen maxime carmina min. 2, 3, 5, 6 quae sunt *Descriptio portus Smyrnensis*, *Ad Aeternalem*, *Est in conspectu longe locus*, *Rimanti telum ira facit*, item septem tractationes *De crystallo* carm. min. 33—39 similiaque plura descriptivi generis vilia maximam partem studia sunt poetica vel rhetorica locos nonnumquam Vergilianos facili lusu variantia et amplificantia, quibus scholae et exercitii et quasi tirocinii poetici stigma inustum est; cf. modo Coronati illum 'Locum Vergilianum' *Viro equidem vitamque extrema per omnia duco* (ex Aen. III 315) et 'Thema Vergilianum' *Nec tibi diva parens* (ex Aen. IV 365), edita et ab aliis et a Riesio anthol. c. 223 et 255; adde ibidem c. 241 (ex Aen. XII 653). De qua rhetorum consuetudine inter alios Servius testis est ad Aen. X 18: *et Titianus et Calvus qui themata omnia de Vergilio elicuerunt et adformarunt dicendi usum* eqs.[2]). Ceterum ad Carm. min. 2 Libanium ipsum in comparationem vocavi.

Quod vero carm. min. 3, 1 imitatus esse videtur Licentius ad Augustinum 32, de tempore inde nihil deduci potest; nam Licentius vix ante annum 403 carmen suum condidit[3]).

1) Iniuria Seeckius praef. Symm. p. 186 de hoc poematio indicavit: „cuius sententia nulla esset nisi uterque eodem tempore summos honores gessissent". 2) cf. Teuffelii hist. litt. Rom. § 364, 4. 3) cf. quae dicentur in capite III.

Quae si ad persuadendum apte disputavi, hinc iam id lucramur ut etiam novum Claudiani illorum annorum et ante initam Stiliconis gratiam patronum cognoverimus; Aeternalem dico ad quem scriptum est carm. min. 3. Nomen Aeternalis proconsulis Asiae ad ipsum annum 396 traditum est in cod. Theodos. IV 4, 3 et XI 39, 12. Quem eum esse virum quem adoret poeta nullus dubito. Epigramma autem in fronte amplioris carminum corporis locum dedicationis habuisse patet. Inscriptum est quidem *ad Aeternalem*; ad hunc tamen verba poeta non derigit, sed ad lectorem sensusque est: ego non prosaica oratione utor, sed carminibus tantum; nam Phoebus et Musae communia verba negant et carmina solum praebent: me autem implet 'meus Apollo'. Non ea sumus simplicitate, ut de deo Apolline haec dicta credamus. Neque enim legimus 'Apollo me implet', sed 'meus Apollo'. Immo sicut anthol. lat. Ries. c. 725 v. 3 *hic vester Apollo est* pronuntiatum est de Nerone[1]), ita ipse Aeternalis *meus Apollo* est, ab eoque se incitari ad lusum poeticum Claudianus fatetur. Nec aliter quid index *ad Aeternalem* sibi vellet intellegi posset. Itaque idem hic vir valuit in Claudiano quod Rutilius Gallicus in Statio (Silv. I 4)[2]). Ad quaenam autem carminum minorum canenda spiritum ille poetae dederit et quale corpus eorum fuerit cuius in limine illud *carmina sola loquor* proclamabatur, alibi quaeretur.

IV.

De ipsa vero aulica vita poetae, de dignitatibus eius, de conciliata Stiliconis et Serenae et ipsius Honorii gratia deque panegyricis clarissimis ad augustissimos et illustrissimos viros scriptis non antea disputare concedetur quam aliam quaestionem absolverimus.

Scribendorum librorum In Rufinum et coniungendae cum iis primae laudis Stiliconis consilium non ante interitum Rufini, qui accidit mense Novembri anni 395, suscipere potuit Claudianus. Vacant itaque maioris carminis consilio toti menses undecim post recitatum panegyricum Aniciorum. Res publice et per bellum gestas materiem sibi canendi esse praebituras tum quidem expectare nullo pacto poterat. Quid si tum ad Raptum Proserpinae sese accinxit, fundamenta saltem eius iecit, primas partes limavit? Vergilii enim, Statii, Valerii Flacci ambitiosissimus aemulator unde incipere velle poterat nisi ex tralaticia epica cantilena? Quam suspicionem sane quam infirmam corroborare possum his observationibus[3]).

Et ex Raptu ipso de tempore nil eruas[4]). Nisi forte notabilis est prosodiaca inter pedem quintum et sextum licentia qua scriptum est III 341: *immaniaque ossa* quam quidem in libris ceteris nusquam admisit[5]).

Primo autem libro hunc locum communem prolusit Claudianus: poesin suam similem esse rei nauticae: quae primum anxia litus legerit, mox linquere terras et vento leniori vela pandere coeperit, nunc autem crescente audacia in ipsum pelagus hiemale irrumpat. His itaque ille Raptum suum tam grande poema futurum esse praenuntiat

1) Ex imitatione loci Vergiliani *tuus iam regnat Apollo* ecl. 4, 10. 2) cf. Ruediger „Quibus cum viris fuerit Statio usus" eqs. (1887) p. 18. Vide quid valeat quod scripsit Jeepius ed. II p. 222: „ex nostro loco docemur eum versificatorem fuisse". 3) Gramlewicz p. 32 quod adeo ante panegyricum Olybrii et Probini susceptum Raptum credebat, prudentiae suae oblitus est. 4) Bernhardyus hist. litt. Rom. p. 522[5] protulit quae nihili sunt. 5) Eskuche in Mus. Rhen. 45, 388.

quale adhuc scribere non ausus sit. Id post magnae molis carmina atque epyllia quae sunt de Rufino, de bello Gildonis, de Eutropio vel post amplam laudem Stiliconis dici potuisse nego. Nisi forte per ulnam vel decempedam longitudines carminum dimetiri volumus. Immo eadem elatio sermonis est, eadem ars, eadem forma historicae enarrationis, idem apparatus epicus intercedentium deorum, orationum iniectarum, similitudinum ornantium.

Non Raptum fuisse, sed politica poemata, quibus statuae honorem sibi meruit Claudianus, in propatulo est (cf. bell. Poll. praef. 5 sqq.): et summae artis ipse ubique conscius est: nam carmen de Rufino idem valere dicit ac si draconem ab Apolline necatum celebrasset praef. I 15: ipsi Ennio se parem iactat Stil. praef. III: panegyricum de VI. consulatu Honorii gigantomachiae aequiperat praef. 17 sqq.

Quid sibi velit illa Raptus prolusio, cum alii quos sub textu citavimus scriptores, tum Nemesianus docere potest qui cynegetica epica exordiens haec scripsit v. 58 sq.:

talique placet dare lintea curae,
Dum non magna ratis vicinis sueta moveri
Litoribus tutosque sinus percurrere remis
Nunc primum dat vela Notis portusque fideles
Linquit et Hadriacas audet temptare procellas.

Vicinus litoribus Nemesianus ante cynegetica suscepta, id est tum movebatur cum eclogas ludebat[1]), minoris stili poemata. Sic etiam Raptui tum, ubi eum scribere incepit Claudianus, antecessisse non possunt nisi angustioris pectoris temptamina, panegyricus eius primus parvi ambitus aliaque carmina leviora.

Miro autem casu accidit ut etiam ita pergeret Nemesianus v. 63:

Mox vestros meliore lyra memorare triumphos
Accingar, divi fortissima pignora Cari,
Atque canam . . . edomitas fraterno numine gentes eqs.

Cuius loci memor fuisse Claudianus sane potest. Certe quod Nemesianus promisit, id ille exsecutus est: post scholicum epos grandius etiam epos politicum idque 'lyra meliore'.

Accedit praefatio ad Florentinum alteri Raptus libro praefixa examinanda. Cuius nexum cum Raptu nullum esse videri multi aiebant. Quoniam vero cum Raptu tradita est, pro documento dedicationis operis missi ad Florentinum habenda est. Et primum quod alteri libro praefigitur, cum liber primus propriam praefationem exhibeat, bene Kochius[2]) comparavit libros duo in Rufinum quorum prioris praefatio diversa tractat, praefatio secundi dedicationem ad Stiliconem continet. Deinde sententiam in dedicatione non postulamus nisi hanc: 'Tu Florentine ad haec canenda me excitasti'. Hanc autem Claudianus, postquam v. 1—48 Herculem ab Orpheo laudatum rettulit, revera his expressit (v. 49 sqq.):

Thracius haec vates. Sed tu Tirynthius alter,
Florentine, mihi. Tu mea plectra moves
Antraque Musarum longo torpentia somno
Excutis et placidos ducis in orbe choros.

Expectes fortasse quoniam Florentinus alter Hercules est, Claudianus alter Orpheus, hoc non Raptus Proserpinae prooemium esse, sed panegyrici alicuius de laudibus Florentini[3]). Nostrum autem est, si fieri potest, explicare id quod complicatius traditum accepimus. Itaque dicendus est poeta cum Raptum viro illustri illi dedicaret, laudes

1) cf. ad histor. hex. lat. p. 65 sq. 2) Mus. Rhen. 44, 583. 3) Talem panegyricum extitisse sibi persuasit Jeepius. Sed librorum maiorum Claudiani ullum periisse veri dissimile est.

eius saltem praefando perstringere voluisse idque perfecisse eum in modum, ut Orpheum Herculis laudes canentem induceret, breviter subaddens sub Hercule Florentinum latere, sub Orpheo se ipsum. Itaque verba v. 50 *tu mea plectra moves* interpretor: tu plectra mea et modo movisti cum Herculem canerem et movere pergis ubi ad aliud procedo. Qua autem ratione vir ille sub Hercule lateat statim videbimus.

Florentinus quem adloquitur poeta is est sine dubio ad quem Symmachus epistulas scripsit IV 50—57, frater minor Protadii et Minervii ex eiusdem epistulis bene notorum [1]. Anno 395 postquam quaestor in aula Honorii fuit (Symm. IV 50 v. 8 ed. S. et IV 20 fin.), eodem etiam praefectus urbis factus est inter diem 6. mensis Iulii et 14. Septembris; cum honorem deposuit fine anni 397 [2]. Hi autem sunt illi anni 395, 396, 397 quibus urbs Roma Gildone Afro frumentum praecludente summa inopia annonae laboravit, Florentinus vero praefectus is fuit qui famem avertit, commeatu annonario urbi securitatem reddidit ipsumque cardinem quasi fulsit totius mundi [3]. Hoc est, hoc ipsum, quod poeticis ambagibus circumscribit Claudianus Herculis sui laudem ita concludens:

> Te L i b y c i stupuere sinus, te maxima Tethys
> Horruit imposito cum premerere p o l o.
> Firmior Herculea m u n d u s cervice pependit,
> Lustrarunt umeros Phoebus et astra tuos.

Polus enim v. 46 Florentino *impositus* Roma est, cf. paneg. Ol. et Prob. 130 de caelo urbis Romae; *mundus* v. 47, qui eius cervice pependit, eadem Roma est [4] illa quae septem scopulis zonas imitatur Olympi [5] humanumque genus communi nomine fovit [6]. *Libyci sinus* autem *stupuere* v. 45: Africa nempe ante curam Florentini quasi Atlas Romam quasi caelum advecto frumento suffulserat; nunc stupet quod aliunde res frumentaria suppetit mundumque fulciat alius. Quod autem Claudianus vv. 31—44 etiam reliqua Herculis opera praemittit, angues a puero pressos, Cerberum, aprum Erymantheum, Antaeum, Cacum, aves Stymphalidas, debent haec cadere in negotia quae ante annum 395 gessit Florentinus, nobis quidem ignota, sed de quibus ad speciosam sententiam Seeckii (Symm. praef. p. 142) recurro haec scribentis: 'Florentinus iam circa annum 379 in comitatu Theodosii militabat et in collegio, cuius matriculae adscriptus erat, temporis ordine ad summos gradus processerat. Quoniam in hoc officio positus etiam Romae negotia publica gessit [id quod colligitur ex Symm. epist. IV 24], inter notarios eum militasse crediderim, quos ad mandata Augustorum exequenda totum orbem peragrari solitos esse .... constat.' Quod licet in coniectura nitatur, fingi tamen Florentinus notarius potest totum orbem peragrans quasi alter Hercules. Hunc Florentinum ut Claudianus Herculi, ita Symmachus ep. IV 24 Scipioni Africano minori aequiperavit propterea *quia ambo in negotiis suis pari gloria splenduerunt*. Magis memoratu dignum est quod idem anno 395 ep. IV 52 ad Florentinum scribit cum laudare desinens: *possem bona fide adicere maiora; sed tuae aures, licet fratrum laudibus gaudeant, communionem tamen gloriosi testimonii per verecundiam non ferunt*. An propter hanc hominis verecundiam Claudianus Herculem substituit Florentino?

---

1) Wedekindius in Claudiano translato p. 299 infeliciter excogitavit Florentinum esse Stiliconem post pugnam Florentinam ita cognominatum (quo ne Pholoes quidem mentione v. 44 abduci nos patimur) ita ut Raptus vel saltem praefatio haec post a. 405 scripta sit. Sed Stiliconem semper suo nomine vocavit poeta, neque victorem post pugnam publice Florentinum esse appellatum probari potest. 2) Seeck l. l. praef. p. 143. 3) cf. Symm. ep. IX 124 totam; IV 30 ad Protadium: *mihi Romae iugis est statio ... ex quo me viri excelsi germani tui* (Florentini) *praesentis et cura retinet et iuvat gloria;* VI 17 ad Nicomachos: *Urbis negotia nec vacat scire ...; unum hoc scio ... a vero dissentire rumores, ut numquam maiore plausu praefectura celebrata sit ... studia plebis ... favor quoque ordinis; ... haec ad nos ... pari omnium sermone pervenimt.* 4) cf. et illud *discrimine Roma pependit* Stil. I 377. 5) Stil. III 135. 6) Stil. III 151; cf. de Roma ipsa quasi caelo A. Kraemer De Manil. astron. (1890) p. 12 sq.

Hos de Florentino elegos quos modo excussimus cum Raptu Proserpinae vinculo tenuiore et quasi umbra vinculi ligatam esse concedo: non minus tenui tamen praefatio libri primi: nam neque hic neque illic vel de Cerere vel de Proserpina vel de Plutone praemonemur, ita ut cuivis carmini latiori aptari potuerit utraque. Quod si tamen alteram maiori nescio cui de Florentini gestis libro, quem mente tibi fingas, praemissam fuisse harioleris, captes mihi incredibilia. Etenim Florentinus hic cum segnior visus esset Stiliconi nec iussis eius in tironibus ad bellum Gildonicum exigendis satisfecisset, ipso anno 397 extremo ex gratia excidit, praefecturam deposuit coactus[1]. Itaque Claudianus post annum 397 Florentinum carmine celebrare vix iam susceperit; sin autem antea suscepisset, quid de eo narrasset? De Romanorum annonae inopia, de fame repellenda, de rei frumentariae procuratione eadem debuisset decantare, quae etiam descripta extant in Bello Gildonis v. 11—76 et in Laude Stilichonis variis locis. Denique hasce res proprii panegyrici idoneum argumentum esse negaverim; neque laudes virorum panegyrista omnino suscepit nisi consulum.

Tenue esse vinculum concessi, nunc vero idem simul certissimum esse demonstrabo, quo et Florentini et Cereris et Proserpinae nomina in poetae animo cohaeserint: quod in hunc locum reservatum approbabit quisquis meminerit in tractatu poetico elatiore nos versari et id in deliciis habuisse hunc poetam, ut per imaginem et allusionem sensum proprium operiret magis quam aperiret. Proserpinae fatum, Cereris dolor quid ad praefectum, quaeris? Praefecti huius in re frumentaria vel ceriali tum summam laudem et unicum meritum constitisse vidimus: Claudianus vero iisdem annis de Cerere scribere suscepit: iam quis hominum fuit in orbe, cui tale carmen dicaretur, accommodatior, quam Cereris urbicae patronus? Ex raptu nempe filiae et ex matris luctu ipsam agriculturam antiqua fabula deducebat, id quod nemo est qui ignoret vel Claudiani aevo ignoraverit. Et Claudianus quidem quid sit canturus exactissime distinguit I 25—31 deos inferos sic adloquens:

Vos mihi sacrarum penetralia pandite rerum
Et vestri secreta poli: qua lampade Ditem
Flexit amor; quo ducta ferox Proserpina raptu
Possedit dotale chaos quantasque per oras
Sollicito genetrix erraverit anxia cursu;
Unde datae populis fruges[2]) et glande relicta
Cesserit inventis Dodonia quercus aristis.

His praecipue gravissimis versibus carmen de raptu exitu vero et destinato destitutum esse et imperfectum tradi cogitur: deficit enim in eo loco ubi Ceres filiam ereptam per orbem quaerere incipit; at hic Claudianus opus suum exordiens sic disponit, ut in Plutonis amore et puellae amissione minime requiescat, sed post hanc primum quidem magnos illos Cereris per orbem errores describi velit, deinde vero ad hominum felicitatem deflectens, quo cumulus carmini adiciatur, etiam de frugibus narraturus sit, quas Ceres populis dederit et quomodo inventa sit ars laetissima aristarum colendarum. Quodsi ad hunc beatissimum finem calamus eius pervenisset, quin inter agriculturae institutionem ad Florentini hac in re meritissimi mentionem vel tectam laudationem reversurus fuerit poeta, nullus dubito.

Atque iam illud ad Florentinum in prologo *tu mea plectra moves* quo iure dictum sit minore obscuritate laborat. Nisi quod has tenebras postquam removimus, novum monitorem insistere audio: id scilicet etiam luce carere cur in Raptu Proserpinae perficiendo Claudianus cessaverit. Sic ex una quaestione gigni solet altera: at vero etiam

1) cf. Symm. epist. VI 64 (hieme 397/8): *praefectus agendo negotio segnior visus Lampadio successore mutatus est.* 2) *leges* pessime unus Cuiacianorum apud Claverium.

responsum unum plura solet parturire. Poeta anno maxime 397 carus esse Stiliconi incepit; Florentinus eodem anno exeunte gratia Stiliconis florere desiit et praefecturam sine laude amisit; atqui carmen hoc Florentino illo tempore promissum erat quo curam annonariam cum laude gerebat; iam ergo in eius viri honorem, quem Stilico improbabat et ex praefectura removerat, carmen de Cereris donis continuari non potuit. Quid? quod a Claudiano ipso quoque tum improbatus est: nam quos fructus Roma ex Florentini procuratione ceperat, eos pluribus locis fuse enumerans Eutr. I 402 sqq., Stil. I 307 sq., II 393 sq., III 88 sq. meritum ecce totum in unum vertit Stiliconem, Florentini olim adorati nomen silet tacet atque oblivioni tradit.

His absolutis iam tuto affirmare licet Raptum Proserpinae inter prima temptamina fuisse, in quo iam primo non contis nec remuleo, sed velificatione plena, ut aiunt, usus est; atque nescio num etiam praefationis ad Florentinum versu 51 idem commendetur, ubi antra Musarum adhuc longo somno torpuisse dicuntur; tum enim sane diu fuit quod Roma eius generis et ornamenti poesin non viderat; nam post Statii Thebaidem et Achilleidem quid memoratu dignum huius generis tradebat antiquitas? Sic mensibus a Ianuario ad Novembrem fere anni 395 Raptum incohatum, postea fortasse etiam continuatum, tum vero interceptum et abruptum esse statuo, ut inde ab anni 398 initio ἀτέλεστος iaceret.

Firmatur autem hinc quoque, quod supra sustinuimus, Stiliconis favorem in rebus poetae non ante annum 397 aliquid valuisse. Post annum 397 Claudianus sive Theodorum celebrat sive Palladium sive Honorium, Stiliconis inicere praeconium numquam omittit (paneg. Theod. 161 sqq., epith. Pallad. 93 sq.); Florentinum tantis laudibus tam unice prosequi vix potuit receptus in familiaritem summi ducis.

V.

Hi viri omnes quibus patronis usus est Claudianus adulescens, Florentinum dico, Hadrianum, Probinum, Olybrium nec non et Theodorum, de quo postea videbimus, cum amici et familiares aut inter notos saltem Symmachi fuerint, mirum est quod ad ipsius Symmachi limen poeta numquam accessisse videtur. Certe numquam laudavit; nisi quod carm. min. 19, 2 ex eo quod Gennadius 'fama secunda fori' praedicatur, tecte fortasse significari concludas Symmachi primam famam esse in foro Romano. An ab eius nomine celebrando propterea abstinuit palatii catholici comes, quia ethnicus fuit Symmachus? Neque ulla inter ambos communio cernitur nisi quod poetam oratoris scripta novisse nonnullae similitudines plane aperiunt [1]).

Iam vero Maeonio aliti humilis volatus dedecebat neque passus est contineri in illis regionibus. Grandior enim et fortior haec Musa fuit quam quae in celebranda mediocritate acquiesceret: neque potuit summum saeculi ingenium nisi summa attingere: tam

1) Vide adnotata sub margine locorum IV cons. 621, Theod. 196 sq., Stil. II 403 sq., III praef., III 129, 205, Pollent. 423. Etiam ad paneg. Theod. 6 *ex alta mortalia despicit arce* cf. Symm. relat. 3, 20: *spectat senior ille divus ex arce siderea;* ad Gild. 349 *aemula virtus exacuit* cf. relat. 12, 2: *virtus aemula alitur exemplo;* ad Stil. I 122: *sub pellibus* et bell. Poll. 181 cf. *aula sub pellibus* Symm. orat. p. 321, 35; ad IV cons. 640 cf. *aliorum tempora fastis numerata sunt, vestra victoriis* p. 324, 7; ad laud. Stil. I 232 sqq. cf. Symm. or. p. 326, 1 sq.; ad IV cons. 426 et Gild. 494 cf. *solis occidui* Symm. p. 332, 18. Quod Stil. I 252 *Nigrum* coniecerunt, commendaveris coll. Symm. p. 328, 21 sqq.

acer in animo iuvenili impetus et nominis Romani propriaeque gloriae amor et odium vitii et pugnandi criminandique stimulus fuit. Sic dis volentibus meritissimo duci suus vates contigit, neque id quod res ferebat vita prohibuit, sed genuit quasi necessitas necessitudinem. Accessit tandem Claudianus ad imperii administrationem resque publicas; argumenta tandem nova graviora sublimiora vita ipsa ei suppeditavit; et animus eius tandem erectior ex arte scholastica elatus est et in propriam artem increvit, ut summa vi ingenii per annos singulos ex ipsa historia sui temporis fabulas Homericas cuderet, quas veri similiores credebant quam veritatem.

Quare iam Mediolanium versus animum temperi dirigamus et vitam aulicam poetae quamvis ductu incerto et diffluentibus coloribus adumbrare conemur.

Proficiscendum est a laudis Stiliconis libri tertii praefatione scripta ad initium anni 400, ubi poeta postquam Ennium semper in castris cum Scipione degisse narravit de Romam intrante Stilicone haec verba subnectit, v. 21 sq.:

Noster Scipiades Stilicho, quo concidit alter
Hannibal antiquo saevior Hannibale.
Te mihi post quintos annorum, Roma, recursus
Reddidit et votis iussit adesse suis.

Fuit qui opinaretur vocem *Roma* v. 23 esse nominativum, ut sensus nasceretur: 'Roma te, Stilico, mihi reddidit', itaque Claudianum quinque annos Romae esse versatum et nunc ibi gaudere sibi redditum esse Stiliconem. Sed si *te* v. 23 pertineret ad Stiliconem, proprium vocativum antecedere exigendum esset et corrigendus esset v. 21: *Noster Scipiade Stilicho.* Porro si Claudianus per lustrum annorum 395—399 vixisset Romae a duce separatus, quo iure nunc *redditum* eum sibi dixisset? an ante a. 395 Claudiani fuisse Stiliconem constat? Esto igitur *Roma* vocativus et hoc teneamus, poetam initio anni 400 cum suo Scipione ad urbem revertisse post quinquennium. Neque enim sine causa de Ennio narrationem praemisit, cuius haec summa est: Scipionem semper Ennium in castris secum duxisse idemque ubi triumphaturus tandem revertisset, ibi quoque Ennium reducem cum triumphatore in urbem esse advectum (v. 19). Quae stupide descripsisset poeta, nisi de eo eadem valebant atque de Ennio. Sequitur ut Claudianum anno 395 recitata Aniciorum laudatione mox urbem reliquisse et usque ad annum 400 abfuisse affirmemus.

Videamus num loci extent unde id infirmari possit. Et primum Mallii Theodori panegyricus aut urbis ubi recitatus sit indicio omnino carere videbitur — et tum quidem Mediolanii eum esse recitatum ex ante dictis consectarium erit —, aut ne caret quidem eiusmodi indicio. Quid enim praefatio? Non adsunt pro auditorio nisi culmina senatus Romani (v. 7), itaque senatus non totus, adsunt praeterea viri quibus exultat Gallia (v. 8), itaque non senatus solus. Idemque in vv. 19 sq. etiam distinctius audimus:

Hoc ego concilio collectum metior orbem:
Hoc video coetu quidquid ubique micat;

Si enim adest quod 'ubique' micat, nimirum non Romani solum senatores, sed ex omnibus partibus imperii et praefecti et magistri et comites illustres et clarissimi et spectabiles convenerant quasi 'orbis collectus', idque scilicet in palatio. Ideo etiam princeps ipse memoratur; nam sicut Iuppiter aquilas duas emisit ut spatium mundi cognosceret, ita princeps dicitur quam latum imperium sit ex hoc coetu cognoscere (v. 17 sq.) [1].

---

1) Verba sunt *Princeps non aquilis terram cognoscere curat; Certius in vobis aestimat imperium;* improbo nunc quae ad l. adnotavi neque cum Mommseno facere possum. Sed vocem *vobis* ut de toto coetu accipiamus, sine venia nexus cogit sententiarum et aquilarum emissarum comparatio; cf. infra p. XXXIV, adn. 2.

Ergo in castris versamur. Quod si verum est, hinc etiam explicatur quod v. 5 scriptum mirati sunt. Quod enim sua Musa loqui audeat in tanta procerum caterva, id inde repetit poeta, quod sibi 'continuis castris fiducia crevit' quodque iam tota sua pectora 'miles habet'. An usus castrensis fiduciam ei dedit ut Romae in senatu loqui auderet? immo ut in castrensi curia. Quae omnia iam bene profligavit Koenigius.

Deinde Bellum Gildonis anni 398 ne quis Romae recitatum esse credat cum cura defendam. Et Romae certe recitata est magna illa Laus Stilichonis anni 400; mox anno 402 ibidem Bellum Pollentinum. In huius autem Belli prologo ad recitationem priorem retro spectatur verbis hisce, v. 1sqq.:

Post resides annos longo velut excita somno
  Romanis fruitur nostra Thalia choris.
Optatos renovant eadem mihi culmina coetus
  Personat et noto Pythia vate domus.
Consulis hic fasces cecini Libyamque receptam;
  Hic mihi prostratis bella canenda Getis.
Sed prior effigiem tribuit successus ahenam
  Oraque patricius nostra dicavit honos.

Bellum Pollentinum Romae recitatum esse infra firmabitur; hinc est quod v. 2 'Romanis choris' se frui gaudet. Iam versu 5 'hic' i. e. Romae 'consulis fasces' et 'Libyam receptam' declamasse se ait; quo indicari et Laudem Stilichonis et Bellum Gildonicum putaveris. Si indicatur, ecce anno iam 398 Romae adfuit Claudianus. Huic vero opinioni desperanter locus ille Stil. III praef. repugnat, ubi quinque annis ante a. 400 Romam se non vidisse poeta testificatus est. Quin etiam repugnant verba ipsa quoque quae transcripsi curiosius excussa. V. 3 coetus Romanos 'renovari' cum pondere affirmat Claudianus; hoc plausibilius ita accipias, ut semel tantum antea Romae ille declamaverit: nam id quod in consuetudinem abierat, renovari dici operae pretium non fuit. Gravius est quod v. 7 legitur 'prior successus' quo statuam sibi meruerit; non legitur 'successus priores'; ergo semel tantum Romae successerat ei recitatio. ergo semel tantum ibi recitaverat. Abhinc quid sibi vult illud *Libyamque receptam* in v. 5? Poema quod extat de bello Gildonis Libyam receptam minime describit, deficit enim ante victum Gildonem. Hoc autem poema aut numquam ad finem perduxisse poetam aut, si perduxerat, statim decurtasse satis mihi persuasum est et infra iis quibus curae est persuadere conabor. Neque igitur de hoc hic cogitandum. Immo vero versibus his duobus

Consulis hic fasces cecini Libyamque receptam,
  Hic mihi prostratis bella canenda Getis

totidem opera, nempe duo tantum, concinne contra ponuntur, Laus Stilichonis et Bellum Pollentinum. Laudis autem Stilichonis hic non unum, sed duplicem indicem ponendum recte duxit Claudianus; constat enim ex libris tribus; at de 'fascibus' Stiliconis ibi non agitur nisi ab II v. 218 usque ad finem; praemittitur amplissima ducis laudatio et civilis et militaris; inter merita bellica autem amplissimum locum Gildonis devictio obtinet, nempe versus centum quadraginta I 246 usque ad finem vel libri primi partem gravissimam, fuitque hic de 'Africa recepta' tamquam proprius tractatus vel Belli Gildonici incohati supplementum (cf. infra p. XXXIX). Claudianus vero anno 402 de Stilicone Alarici victore Romae canere exordiens si ad Laudem illam Stilichonis respiciebat, quamnam partem eius aptius in memoriam revocare potuisset quam militarem eam, quae fuerat de Stilicone Gildonis victore?

Quibus omnibus si quis tamen pertinacior probandi vim inesse pernegabit, ne testimonium quidem deest quo quaestionem conficiam; de Gildonico suo carmine haec Claudianus significat Stil. I 3 et 4.

Conubii needum festivos regia cantus
Sopierat, cecinit fuso Gildone triumphos.

Hic ecce ipsam 'regiam' habes Mediolanensem, quae Gildonem 'cecinerit' vel carmen de eo declamatum resonaverit. Ergo locum qui est Bell. Poll. praef. 5 ad hoc carmen referre non licet.

Manet ergo et pedibus stat nec profligatum iacet illud Claudiani de se testimonium, quod fuit. urbem eum non vidisse annis ab usque 395 ad 400.

Mediolanii Claudianum substitisse saepius iam antecepimus. Quid ibi egerit nunc videamus.

Patet enim non sic eum in Stil. III praef. Ennium sibi comparasse quasi ipse stipendia in Stiliconis exercitu fecisset et ne sic quidem, quasi familiaris lateri ducis semper adhaesisset vel ad Rhenum properantis vel per Pannoniam et Thessaliam bellum ferentis vel vincentis Alaricum in Peloponneso. Immo solita illo aevo tralatione quae castra dicit, palatium est, quam militiam dicit, officium palatinum; neque refert Stilico utrum semper Mediolanii adfuerit necne; poeta dum in aula officio fungitur, in 'comitatu' Stiliconis est veri tunc aulae principis.

Claudianus ut clientem[1]) Hadriani, Olybrii, Probini et pauperem[2]) se attestatur, ita tamen et domum propriam habuit et clientes proprios[3]). Militiam autem quam dixi his verbis primum innuit, carm. min. 22, 51:

Eripe calcatis non prospera cingula Musis,
Eripe militiam, comitem me pelle sodali[4]).

Nempe quia Hadrianus Musas Claudianeas calcavit, iam cingulum poetae improsperum dicitur. Militare autem dici solet is qui in corpore aliquo officium habet; adscribamus igitur poetam alicui scriniorum, sive memoriae sive dispositionum sive epistolarum sive libellorum quae sub dispositione magistri officiorum[5]) et tunc quidem sub dispositione Hadriani ipsius de quo agitur fuerunt. Notarium eum tum non fuisse hoc ipsum prodit, quod sub Hadriano militat.

Anno autem 399 eodem aut simili officio fungi pergit: nam praef. paneg. Theod. 5 sq. ad suam Musam haec verba facit:

An tibi continuis crevit fiducia castris
Totaque iam vatis pectora miles habet?

quo de loco iam supra vidimus; *continua* autem castra sunt quibus iam quarto ut videtur anno utitur.

Sed etiam anni 400 initio militare se pergere nuntiat poeta, in Laud. Stil. III praefatione quam supra excussi; quod autem poeta v. ultimo dicit de Stilicone: *(me) votis iussit adesse suis*, non ex officio, sed evocatus a summo viro tum cum Romam comitatus esse videtur.

Per hoc quinquennium, spatium sat diuturnum, fieri potuit ut poeta in scrinio etiam ad maiores honoris gradus ascenderet vel ex devotissimo memoriali vel episto-

1) Carm. min. 22, 34 *clientem* (propterea etiam v. 42: *miserere tuorum*); carm. min. 40, 10 *contemnor;* ibidem v. 23 ea ratio inter eos intercedit quae Augustum inter et Maronem; carm. min. 41, 7 talis Probini reverentia est, ut primus scribere non audeat poeta. Simul tamen cum Olybrio Oresteam amicitiam esse profitetur v. 18 *sodalem*que nominat v. 19, scilicet in ludo rhetorum. 2) Carm. min. 22, 53 *de paupere vate triumphos;* propterea ubi gratia apud potentes spoliatur, etiam *egestas* imminet v. 23. Etiam ad Serenam de paupertate verba sunt carm. min. 31, 46. Hinc illa laus paupertatis et frugalitatis in Ruf. I 200 sqq. 3) Carm. min. 22, 24: *Desolata domus* (sc. poetae) eo quod inde *amici* truduntur (v. 25) quae amici notio vicina est clientis. 4) Amicos Claudianus in Hadrianum quasi coniuratos habuerat; et hos quidem solos eiecerat vir illustris; legimus enim v. 25: „amicorum hunc tormentis enecas, hunc in exilium trudis". Itaque verba *comitem me pelle sodali* (ita cod. V) hoc sibi volunt: facias me exulem sicut sodalem iam fecisti eiusque comes fiam in exilio. 5) Not. dign. occ. c. 9.

lari exceptor et melloproximus, vir clarissimus, fieret, deinde proximus, vir spectabilis[1], vel adeo magisterium nancisceretur alicuius scriniorum. At vero aliter evenit Claudiano.

Nam anno vel 402 vel 401 in cursu honorum iam ita eum processisse videmus ut in schola tribunorum ac notariorum locum haberet. Sic nempe in inscriptione honoraria eorum annorum quam infra exprimemus dedicatur: *Cl. Claudiano v(iro) c(larissimo) tribuno et notario.* Habuit igitur clarissimatum neque spectabilis fuit, neque igitur in scrinio proximus vel magister factus est. Tribuni autem et notarii coniunctae dignitatis exempla multa collegit Gothofredus ad c. Theod. l. I tit. 3, l. VI tit. 10; adde Eucherium Stiliconis filium qui hanc dignitatem non excessit (Zosim. V 34, 7: cf. ibid. V 12, 2) vel quod Cassiodori avus sub Valentiniano principe gessit tribuni et notarii laudabiliter dignitatem[2]. Prae ceteris Palladius tribunus et notarius adferendus amicus Claudiani ad quem scriptum est carm. min. 25. Ibi Palladius in praefatione a Claudiano sibi socius v. 3 ac sui ordinis per aulam consors appellatus est v. 4; vel hinc veri simile fit utrumque non inter notarios praetorianos, sed inter aulicos vel principis fuisse. Quos quidem notarios cum suo primicerio scrinia cum magistris scriniorum honore praecessisse docet vel ipse ordo quo Notitia dignitatum hos illi subnectit. Fuit nempe eorum nobilissima militia sive ea 'qua non illustrior extat altera' ut ipse poeta gloriatur c. min. 25, 84; partes enim fuerunt consistorii regii, in quo acta et secreta notabant, dicunturque assidua lucubratione principis curis militare sive committi iis principis secretum et consilium[3]; sic porro formula notariorum apud Cassiodorum VI 16: . . . *nullis aestimantur necessaria posse committi nisi qui fuerint fide magna solidati* (ita Claudiano statuae honos 'propter fidem' tributus est). *Publicum est quidem omne quod agimus, sed multa non sunt ante scienda nisi cum fuerint deo auxiliante perfecta . . .; regis consilia solos decet scire gravissimos . . . .; dissimulare debent quasi nesciant scientes . . . . Adsit innocentia quae cuncta commendat quia in placida mente regia decenter debent verba deponi.*

Et hactenus formula. Quae siquidem ad poetam referre licet[4], videant eius amatores quam 'magna fide' ille apud principem 'solidatus' fuerit, videant historici, fons qualis historiae aestimari hic debeat notarius poeta, quem non solum 'decuerit regia consilia scire', sed qui etiam 'dissimulare debuerit quasi nesciat sciens' cuiusque fuerit 'innocentiae' species 'cuncta commendans'.

In hoc collegium receptum Claudianum cave ne scribarum more domi haesisse credas. Immo tribunorum et notariorum frequentissima itinera; mittebantur enim a latere principis in negotiis multifariis cum scriptis mandatis extraordinariis; quin etiam ubique fere ubi memorantur in historia temporum, missi cum mandatis comparent neque raro in negotio relligionis Christianae; velut Dalmatius anno 386 missus est ad Ambrosium, Hilarius quidam adversus Athanasium, Ioannes quidam ad tuitionem eorum qui ad ecclesias confugerant; alii ad frumentarium commeatum urgendum emissi, alii etiam ad reges exteros[5]. Quod memoramus ne quis forte Claudianum Mediolanii versus scribentem et carmina parturientem consedisse ea qua senex Veronensis quiete putet.

1) cf. Boecking II p. 412. 2) Cassiod. var. I 4. 3) cf. Cassiodori var. VI 16; Gothofredus ad cod. Theod. VI 10; Mommsenus in Novo archivo oqs. XIV p. 482. 4) Carm. min. 25 praef. 5 quod legimus de „studiis communibus“ Palladii atque Claudiani, ea studia de ipso officio notariorum accipi oportet; nam quod illo v. 3 socius, v. 4 consors poetae dictus est, id ipsum repetitur studiorum communitate memorata. 5) cf. Gothofredus ll. ll.

VI.

His expositis tandem ad familiaritatem quam cum Stilicone poeta habuerit indicandam via munita est.

Et primum Claudianum Theodosio quidquam debuisse non est quo probemus. Notabilem sane inscriptionem obelisci Aegyptiaci esse inicio quem Theodosius Byzantii erigendum curavit cum versibus dedicantis et Latinis et Graecis; Latini autem hi sunt et sic interpungendi (CJL. III 737):

Difficilis quondam dominis parere serenis
Iussus et extinctis palmam portare tyrannis;
Omnia Theodosio cedunt subolique perenni:
Ter denis sic victus ego domitusque diebus
Iudice sub Proclo superas elatus ad auras.

Verborum similitudines in Claudiano adnotavimus ad Eutr. I 8 et ad Rapt. I 276: etiam syntaxeos quadam duritie[1]), inprimis omissione verbi *sum* et *fui* de Claudiano moneri possimus: neque vero verendum est ne quis nimis temerarius anno 390 haec Claudianum in usum imperatoris composuisse contendat[2]).

Neque anno 395 postquam Theodosius discessit, quidquam causae fuit cur Stilico utrinsque militiae magister ad magistri officiorum comitem exiguum et umbram animum attenderet. Aniciorum enim laudes quid ad Stiliconem? praesertim qui plurimam partem a Mediolanio abfuerit in Galliis aut per Pannonias aut in ipso Oriente demorans. Neque Claudianus tunc Stiliconem licet adoraret canendum sibi sumpsit, sumpsit sibi Proserpinam.

Primum autem ad aulam aditum Claudiano aperuerunt patroni senatorii. Honorius cum sub finem anni 395 tertium suum consulatum inire constituisset, Claudianus parvum panegyricum in III consulatum Honorii initio anni 396 recitandum composuit. In eius praefatione v. 15 sqq. ita legimus:

Me quoque Pieriis temptatum saepius antris
Audet magna suo mittere Roma deo.
Iam dominas aures, iam regia tecta meremur
Et chelys Augusto iudice nostra sonat.

Ex quibus haec efficiuntur: Claudianus mense Ianuario anni 396 primum in aula regia recitavit nec recitaverat antea (dicit enim *iam meremur*); recitavit autem non suo nomine, sed 'missus' a senatu Romano et ita primam ad aures regias admissionem nactus est; id sine dubio prae ceteris debuit Anicii; denique ante hunc panegyricum iam 'saepius antris Pieriis temptatus' fuit, et Roma quidem eum temptaverat; ergo non solum panegyricus Aniciorum, sed plura carmina a palatio aliena velut Raptus Proserpinae hanc Honorii laudationem Romae praecesserant.

Neque id casu factum quod hae primae Augusti laudes in ambitum panegyricis reliquis omnibus minorem redactae sunt, versuum scilicet 211[3]). Clarae semper habitae sunt maxime propter laudes Theodosii iniectas v. 96 illas quidem etiam ecclesiasticis

1) cf. quae dixit Mommsenus l. l. p. 138; equidem quam structuram sententiarum agnoscam, sic circumscribendo indicabo: „Difficilis quondam fui, cum iussus essem dominis parere et palmam portare; sed omnia Theodosio cedunt; sic ergo victus sum et elatus ad auras superas". 2) Quin etiam saepius accidit illius aevi inscriptionum lectione ut Claudiani memoria excitetur, velut CJL. V 6253: *sed meritis mentis vicerat iste genus* dictum est ut De IV cons. 431: *natus te meritis . . . vincit;* item cf. quae notavi ad carm. min. 25, 83 et VI cons. 373. 3) cf. quae exposuit J. Koch Mus. Rhen. 44, 578.

acceptissimas. Scilicet ab Honorii patre celebrando aptissime tum nova haec palatina poesis exorsa est. Gravius fuit quod etiam Stiliconis laudes v. 114—162 ex ore Theodosii accipimus discedentis, ubi id tunc primum pronuntiatum est v. 152sq., 'solum' Stiliconem amborum filiorum tutorem esse debere.

Antea nempe quam hic panegyricus perfectus ac recitatus est, subito Rufini fabulosa strages incidit die 27 mensis Nov. anni 395. Tunc mense Decembri neque antea perfectus est panegyricus De III. consulatu (cf. Kochius in Mus. Rhen. 44 p. 576sq.). Rufinus enim gratia apud Theodosium vix minus quam Stilico floruerat; nunc demum post mortem Rufini Stiliconi utriusque filii tutelam iniunctam esse contendebatur, nunc demum summa fratrum sub Stilicone unaminitas splendidissime celebrari poterat vv. 175—211; haec enim non iam contra Rufinum, sed ad Eutropii auctoritatem extenuandam scripta sunt.

Et tum quidem haec poeta iussu senatus. Quibus tamen ad Stiliconis gratiam conciliandam sibi non satis fecit. Rufini enim inexpectata morte quantum mundum tum deriguisse et Stiliconem quantum increvisse putas auctoritate et gloria? Hinc Claudianus subito abreptus ad maiora Musam accingi iussit.

VII.

Hic vero filum vitae Claudianeae deducere intermitto et de rebus tunc publice gestis, quarum Claudianus et pars et testis et praeco unicus fuit, relationis summarium intertexam, ut de temporum ordine, quo carmina maiora condiderit, expeditius postea disputari possit. Neque decebit vel aquilam describere sine nubibus vel navitam sine oceano vel sine annalibus sui temporis historicum.

De annis dicetur qui numerantur ab usque 395 ad 400. Quae acta sint recensebuntur, cur acta sint rarius inquiretur. Enarrabuntur quae cum aliis tum poetae ipsius praeconio debemus, sed omissa Claudianea vel admiratione vel indignatione. Ridiculum est enim quam non didicerint multi colores eius poeticos a rebus detrahere. Ego hac in materie sequendum magna ex parte esse video Iulium Koch atque de iis quae hic repetere non licuit ad viri doctissimi disceptationem mitto sobrii iudicii plenam, editam in Museo Rhen. t. 44 p. 575sqq. Ubi quod suspicatus est p. 599 Claudiani iam suo tempore tantam auctoritatem fuisse, ut in iis rebus, de quibus cum eo conveniant testes alii vel Zosimus vel chronicorum fabricatores, hi ex illo hausisse videantur, speciosae huic suspicioni vellem demonstrationem addidisset[1]).

1) Ceterum conferendae praeter opera maiora Tillemontis, Gibbonis, Aschbachii (Geschichte der Westgothen 1827), Pallmanni, De Wietersheimii, Güldenpenningii (Der Kaiser Theodosius der Grosse, Halae 1878 et Geschichte des oströmischen Reiches unter den Kaisern Arcadius und Theodosius II, Halae 1885) commentationes hae: Holzhausen, De fontibus quibus Socrates, Sozomenus ac Theodoretus . . usi sunt Gotting. 1825; Simonis, Versuch einer Gesch. Alarichs, Gotting. 1858; Richter, De Stil. et Rufino Halis 1860; Köpke, Die Anfänge des Königthums bei den Gothen, Berl. 1859; Volz, De Vesegothorum cum Romanis conflictionibus, Gryphiswald. 1861; E. Rosenstein in Forschungen zur deutschen Geschichte (1863) tom. III p. 161sqq.; E. Vogt, De Claud. . . . fide historica Bonnae 1863; eiusdem programma gymnas. Colon. 1870; idem in libro festo edito Bonnae 1879; Ney Vindiciae Claud., Marpurgi 1865; P. Schultz, De Stilichone, Claudiano, Zosimo, Regimont. 1864; R. C. Martin, De fontibus Zosimi Berol. 1866; G. Sievers, Studium zur Geschichte der Römischen Kaiser, Berol. 1870 p. 337sqq.; R. Keller, Stilicho, Berolini 1881. De chronicis Holder-Egger in Neues Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde I (1876) post Mommsenum in Dissertatt. societ. scient. Saxon. II et III.

Duae autem historiae miscentur, historia imperii Romani bipertiti atque historia gentium barbararum, in primis Gothorum.

Picti Scotti Saxones quod Brittannias anno 383 postquam abscessit Maximus tyrannus maioribus afflictionibus vexarunt, parum ad rem; nisi quod haec repente desiisse ubi regnare coepit Stilico laudator eius asseverat Eutr. I 392 et Laud. Stil. II 250 sqq. Germani Rheni ad dextram ripam accolae per decem fere annos ante obitum Theodosii satis pacatos se praebuerunt: Alamanni anno 378 tum cum Valentem Gothi premerent magna manu incucurrerant, devicti sunt a Gratiano apud Argentariam [1]. exinde quietem egerunt. Mox Maximus tyrannus solo terrore nominis ab immanissimis Germanorum gentibus tributa ac stipendia exegisse fertur [2]. Franci ripuarii anno fere 388 ducibus Genobaude Marcomere Sunnone Rhenum prope Coloniam Agrippinensem latrocinantes transgressi victi sunt a Nannino et Quintino magistris militaribus in silva Carbonaria [3]. Pacem proximo fere anno paravit Arbogastes post Maximi casum.

Haec tum in Occidente. Gothorum vero nomen magis etiam fatale Romanis fuit. Agitur autem de Vesegothis quibus artissime iunctos Tervingos fuisse credimus perinde atque Ostrogothis Greuthungos [4]. Getas ex consuetudine poetarum his Gothis substituit Claudianus [5], idem tamen etiam primus Visorum nomen offert Stil. I 94, quod ibi ex optimis membranis confidenter restituimus; post eum recurrit apud Apollinarem carm. VII 399 et 431 et V 476; Visigothos Cassiodorus dixit Var. III 1. Claudianum enim, qui Ostrogothos distincte nominet Eutr. II 153, cur Visos nominasse diffidamus? Quid? si iam apud Pollionem in Claudio c. 6 extiterant? id enim ibi speciose nomen agnovit Muellenhoffius.

Hisce Gothis Hunorum vi propulsis Valens princeps sedes intra fines imperii petentibus concesserat [6]) anno 376 [7]); quorum ea multitudo fuit ut bis centena milia virorum iuvenum numerarentur. Quos tum etiam Ostrogothi trans Danuvium secuti [8]), sed post Valentis cladem in Pannoniam regressi sunt [9]). Victus autem et peremptus est imperator a barbaris rebellantibus et in furorem repentinum accensis prope Hadrianopolim anno 378 [10]): Claudianus auctores eos sequitur, qui igne absumptum Valentem scribebant, Bell. Poll. 610.

Theodosius a Gratiano Augustus appellatus qui in Orientis partibus laesam rem publicam repararet [11]), pugnasse primum prospere cum Gothis fertur [12]), mox a. 381 foedus pepigisse [13]); anno autem 382 a. d. V Non. Octobr. universa gens sedibus in Moesia et Dacia acceptis in militiam Romanam se tradidit [14]). Mox admissi Gothi ad honores et dignitates et urbs et aula Byzantina paullo post sic referta fuit pelligeris barbaris ut non satis deplorari posset a Synesio in oratione de regno habita [15]). Atque 'sic traditus illi servatusque Oriens' (Claud. IV cons. 69).

His foederatis exercitus Romanus iam ita viribus invaluit, ut cum barbaris extraneis, Ostrogothis, Bastarnis, Greuthungis, Alanis, Hunis de summa rerum decerni posset.

1) Amm. Marc. 31, 10. 2) Oros. VII 35, 4. 3) Sulpicius Alexander apud Gregorium Turon. II 9. 4) Aliter Zeuss, Die Deutschen und die Nachbarstämme (1837) p. 406 sq. 5) Ita etiam titulus eius temporis CJL. VI 1196. 6) Amm. Marc. 31, 4; Eunap. fr. 42 M.; cf. Claudianus Stil. I 37. 7) cf. Volz p. 4. 8) Amm. 31, 5. 9) Iordan. c. 27. 10) cf. Amm. Marc. 31, 13, 12; chron. Idatii. 11) cf. Claud. IV cons. 49—62. 12) Idat. *(victoriae nuntiatae sunt adversus Gothos Alanos atque Hunos die XV kal. Decembr.)*, Prosper Aquit. ad a. 379, Marcell. Com. p. 266 Ronc.; cf. Zosim. IV 25. Ad hunc annum 379 an referenda quae pandit Claudianus VI cons. 107 de Alarici primordiis, inclusum Theodosium ipsum ab eo esse ad Hebrum? 13) Marcell. Com. p. 268 Ronc.; Iordan. c. 28; cf. Oros. 7, 34; Socrat. 5, 10. 14) Zosim. IV 34; Idat. chron. *(Gothi infida Romanis pace se tradunt)*. Idat. descr. cons. *(ipso anno universa gens Gothorum cum rege suo in Romaniam se tradiderunt die V Non. Octob.)*, Marcell. Com. *(universa gens Gothorum . . Romano sese imperio dedit)*; cf. Themistii orat. XVI et Sievers l. l. p. 301. 15) cf. De moribus christianis eqs. (1885) p. 21 sq.

Id primum actum esse anno 386 Claudianus curiose adnotat IV cons. 623 sqq. Eo anno Greuthungi (ita audiunt apud Ammianum[1]), Grutungi abbreviata prima syllaba apud Claudianum, nec dissimiliter Zosimus), Ostrogothis gens cognatissima[2]), Danuvium transierunt latrocinales: rex[3]) Odotheus erat[4]) (quem producta tertia syllaba pronuntiavit poeta, Ὀδόθεον dixit Zosimus IV 35 teste codice Vaticano[5])). Iam illi contriti atque consumpti sunt pugna navali ad insulam Peucen. Promotum magistrum militum per Thracias pugnae victorem nominat Zosimus[6]): triumphavit Theodosius a. d. IV Id. Octobres[7]).

Sed etiam iterum simile accidit tradente poeta in vita Stiliconis Stil. I 94 sqq. Comparent ibi Visi, Bastarnae, Alani, Chuni, Geloni, Getae, Sarmatae — ecce Musa amplificans — a quibus Promotus clade accepta necatus sit, regnante etiam tum Theodosio. Per Rufini insidias barbaros in Promoti caedem immissos esse fabulatur Zosimus IV 51, quod mendacii simillimum est: diserte enim tacet Rufini calumniator Claudianus. Stiliconis autem post Serenae nuptias hoc meritum primarium fuisse poeta dicit quod tum magister utriusque militiae ultus est Promotum. Quin etiam extinctos tum barbaros paene omnes fuisse a Stilicone adicit, nisi Rufinus proditor victis foedus praebuisset (l. l. 112 sq. et antea in Ruf. I 316 sqq.). Haec accidisse anno 391 ex Zosimo concluditur. Et hactenus res a barbaris gestae ante excessum Theodosii.

Theodosius Mediolanii quinque fere mensibus post deiectum Eugenium tyrannum diem obiit a. d. XVI kal. Febr. anni 395[8]). Filios Augustos Arcadium et Honorium reliquit, illum octodecim tum annos natum[9]), hunc undecim. Arcadium anno 377 esse natum concluditur, Augustus appellatus est anno 383[10]), Honorius natus die V Id. Septembribus[11]), imperator constitutus anno 393[12]). Tum vero fratres 'commune imperium' tenere coeperunt 'divisis tantum sedibus'[13]), Arcadius Orientis, Honorius Occidentis, quod factum esse patre volente antiqua historia consentit. Quid? quod ille numquam fortasse aut Romam aut Italiam vidit: hunc pater Romam iam anno 389 secum duxerat[14]).

Arcadius obtusus iuvenis et imbecillus curae traditus est Rufini natione Galli quem et summa fide amplexus erat Theodosius[15]) et praefectum praetorio Orientis continuo

---

1) Nisi quod 31, 3, 1 *geuthungis*, 31, 4, 12 *greustongorum* codex Vaticanus. Script. hist. Aug. Claud. 6: *trutungi*, Prob. 18: *grauthungis*; Zosimus IV 38, 1: *προθίγγους* in Vaticano. Idatius: *Greothingi* (Ronc. II p. 10 et 96). Suidas s. v. *Σκήψας*: *Γρουθίγγοις*. 2) cf. Claud. Eutr. II 153. 3) Sic Claudianus v. 632; regesque habent Greuthungi apud Ammianum. 4) Codices Heinsii deterioris notae (Pricaeanus, Palatinus, Mediceus pr., Moreti pr., Vaticanus quartus) *edotheus* offerebant, cf. Burm. p. 790. Nullo autem iure *Odothaeus* editores, quod expuli; *cf. Alatheus* apud Amm. Marc. 5) Ita *ὀδοθέω* ibi Vaticanus, inde nescio quo auctore manus prima effecit *οἰδοθέω*: hoc iniuria recepit etiam novissimus editor. 6) Qui IV 38—39 rem eandem iterum ex alio auctore prorsus mutatam refert. 7) Idat. descr. cons. Ceterum cf. Sievers l. l. p. 303. 8) *τῇ ἑπτακαιδεκάτῃ τοῦ Ἰαννουαρίου μηνός* Socrates VI 1 ex chronicis; cf. chron. paschale; *XVIII kal. Ian.* chron. Ravenn. (Cuspin.) sub anno 396. 9) Nam mortis anno 408 triginta et unum annos natus esse dicitur, Cedren. Synops. p. 334. 10) cf. Idatii chron. et descr., Prosperum, Cassiodori chron. 11) Diem habent Anon. Cuspin. et Idatii descr. et Socrates V 12, mensem Marcellinus Com., ceterum cf. Prosper et Idatii chron. Turbas quas fecerunt Claudiani loci IV cons. 153 sqq. et 371 removit Kochius p. 588. 12) Chronic. Ravenn. ad a. 393 (Ronc. II p. 122): *tenebrae factae sunt die solis hora II. VI. kal. Nov. et levatus est Honorius imperator Constantinopoli in miliario IIII a Theodosio patre suo X kal. Febr.*; inde minus accurate Marcellinus comes: *Caesarem fecit . . septimo ab urbe regia milliario: tunc quippe hora diei tertia tenebrae factae sunt*; de Prosperi verbis cf. Holder-Egger l. l. p. 32. Socrates V 25: *Ὁνώριον ἀναγορεύσας βασιλέα* ubi dies est 10. m. Ian. a. 394; apud Claudianum cf. III cons. 83, IV cons. 172, VI cons. 65, qui etiam de tenebris non prorsus dissimilia habet. Revera tenebras fuisse die 20. m. Nov. 393 constat; ceterum cf. Sievers l. l. p. 324. Quod vero Caesarem, non Augustum constitutum dicit Marcellinus, nomina regia confudit; similiter nempe de Theodosio II. dissentitur; *ἐπῄρθη Αὔγουστος* de eo refert chronic. paschale ad a. 403, Caesarem creatum esse ad eundem annum Marcellinus. 13) Verba Orosii sunt a Marcellino et Iordane iterata. 14) cf. Claud. VI cons. 54 sq.; fasti Idat. et Anon. Cusp. et chron. paschale s. a. 389. 15) Hoc concedit fere Claudianus Ruf. I 115, 220 sqq.; cf. Zosim. IV 51 et 57 ubi: *ἀπέλιπεν αὐτόθι Ῥουφῖνον . . . πράττοντά τε ὅσα βασιλεῖ δίδωσιν ἡ τῆς ὑπεροχῆς ἐξουσία.*

esse inde ab anno 392 voluerat[1]). Hic praefectus anno 395 recturus erat alteram partem imperii[2]).

Honorii etiam tum pueri a patre moribundo tutor constitutus est Stilico: hic enim cum Honorio illis diebus Mediolanii adfuit. Stilico gener Theodosii, maritus Serenae, Theodosii per adoptionem filiae, anno proximo in Eugenii tyranni et Arbogastis supplicio magnam partem habuisse non videtur, sed primas partes egisse Timasius magister militum (praesentalis?), secundas ille[3]), qui fortasse magisteriam dignitatem per Thracias habuit[4]); nec Claudianus illo anno quidquam praeclare ab hoc gestum celebrat. Adfuerat tamen, et *comes* fuisse *divi Theodosi Augusti in omnibus bellis adque victoriis* in elogio CJL. VI 1730 dictus est[5]). Initio autem anni 395 magister utriusque militiae in partibus Occidentis a Theodosio factus est[6]), neque ab eo culmine militari dum vivit recessit[7]). Magistros hosce inter altissimarum dignitatum viros numeratos praefectisque

1) De praefectura cf. cod. Theodos. VIII 6, 2; I 14, 2; Claudianus Ruf. II 82: *Ausonios currus et iura regentem;* cf. currum illum iuris Manl. Theodor. 198 sq. 2) cf. praeter Eunapium Ioannis Antioch. fr. 188 M.: *οἱ ἐπίτροποι Ἀρκαδίου καὶ Ὀνωρίου Ῥουφῖνος καὶ Στελίχων.* 3) cf. Zosim. IV 57: *ἔταξεν ἡγεῖσθαι Τιμάσιον καὶ ἐπὶ τούτῳ Στελίχωνα;* cf. Ioann. Antioch. fr. 187 M. 4) Quamquam hoc nusquam memorant scriptores; huc tamen pertinere videatur edictum anno 393 ad Abundantium, Stiliconem et alios magistros militum datum cod. Theod. VII 4, 18. Eodem traho Claudiani locum carm. min. 30, 196—211, in quo tractando haec comminisci velim. Stilico in primo flore aetatis tribunus praetorianus factus (CJL. VI 1730) et anno ut videtur 383 (Keller p. 15) cum legatione ad Parthos missus est (Claud. Stil. I 51—68) etiam tum, ni fallor, tribunus et notarius; tantum autem detraxeris ut caput legationis Sporacium fuisse statuas (cf. Laur. Lyd. de magistr. III 53). Haec primum exceperunt nuptiae Serenae, id quod efficitur ex Stil. I 69 sq. et carm. min. 30 (alluditur etiam Fescenn. c. 3, Nupt. 30—39; cf. CJL. VI 1730 et 1731, V 6250); generque principis eodem anno, ut videtur 384, comes stabuli sacri vel praepositus stabulorum sub dispositione comitis rerum privatarum nominatus est (c. min. 30, 190—193, ubi hic dicitur *primus honor;* cf. inscr. 1731; equos maxime Phrygios ibi memorat poeta; unde non cogitur illum in Phrygia annum degisse). Sequitur alter honor, comitivae domesticorum illustratus, his Claudiani verbis magis obscuratus quam explanatus (ibid. v. 193): *gemino mox inde e germine duxit Auxilia;* ita fere codex Γ, quod emendare velle sane periculosum est; sed utut *germine* defendemus, duplicis naturae auxilia domesticorum et protectorum distinguuntur, ipsius principis cohors quasi et tutela et ornamentum; *τάξεως γὰρ καὶ προςώπου ἕνεκα ἐν παλατίῳ εἰώθασι καταλέγεσθαι* (Procop. hist. arc. c. 24; cf. praeter Boeckingium Not. dign. II p. 394 sqq. accuratissimam disputationem Mommseni in Ephem. epigr. V p. 131 sqq.); ita socer generum sibi comitem proximum elegit. — His autem quae deinde adnexuit Claudianus ibid. v. 196—211, ea tam arte adnexa sunt illi comitatui domesticorum, ut accipi non queant nisi de annis proxime succedentibus; videtur ibi de magisterio militum esse sermo, diciturque Stilico in bello tum magistris militum senioribus esse praelatus; convenit quod Zosimus V 34 per annos tres et viginti eum usque ad mortem *στρατηγὸν* fuisse tradit; unde non a. 385, sed 386 incepisse eius magisterium colligo. Atqui notitia dignitatum in partibus Orientis quinque magistros aequo fere auctoritatis loco ponit: duos in praesenti, singulos per Orientem, per Thracias, per Illyricum; ex his eligamus magisterium per Thracias quod Stiliconi cum veri similitudine tribuamus; quem Riphaeam glaciem vidisse et Histrum fluvium rotis sulcasse testis Claudianus est III cons. 147 sq. Ergo hoc in Claudiani loco c. m. 30, 196 sqq. sub floribus verborum latet, Stiliconem magistrum per Thracias in Thracicis bellis a Theodosio antepositum esse magistris reliquis, id quod non est quod miremur. Iam vero bella Thracica maxime nota sunt duo annorum 386 et 391 de quibus supra rettuli; anno autem 386 Promotus magister fuit per Thracias (cf. p. XXVI); restat ut a. demum 391 fere in eius locum ibi Stilico successerit, antea alibi vim obtinuerit militarem. 5) Item *socius bellorum omnium et victoriarum* ibid. 1731; cf. Claud. III cons. 145 et 146 (qui versus cum verbis inscriptionum mirum in modum concordant) et v. 147 sq. ubi Theodosius et Getas et Sarmatas una cum genero se prostravisse affirmat. Propterea etiam Stil. II 212 sq. de Andragathio et Arbogaste Theodosii adversariis quasi de hostibus ipsius Stiliconis sermo est. Atque adnoto ibidem Stil. II 210 debito sane impeditiora esse verba *aut litore produnt;* sed tamen probari non possunt quae inde efficit Jeepius ed. II p. 252; potius aut de Andragathio aut de Gildone cum Gesnero cogitabimus. 6) Zosim. IV 59: *Στελίχωνα στρατηγόν τε ἀποφήνας κτλ.;* Gainam tum *τῶν ἑσπερίων στρατοπέδων ἔξαρχον* fuisse quod scribit Ioannes Antioch. fr. 190 M. probari vix potest. 7) Memoratur dignitas CJL., VI 1730—1733, 1188—1189, IX 4051 inter quos titulus VI 1731 non ante annum 405 positus est; cf. Zosim. V 4, 2: *ἅπαν σχεδὸν τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον ὑπήκοον εἶχε;* leges ad Stiliconem magistrum militum datae extant cod. Theod. VII 22, 12 anni 398; VII 1, 18 et 20, 12 anni 400; VII 13, 18 anni 407; VII 20, 13 anni 409. Cf. de eius dignitate Mommsenus Hermae t. 24 p. 264. Videntur autem huic unico „magistro utriusque

praetorii et urbis aequatos esse notum est[1]). Quin etiam ut huius stationis vir *parens* vocaretur a principe quinto saeculo usus ferebat[2]); huc alludit Claudianus, qui Stil. II 166 *regni parentem* appellat Honorii socerum. Iam vero militiae hic magister ipsis imperatoribus affinis imperii partem recturus erat alteram[3]).

Praepollebat Medialanio illis temporibus Constantinopolis, quod et loci natura et rerum quasi traditione factum est; atque Theodosius si quidem non Honorio, sed Arcadio Orientem, quem ipse rexerat, tribuit, quin hunc fratrem natu maiorem cum Rufino suo praevalere prae Honorio in dominatu destinaverit nullus dubito equidem. Si enim toti imperio Stiliconem praeesse maluisset, summam huic dignitatem non per Occidentem tribuisset, sed Byzantii, neque Honorio eum adiunxisset, sed Arcadio. Immo Honorium, tum quippe immaturum, in paucos tantum annos pupillum Stiliconi tradidit tutori, usque dum suae tutelae esse posset. Neque quanta ambitione ferveret animus generi perspexisse videtur; Stilico enim violentiam deficiente occasione facile dissimulaverat. Res ipsae autem efficere debebant ut tutor in aula Honorii perinde robur imperii ad se traheret atque in Valentiniani aula Arbogastes.

Die 26. m. Febr. eius anni Ambrosius episcopus orationem funebrem de obitu Theodosii Mediolanii coram Honorio habuit[4]). Ibi tum dictus est Theodosius liberos praesenti Stiliconi 'commendasse'[5]); quod si de tutela filiorum mandata interpretaberis, celerius ages: nihil enim iis verbis inesse video nisi optasse Theodosium ne tutor Honorii hostilia contra Arcadium pararet. Quodsi verum est quod Graeci tradunt auctores, eum statim post patris decessum amborum filiorum 'tutelam' sibi adrogasse[6]), impudentius tum quidem hoc fuit mendacium. Sed ita non Stilico, si quid video. Nuntius enim hic ex ipso Claudiano clarissimo harum rerum scriptore ad historicos illos manasse sane potest. Quid vero Claudianus? Loci tres, in quibus hanc inventionem summae auctoritatis primum publicavit, extant III cons. 152—168 et Ruf. II 4 sq. et Ruf. I praef. 17 ubi ex Florentinis excerptis sensum hunc restitui; loci hi omnes post Rufini demum mortem editi sunt. Atqui poeta hic in ipso quasi arcano imperii versatus esse et, si qua promit, et os et stilum Stiliconi praebere videtur. Concluditur hunc ducem ne ipsum quidem ante interfectum Rufinum id ausum esse, ut ambitioni suae scitam de postremis verbis Theodosii fabulam praetenderet. Quam Claudianus postmodo decantare non desiit[7]).

Rufinus ὁ ἄπληστος, divitiarum incertum an dominationis cupidior, mortuo Theodosio prolixius iam libidini suae inserviit. Lucianum comitem Orientis cito morti dedisse traditur[8]), idque paucis perstrinxisse videtur poeta Ruf. I 241—245[9]). Filiam Arcadio in matrimonium dare conatus est, sed spes fefellit[10]), quod caute attigisse videtur poeta Ruf. II 11—15 (cf. ad l.), diciturque adeo in eo fuisse ut fastigium regale sibi ipsi affectaret, quode cum Claudiano testium ne unus quidem dissentit[11]). Arcadius autem Eudoxiam filiam Bautonis duxit a. d. V kal. Maias[12]). Quin etiam malo fato evenit ut anni initio barbari nova et repentina rabie percita exarderent: Huni ex Scythicis regionibus Caucaso transito per Armeniam, Cappadociam, Syriam effusi incen-

militiae" vel „equitum et peditum" in Occidente etiam suppositi extitisse proprii „magistri peditum" et „magistri equitum"; cf. Mendelsohnius ad Zosim. V 32, 4; his adnumerandus Iacobus magister equitum carm. min. 50.

1) Boecking l. l. II p. 211. 2) Mommsen l. l. p. 261. 3) In universum de Rufino et Stilicone regum curatoribus cf. Eunap. fr. 62 et 63. 4) cf. M. Ihm, Studia Ambros. (1889) p. 38. 5) cp. 5: *liberos praesenti commendabat parenti.* 6) Zosim. V 4: *ἔλεγε γὰρ ἐπιτετράφθαι παρὰ Θεοδοσίου τελευτᾶν μέλλοντος τὰ κατ᾽ ἄμφω τοὺς βασιλέας ἔχειν ἐν πάσῃ φροντίδι*; et haec quidem satis caute; confirmatius exinde Zosimus V 34: *Θεοδοσίου ἀμφοῖν αὐτοῦ παίδοιν τὰς βασιλείας ἐπιτροπεύς* et ipse Olympiodorus apud Phot. cod. 80: *καταστὰς ἐπίτροπος τῶν παίδων . . . ὑπ᾽ αὐτοῦ τοῦ πατρὸς αὐτῶν Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου.* Haec et ab Eunapio et ab Olympiodoro ex ipso Claudiano auctore assumi potuisse iam a Kochio apposite moneor. 7) cf. IV cons. 432, Nupt. 307, Gild. 302, Stil. I 140, II 53—79, III 120 sq., VI cons. 581 sq. 8) Zosim. V 2. 9) cf. Kochius p. 596. 10) Zosim. V 1. 11) Oros. VII 37, 1; Zosim. V 1; Socrat. VI 1; Sozom. VIII 1. 12) Chron. paschale ad ann. 395; Zosim. V 3; Philostorg. XI 6.

diis rapinisque omnia miscebant[1]). Quas miserias eo minus restinguere Rufinus valuit quia legiones Orientis, quas Theodosius contra Eugenium abduxerat, reditum ex Italiis nondum habuerunt. Hunos quo tempore et quo modo repellere contigerit tacet historia[2]).

Stilico interim Galliarum securitatem omnibus anteponens primum iter sine exercitu acceleratissimum fecit ad Rhenum, socios Germanorum reges sacramento obstrinxit, Marcomerem et Sunnonem reges Francorum novarum rerum cupidos fregit[3]), redux fuisse ad exercitum initio m. Martii videtur[4]). Huius exercitus, ad Frigidum victoris, partem Vesegothi foederati ducibus Gaina (et Saule) et Alarico effecerant[5]): domum eos missos esse a Theodosio post profligatum Eugenium ante hiemem verisimile est[6]). Morabantur vero apud Mediolanium vel Ticinum vel Ravennam etiam tum legiones orientales contra Eugenium eductae, ut praeter Stiliconem magistrum militum etiam partium orientalium magistrum Timasium ibi adfuisse appareat; nec hoc satis, sed Gainas quoque Gothus magisterium Romanum tum accepisse videtur[7]): non accepit Alaricus[8]). Unde subito adaucta apud Gothos suos Alarici auctoritas.

Et tum quidem, vere eodem, quo Stiliconis, etiam Alarici clarum sidus emergens e tenebris huius aevi ortum est, idque fixum mansit radians in caelo historiae Germanorum. Qui iuvenis[9]) cognito, ab Hunis tum Asiam devastari, temporis opportunitatem perspexit, proprium regnum Gothis quaerendum esse proclamavit[10]), ipse a magna popularium parte rex sublatus est[11]). Et Vesegothi transdanuviani iam ante veris initium[12]) e Dacia incursarunt[13]). Ceterum seditio coepisse mense Martio videtur[14]). Inundabantur Pannonia, Illyricum, Thraciae, Macedonia, Thessalia[15]).

Iam Timasius quidem et Gainas cum legionibus Byzantium magnis itineribus contenderent oportuit. Stilico vero vix a Rheno reversus tum primum in illo rerum discrimine fines suos excessit coniunxitque eum illis suum exercitum, ipse Arcadio auxilium laturus non vocatus. Quin etiam expeditio ita describi solet, quasi si etiam Timasius et Gainas et Orientis milites Stiliconi duci unico obtemperaverint, id quod aut admittit dubitationem aut postulat. Per Pannoniam autem in Illyricum iter factum esse coniectum est[16]). In Thessalia vero cum Romani Gothique accincti ad proelium manus conserere coepissent[17]), Arcadius instigante Rufino Timasium et Gainam Byzantium venire, Stiliconem regredi in Italiam cum copiis suis iussit edixitque. Paruit neque rebellare conatus est Stilico nec de ultima Theodosii voluntate tum verba iactavit

1) Haec accuratius Claud. II 28—36 quam Socr. et Sozom. l. l.; cf. Philostorg. XI 8 et Kochius p. 598 sq., qui a perfidiae crimine hac in re Rufinum non male defendit; similiter Richter l. l. p. 30 sq., Wietersheim. IV p. 184. 2) cf. infra p. XXX adn. 12. 3) Alter regum in Tusciam in exilium missus, alter cum ulcisci vellet hanc ignominiam, a suis popularibus suppressus esse a Claudiano dicitur Stil. I 236—245, quae ita quidem narrantur ut cum illa Stiliconis ad Rhenum expeditione cohaereant; certe acta sunt ante bellum Gildonicum, quode ibi referri incipit v. 246. 4) Testis huius itineris unicus Claudianus est IV cons. 439 sqq., Stil. I 20, 189 sqq., 216 sqq., II 186 sqq., 243, 286, III 13; cf. Kochius p. 592 sq. 5) Zosim. IV 57, 2, V 5, 4; Socrat. VII 10; Saulem potius Alanorum ducem vocat Ioann. Antioch. fr. 187, id quod verius: idem tacet Alaricum. Ad Frigidum decem milia Gothorum cecidisse iactat Orosius VII 35, unde omnino plus ibi quam viginti milia eorum adfuisse effecit Iordanus c. 28. 6) Kochius p. 600. 7) cf. Zosim. V 7. 8) Zosim. V 5, 4: ἠγανάκτει γὰρ κτλ. 9) cf. Claud. VI cons. 498. Ex Baltharum genere oriundus dicitur Iordan. c. 29 de quo cf. ibid. c. 5; adultus in Peuce insula, Claud. VI cons. 105. Egit de Alarico Simonis, Versuch einer Geschichte des Alarich (1858). 10) Iord. c. 29. 11) Marcellin. Cons. ad a. 395; Iordan. de brev. chr. p. 238 de Isidori testimonio cf. Volz, de Vesegoth. p. 10. Causam seditionis sunt qui etiam hanc fuisse putarint, post Theodosii mortem Gothis dona consueta ab imperatoribus subtracta esse, id quod scribit Iordanes c. 29. Sed dona subtrahere tunc temporis insanientis fuisset; cf. Wietersheim. IV p. 182. 12) Aqua enim *solidata* Ruf. II 27. 13) Versus Claud. Ruf. II 36—53 de Alarici catervis interpretandos esse constat; atqui v. 26 barbari *per terga ferocis Danuvii ruere* et *stagna rotis frangere* dicuntur; ergo hi transdanuviani non possunt fuisse nisi Gothi ii, quos in Daciam Theodosius receperat (supra p. XXV). 14) Kochius p. 601. 15) Hic autem pugnatum esse fertur, Socrat. VII 10. 16) Ex Claud. Stil. II 191 sq. et Ruf. II 161; Kochius p. 602; quia Pannoniam tum pacavit, *pacator Histri* Stilico audit Claud. Stil. III 13; cf. Wietersheim. IV p. 187. 17) Claud. Ruf. II 121 sqq.

rediitque in Italiam[1]). Timasii autem et Gainae milites Rufinum obvium in campo Hebdomi ante portas Constantinopolis subito furore trucidarunt, trucitatum foedissime dilacerarunt[2]), quod statim dicebant ex Stiliconis consilio a Gaina esse perpetratum[3]): ceterum nisi odio ipsis militibus fuisset Rufinus[4]), ita saevitum non esset in corpus exanimum; furorem autem inhibita Alarici devictione sibi contraxerat. Id actum est die 27 mensis Novembris[5]).

Hinc frenos Orientis arripuit Eutropius eunuchus praepositus sacri cubiculi anno 396, mox etiam praefectus praetorio[6]). qui cum iam vivente Rufino apud Arcadium aliquid valuisset[7]) et Stiliconi favisset[8]), remoto Rufino prohibuit[9]) ne Stiliconi, quidquid de tutela amborum filiorum praetendebat, dignitatem in partibus Orientis Arcadius concederet.

Interim Alaricus Achaiam totam occupavit[10]) tenuitque 'imperans' per annum 396[11]). Exercitus Byzantinus abfuit; quid egerit, incertum[12]). Tandem eo perventum ut Stilico in auxilium arcesseretur: qui iterum profectus militibus in naves impositis[13]) cum robore Romano Corinthum appulit[14]), Alaricum in Pholoe colle inclusum obsedit, mox tamen dimisit et effugere cum praeda incolumem passus est[15]). Videtur enim Stilico barbaris feliciter inclusis ad Arcadium eam victoriae scripsisse condicionem, ut Eutropius ille nescio abiectior an versutior homo e palatio et comitatu removeretur sibique potentiae aliquid per partes Orientis concederetur[16]). Quod ubi negatum est, hostem ille sibi reservavit, quo ad infirmandam alteram Romam abuti posset. Et ita Graecia quidem liberata est; Gothi vero Epirum populati sunt[17]), eoque inopiae Arcadius redactus,

---

1) Ibid. 195—277. 2) Ibid. 400 sqq.; consentiunt cum Claudiano de membrorum dilaniatione et Marcell. Com., qui ab Italicis militibus necatum dicit, et Hieronymus in epist. 60, 16 data anno 396. 3) cf. Zosim.; Claudianus nimirum in carmine de Rufino ipsos milites simplici amore Stiliconis ad facinus impulsos esse simulat, v. 275 sq., 402; postea vero in Bello Gild. 304 Stiliconi Rufini casum attribuit. Chron. paschale ita: *ἀνῃρέθη . . . ἐν τῷ Ἑβδόμῳ ὑπὸ τοῦ ἐξερχέτου.* 4) cf. Philostorg. XI 3: *διότι μυκτηρίζων αὐτοὺς ἐπεφώρατο.* 5) *τῇ εἰκάδι ἑβδόμῃ (τοῦ Νοεμβρίου)* Socrat. VI 1; de rebus Rufini mortui edictum datum est Id. Febr. anni 396 Cod. Theod. IX 42, 14; cf. ibid. IX 38, 9. 6) Primum quidem a Theodosio ante Eugeniani belli exitum in Thebaidem ad Ioannem monachum oraculum petiturus missus est, nam *πιστὸς ἦν αὐτῷ τῶν ἐν τοῖς βασιλείοις εὐνούχων*, Sozomen. VII 22; cf. Claud. Eutr. I 312, II praef. 39; deinde praepositus est sacro cubiculo, cf. ibid. I 146, II 553, cod. Theod. IX 40, 17, Marcell. Com. ad a. 396; praefectum autem praetorio factum esse evincit solus Claudianus I 286 *iudex praetoria*, 105 *eous rector*, 234 *forum* (cf. v. 297), II praef. 1 *rerum habenas* (cf. illas *habenas* Manl. Theod. 198), II 68 *praesidium legum;* frustraque contra dixit Gesnerus ad I 231. In edicto cod. Theod. l. l. anni 399 quod de mortuo Eutropio scriptum est: *omnes res Eutropii qui quondam praepositus sacri cubiculi fuit aerarii nostri calculis adiunximus*, de praefectura eius cum indignatione et contemptu tacetur; indidem factum est quod nulla constitutio omnino ad Eutropium praefectum data in codicem recepta est; nam ipsi imperatores in edicto de quo agitur haec de eo: *ut eiusdem universis actibus antiquatis omnia mutescant tempora . . . nec ingemiscant aut qui sua virtute ac vulneribus Romanos fines propagant* (hi sunt magistri militum) *vel qui eosdem servandi iuris aequitate custodiunt* (hi sunt praefecti praetorio). Sed etiam plura his verbis continentur; quod enim expresse vetantur magistri militum et praefecti practorio ingemiscere de Eutropii sordibus, eo tacite indicatum est Eutropium ipsum et magisterium et praefecturam obtinuisse. Potest vero ille non nisi brevissimo tempore haec sibi arrogasse; nam constat ex cod. Theod. de praefectis Caesario et Eutychiano annorum 396—398, Aureliano et Eutychiano anni 399. — Denique Eutropius non solum consul a. 399, sed etiam patricius dictus: Claud. ibid. I 109, II praef. 2, II 561; unde iocus ille de *patre principis* II 69, II praef. 50; cf. *πατὴρ βασιλέως* Philostorg. XI 4, Sozom. VIII 7. De magisterio militiae infra videbimus. — Qua ratione Eutropius regnum administraverit, ex Claudiano disci fere non potest; neque hoc loco memoro nisi a Mommseno ad provinciarum Orientis novum ordinem, quarum tum numerum auctore Eutropio dividendo adauctum esse doctissime coniecit, non minus speciose adhibitos esse versus in Eutr. II 585 sqq *(provincia quaeque superstes dividitur)*; cf. Comment. soc. scient. Saxon. II p. 259. 7) cf. Zosim. V 3. 8) Zosim. V 8. 9) Scilicet *κρατοῦντος Ἀρκαδίου καθάπερ βοσκήματος* Zosim. V 12. 10) Claud. Ruf. II 187 sqq.; bell. Poll. 175 sqq., 611, 629; multa ea de re Zosimus V 5 et 6; cf. Volz l. l. p. 15 sq. 11) Ita Hieronymus epist. 60, 16, anni 396; cf. Kochius p. 606. 12) Contra Hunos in Asia detentum apte coniectat idem. 13) Stil. I 173: *Vexillum navale dares.* 14) IV cons. 462 sq. 15) Claud. Ruf. II praef.; IV cons. 461 sqq.; Stil. I 185 sqq.; Bell. Poll. 513 sqq.; 564 sqq.; Zosim. V 7. 16) Ita Kochius p. 610; quod contrarie disputat Claudianus Bell. Poll. 516 sq. quis mirabitur? 17) Claud. Eutr. II 215; Zosim. V 7, 4; Dalmatiam vastatam dicit Philostorg. XII 2.

ut Illyricum aut totum aut pars eius iis traderetur[1], civitas Romana concederetur, Alaricus magister militum Illyrici nominaretur[2].

Stilico vero ab imperatore Orientis publice hostis declaratus, bonis vel praediis, quae habuit apud Constantinopolim, privatus est[3].

Victus autem esse ad Pholoen Alaricus videtur anno 397; nam apud Claudianum in carmine De tertio consulatu Honorii ad ipsas kalendas Ianuarias anni 396 edito altum silentium est de ista victoria: ergo anno certe 395 non acciderat. Congruit quod ipso anno 396 imperare Gothos per Achaiam etiam supra vidimus. Neque vero anno 396 eiecti sunt; etenim poeta in carmine De quarto consulatu v. 620 sqq. id exemplis demonstrat, prospera sperari posse ubi Honorius consul esset. Ubi quod curiose et primi eius et secundi consulatus neque vero tertii mentio fit, concludimus tertium nulla omnino insignitum fuisse victoria ut pro exemplo poni illo loco non posset. Accedit quod, si anno 396 finitum esset bellum Peloponnesiacum, inter hoc bellum et bellum Gildonicum plenus ad minimum annus intercessisset; at contra 'tenuem moram' interfuisse et Stiliconem summa in festinatione fuisse testatur Claudianus Ruf. II praef. 16[4]. Restat ut anno 397 rem actam esse aiamus[5].

Bello feliciter confecto Alaricus quietem egit per annos quattuor. Novas turbas autem nec parum negotii regno occidentali in Africa tum dedit Gildo, natione Maurus, Nubelis reguli filius, comes et magister militiae utriusque per Africam inde ab anno 385[6], qui Firmo fratri Mauretaniae principi olim anno 376 a Theodosio seniore oppresso[7] successit. Qui cum ne magno quidem Theodosio anno 394 fidem servasset[8], ubi defunctum eum comperit, Africam sibi usurpavit a Stilicone nihil timens et retentis classibus annonariis commeatum frumenti Romae praeclusit[9]. Unde in urbe fame imminente summae difficultates praefectis urbi ortae sunt[10], qui ex Galliis, Hispaniis, Germaniis annonam supplebant[11]. Mox etiam aperta seditione ab Honorio defecit et ad Arcadii partes declinavit pellectus ab Eutropio[12], quas insidias suscepisse Eutropius vix antea potest quam Stilicho ad Pholoen Alarico dimisso odium perfidiae in se collegerat. Patrocinatur huic suspicioni quod Gildo non ante annum 397 hostis publicus a senatu Romano rogante Stilicone iudicatus est[13]. Videsque rationis orbem compleri; reducimur enim hinc quoque ad eam conclusionem, quae fuit, anno demum 397 fallacem

1) De Illyrico constat ex Claud. bell. Poll. 535, Eutr. II 214; obscurata tradunt Sozom. VIII 25, IX 4, Olympiodor. apud Phot. cod. 80, Zosim. V 26. Illyricum fortasse paene totum Gothis traditum; Emathia enim certe infuit (bell. Poll. 535) et Thraces (ibid. 537); cf. Volz p. 22 adn., Keller p. 35; Achaia minus; aliter de Graecia liberata gloriari Claudianus haud potuisset; fortasse tamen etiam pars aliqua Illyrici occidentalis; vix enim Gild. 453 de Arcadii Illyricis damnis lamentatur Honorius, immo de suis. 2) Ducem factum poeta liberius dicit Bell. Poll. 536, praesidem Eutr. II 216. Praefectum praetorio Illyrici fuisse ex iis colligebant quae Claudianus B. Poll. l. l. de iurisdictione eius et armorum fabricatione memorat, ad quam metalla et officinas (Thessalonicae, Naissi, Ratiariae, Horreomagi) adhibuerit. Sed praefectum Illyrici annis 397, 398, 399 Anatolium praebet cod. Theod. XVI 8, 12; XI 14, 3; IV 11, 8; VI 28, 6. Restat ut magistrum militum fuisse dicamus (Gueldenpenning p. 54). 3) Zosim. V 11, 1: *κοινῷ δόγματι;* Claud. Stil. I 297–299, 277 sq. 4) cf. infra p. XXXVIII. 5) Eum annum iam Gibbon dederat; cf. quae disputavi De moribus Christianis eqs. (1885) p. 19 adn., quae placuisse etiam Kochio (p. 581 et 605 sqq.) gaudeo. 6) Nam Claud. Gild. 154 per duodecim annos eum potentia usum esse indicat. Cf. Cod. Theod. IX 7, 9 (anni 393); Claud. Gild. 195 sq. 7) Amm. Marc. 28, 6, 26; 29, 5; 30, 7, 10. 8) Auxilium enim debitum eum paullo ante mortem principis, i. e. in bello Eugeniano non praestitisse tradit poeta Gild. 241–255; cf. VI cons. 108 sq.; quae de rebus gestis contra Maximum perperam accepit Jeepius. 9) Praecluserat iam vivente Theodosio per hiemem a. 394–395; Seeck Symm. praef. p. 67. 10) cf. Claud. Gild. 17 sqq., 35, 62; Eutr. I 401 sqq., Stil. I 279 sq.; Seeck l. l. et quae supra de Florentino praefecto disseruimus. 11) Claud. Stil. I 307 sq., II 393 sq., III 88; cf. Eutr. I 402 sqq. 12) Honorio imperatori primo tempore obsequii speciem servavit (Claud. Gild. 256 *nunc usque* vel *huc usque*); defecit anno 397 (ibid. 16 et 66) magna laude exceptus ab aula orientali (Eutr. I 399); ad partes Eoas nomen Libyae regendae transtulisse Gildo dicitur Stil. I 271 sq. (cf. ad l.). 13) Symmachi epist. IV 5 ad Stilichonem; cf. Claud. Stil. I 325 sq.; in eadem epistula Symmachus apud ipsum Arcadium se causam concordiae publicae egisse testatur.

in Peloponneso se praestitisse Stiliconem. Non ante mensem Martium [1]) hostem publicum dictum esse Gildonem ex cod. Theod. XII 5, 3 assequimur ubi die 17. m. Martii Anicius Probinus proconsul Africae comparet. Denique anno demum 398 ineunte [2]), dum exercitus maior a Stilicone paratur, Mascizel frater Gildonis, cui a Gildone nefarie interfecti erant filii, cum parva peditum manu [3]) contra eum missus est.

Ante huius expeditionis exitum [4]) ineunte eodem anno 398 hieme nondum exacta [5]) Stilico Mariam filiam Honorio in matrimonium collocavit, quo novo iam atque firmiore vinculo regium puerum sibi devinciret. Et tunc quidem dux Mediolanii adfuit [6]): sed iam aestate anni praecedentis ex Achaia revertisse videtur. Tum enim fere novas cohortes eum ad Gildonem debellandum explorasse canit Claudianus Stil. I 307 dilectu per Gallias habito (v. 317) et per Italias; quo spectant etiam edicta cod. Theod. VII 13, 12 et 13 et 11 data mensibus Iunio, Septembri, Novembri anni 397 [7]): tantusque numerus tironum contractus est, ut tunc ipsum impossibilia agi diceret Symmachus [8]). Quem tantum dilectum si respicimus, copiae Italicae illae, quibus ad Pholoen victus est Alaricus, etiam ad finem anni 397 ad tutandam Achaiam ibi relictae neque vero domum reductae esse videbuntur [9]).

Tum ipso vere anni 398 post nuptias Honorii nuntius inexpectatissimus et laetissimus de suppresso ad Tabracam Gildone perlatus est [10]). Stilico autem Mascizelem

1) Quin etiam non ante autumnum, si premimus Claudiani verba Gild. 16: veniente hieme hostem indictum esse Gildonem. 2) Cl. Gild. 16: *quem veniens indixit hiems* (cum hostis publicus declararetur), *ver perculit hostem;* quo iure autumno Mascizelem profectum Kochius dixerit p. 611 non assequor; *hiems* v. 490 procella est. 3) Oros. VII 36, 6: *cum quinque milibus, ut aiunt, militum;* inde Marcell. Com. ad a. 398. Claudianus Gild. 418 sqq. legionem Augustam (octavam?), praeterea enumerat cohortem Herculiam, cohortem Ioviam, militem Nervium et Felicem, Invictos, Leones; Nervii, Iovii, Leones, Felices, Invicti inter auxilia palatina fuerunt, Not. dign. occid. cp. 5; cf. Boecking II p. 230, Seeckius, Forschungen l. l. p. 186 sq. De versu Gild. 9 cum Seeckio dissentio; neque enim *exercitus* ibi memoratus alius esse potest atque ille v. 418 sqq. magnis verbis celebratus; sed pugnatum omnino non esse atque Orosium ficta pro vero vendidisse confido (cf. Gueldenpenning p. 69); iure itaque *necdum* posuit poeta. 4) Claud. Stil. I 3 sq., ubi statim post nuptias celebratas celebratam victoriam esse et lauream secutam esse serta amatoria exponitur; cf. Kochius p. 584 sq. Kalendis Ianuariis anni 398 praedixerat quidem nuptias poeta (IV cons. 643), sed consilium Stiliconis eatenus dissimulaverat ut post paucos annos futuras indicaret; et imberbem enim ibi dicit principem et maritum tum futurum esse cum lanugo per ora serpere coeperit. Deinde vero ita rem acceleravit Stilico ut fere mense Februario eiusdem anni nuptiae agerentur; non improbaliter Kochius p. 585 haec: „er hatte vielleicht schon damals, als Claudian den Panegyricus De IV. consulatu schrieb, die Vermählung für Januar oder Februar 398 in Aussicht genommen, hielt dies aber geheim, um mit dem fait accompli zu überraschen und so seinen Gegnern, an denen es [in palatio Honorii] sicher nicht fehlte, die Gelegenheit zu Erörterungen und Ränken zu nehmen". Mirum est quod Claudianus IV cons. 641 sqq. ter etiam ad nomen *Mariae* adsonantia verba posuit: 641 *Marii!*, 646 *mariti*, 618 *mari!;* nempe qui Mariam habebit, ille vere „maritus" erit. 5) Vel ante veris initium; id Kochius l. l. optime effecit ex Fescenn. 2, 1—10 et 41 sq. Adde quod Nupt. 185 scriptum est Venere ad nuptias agendas appropinquante *clarescere puris Aquilonibus Alpes*, item quod v. 188 subiti flores et frondes nascuntur, quod miraculum non fuit nisi etiam tum hiems fuit. 6) cf. Claud. Fesc. 3, al. 7) cf. Symmachi epist. VI 64 datam hieme 397—398. 8) l. l. p. 171, 23 Seeck. Ceterum vide quae disputavit Seeckius praef. p. 69 sq. 9) Kochius p. 611. 10) De rebus gestis Claudianus haec tantum: classis ancoras solvit in portu Pisano (Gild. 417 et 483), Sulcos, Olbiam, Caralin in Sardinia, in Africa Cinyphis fluvii ostium appulit (ibid. 9); bellum profligatum est apud Tabracam (Stil. I 359, Eutr. I 410, II praef. 71) verno tempore (Gild. 16); Gildo captus (Gild. 12), futurumque fuit ut Romae capitis damnaretur (Stil. I 361; III 99, cf. Gesnerum); de mortis genere ex Claudiano Gild. 465 satis constat cervicem a carnifice „rotatam" esse (chron. Ravenn. (Cuspin.): *Gildo occisus est pridie kal. Augustas;* hinc Prosper liberius: *Stilico . . Gildonem . . interfecit; strangulatus interiit* Oros.; hinc audacius *propria se manu strangularit* Marcellin. Com.; cf. Zosim. V 11). Qui autem factum sit, ut casu tam improviso et subitario caperetur Gildo, nescitur et ad coniecturas relabimur; neque enim quisquam sobrius Orosii et Paulini vit. Ambros. 51 fabulas superstitiosas pro vero venditabit. Ego vereor ne tali fallacia rem egerit Mascizel quam tacere vel occultare maluerint Romani. Quid enim, si statuamus Mascizelem se cum fratre et in gratiam rediturum et militem contra Romanum imperium iuncturum simulasse, hinc vero et deceptum et captum esse Gildonem? an id convenire moribus illis Africanis negabitur? Kochius Gildonis milites ipsius violentiarum impatientes ad Mascizelem transfugisse supponit.

victorem reducem morti dedit [1]), ne, puta, Firmi et Gildonis fratrum imitari exempla conaretur: patrimonium Gildonicum post confiscationem comiti proprio administrandum tradidit [2]).

Deinceps anno aut 398 aut 399 senatus populusque Romanus, quandoquidem ipsi urbi Gildonica rebellio perniciosissima fuerat, exquisitissimis honoribus et imperatores merito affecit et Stiliconem. Tunc enim et statuae equestres imperatorum constitutae sunt quibus in marmore subscriptum (CJL. VI 1187): *imperatoribus invictissimis felicissimisque dominis nostris Arcadio et Honorio fratribus senatus populusque Romanus vindicata rebellione et Africae restitutione laetus* [3]), et Stiliconis statua marmorea propterea quia *Africa consiliis eius et provisione liberata* sit: ita pronuntiatum est in elogio statuae supposito CJL. VI 1730 [4]). Quae quidem elogia ad latus arcus Septimii vel in foro Romano eruderata esse dicuntur. Neque mirum ea quoque in re senatum populumque R. cum Claudiano concordasse, quod Mascizelis veri victoris nomen et hic publice tacetur et in Laudis Stiliconis libro primo, sed omnia transferuntur in consilia et provisionem summi ducis.

Anno 398 si quid etiam amplius actum sit nescimus: nisi quod de legationibus illis Claudiano fides habenda esse videtur quas Mediolanium missas esse a Suebis, Francis aliisque Germanorum populis gloriatur Eutr. I 379 sq., 391 sq. Nam etiam carm. minor. 46, 13 *Rheni triumphos* affert, quos, cum prorsus nihil significare non possint, de legationum illarum triumpho incruento dictos esse oportet; scriptum autem illud carmen esse sese testificatur post mensem Februarium anni huius de quo agitur [5]). Congruit cum loco illo Eutr. I 379—395, quod in constitutione data initio anni 400 cod. Theod. VII 20. 12 non solum Sarmata (et Quadus?), sed etiam Alamannus legionibus inseri dicitur.

Eodem anno an Britanniae pacatae sint, etiam minus exploratum est [6]).

Honos unus defuit Stiliconi: ex consuetudine enim illius aevi post tanta merita bellica ut statim in annum proximum 399 etiam consul designaretur, expectari debebat: atque in votis hoc fuisse Romanorum Claudianus testatur Stil. II 222 sq. et 258 [7]); quod inhibuisse Eutropium confido. Usus enim tum ferebat, ut in imperio bipertito alterum quidem consulum Arcadius, alterum Honorius designaret, sed ita, ut uterque Augustus utrumque ratum esse ante publicationem iuberet [8]). Atqui Stilico in partibus Orientis hostis publicus dictus erat: debuit ergo Arcadius negare probationem.

Hinc est quod anno 399 Eutropius et Mallius Theodorus consulatum inierunt. Stilico vero ut iniuriam pensaret, ipso initio anni Eutropium in fastos Occidentis inferri

1) Zosim. l. l.; cf. Oros. l. l.; E. Vogt in libello anni 1879 p. 86 Stiliconem mortis auctorem fuisse addubitavit; sed Orosius quia morti Mascizelis plausit, nomen Stiliconis consulto omisit; omittit enim omnia quae in laudem eius verti possint. 2) „Privato iure" Gildo praedia per provinciam paene totam tenuerat (Claud. Gild. 157—161), quae tum domni Honorii „sociata" vel „ad aerarium delata" sunt; cf. cod. Theod. IX 42, 16 anni 399, cod. Theod. VII 8, 7 anni 400, VII 8, 9 anni 409; inde illud patrimonium Gildonis sub dispositione comitis rerum privatarum et comes ille patrimonii de quo cf. Not. dign. occid. c. 11; adde cod. Theod. IX 40, 19 et Augustinum contra Cresconium Gramm. 3. Ceterum vide Boecking II p. 380 et Mommseni adn. ad CJL. IX 4051. 3) Claudianus VI cons. 370 sqq. etiam arcum triumphalem innuit, ubi Romae verba ad Honorium haec sunt:

et nominis arcum
Iam molita tui . . . pugnae monumenta dicabam
Defensam titulo Libyam testata perenni.

4) Statua dicata est et post m. Februarium anni 398, quia *socer Honorii* Stilico dicitur, et ante a. 400; nam consulatus eius memoria deest. 5) Scilicet v. 12 Stiliconem et Serenam poeta „soceros" Honorii vocat unde nuptias Honorii aetas esse colligimus. 6) Id primum memorat Claudianus Eutr. I 392, iterum Stil. II 250 sqq.; mirum quod de annis 385 et 386 cogitare potuit Keller p. 17. 7) Ubi tantos annos elusae provinciae dicuntur spe consulis, et Africae verba sunt: *sperabam nullas trabeis Gildone perempto nasci posse moras.* Claudianus nimirum rem eo vertere debuit in laudatione, ut Stiliconem fasces contempsisse simularet v. 222, 233 sq., 281 sq. 8) cf. Mommsen, Ostgothische Studien (in Neues Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde XIV) p. 5.

omnino vetuit; scilicet iam initio m. Ianuarii Mediolanii Claudianus recitavit haec (consul. Theodor. 266): *non hic violata curulis; turpia non Latios incestant nomina fastos*[1]); et ubicumque consulatus illius anni in Occidente memoratur, Theodorus solus comparere assolet[2]).

Eutropius praefectura non contentus anno ut videtur 398 etiam magisterium militum arripuerat, quo consilio et Abundantium sustulerat[3]) et Stiliconem excludere ex rebus Orientis studuerat[4]). Seditiones militum Gothicorum minus graves accidisse anno fere 397 videntur[5]). Anno vero 398 arma movebant Gothi externi nescioqui et ex septentrionis partibus profecti solitis caedibus atque rapinis Asiam et Syriam depopulabantur[6]), quo iam tribus annis ante barbaros et maxime quidem Hunos incurrisse supra relatum est; hos repulsos esse necesse est intra annos 395 et 397[7]). Eutropius vero quamquam fere nihil contra latrones gessisse videtur, tamen tamquam vicisset in urbem rediit triumphans[8]) et consulatum sibi vindicavit victori[9]). Itaque consul designatus esse videtur Eutropius aestate aut autumno anni 398, mense fortasse Septembri; quod ut alia eius temporis designationum exempla commendant[10]), ita Claudianus confirmare videtur in libro I; nam 'annum' ille ibi 'flagitat' (v. 285) tunc ipsum postquam ex bello Asiatico victus a barbaris, sed victorem simulans rediit (v. 254 sq.); quem reditum cum nec hieme nec vere accidisse veri simile sit, acciderit aut aestate aut autumno.

Iamque anno 399 statuae consulis et omnis generis imagines in multis civitatibus exhibebantur[11]). Bellum autem quod inter barbaros trans Danuvium transve Caucasum tum fuisse et mox desiisse videtur[12]), Eutropio et regno orientali negotia non paravit.

1) cf. Claud. Eutr. II 293 sqq., ubi Musa haec nihil non exaggerans Eutropium candidatum significatum aulae Mediolanensi esse exponit, sed despectum esse adeo ut ne ad senatum quidem de eo referret Stilico neque rescriptum Romam veniret quo consulem non esse agnoscendum ediceretur; sed senatum ipsum accepto designationis rumore in fastos referre eum dedignatum esse; cf. verba despicientia Romae Eutr. I 373 sq. (apud Claud. Eutr. II 127 idem valet quod Stilico relegasse turpe nomen legitur). Quodsi quis miratus sit quod Claudianus saturam illam, qua Eutropii consulatum impugnat, non tempore designationis vel autumno anni 398 edidisset, sed demum ad consulatus introitum, commode id explico ex supra dictis. Si enim aula designationem omnino neglegebat neque edictum emisit quo quid sentiret publicaretur, ne poetae quidem huic palatino ansam invectivarum praebere potuit sola designatio. Credibile est Stiliconem interim ad Arcadium scripsisse quid de novo consule sentiret id agens ut consilium ille mutaret; quod ubi frustra fuisse exordio anni proxumi apparuit, et Stilico quid constituisset strenue monstravit et consensit senatus et Claudianeae indignationi tandem liber campus apertus est. Ceterum si quis Claudiano diffidat affirmanti rumorem tantummodo de designatione Romam perlatum esse, egregie refellitur Eunapii verbis utilissimis fr. 74: *ὅτι κατὰ τοὺς χρόνους Εὐτροπίου τοῦ εὐνούχου τῶν μὲν περὶ τὴν ἑσπέραν οὐδὲν ἀκριβῶς γράφειν [ἐξῆν] εἰς ἐξήγησιν· τό τε γὰρ διάστημα τοῦ πλοῦ καὶ μῆκος μακρὰς ἐποίει τὰς ἀγγελίας καὶ διεφθαρμένας ὑπὸ χρόνου . . . οἵ τε πλανώμενοι καὶ στρατευόμενοι εἰ μέν τινες ἦσαν τῶν περὶ τὰ κοινὰ καὶ δυναμένων εἰδέναι, πρὸς χάριν καὶ ἀπέχθειαν . . . ἀπέστειλεν. Εἰ γοῦν τις αὐτῶν συνήγαγε τρεῖς ἢ τέσσαρας τἀναντία λέγοντας ὥσπερ μάρτυρας, πολὺ τὸ παγκράτιον ἦν τῶν λόγων . . . .· ταῦτα δὲ ἦν· „σὺ πόθεν ταῦτα οἶδας; ποῦ δέ σε Στελίχων εἶδε; σὺ δὲ τὸν εὐνοῦχον εἶδες ἄν"; . . . . τῶν δὲ ἐμπόρων οὐδὲ εἰς λόγον πλείονα ψευδομένων ἢ ὅσα κερδαίνειν βούλονται κτλ.* 2) cf. edicta eius anni in cod. Theodos. et chronica Prosperi, al.; unde etiam per errorem *Manilio et Theodoro* apud Idat. descr., *Mallius et Theodorus* in chron. Cassiodori, *mallio et theodor cons* tabulae paschales de quibus Usenerus in Mus. Rhen. 37 p. 479. Quae cum ita sint, credi nequit quod sane quam eleganter coniecit Mommsenus l. l., in praefationis cons. Theod. v. 11 sq. per aquilas duas Eutropium et Theodorum esse denotatos; quod si esset verum, Eutropius figurate aquila Honorii, i. e. consul ab Honorio approbatus dictus esset; quam imperatoriam approbationem pronuntiare poeta non potuit eodem die quo die negavit nomen Eutropii in fastos esse relatum (Theodor. v. 266). Neque aquila omnino bene poni de despectissimo homine mihi videtur. Igitur in comparatione illa verba poetae alio vertamus; cf. supra p. XIX. 3) Consulem anni 393; cf. Claud. Eutr. I 167. 4) Claud. Eutr. I 236 ibique Gesnerus; 241 *arbiter belli*; cf. supra p. XXX adn. 5. 5) Huc traho verba Synesii in oratione De regno c. 21; cf. quae disputavi De moribus christianis eqs. p. 20; etiam harum turbarum auctorem Gainam fuisse suspicor. 6) Eutr. I 246 Cappodocia, 248 Argeus mons, 250 Syria nominatur. 7) cf. supra p. XXX adn. 12; et quidem reppulisse eos videtur Fravitus; huc enim trahi potest Zosimi locus de eo V 20, 1. 8) Eutr. I 254 sq. 9) Ibid. 285. 10) cf. quae diximus p. XXXVII adn. 3. 11) Cod. Theod. IX 40, 17; cf. Claud. Eutr. II 71 sq. 12) Claud. ibid. II 103; hoc enim sibi vult ni fallor quod Mars iam a Gelonis Thraciam repetere dicitur in curru cruentato.

Ille igitur primo vere Ancyram cum Arcadio iter fecit sollemne[1], unde cum non ante aestatem ineuntem repedarent[2], Gainas ille magister militum, quem etiam Rufini caedi adfuisse vidimus, summa qua contra Eutropium flagravit invidia[3] eo perductus est, ut seditionem moveret qua vix perniciosiorem passus est Oriens[4]. Seditiosam autem militiae Gothicae indolem iam anno 397 perspexerat Synesius et quid futurum esset Arcadio praedixerat[5]. Iam Gainas Greuthungos, qui cum Ostrogothorum manu sedes in Phygia concessas tenebant[6], et Tribigildum Greuthungum, comitem et ducem alae Geticae, quem Tarbigilum vocavit Claudianus[7], in tumultum subitarium pellexit. Quos 'advenas Arctoos'[8] anno 395 cum Hunis in Phrygiam delatos et colonos vel 'laetos' factos esse non absurde conieceris. Ibi vero postquam per paucos annos culturae agrorum vacarunt[9], Tribigildo duce, qui Nacoliae residebat[10], Phrygiam suam pluresque Asiae regiones perurunt in ipsasque urbes irrumpunt[11]. Eutropius muneribus datis sedare et compescere turbas frustra temptat[12], mox contra rebelles Leonem amicum *ὑποστρατηγοῦντα*[13] mittit, Gainae mandat ut Hellespontum et Byzantium a vi barbarorum tutaretur. Et Leo quidem, quamvis varia nec constanti fortuna Tribigildus uteretur[14], tamen et infelicissime rem gessit et interfectus est[15]. Quo casu etiam Eutropius e culmine est praecipitatus flagitante cum urbis populo[16] tum vero Gaina viro potentissimo[17] nec renuente Arcadio[18]: qui cum Cyprum relegavit[19] per edictum illud quod hodieque extat insertum codici Theodos. IX 40, 17: atque haec illa exigua charta est, cuius vulnere spado patricius concidit, quam Claudianus canit Eutr. II praef. 19. Relegatum esse debere aestate magis exeunte quam ineunte rerum gestarum serie docemur quas enarravimus; quod vero edictum *datum* esse traditur *XVI Kal. Febr. Constantinopoli Theodoro v. c. cos.*, illud *Febr.* corruptum esse recte vidit Tillemont[20].

Mox Chalcedone anno aut eodem aut, quod facilius credam, proximo[21] Eutropius necatus est.

Atque iam Stiliconis consulatui nil obstruebat Oriens, quod iniit ille cum Aureliano anno 400: unde hostem publicum eum esse desiisse post Eutropium oppressum efficitur. Quodsi Eutropii potentiam aestate magis exeunte quam ineunte fractam esse recte posuimus, autumno, mense fortasse Septembri anni 399, vix vero antea consul designatus est Stilico. Claudianus vero anno priore fore adeo speraverat, ut Arcadius

1) Saepe ibi constitisse imperatores et Arcadium quidem etiam anno 397 Gothofredus illustravit ad Cod. Theod. IX 14, 3 (tom. III p. 98). 2) Claud. l. l. 100; *aestas* enim ex optimis membranis edidimus. 3) Eunap. fr. 75; Zosim. V 17, 4; 13, 1. 4) Zosim. V 13 sqq. 5) cf. supra p. XXXIV adn. 5. 6) Claud. l. l. 154. 7) Philostorg. XI 8; Zosim. V 13, 2; tribunus militum *(χιλιαρχῶν)* apud Socrat. VI 6, de nomine monendum apud Eunapium fr. 75 extare *Ἀργίβολον;* quae corruptela a *Ταργίβολον* propius abest quam a *Τριβίγιλδον* quod habet Zosimus; ita *Tarbigilum* Claudianeum quodammodo tutatur Eunapius. 8) Claud. l. l. 158. 9) Ibid. 195 sqq.; cf. 205. 10) Philostorg. XI 8. 11) Claud. v. 274 sq.; Eunap. fr. 75; Zosim. V 13, 3—4; 15, 1 sq.; Philost. l. l. 12) Claud. v. 317. 13) Ita Zosim. V 16, 5; de eius moribus cum Claudiano facit Eunapius ipse fr. 76. 14) Zosim. c. 15 et 16. 15) Ita Claudianus v. 432—455, apud Zosimum c. 17 infortunium eius perfidiae Gainae tribuitur, mors tacetur; sed ad mortem Leonis fortasse verba Eunapii pertinebant fr. 75 fin.: *σφαγεὶς δὲ ἔκειτο μηδὲ τὸν θάψοντα ἔχων καὶ κατορύξοντα.* 16) Ita Claudianus v. 516 sq., hoc confirmant quodammodo Ioannis Chrysostomi orationes sive homiliae *εἰς Εὐτρ. εὐνοῦχον πατρίκιον καὶ ὕπατον;* cf. Socrat. VI 5. 17) Ita Zosim. c. 17 fin. quod veri simillimum. Poeta enim Gainae et nomen et res debita anxietate praeteriit, propterea nimirum, quia si memorasset eum, perfidiam eius laudare debuisset. Et fieri etiam potuit ut Stilico cum Gaina conspiraret; eo magis dissimulandus Gainas fuit. 18) Eos, qui quaerere solent in historiis ubi sit mulier, ad narrationes de Eudoxia mittimus offensa ab Eutropio, quas habet Philostorg. XI 6. 19) Zosim. c. 18; Claud. Eutr. II praef. 20) Tom. V adnot. p. 62: rescribi voluit *Oct.;* contra facit tamen quod cod. Theod. IX 40, 18 datum est *VIII Kal. Aug.* eiusdem anni. Cf. Sievers p. 360. Gueldenpenning p. 99. 21) Zosim. c. 18, 2; Aurelianum consulatu deiecit Gainas anno 400; cum ea re arte nexus fuisse videtur Arcadii et Gainae conventus qui habitus est Chalcedone, Zosim. c. 18, 6. Quodsi anno 400 Chalcedone fuit Gainas, etiam Eutropius Chalcedonem eo anno traductus esse volente Gaina videatur. (De morte eius Asterius Kal. p. 60 ad d. 1. m. Ian. 400? cf. Sievers; mihi ignotus auctor).

contra Tribigildum suppetias Stiliconis imploraret[1]): ea in re eventu refutatus est. Et Gainas quidem etiam tum summam ibi rerum tenuit: qui primum Aurelianum consulem aliosque altioris loci viros profligavit[2]), deinde iuncto sibi Tribigildo aperta proditione tyrannorum more regnum appetens Constantinopolin subicere conatus est; quod cum secus processisset[3]) et alia quoque ei praeter spem evenissent[4]), a Fravito magistro militiae natione Gotho debellatus, trans Danuvium fugatus, in pugna ab Hunis occisus, caput eius anno 401 hastae praefixum Arcadio allatum est[5]). Fravitus autem consulatus honorem induit anno 401.

Quae Gainae fata Claudianus quidem non celebravit, celebraverunt Graecis versibus Eusebius scholasticus atque Ammonius[6]).

Tot ac tantis calamitatibus per illos annos Orientis terrae vexatae sunt: qua in historia id ne respeximus quidem quod de Mazicibus et Auxorianis traditum est, inter annos 395 et 400 atque eodem fortasse tempore, quo a Greuthungis Asiam, ab ipsis Libyam et Aegypti haud exiguam partem devastatam esse[7]); vel quod etiam Parthi anno 399 ne fidem Romanis frangerent et Tigridem transgrederentur 'Sapore' rege caeso timendum fuit[8]).

Interim Alaricus in Illyrico quievit futura opperiens et novum discrimen praestolatus neque miseriis regni Arcadiani misceri curavit neque lucrum capessivit ex civilibus eius discordiis: sed illarum partium regiones despiciens totiens tamque crudeliter direptas[9]) sensim sensimque in Italias, quae inde a Cimbrorum temporibus incursiones paene nullas passae erant, oculos figere consuevit et in tranquillo speculatoris instar securus consedit.

VIII.

Hic finis est annalium qui sunt ab Aniciorum consulatu ad consulatum Stiliconis. Unde ad Claudiani tandem vitae curriculum persequendum sermo pedem referat eoque redeat unde deflexus est, atque de carminibus eius amplioribus in honorem Stiliconis conditis — annalibus et ipsis —, quatenus necessarium videatur, disceptare conemur.

Nuntium de caede Rufini ad Claudianum exeunte mense Novembri vel ineunte Decembri relatum esse statuamus; consilium novi in Rufinum carminis scribendi cepit imaginemque eius sibi delineavit poeta certe non ante Decembrem; Decembri ipso

1) Eutr. II 534 sqq. (verba Aurorae ad Stiliconem). 2) Zosim. c. 18, 8; Socrat. VI 6. 3) Zos. c. 19, 1—3; cf. Synes. de provid. p. 116—119, Philost. XI 8. 4) Et in Thracia (Zos. c. 19, 6—7) et in Chersonneso (ibid. 20 et 21). De rebus Gainae cum Zosimo satis congruit Marcellinus Comes qui sub a. 399 haec: *Gaina comes apud Constantinopolim ad praeparandum civile bellum barbaros suos occulte admonet; ipse valetudinem simulans urbe digreditur, coepto adversus Byzantios proelio plurimi hostium cadunt, ceteri fugientes ecclesiae nostrae succedunt ibique retecto ecclesiae culmine iactisque desuper lapidibus obruuntur;* et ad annum 400: *bellum navale contra Gainam tyrannum inter Chersonesum et Hellespontum gestum est; multa milia Gothorum caesa vel demersa sunt. Gaina comes de hoc bello fugiens evasit, ipso tamen anno occisus est mense Februario (?);* et ad annum 401: *caput Gainae hastili praefixum Constantinopolim allatum est.* Differunt eo Zosimus et Marcellinus quod pugnam Constantinopoli in urbe ille anno 400, hic anno 399 factam esse tradit. Ceterum de his rebus omnibus conferendi Socrates VI 6; Sozomen. VIII 4; Philostorg. XI 8. 5) Zosim. c. 21 et 22; cf. Eunap. fr. 80, 81, 82 (103?, 104?); Philostorg. XI 8. 6) Socrat. VI 6. 7) Philostorg. XI 8; cf. Synes. epist. 129, 131 sq. 8) Transgressos esse tradit Claudianus Eutr. II 474—481; in quo quod timuit, pro vero posuisse videtur; certe Orosius VII 34 de Theodosio et Parthis: *ictumque tum foedus est, quo universus Oriens usque ad nunc tranquillisime fruitur.* Etiam Saporis nomen Varanis nomini substituit poeta, cf. Sievers p. 369. 9) cf. Zosim. V 5 de Achaia: *τὴν ἐξ ἐκείνου μέχρι τοῦ νῦν καταστροφὴν διδόντα τοῖς θεωμένοις ὁρᾶν.*

panegyrico in Honorii tertium consulatum componendo occupatum poetam vidimus (p. XXIV); itaque vel tunc versum vix ullum contra Rufinum exaravit[1]; quaeritur in ipsa conscriptione operis quam diu detentus sit. Et potest sane Claudianus in festinatione scribendi videri cum Statio poeta conferendus, cui Silvae subito calore et quadam festinandi voluptate fluebant adeo, ut nonnulla sibi singulis diebus effusa iactaret: neque in nonum annum premi carmina celeribus his ingeniis complacebat. Recte tamen Koehius[2]) usque ad medium saltem annum 396 carminis perfectionem protendit. Si enim in panegyricis iis, qui novos consules inaugurant quique versuum numero millenorum fere dimidium continere solent, tres ad minimum menses a designationis tempore usque ad consulatus initium consumebat, si fere quinque menses in primo Eutropii libro (qui coeptus non est ante m. Ianuarium, absolutus vix post m. Iunium anni 399), Rufinus hic cum versuum numero millenario circiter sex menses sibi exigebat vix ut ante m. Iulium anni 396 absolveretur[3]).

Primam ibi Stiliconis magnanimi laudationem poeta in librum I inseruit vv. 259—300 ipsum adloquens *(qua dignum te laude feram?)* comparatione Herculis laborum, quam anno proximo ad Florentinum adhibuerat (cf. p. XVI), hic in Stiliconem ita conversa v. 284 sqq., ut monstra omnia quae Hercules vicerit Rufinum adaequare negentur. Deinde II 6 id praecise pronuntiatur quod summum fuit: *tibi credita fratrum utraque maiestas geminaeque exercitus aulae;* denique II 101—256 ducis magnanimitas ipsis rebus gestis illustratur; in quibus Alarici nomen admirabili anxietate vitavit; an regem Gothi-

1) Dolet quod in huius editionis p. 17 fortasse sub finem a. 395 scriptum carmen significavi aliorum rationes secutus; quod postquam typis mandatum est, refutavit Koehius. 2) l. l. p. 582 sq. 3) Imprudentius hac de re disputavit Seekius (Forschungen zur deutschen Gesch. t. 24 p. 178 sq.); eo nempe devenit ut de hisce carminibus veritati paene contrarium pronuntiaret: 'Wir entnehmen . . dass Claudian sich zu ihrer Ausfeilung so viel Zeit wie möglich liess. Er begann sie wahrscheinlich gleich . . . Oft war er dreiviertel Jahr und selbst noch mehr zu früh fertig (!), und hatte er seine Verse . . . mit Mühe und Sorgfalt vollendet, so waren sie ihm so lieb geworden, dass er eher einen groben Verstoss beging (!), als eine nachträgliche Aenderung vornahm.' Quod si probari deberet, quam ridiculus poeta fuisset, omnino dici non posset. Modo fingamus nobis nostris temporibus poetam quemvis elegantiorem in palatio Guilelmi Germani die primo anni 1871 carmen gratulatorium recitantem; id carmen si scripsisset novem mensibus antea nec quidquam voluisset mutare, de Francogallorum devictione ecce nullum in eo verbulum infuisset atque cum indignatione gratulator tam lenti animi foras exturbandus fuisset. Quin etiam neglexit Seeckius primum Eutropii librum (cf. supra), neglexit panegyricos Aniciorum (cf. p. VI) et de VI cons. Honorii (cf. p. LV). Hi panegyrici ante m. Septembrem scribi coepti esse non possunt; sed etiam eo procedere licet, ut designationes consulum illo aevo omnes autumno factas esse statuamus; ad ea enim quae Koehius p. 577 adnotavit accedit ne Eutropium quidem et Stiliconem et Honorium sexto consulem ante aestatem designatos esse videri. Quid vero fuit, quo in errorem pelliceretur vir doctissimus? Primum quidem versus respexit 643 sqq. panegyrici de IV cons. Honorii declamati initio anni 398, ubi poeta Mariae sponsae Honorii etiamtum ignarum se esse aut testatus est aut simulavit; quod nil valet; nam sub finem anni 397 de Maria desponsa quidquam constitisse probari non potest, immo nomen eius usque ad nuptias celatum est (cf. supra p. XXXII adn. 3 et infra de Fescenninis p. XXXVIII); deinde hoc pressit ille, quod in carmine de III cons. Honorii Stilico remissus ex Thessalia et Rufini caedes tacetur; at vero Stilico remissus partibus Occidentis non laudi fuit, sed ignominiae nec celebrandi facultatem ullam praebuit; ceterum hasce res si tetigisset poeta, etiam Rufini dolos atque exitium ipsum celare vix potuisset; hac vero de re mea facio Kochii verba (p. 577): 'die Beseitigung eines kaiserlichen Ministers durch Soldatenaufstand war eine innere Angelegenheit . . des Ostreichs, an der weder Honorius noch Stilico und selbst weströmische Truppen direct Antheil hatten; sie konnte also nicht zum Ruhmeskranze des Honorius verwendet werden; ja, es wäre . . . durchaus unschicklich gewesen, wenn Cl. in dem Gedichte, das in officieller Feier dem Kaiser vorgetragen wurde, über den Fall des . . Vertrauten des kaiserlichen Bruders Arcadius hätte triumphiren wollen. Eben darum wurde die Rufinaffaire von Cl. in einem besonderen Gedicht behandelt, das nicht dem Kaiser, sondern Stilico gewidmet ist'. Ita cautum est ne ambitiosum illud Stiliconis et Rufini certamen in ipsos Augustos fratres ullo modo transferri posset; nam illis annis unanimitatem fratrum unice curat Claudianus (III cons. 175—211), discordiae vel umbram oblitterat. — Denique currenti stilo Claudiani opera esse perscripta atque etiam ad res recentissimas respici et Bellum Pollentinum totum comprobat (cf. infra) et versus illi IV cons. 639 sq. (ubi triumphi et victoria sperantur) Mascizelis expeditionem novissime susceptam plane innuentes et Theod. v. 266, ubi in Eutropium vix tunc consulem factum invehitur; similia.

eum tum dignum nondum putavit hexametro Latino? an nominatim castigare reveritus est? Iam vero Stilico tunc quidem in rebus extraneis detentus carmen expolitum audire nondum poterat et de hoc carmine vix quidquam accepit. Evicimus enim, quod gravissimum est, Alaricum, a quo vastari Graeciam etiam tum poeta plangit II 186 sq., superatum demum esse anno 397 (supra p. XXXI sq.). Et ad primam recitationem Mediolanii absente Stilicone factam spectat libri primi prologus; quam si vel Stilico vel Honorius auscultassent, de hisce suis auditoribus exultasset laetissimis verbis poeta; id enim numquam usquam omittit: hic contra convenire non dicitur nisi 'sacra caterva' (v. 16) et propterea quidem convenire, quia iam Rufinus ad Pythonis exemplum 'domini telis' peremptus sit (v. 14): ergo dominus hic sive Stilico sive Honorius intellegitur, adesse certe non dictus est[1]). Conferri debet Theodori panegyricus Mediolanii inter sacram catervam absentibus Honorio et Stilicone praelectus (cf. supra p. XIX). Et ita quidem Claudianus anno 396. Tum vere anni 397 nuntio de Alarici clade accepto alteram praefationem per quam ipsi victori epyllion dicatur libris in Rufinum addidit et interposuit: in qua post memoratam Graeciam liberatam dux ipse ad audiendam carminis recitationem ita invitatur v. 13 sqq.:

Inmensis, Stilicho, succedant otia curis
  Et nostrae patiens corda remitte lyrae
Nec pudeat longos interrupisse labores
  Et tenuem Musis constituisse moram;

additurque etiam Martem post proelia modis Pieriis aures pacificasse. In quibus *tenuis mora* v. 16 propterea postulatur quia statim eodem anno 397 Gildonica expeditio praeparabatur (cf. quae dixi p. XXXI). Itaque in otio exiguo anni 397 post devictum Alaricum nec vero antea Stiliconem Claudiani laudationem excepisse hi versus manifestum reddunt. Et apte poeta etiam de Honorio magna verba iniecerat I 372 sqq.: ita ut Claudianus inde ab hac maxime recitatione[2]) cliens Stiliconis factus et quasi comitatensis poeta acceptus fuisse nec iam senatus intercessione indiguisse dicendus sit.

Denique cur non Honorio, sed Stiliconi Rufini caedem laudatam dicaverit Claudianus, bene expositum video a Kochio l. l. p. 577.

Hinc Claudianus initio anni 398 panegyricum in IV consulatum Honorii proximo simillimum, sed duplo iam ampliorem recitavit, quem, quod raro factum, sine praefatione edidit. Exinde in nuptias Honorii et Mariae actas Mediolanii anni 398 m. Februario et Fescennina quattuor scripsit chorica et pulcherrimum Epithalamium: itaque in haec nuptialia duo menses primos eius anni poeta consumpsit. Pertracta sunt sollemnia per multos dies, ita ut Fescennina septem diebus ante Epithalamium recitatum decantarentur[3]): in quibus sponsae nomen usque eo absconsum tum primum a choro populo proditum est[4]). Harum autem cantionum non defuisse vituperatores, indicat poeta verbis illis praef. Nupt. 13: *Centauri Faunique negant*, i. e. rudiores in aula homines negabant teneros modos fescenninorum cum votis publicis congruere. Ceterum hoc observatur. Stiliconis laus ut nusquam omittitur, ita etiam in huius anni carminibus legitur IV cons. 432 sqq., Fescenn. 3. Nupt. 119. 307 sqq.; gravius quod in Honorii Epithalamio primum Serenae nomen praeclarae famae comparet v. 120; tacetur enim in libris in Rufinum, de III et de IV consulatu, memoratur exinde et in Bello Gild. 310 et in Laude Stil. I 73 et in VI cons. 93, denique etiam propriam laudationem Serena accepit carm. min. 30. Illud casu factum esse ne credas. Immo per

1) Rufinum Honorii iussu interfectum esse nullo iure contendere potuit Claudianus; itaque necesse est 'dominum' v. 14 Stiliconem esse putare; propterea in vv. 17 sq. constituendis excerpta Florentina secutus sum; qua via etiam sententiam multo elegantiorem nactus esse mihi videor. 2) Nempe recitasse Claudianum poema concludas ex *auribus* memoratis v. 20. 3) Nupt. praef. 15: *Septima lux aderat;* haec fuit septimana Christianorum, Kochius p. 586. 4) Ita acute idem l. l.

nuptias Mariae Serena socrus facta est principis: tum demum a celebratione eximi iam non posse poetae visa est. Cuius adnotationis fructus hic erit: iam enim carmina minora omnia, quibus poeta aut effert Serenam aut adloquitur, si ante mensem Februarium anni 398 scripta esse pones, veri dissimilitudinem captabis; sunt autem carm. min. 31, 15. 16, 17, 18, carminum minorum appendicis c. 4.

Tum vere eodem anni 398 Gildo Afer infidelis celeri victoria absumptus est. Huic bello canendo Claudianus abhinc medium annum 398 impendit atque duobus ni fallimur libris bellum Gildonicum sibi enarrandum proposuit; in priore, quem tenemus, Honorius ipse grandibus verbis victor promittitur v. 205. Stilico Arcadio commendatur v. 288 sqq., item Serena v. 310, Honorius bellum postulat v. 351 sqq., Stilico consilium struit et Mascizelem ducem belli designat v. 380 sqq., rursus Honorius ipse oratione habita ad victoriam milites incitat v. 427 sq.; in classis profectione liber exit. In altero libro qua ratione Claudianus victoriam Mascizelis, de qua hodie paucissima constant, tractaturus fuerit non liquet; summum meritum certe in Honorium et Stiliconem vertere debuit. Occisus autem esse fertur Gildo pridie kal. Augustas[1]); ergo hoc opusculum non ante m. Augustum poeta aggressus est. Stilico vero Mascizelem eodem anno interfici iussit; inde factum videtur ut Claudianus librum alterum Belli Gildonici aut omnino non scriberet aut imperfectum vel quem fortasse iam tum in palatio praelegerat deleret[2]). Mox in carmine De consulatu Stilichonis anni 400 exitum belli Gildonici plene ab integro enarrat I 246—385 quasi si ille alter liber non extaret, immo nova hac opera truncatum opus suppleturus; et hic nimirum Mascizelis iam nulla mentio fit. Denique in publicum epyllii non nisi prior pars emissa est cui inscripsit poeta *liber primus* vel *prior* (*liber I* codex Vaticanus); declamaverat eum Claudianus Mediolanii[3]).

IX.

Per quadriennium quod est a vere anni 398 usque ad annum 402 imperium occidentale recreatum et feliciore fortuna usum est; neque vero ea rerum fuit tranquillitas ut Musa Claudianea velle posset requiescere. Quae quidem quantam 'famam' iam anno 398 adepta esset, ipsa pronuntiavit Theod. praef. 3: *nec te fama vetat, vero quam celsius auctam* eqs. Et primum Mallius Theodorus in Occidente, Eutropius in Oriente consules designati anni 399, deinde Stilico consul anni 400 ad nova ac si fieri potuit ad maiora provocabant.

Panegyricum 'in Manlium Theodorum consulem' mensibus anni 398 fere Octobri Novembri Decembri conscriptum esse statuo; nam Septembri designatus consul videtur[4]); recitatio fuit Mediolanii ipso anni 399 initio (cf. supra p. XIX). Flavius Mallius Theodorus primos honores iam adulescens annis fere 375—379 susceperat[5]), post praefecturam Galliarum otio multorum annorum (cf. v. 138. 176) se dedidit philosophico simul et agresti (cf. v. 174 sq.), denique Italiae praefectus est non ante annum 395 (imperante scilicet Stilicone, cf. v. 161) eamque dignitatem exercuit placidissime (cf. supra p. XIII). Inter amicos autem Symmachi annis maxime 390—398 comparet epist. V 4 sqq. Atque in hunc summum virum primo etiam epigramma illud carm. minor. 21 iacere ausus est Claudianus, in quo quod semper eum somniare maligne canit,

1) Chron. Ravenn. (Cuspin.) sub a. 398. 2) Ne ex verbis quae extant Bell. Poll. praef. 5 *hic cecini . . . Libyamque receptam* efficias Claudianum totum Bellum Gildonicum olim se praelegisse testari, cautum est supra p. XX sq. 3) Hoc supra p. XXI conclusimus ex Stil. I 3 et 4, ubi ipsa regia est quae cecinisse dicitur fuso Gildone triumphos; i. e. poeta eos cecinit in regia. 4) Kochius I l. p. 577; supra p. XXXVII adn. 3. 5) Seeckius Symm. praefat. p. 151.

illud otium annorum 382—396 irrideri veri simile esse diximus (p. XIII). Eundem Theodorum anno 399 et praefectum et consulem panegyricus celebrans iam otium illud non poetae ipsius verbis vituperat, sed deae Iustitiae, ceterum assiduam illam morum lenitatem summis effert laudibus. Itaque vir humanissimus etiam in eo clementiam praestitit, quod cavillationem pristinam Claudiani satis mitem illam et mansuetam omnino non curavit nec in iram diuturnam abreptus est; immo veritus, ne livida oblivio tot suos labores carperet, laudatorem hunc sibi accivit eloquentissimum.

Mallium nec vero *Manlium* viri nomen fuisse ex lapidibus et scriptoribus abunde constat. Claudianum vero *Manlium* in versu ponere maluisse membranae eius consentiunt bonae omnes, neque apud eum *Mallium* ex deterioribus, quarum paene nulla auctoritas, inferre ausus sum [1]).

Contrarium evenit Eutropio Theodori in Orienti collegae, contra quem invectivam 'trium' librorum emisit poeta qua nulla acerbior. Eutropius consul designatus est autumno anni 398 mense fortasse Septembri. Claudianus vero non designationis tempore [2]), sed ipsius demum consulatus initio ad arma et pugnam satiricam prosilivit. In primo enim libro iam iniit honorem castratus (cf. gratiarum actionem v. 300 sqq.) et ex tanti monstri aspectu satura tota deducitur v. 9 sqq. Quodsi addimus in eodem primo libro eum statum rerum esse ut honorem nondum deposuerit Eutropius, sed id ipsum flagitetur tantum, ipso Ianuario mense hic liber conceptus moxque solus vulgatus esse debet. Vere primo eiusdem anni consule Ancyram profecto (II 95 sq.) Tribigildi tumultus oritur (II 236 sq.; *frondes* memorantur v. 452), post quem tumultum i. e. fere aestivo tempore ex Arcadii gratia excidit Eutropius (II 516 sqq.) et Cyprum relegatus est (cf. supra p. XXXV); id postquam comperit poeta, eodem anno librum alterum in Eutropium adiecit qui Cypriacum exilium memorat, sed exitium postulat pro exilio, non mortis damnatum esse nefarium hominem vituperat (v. 20—57); ceterum in tumultu maxime enarrando absorbetur. Nec vero libros hos emisit Claudianus sine supplemento tertii carminis scripti quidem post librum secundum, sed quod huius libri praefationis locum obtinet, in quo iam ita sententiam mutavit, ut gaudeat mortuum non esse Eutropium et exilium Cyprium describere gestiat [3]). Denique haec quoque quod mortem Eutropii ignorant, ipso anno 399 perfecta esse colligitur ita, ut menses fere a Iunio ad Septembrem libri secundi eiusque praefationis origini attribuamus. Exinde supererant anni 399 menses fere quattuor a Septembri ad Decembrem quibus Claudianus magnae Laudi Stilichonis elaborandae, initio autem anni 400 recitandae vacare posset.

Quos libellos anno 399 conditos si cunctos uno tractu perlegimus, spiritu mirum quantum mutato afflari videmur; nec tam fervidum adhuc aut acerbum poetam umquam vidimus. Desubito enim in eo ingens totius Orientis odium exarsit. Nam cum primis annis non

1) Nempe aliud vita est, aliud poesis. Claudianus enim — ut in eo percensendo me contineam — non *Gothos* scripsit, sed *Getas,* non *Tiberim* fluvium, sed *Thybrim* contra vitae consuetudinem; idem etiam cohortem *Herculeam* maluit vocare quam *Herculiam* (Gild. 418; cf. Kochium De codd. Cuiac. p. 59). In quibus hoc studium comparet, ut ab usu cottidiano recedat poema. Iam in paneg. Prob. Olybr. 9 etiam *Amniadas* in *Anniadas* commutare ausus est non sine lusu syllabarum (cf. p. VII); item ille in *Manlio* nomine, ni fallor, inesse sensit antiquam Romanam atque heroicam memoriam quae sublimitati carminis heroici aptissima fuit, et, quantum veritatis nomini *Mallio* detraxit, tantum coloris antique Romani panegyrico suo addidit; ponderetur modo versus ipse postremus panegyrici: *Manlia continuo numeretur consule proles;* sentietur huic consulum proli quantum ponderis detrahatur, si Mallia, non Manlia audiat. Scilicet hoc illud tempus fuit quo prava libidine etiam ex Collatino *Conlatinum* efficiebant, similia. Atque dolet quod IV cons. 53 *Moesia* imprimendum dedi ubi *Mysia* libri scripti defendunt, cf. Ruf. II 46; differt Bell. Poll. 165; nam etiam his locis nomen minus verum praetulisse videtur Claudianus ut alii poetae, similitudine nominum *Mysorum* et *Moesorum* in amphiboliam pellectus haud iniucundam. Minus huc trahi potest quod *Syllam* et *Thylen* scripsit, non Sullam et Thulen; item quod *Stilichonem* falso dixit pro *Stilicone,* in eo consentiunt tituli publice positi. 2) Hac de re dictum est p. XXXIV adn. 1. 3) De his rebus cf. Zwei polit. Satiren p. 50 sq. Hinc elucet cur in inscriptionibus librorum eos codices sequi noluerim qui alterum librum pro tertio, praefationem eius pro altero numerant.

nisi unum Rufinum castigasset. in bello Gildonico fallacias Eutropii vix attigisset omnia paene mala ad Gildonem referens, iam praeter Eutropium etiam Hosius et Leo (Eutr. II 346 sqq.) et totus etiam senatus Constantinopolitanus (II 326 sqq.) et Halys atque Orontes (I 434), id est Oriens universus risui dati sunt atque despectui (cf. *mollities Eoa* II 112); neque aliter habent quae in Laude Stilichonis II 292—311 leguntur. Hoc odium inde deducitur, quod Stilico et hostis publicus ab Arcadio iudicatus neque consulatus anni 399 ei concessus est.

A qua tamen irrisione Arcadium semper fere curriosissime esse exemptum moneo. Cui ut parcit poeta in libris In Rufinum, ita adblanditur post Rufini mortem De III consulatu Honorii (cf. supra p. XXIV), item quamvis breviter etiam De IV consulatu v. 653, tecte et obiter non nominatum irridet Nupt. 21 sq.[1], vituperat eum et cohortatur non nisi ex ore Theodosii Bell. Gild. 236 sqq. (*pro dedecus acri* v. 278), ubi Gildoni perfidia adscribitur, Arcadio pietatis tantum fraternae defectus et adeo gratia eius captatur v. 4 (*concordia fratrum redit*; cf. v. 321 sq.). Porro in Laude Stilichonis de Stilicone haec leguntur II 78 sq.: etiam Arcadium semper ei curae fuisse: si quid impium alius contra eum molitus fuerit, Arcadio eum culpam non attribuisse; saepe lacessitum esse, tamen bellum civile numquam non vitasse et mediis dissensibus aulae reverentiam fratrum intemeratam stetisse. Quae non solum de Stilicone, sed de Claudiano quoque valent, modo demas, quae demi debent. Qui in libellis adversus Eutropium cum castigare Arcadium, licet huic Eutropius potentiam totam debuisset, plane evitavit, tum vero in Eutropii interitu, ubi facultas laudandi fuit, etiam laudare eum omisit: cf. in Eutr. II 546 sqq., II praef. 19. Nempe ibidem I 396 sq. non principem, sed cautius 'Orientem' incusat poeta quod 'Gildonis perfidiam magna cum laude receperit'; neque audacia cernitur nisi in ironia illa sane acerbiore qua eunuchus patricius, cuius Arcadius opes habebit, pater Arcadii dictus est (II 68). Denique ne in ultimo quidem panegyricorum De VI cons. 85 despectus principis nisi lenis persentitur. Ceterum de eo altum ubique silentium est, ac desperasse Stilico videtur gratiam eius sibi posse conciliari.

Quae cum ita sint, contendi potest carmen apophoretum illud, quod Serenae nomine ad Arcadium Claudianus misisse fertur, carm. minor. appendicis 1 De zona missa ab eadem Arcadio Augusto, annis certe 398 et 399 scriptum non esse; quod cum ne prioribus quidem annis 395—397 debeatur (cf. supra p. XXXIX), post initium tantum anni 400 mitti poterat ad Arcadium. Idem valet de carmin. minor. 18 De zona equi regii missa Honorio Augusto a Serena, ubi v. 12 Serenam non Honorio soli, sed 'fratribus' equos ornantem deprehendimus. Atque hoc ipso, quod de *fratribus* ibi legimus, mihi persuadetur etiam epigramma illud appendicis 1 genuinum esse et recte Claudiano adscriptum in Vaticano; nam ea voce quasi digito monstrante ad zonam alteram Arcadio missam derigimur./

Panegyrici De consulatu Stilichonis, cui etiam 'Laus Stilichonis' inscribebant[2], argumentum unum et continuum per tres libros tenditur ea compositione, ut ipsius consulatus primordia tertio comprehendantur, in secundo v. 218 — fin. preces totius imperii praemittantur quibus dux ad summum honorem invitetur, his precibus ipsae admirationis et amoris causae anteeant sive merita Stilichonis et militaria libro I et civilia libri II vv. 1—217[3]). Claudianus carmen Romae praelegit (Bell. Poll. praef. 5;

1) Scilicet Arcadius 'vultum per picturam quaesierat'; cf. Sievers l. l. p. 352. 2) Ex auctoritate codicis V, tamen minus recte; cf. quae suo loco dicentur. Per abusum tamen ego haud raro Laudem Stil. citare consuevi, quia commodius fuit; nempe usui concessi, scientiam mihi reservavi. 3) cf. Kochius l. l. p. 579. Quid? quod poeta ipse *unum carmen* esse professus est I 10? qui locus quid sibi velit ne neglegamus; scriptum est: *equidem si carmen in „unum“ Tantarum sperem cumulos adrolvere rerum, Promptius imponam . . . Ossae.* Sin quaeris quo spectet illud *tantarum rerum*, ad versus 1—9 mitteris; ibi autem enumerantur ecce Nuptiae Honorii, Gildo victus, Eutropius restinctus, Stilico consul factus; „tantas res“ in

cf. supra p. XX) fortasse mense demum Februario[1]; utrum uno die an tribus praelegerit, incertum. Certius hoc, quia totum hoc est et unum, praefationem libri tertii edi debuisse a Claudiano ante primi libri exordium[2]; transposita est quia de adventu Romae et ipsa agit et totus liber tertius. Denique finem carminis deesse celerius statueres; Stilico enim ludos, quos iam Mediolanii mense Ianuario ad aulam oblectandam ediderat[3], iteravit quidem Romae, sed parciore manu quam fere solebant consules; quam parsimoniam poeta vv. 223—236 dum negare studet, vel eo ipso confirmat. Nihil enim praestitit praeter venationem sollemnem vel aprorum (v. 306), ursorum (310), cervorum (315), leonum (334), pardorum (345) spectaculum; ne elephanti quidem advecti sunt (v. 354 sq.): in quibus tamen persequendis Claudianus dilatando plures versus consumpsit (v. 223—369) quam anno proximo in muneribus illis multo magnificentioribus Mallii Theodori, quorum apparatum[4]) in Theodori laudatione versus pandunt 270—339. Ita rei defectum ars poetae contegit; adnexa autem est in fine leonis immanis illa in parvulo navigio frementis imago graphice depicta et Bacchi comparatio cum tigribus per mare vehentis (v. 356 sqq.) venustissima; neque dixerim in quo iucundius lectoris oculi conquiescere potuissent.

Gravissimum autem est et Stiliconem et Theodorum et Honorium ipsum in sexto consulatu gladiatorum spectacula sustulisse[5].

X.

Claudiano vero, quippe qui tum primum Romam reviseret, in hoc carmine Stiliconis laudes non satisfaciebant, sed urbis quoque gloriam et curiae Romanae auctoritatem obsoletam magno ore simul canendam suscepit. Is amor fuit, ea poetae pietas et veneratio antiquae Romanae magnitudinis, atque ne tum quidem agere quasi senatorium vatem dubitavit. Unde honorem summum et quem pauci scriptores Romani

„carmen unum“ comprehendere desperare se fatetur scriptor: ergo consulatum ipsum quoque huius unici carminis argumentum iam tum esse voluit et in prooemio libri primi librum tertium iam cogitavit. Sequitur ut inter tertium librum et priores scribendos temporis intervallum intercessisse probari non queat. Scilicet celerius a Jeepio ed. I praef. p. 28 de Stil. II 406 sq. iudicatum est. Verba sunt Romae ad Stiliconem: „Nunc te solum conspiciam“; deinde addit: „mox et cum genero trabeis [te sum] visura secundis“; id est: doleo quod Honorius gener, qui dum regnat Romam nondum vidit, hoc anno non tecum venturus est neque testis erit tui honoris; sed spero „mox“ vel posteriore tempore, si quando alterum consulatum inibis, te etiam tecum advecturum esse Honorium; nam qui maior Stiliconis honor erit quam si Augustum comitem secum ducet? de consulatu Honorii non cogitavit Claudianus. Perperam etiam Seeckius (Forschungen zur deutschen Gesch. t. 24, 1884, p. 178) duos libros Mediolanii, tertium Romae praelectos sibi fingit; quod si fecisset Claudianus, compositionem operis indigne lacerasset. Testatur contra poeta ipse Bell. Poll. praef. 5 Romae se lectitasse opus totum; nam verba ibi *Libyamque receptam* ad Laud. Stil. I 246—385 referri oportere supra demonstratum est p. XX.

1) Nam Symmachus epist. VII 4 ante Februarias nonas fore ut ludi Mediolanenses finiantur expectat. Certe „vota“ illa Stiliconis quae promittit poeta Stil. III praef. 24 et quae, ut monet Mommsenus, ad sollemnem illam votorum nuncupationem pertinent, quam consules Romae faciebant die 3 mensis Ianuarii (cf. CJL. I p. 382; Ius publ. Rom. II 135 in adn.), suo die nuncupata esse non possunt. Fuit qui coniceret inter diem 17 et 30 m. Ianuarii Romae munera edita esse, quia die 17. Mediolanii Stiliconem versatum esse suspicari possis ex cod. Theod. VII 8, 6, item die 30. ex eodem VII 20, 12, contra die 24. eiusdem mensis Romae fuisse ex eodem XIII 5, 29; quod incertissimum est. 2) Kochius p. 583. 3) cf. Stil. III 223 sq. His ludis Symmachus a Stilicone evocatus adsistebat; cf. eius epist. VII 72; IV 49; VII 4; 7; 8; IX 8. 4) Describuntur haec: equorum curriculum, athletae, venationes, mimus, pantomimus, tibicines, fidicines, comici, tragici, hydraulicum organum, petaurista, artificia ignea, navigium. 5) cf. quae dixi De moribus christianis eqs. (1885) p. 14.

adeptus est. Ipse testis esse voluit in Belli Pollentini praefatione recitata medio fere anno 402, in vv. 7 sqq.:

Sed prior effigiem tribuit successus alienam
Oraque patricius nostra dicavit honos.
Annuit hic princeps titulum poscente senatu;

et v. 14:

legimur conspicimurque foro;

denique v. 11 mercedem hanc dicit esse 'properatam'. Itaque statua eius aenea 'hic', id est Romae [1]) in foro posita est cum titulo cumque poetae honorem poposcerat senatus, annuerat princeps. Forum autem fuit Traianum, locus splendidissimus et 'numinum quoque adsensione mirabilis' [2]), ubi etiam alia multa monumenta clarorum virorum temporibus recentioribus inventa sunt. Nec vero effigies Claudiani ibi est servata, sed titulus tantum subter positus in tabula marmoris rubri desecta de basi inventus in foro Traiani, depositus primum in domo Pomponii Laeti, postea in palatio Farnesiorum, hodie in museo Neapolitano, primum editus a Iucundo, Sabino, Alciato, novissime in CJL. VI 1710. Est autem hic:

CL] CLAVDIANI V(iri) C(larissimi)
CLA]VDIO CLAVDIANO V(iro) C(larissimo) TRI
BV]NO ET NOTARIO INTER CETERAS
DE] [3])CENTES ARTES PRAEGLORIOSISSIMo
PO]ETARVM LICET AD MEMORIAM SEM
PITERNAM CARMINA AB EODEM
SCRIPTA · SVFFICIANT ADTAMEN
TESTIMONII GRATIA OB IVDICII SVI
EIDEM [4]) · DD NN ARCADIVS ET HONORIVS
EELICISSIMI AC DOC///TISSIMI
IMPERATORES SENATV PETENTE
STATVAM IN FO///RO DIVI TRAIANI
ERIGI COLLOCA// RIQVE IVSSERVNT

ΕΙΝ ΕΝΙ ΒΙΡΓΙΛΙΟΙΟ ΝΟΟΝ
ΚΑΙ ΜΟΥΣΑΝ ΟΜΗΡΟΥ
ΚΛΑΥΔΙΑΝΟΝ ΡΩΜΗ ΚΑΙ
ΒΑΣΙΛΗΣ ΕΘΕΣΑΝ [5])

Sic ergo et alias 'artes decentes', quae qualesne fuerint non facile dixeris, in Claudiano agnoscit elogium et poeta iam praegloriosissimus audit promittiturque carminum eius memoria sempiterna. Senatus autem ut apud Claudianum ipsum poposcisse, ita in monumento petiisse tantum statuam dicitur: quae quidem collocari iussa est 'testimonii gratia' 'ob iudicii sui fidem', ubi purior stylus non *sui* scalpsisset, sed *eius*. Denique cum ne sine poetico quidem ornamento poetam conspici in foro vellent domini, dum epigramma demonstrativi generis adici curant, ecce Graecum scribi iusserunt, non Latinum. Cur ita? Temere ac stupide id fecissent, nisi lapide hoc bilingui etiam poetam bilinguem esse indicare voluissent. Concluditur Claudianum etiam tum vel quinque annis post panegyricum Anicioruni pari modo et pro Graeco scriptore habitum esse et pro Latino. Ipsiusque poematii sententia nonne eodem tendit? quae haec est: 'in uno hoc et Vergili sensus fuit et Musa Homeri'. Gesnerus p. XLIII quod simile Drydenii eloquium comparat de Miltone qui Homerus Vergiliusque consummatus fuerit missum facio: nostrum enim est illam solummodo sententiam quae fuerit diligenter declarare. Nego

1) Nam Romae Bellum Pollentinum recitatum est. 2) Ammian. Marcell. XVI 10, 15. 3) Et alia et hoc coniecit Heinsius; de littera C constat teste Bormanno; Iucundus ediderat *ingentes*, Sabinus et alii *vigentes*. 4) Lege *FIDEM;* idem lapicidae error in proximo versu. 5) Graecum hoc epigramma in fine scriptum iterarunt CJG. sub n. 6246 et Kaibel epigr. graec. sub n. 879.

vero equidem in illo *Βιργιλίοιο νόον καὶ Μοῦσαν Ὁμήρου* diversas notiones vel complementa esse *νόον* et *Μοῦσαν*, quasi si in illo ad 'Camenam' 'sensus' accessisset; immo eodem fere iure dici potuisset *νοῦν Ὁμήρου καὶ Μοῦσαν Βιργιλίοιο*. Ergo tituli significatus simplex hic est: 'Claudianum hunc, qui simul et Vergilius et Homerus est, Roma et reges posuerunt'. Quid autem fuit, quo Vergilius, quem alterum Homerum iudicarunt, ab Homero differret? nulla re profecto magis quam lingua Latina qua usus est. Ergo hoc sibi voluit dedicatio, ut supponatur in versu priore: *ἐν ἑνὶ ἐπικὸν καὶ Ῥωμαῖον καὶ Ἕλληνα*. Epicus Graecus autem iam in Graeca Gigantomachia nobis comparet Claudianus, quae ante annum 395 scripta est, nam Alexandriae se morari in prooemio ibi prodit poeta (cf. quae exponentur in praefationis capite altero); nihil autem impedit quominus eum etiam annis post 394 atque etiam post 400 Graecam hanc poesin prosecutum esse autumemus; quid enim miri habet quod nihil eius generis servatum est?

De tempore tituli honorarii si quaeritur, certe Laudi Stilichonis ille non antecessit; si antecessisset, antea eum memorasset scriptor. Censeo igitur statuam collocari statim initio anni 400 iussam esse, cum vero artificia aenea non uno die formentur, officinam demum reliquisse et dedicatam esse fortasse sub initium anni sequentis, licet 'properatum' sit (Claud. l. l. v. 11).

XI.

Et hos iam annos 400 et 401, qui in limine quinti saeculi numerantur, Claudiani vitae beatissimum tempus fuisse aio. Nam Eutropio deiecto needum appropinquante Alarico pace florebat et securitate Occidens, concordia inter Augustos paene restituta est, Romam, quae per plus quam decennium imperatorem Romanum non viderat, socer saltem imperatoris intraverat nec iam in animo poetae amor urbis ab amore patroni discrepabat; ipse iuvenis optimis carminibus perfectis gratia mundi floruit positus in felicitatis et artis et gloriae fastigio neque erat quod desideraret nisi forte uxorem.

Atque hac ipsa aetate, cum antea vix dies ullus ei sine meditatione fuisset, tandem per annos tantum non duos cessavit Musa atque obmutuit. Nam neque carmen ullum habemus, quod tempori triginta fere mensium inde a mense Ianuario anni 400 usque ad medium annum 402 attribui debeat, et ipse Claudianus quasi denuo exordiens scripsit in Belli Pollent. praefatione v. 1 sq.:

> Post resides annos longo velut excita somno
> Romanis fruitur nostra Thalia choris.

Hic 'longus somnus' quem confitetur Claudianus hoc facit ut carmen nullum nisi forte aliquod minutiorum inter Laudem Stilichonis et Bellum Pollentinum inseramus. Si quis interim ad Graecam Thaliam eum revertisse suspicetur, non obloquar; testimoniis tamen deficimur. Nam quod in altero versu modo adscripto ad 'Romanos choros' se redire dicit, id non Graecis choris oppositum est; immo hoc cum gaudio proclamat, non Mediolanii, sed Romae iam carmen sibi iterari.

Antea vero quam ad matrimonii memoriam et tempus definiendum disputatio procedat, de Epithalamio Palladii et Celerinae, quod carmen numeratur inter minora 25, videndum est. Venustum enim hoc nuptiale carmen iam anno fere 399 conditum esse a Claudiano mox et ipso quoque uxorem ducturo atque dicatum esse Palladio iuveni aequali collegae atque amico in matrimonium praeeunti suspicor.

Scilicet vivo Stilicone scriptum carmen esse docet versus 93. Claudianus autem ut in elogio anni 400, ita etiam in hoc carmine scribendo tribunus et notarius est. In praefatione enim Palladium patrem quidem *ducem* sibi esse dicit atque *priorem* et cui *honorem* et *reverentiam* debeat et *militis obsequium*, unde hunc primicerium notariarum fuisse concluditur. Palladium filium autem *socium* sibi vocat et sui per aulam ordinis *consortem* quocum coniunctus sit et *aetate* et *studiis communibus* et *amore*. Atqui inscribitur carmini in codice Florentino *epithalamius dictus palladio* dein post parvum spatium vacuum *tribuno et notario et celerini*, quo in spatio vacuo supplendum esse *V. C.* et ex Vaticano optimo et ex excerptis Gyraldi colligitur ubi haec: *in antiquo incipit epithal. dictū Palladio V. C. tribuno et notario*. Sequitur ut eiusdem dignitatis tunc fuerit Claudianus[1]). Iam epithalamium, cum annis 400, 401, 402 adscribi vix liceat, aut annis a 402 ad 404 debetur — nempe post a. 404 nullum eius Musae vestigium — aut annis 398 vel 399. Et huius opinionis momentum facit anni 400, quo poetam notarium fuisse certo constat, propinquitas, ne premam iuvenilem eius aetatem prodi versibus praef. 5 et 6. Anno autem 399 quamquam Eutropii ignominia et Stiliconis laudes eum occupabant, potuit simul etiam paucis Palladii nuptiis vacare; et amico urguente festinanter scriptum esse epithalamium ipse fatetur, quod de nullo alio carmine, praef. v. 1 *(carmina festina negare nec volui nec potui)*; ideo ipsa praefatio exilior quam ulla alia Claudiani.

Itaque etiam Palladium patrem ad Claudiani patronos adnumerabimus, minus Celerinae gentem quam praetermittit praefatio. Haec autem tacentibus aliis auctoribus ex carmine ipso erui possunt: utraque familia nobilis fuit et consularis *(fascibus insignis)* et 'legum culmen' obtinuit (v. 59). Palladiorum maiorum autem poeta nullum celebrandum esse vidit praeter sponsi patrem tum vivum per totumque mundum clarum habitum, qui per cunctos gradus iisset et aulae labores emensus esset (v. 66) tenuissetque olim 'summae fastigia sedis Eoum senatum stabili iure moderans' (v. 68); ceterum doctos in eo sales agnoscit (v. 65). Hinc praefectum urbis Constantinopolitanae fuisse statuit Barthius; nam praefecturae urbanae proprium negotium fuit senatorum iura tutari tradente Symmacho epist. X 48, 1[2]). Vix enim sufficit de 'capite senatus' sive 'primo senatore' cogitare ita, ut illud *moderans* fortius quam verius scriptum sit[3]). Functus autem erat Palladius eo munere regnante Theodosio; post eius mortem cum Stilicone et Honorio in Occidentem transiit; nam ipso epithalamii anno primicerius notariorum in Occidente fuit cui Claudianus *militis obsequium* habet in epithalamii praefatione (cf. supra), et filius eius Claudiani tum collega et amicus fuit, et Stilico harum nuptiarum auctor dicitur v. 93. Quae nuptiae actae esse videntur Mediolanii (cf. v. 106 sqq.) mense vel Iulio vel Augusto (cf. Sirius memoratus v. 120). Denique Jeepius Palladium patrem non improbabiliter eundem esse coniecit qui in Cod. Theodosiano VIII 5, 37 praefectus Augustalis sive Aegypti anni 382 memoratur[4]): propterea v. 61 famam eius maxime diei in Rubrum mare et in Aethiopiam penetrasse. Eodem autem anno 382 ipse quoque Claudianus puer Alexandriae vixit.

De Celerinorum gente et 'Mavortia nobilitate' paullo plura Claudianus. Et avus quidam Celerinus v. 73 praefectus Aegypti fuisse dicitur, mox etiam v. 74 post Cari mortem ab exercitu imperator esse salutatus, otium tamen regno praetulisse[5]). Quo de tacet

1) cf. supra p. XXII. Jeepius II p. XI quod titulum sibi finxit fuisse *epithalamium dictum Palladio V. C. a Claudiano tribuno et notario* non attendit in nullo titulo antiquo praepositionem *a* locum habere. 2) cf. formulam praef. urbanae apud Cassiod. var. VI 4 et quae Jeepius II p. XII disseruit. 3) Primicerius enim certe senator est, potuit esse caput senatus; qua de dignitate cf. Mommsenus in Novo archivo XIV p. 490 sq. 4) Sub Valente nomen habent Socrates IV 21 et Theodoretus IV 22. 5) Versus 74 vexatissimus. Scriptio *post domitas ad Parthica flumina Carras* prava est, nam Carrae ipsae domitae non sunt et abundat duplex loci index *Carrae* iuxta *Parthica flumina* et desideratur mentio mortui impera-

historia[1]). Celerina ipsa Tomis nata est (v. 70) et Scythica iracundia utitur (v. 135), itaque pater eius sub imperio Orientis fuit. Qui pater paulatim ad altum evectus et *princeps* eius *militiae* factus esse *qua non illustrior extat altera* (v. 84) et *tabulas* omnium *honorum assignare, regnorum numeros tractare* eqs. dicitur (v. 85 sq.), quae omnia ad ipsum annum epithalamii spectant. Fuit ergo hic Celerinus tum sic ut Palladius consocer primicerius notariorum[2]), sed puta in partibus Orientis. Quam primiceriatus summitatem qua lege pro 'illustrissima' venditare poeta potuerit v. 84, docet Cassiodorus var. VI 16 in formula notariorum quam supra p. XXII citavi, ubi *perfuncti* demum *laboris* id munus esse legimus *ut si quo modo ad illustratum . . . meruerit pervenire, omnibus debeat anteponi qui codicillariis illustratibus probantur ornari.* Et memorabile videtur quod in Notitia dign. orient. c. XVIII traditur *sub dispositione viri inlustris spectabilis primicerii notariorum* ubi Alciatus omisit *spectabilis.*

Sed satis superque de fatis aliorum. A quibus ad vatem nostrum et a Palladii amici nuptiis ad ipsas tandem nuptias Claudiani mentem referamus.

De quibus nos certiores facere ille non repudiavit. Nam cum a spurio Tibullo spurioque Lucano Messalae et Pisonis laudatoribus ipse eo praeclare discrepet quod in nullo panegyricorum suas res describit — neque enim munificentiam patronorum captavit —, inter minora carmina descriptivi pleraque generis pauca sane rebus suis concessit et maxime Deprecationem Hadriani et elegos Ad Serenam. Et ad Serenam carm. minor. 31 de amore quidem non scribit neque de pulchritudine amatae — mirum enim quod amores scribere ille sic ut Statius omnino vitavit —, sed de matrimonii ineundi condicionibus blande et ornate exponit. Postquam enim Stiliconem Palladio notario nuptam 'eligere' vidimus (epithal. 93), iam eadem ratione Serenam quoque uxorem Stiliconis Claudiano notario videmus nuptam comparare sive eum commendare puellae et socero (v. 43). Pro quibus habet poeta gratiarum actionem et, nuptiis ut adesse velit domina, orat; ita enim etiam Iunonem pronubam Orphei nuptiis adfuisse. Aegypti autem, unde etiam ad Serenam mittit hanc invitationem, condicionem quaesierat, ibique iam matrimonium fiet; nam v. 55 medium aequor votis invidere et plagae Libycae ora dissidere dicitur, unde de Africa constat, et v. 59 etiam mitibus Euris mare sibi iter facienti ut mitigetur optat, unde Africam orientalem sive Aegyptum cum Gesnero cogitabimus.

Itaque — modo libera divinatio concedatur — Aegyptiacam puellam Claudianus olim fortasse cum Alexandriae viveret cognoverat; eius post quinquennale fere aut aliquanto amplius tempus Mediolanii peractum recordatus Aegyptum uxorem petiturus profectus est. Procus pauper ibi fuit (v. 46) neque gregibus plena pascua neque numerosam falcem promittere potuit (v. 37 sqq.). Suffecerunt litterae Serenae commendaticiae (v. 43; cf. 53 *scriptis desponderat puellam*).

At ne quis poetam credat tum a comitatu et Occidente abalienatum Alexandriae mansisse neve inde de vita eius vanas coniecturas periclitetur[3]), statim eum inito matrimonio in Italias revertisse sciat. Orat enim reginam v. 57 sqq. primum ut saltem absens nuptiis in Aegypto agendis faveat, deinde ut quasi sidus 'reditum' secundum poetae

---

toris. Non frustra ergo conspirant libri EV in haec verba: *Cum sibi* (sc. Celerino) *post obitus et Parthica fulmina caro Sceptra daret miles;* ubi *Cari* frustra refecit Heinsius; immo teneamus dativum et lusum in nomine *carus* agnoscamus. Simillime enim in *Superbo* luditur VI cons. 487 ubi *traiecit clipeo Thybrim . . . Tarquinio mirante Cocles mediisque superbus Porsennam respexit aquis;* itaque pro Tarquinio *Superbo* iam Cocles *superbus* factus est. Prorsus item de Celerino Claudianus: Celerinus post „Cari" obitum illum notissimum postque fulmen Parthicum ipse „carus" militi factus est qui sceptra ei daret.

1) Nomen Cuspidii Celerini senatoris occurrit Capitolin. Maximin. 26, 5; Celerinus et Celerina apud Cyprianum epist. 39. 2) Hec exposuit iam Gothofredus ad cod. Theod. VI 10, 2; cf. ad IX 10 sub cap. 9; similiter Claverius ad v. 85 et 93. Cf. Böcking Not. dignit. I p. 268. 3) Ita Jeepius sub finem vitae eum Alexandriae degisse somniat I p. XVI.

annuat et iter ei terrestre facile reddat et mare pacari iubeat (v. 59sq.); quo facto debita ei vota cantaturus est (v. 62). Ecce 'reditus'; qui fuisse nimirum non potest nisi in Italiam faciendus; neque si Aegypti manere voluisset, Serenam orasset, ut mare pacaret: quid enim mare nisi ad navigaturum? Quodsi quid de conubii et Aegyptiaci itineris et elegorum ad Serenam tempore halucinari conemur, fortasse de annis 400 et 401, quibus Musa politica Claudiani obticuit, aptissime cogitemus. Modestia autem eius admirabilis in eo cernitur, quod uxoris virtutes altissimo silentio tegit ne nobilitatem quidem prodens nisi eo, quod se procum commendatione Serenae eguisse fatetur; nimirum illam si laudasset, id obfuisset laudibus reginae.

XII.

Iam vero pax in Occidente quam forte stabiliorem crediderat poeta non duravit; cecinerunt classica barbara, et ad pugnas insperatas et desperatas qualesque numquam scripsit antea scribendas animum firmare debuit. Pugnas dico Pollentinam et Veronensem annorum 402 et 403 quas ille iam ex Aegypto reversus vel in Italiis etiamtum versans vidit et in Stiliconis gloriae novum incrementum memorandas sibi sumpsit. Huc pertinent panegyrici illi duo monumentis Germaniae cum primis adnumerandi De bello Pollentino sive Gothico — nam inscriptio utraque optimis testibus nititur — et De VI consulatu Honorii Augusti. Quos libros quando elaboraverit pleniore apparatu disseram.

Pollentiae adversum Gothos vehementer utriusque partis clade pugnatum esse Prosper Aquitanus in chronico tradit ad Honorii quintum consulatum vel ad annum 402[1]); Veronense proelium idem omittit. De anno illo non est quod dubitemus[2]); primis autem mensibus aestatis pugnatum esse legimus in Bello Poll. v. 152, ipso die paschali vel die sexto mensis Aprilis[3]) apud Orosium VII 37, unde Jordanes c. 30 et Paulus Diaconus acceperunt. Non longius porro una ante pugnam hieme Alaricus Italiam devastaverat; scriptum est enim ibidem v. 151 de Stilicone: *effecit bruma ne longior una esset hiems rerum*; ergo autumno anni 401 Italiam invaserat Alaricus. Idem accepit annalium Ravennatium auctor qui ad annum 401 etiam mensem et diem prodit: *his consulibus natus est Theodosius Id. April. et intravit Alaricus in Italiam XIV Cal. Dec.*[4]). Differt Prosper qui ad Stiliconis priorem consulatum vel ad annum 400 Gothos Italiam Alarico et Radagaiso ducibus ingressos dicit[5]). Quod stare nequit: nisi quis ipsam pugnam anno 401 attribuere audeat. Etiam Radagaisum tum quidem cum Alarico non fuisse Claudianus evincit quippe in cuius utroque carmine Radagaisi ignoratio perfectissima sit. Stiliconis enim panegyristam interfuisset augere periculum,

1) Mirum est in prodigiis quae prodige recenset Claudianus Bell. Poll. 228sqq. adesse quidem lunae defectum, deesse defectionem solis. solis autem defectionem ad annum 402 notavit Idatius in descr. cons. 2) Quod et Goetzius ostendit Mus. Rhen. XXXI p. 346sq. et Seeckius in Forschungen zur deutschen Geschichte t. 24 (1884) p. 175sqq. Claudianus quod Bell. Poll. 166sqq., 488sq. triginta annos computat ex Histro a Gothis transvecto vel ab a. 376 usque ad pugnam Pollentinam, aversione hanc computationem nobis vendit („si numero non fallor"); ex Claudiano numerum sibi sumpsisse videtur Prudentius imitator adv. Symm. II 711sq. 3) cf. cyclum paschalem apud Mommsenum in Comment. societ scient. Saxon. I p. 626. 4) Ita anon. Cuspin.; cf. Holder-Egger l. l. p. 330sq. 5) Hinc pendet Cassiodori chronicon II p. 225 Ronc. et Jordanes c. 29. Cassiodorus etiam pugnam anno 402 dedit, sed Gothis favens ita refert: *his coss. Polentiae Stiliconem cum exercitu Romano Gothi victum acie fugaverunt.*

cumulare hostium formidinem, exaggerare numerum; neque tamen ille Ostrogothorum agmina induxit.

Firmiore autem argumento annalium Ravennatium de Alarici in Italiam introitu relationem contra Prosperum defendit Seeckius[1]). Claudianus Bell. Pollent. 233 sqq. tum, cum primum irrumperet Gothicus miles, hoc maxime portentum prodigii instar accidisse superstitiose asseverat: lunae laborem assiduum sive lunam atram crebris noctibus: id quod plebecula Itala ad magas quas in Alarici exercitu esse putabat rettulisse dicitur v. 237. Iam astronomicis rationibus efficitur lunae plenum defectum intra annos 100 et 402 non observari potuisse nisi die 27 mensis Decembris anni 400, die 21 mensis Iunii anni 401, die 6 mensis Decembris anni eiusdem: ergo anno certe 402 Alaricus Italiam non intravit; intrasse anno 401 quam 400 veri similius est, quandoquidem poeta laborem lunae assiduum et crebris noctibus visum clamat[2]). Accedit quod v. 238—243 'anno priore' cometam spectatum esse adicit; hunc priorem ponimus esse annum 400: nam etiam de cometa anni 400 eadem astronomica auctoritate constare dicitur.

Et de arcanis vel regis Gothorum vel Stiliconis consiliis coniecturire nolo. Quid invicem ambo sibi voluerint satis constat; id minus, cur tam sibi non constiterint amborum consilia. Percipient autem, nisi qui in media luce dormiunt, et Stiliconem ideo Alarico, quem ter vincebat, ter pepercisse ut foedere eum sibi iungeret contra Orientem, et Orientis palatium semper id agere debuisse, ut contra Occidentem Gothorum animos instigaret, et Gothos ex utriusque partis ambitione summum lucrum cepisse. Alaricus enim cum magister militum per Illyricum esset, tamen foedus plus semel icit cum Stilicone. Ac nescio num satis attenderint ipsum Claudianum notarium, qui omnia et simulare et dissimulare callebat, profiteri Alaricum foedera etiam cum Occidente iniisse. Nam Bell. Poll. 565 sqq. per imperii partium discordiam semper in tuto ille fuisse dicitur et foedera utrobique simulasse et 'alternae aulae' 'periuria venditasse'. Quodsi hoc quod est *venditare* proprio sensu accipimus, Stilico Alaricum non sine tributo pendendo a solo Italo arcuerat.

Instabile autem barbarum ingenium. Anno ipso 401 non dissuadente Orientis aula allecti sunt in Italiam Vesegothi perlato nuntio de Raetia tum a novis barbaris obsessa; ubi dum optimi numeri Romanorum ad dimicandum collecti detinentur, ipsi securi Italias expugnare poterant. Gentes autem longinquae et paene intemptatae ex ulteriore Danuvii ripa vicem fati egerant. Cuius rei Claudianus fidem facit. Et v. 279 non dicit nisi exercitum Romanum in Raetia pugnis iam tum detentum esse cum Alaricus irrumpendi consilium iniret itaque usum hunc esse 'tempore penetrabili'; v. 363 non nisi de gentibus quibusdam loquitur qui foedus Latinum ruperint et Vindeliciam et Noricum occupaverint *(Vindelicos saltus et Norica rura tenebant)*; unde prave Gesnerus collegit Vindelicos et Noricos ipsos foedus fregisse novarum rerum cupidos. Quomodo enim Vindelici ipsi suos saltus occupare poterant, quomodo rura sua Norici? Immo de gentibus res est alienigenis. Neque omnino illorum provincialium, qui civitatem Romanam habebant, foedus cum populo Romano fuit quod frangi posset. Gentes autem eae, quas hic non nominatas innuit poeta, 'minores' quidem fuere si cum Romanis et Vesegothis comparabantur, id quod versu 395 efficitur; ceterum quales fuerint, indicat ibidem versus 415 ubi de legione Raetica apud Pollentiam pugnatura dicitur:

quam Raetia nuper
Vandalicis auctam spoliis defensa probavit.

Habes Vandalos anno 401 in Raetia. Lectio enim haec bonis manuscriptis debetur et altera *Vindelicis* adeo absurda est ut refutare eam nolim. Temporibus scilicet Drusorum

1) L. l. p. 182 qui tamen in eo errat quod etiam pugnae Veronensis annum hinc recuperari posse credit.
2) Nimirum *crebris* in hoc poeta de duabus noctibus tuto interpretamur; conferenda vox *saepe* quae ibi nonnumquam legitur ubi *bis* tantum cogitatur, de quo dictum in indice vocabulorum.

non versamur, ubi bellum ultimum Vindelicum anno 15 a. Chr. n. actum est. In Raetiam itaque anno vel 400 vel 401 Vandali irruperant et victi sunt 'nuper' vel paullo antea quam Stilico Raeticam legionem abduxit. Adfuisse autem ibi illo fere tempore etiam Ostrogothos dubitanter inde conici possit quod narrat Zosimus V 26: *προσδεχομένου δὲ Ἀλαρίχου τῷ παραγγέλματι πειθαρχήσειν, Ῥοδογάϊσος ἐκ τῶν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον καὶ τὸν Ῥῆνον Κελτικῶν τε καὶ Γερμανικῶν ἐθνῶν εἰς τεσσαράκοντα συναγαγὼν μυριάδας εἰς τὴν Ἰταλίαν ὥρμητο διαβῆναι.* Radagaisus enim *ἐκ τῶν ὑπὲρ τὸν Ἴστρον εἰς τὴν Ἰταλίαν* pervenire non potuit nisi traiciens Pannoniam, quae vicina est Norico: qui tamen cum Ostrogothis suis quoniam anno demum 404 in Italiam descendit, a Claudiano, qui res gestas annorum 402 et 403 tractat, ignoratur. Ceterum nimis sublesta his in rebus Zosimi auctoritas. Porro cum et barbarica auxilia ex Raetia atque Norico arcessere dicatur Stilico v. 402 et auxilia Alanorum in ipsa pugna memorentur v. 581, magis etiam credi potest Alanos cum Vandalis tum Raetiam et Noricum ingressos, mox victos ibi et novo foedere iunctos esse a Stilicone. Solent enim una incedere illis temporibus Alani et Vandali: quodsi ad finem anni 406 chronista scribit: *Vandali et Alani Gallias traiecto Rheno ingressi*[1], ex Norico et Vindelicia eos una profectos esse dilucide apparet. Denique hic etiam *hostes* illos *Pannonios* recenseo, quos cum Wandalis, Halanis aliisque gentibus Gallias vastasse Hieronymus scribit epist. 123 c. 16 anno 409. Has fere nationes barbaras ante annum 401 foederatas imperii Romani fuisse ex versu 363 concluditur.

Alaricus autem postquam mense Novembri ex improviso per Alpes Iulias (v. 281 sq.) Italiae fines transiit, Stiliconem, qui non ipse in Raetiam abierat et cum parva manu restitit, in Histria prope Venetiam ad Timavum fluvium vicit (v. 562), Aquileiam obsessit (de quo Hieronymus contra Rufin. III 21)[2]. Et armatura optima munitus erat: nam officinae armorum in Illyrico eius legitimo iussu in usum Gothorum operari coactae sunt (v. 535—543)[3]. Et mulieres et captivos multos variarum gentium, Graecos imprimis, secum duxit (v. 615 sqq.); an etiam socios non Vesegothos (VI cons. 130) minus perspicuum est.

Tremoris quo tum perculsa est Italia testis uberrimus Claudianus est nec non et Paulinus Nolanus in carmine de natalicis S. Felicis VIII[4]. Honorius qui mense Septembri Altini in Venetiae oppido moratus erat (cod. Theod. I 6. 1), Mediolanium se recepit (VI cons. 446) atque adeo in Gallias cessurus et Lugduni aulam constituturus fuit (b. Poll. 296 sqq.). Retinuit eum Stilico (ibid.). Urbis Romae muri instaurati sunt[5]. Alaricum autem per totam hiemem in Liguria inquietavit nemo. Stilico enim interim mense ut videtur Decembri in Raetiam volavit provinciam liberaturus, exercitum reducturus (v. 319 sqq.). Nam teste Claudiano media hieme solus[6] vel cum parvo comitatu per Adduae vallem equo (v. 352) ascendens Alpes superavit et in Noricum se contulit. Hae autem in illis provinciis stationariae legiones eum expectabant[7]: legio tertia Italica sub dispositione ducis Raetiae, legiones quinta Iovia et sexta Herculia sub disp. ducis Pannoniae secundae ripariensis, legiones prima et secunda adiutrices sub disp. ducis provinciae Valeriae ripensis, legiones decima et quartadecima geminae, secunda Italica[8] et prima Noricorum sub disp. ducis Pannoniae primae. Itaque novem legiones numerantur: praeterea equitum cunei, auxilia atque cohortes multae; nisi quod tam numerosam militiam magis in laterculis et imperii summario scripta fuisse quam re vera extitisse credas. Ceterum legiones ad numerum militum millenorum tum reductae esse poterant; auxilia et cohortes quingentos habuisse[9].

1) Prosper Aquit. p. 645 Ronc. et alii. 2) cf. huius Rufini Aquileiensis hist. eccles. I 6. 3) cf. supra p. XXXI adn. 2. 4) De anno quo hoc carmen scriptum sit ceteroquin non constat; cf. Seeck. l. l. p. 184. 5) VI cons. 531 sqq., Paulini Nol. l. l. v. 103 sqq.; cf. CIL. VI 1188, 1189, 1190; Seeck Symm. praef. p. 188. 6) cf. *parva puppe* v. 321, *scandit* v. 322; et v. 349 sqq., imprimis 374 *in uno viro.* 7) cf. Not. dign. occ. c. 32—35. 8) cf. CIL. III 1980. 9) cf. Mommsenus Hermae t. 24 p. 254 sq.

Iam vero sicut antea Alarico Italiam ingredi dubitanti audacia eo creverat, quod Romanis in Raetia contra novos hostes rem esse audierat (v. 279), ita iam invicem his quoque in Raetia et Norico hostibus fiduciam et fecoriam eo crevisse dicit Claudianus, quod Alarici ad Timavum victoriam et Latii cladem audierunt (v. 364): atque tum demum Vindeliciam (vel Raetiam II) et Noricum occuparunt (*audita clade tenebant* v. 365). Stilico quomodo eos represserit non liquet; pugnatum esse infitiatur poeta et fulmineo ac stupendo magni ducis aspectui magnisque verbis eius omnia tribuit (v. 373—400); pecuniam eum dedisse et auro bonas condiciones emisse facile credas. Certe citissime transactum est et omnis salus ex hac actione pependit (v. 362). Deinde Stilico ex hostibus in socios conversis raptim sibi auxilia legit (v. 402), curavit autem ne eorum numerus nimius esset vel duci formidandus. Tum demum 'cohortes' 'undique' (i. e. ex provinciis omnibus?), ad Stiliconem properantibus signis concurrunt (v. 405 sq.). Quas cohortes sive legiones Claudianus enumerans omittit eas quae in Valeria et Pannoniis stationem habebant; has itaque dux ibi relinquendas iure censuit. Sed tantum ex vicina Raetia legio una tertia Italica accurrit quae ibi nuper Vandalos vicerat (v. 414). Praeterea ex Britannia legio (secunda Augusta) et omnes numeri qui ad Rhenum stabant conveniunt (v. 416—421). Atque tum ecce Rhenus incustoditus relictus est et Galliae abhinc apertae barbaris iacuerunt: quas provincias imperium Romanum deserendas existumavit, Italia ut servaretur. Summum hoc periculum ipse Stilico Claudianeus confitetur v. 568: 'credite, nunc omnes, quas dira Britannia, gentes, quas Hister, quas Rhenus alit, pendere paratas in speculis', gentes scilicet ibi barbaras.

Hoc modo Stilico exercitu coacto quo tandem mense Alpes rursus descenderit quaeritur; certe descendit initio anni 402. Eo die quo Gothi primum nuntium de eius reditu accipiunt, hiems nondum defecit, *bruma* enim etiam tum *currere* dicitur v. 188. Tamen ille si ex Britannia legionem attendit neque hoc illis 'augentibus omnia Musis' debetur sique huic legioni iter maturanti tres menses a Decembri ad Februarium concedimus, ipso fine Februarii Honorio subvenisse potest. Id ipsum verum esse egregie confirmat Symmachus, qui Mediolanii die 24. mensis Febr. Stiliconem mox adfuturum esse scripsit epist. VII 13: legatus enim tum a senatu Mediolanium ad Augustum missus erat Symmachus, iter fecit 'per Ticeni longinqua': itaque Ticini regionem nondum occupaverat miles barbarus; Stiliconem non invenit, sed 'mox eum validissimis praesidiis' eum adfore nuntiabatur[2]).

Interim Gothi et Venetiam et Liguriam inundaverant, ubi, quamquam agricolae vel voluntarii vel evocati arma capiebant (v. 463 sqq.) et duces quoque novi extiterunt quos tamen cum despectu memorat poeta (v. 467), oppida illi iam cepisse credebantur paene omnia (v. 213 sqq. *videbantur . . ultro se pandere portae*), Patavium puta, Veronam, Brixiam: capta oppida esse non traditur[3]). 'Ipsum Padum galeis hauserunt' (v. 532); quin etiam, si fides Prudentio, Etruriam premebant[4]): repugnavit certe in medio Mediolanium, ubi Honorius inclusus est, speravitque barbarus qua vellet condicione pacem ex eo extorqueri posse (VI cons. 448 sq.; cf. b. Poll. 561). Ibi certum est tum etiam Claudianum poetam adfuisse et rerum trepidationem ac tumultum Stiliconisque desiderium ipsum vidisse et persensisse: nam b. Poll. 455 de sese ipso scribit: *pulveris ambiguam nubem speculamur ab altis turribus;* antea autem 'clausus saevos campis ardentibus ignes' ipse prospexerat, v. 45; qui etiam in carmen de VI consulatu de hac Mediolanii oppugnatione et liberatione supplementum immisit v. 440—469.

1) cf. Not. dign. occ. c. 34. 2) cf. Seeck, praef. p. 63. 3) Venetiam, Liguriam Padique rura vastasse Germanos etiam Prudentius memorat contra Symm. II 696 sq. 4) Contra Symm. II 701: *Tuscumque solum victo amne premebat;* hic amnis Padus sit necesse est quippe cuius nomen praecedat; neque Tiberim intellegere concedit contextus loci; quin etiam Romam ipsam appropinquantem hostem audiisse Prudentius dicit v. 729: *aure tenus Geticos experta tumultus.*

Scilicet de Mediolanio ibi esse sermonem neque vero de Hasta oppidulo, quod inconsiderate suspicati sunt[1], cogitur vel eo quod v. 413 *Ligurum muros* poeta dixit sicut de cons. Manl. Theod. 121 *Ligurum moenia* quo loco de Mediolanio dubitat nemo[2]. Semper enim ille quamvis sublimis id curavit ut intellegi posset; quis autem vel eius aevi lector Romanus Hastam obscuram dici intellexisset illa verba audiens? Idem cogitur Adduae vicinitate v. 158 memorata; eius enim actionis, qua Stilico Adduam vi traicit, 'spectatorem' se fuisse Honorius ait v. 440; quod de Mediolanio valere facile potest, de Hasta minime gentium. Et mirum sane caput hominis Honorius fuisset, si nescio cur Hastam praeferens ipsum palatium cum arcano imperii hostibus reliquisset.

Mox qua ratione Stilico Mediolanium obsidione exemerit, in priore quidem carmine non narratur, quod mireris, sed ibi haec tantum v. 453 sqq.: pulveris nubem in longinquo visam esse, deinde emicuisse Stiliconem, magnum gaudium fuisse principis, hominum turbam sese ad ducem salutandum per portas apertas effudisse. Nihilominus etiam pugnatum ibi est a Stilicone, quod cur praetermisit poeta? an veritus est ne quid huius procursationis descriptione descriptioni pugnae Pollentinae detraheretur? Reservavit eam posteriori carmini et ipsi ori imperatoris De VI cons. 453 sqq. haec narrantis quae 'fama nondum patuerint' (v. 438): Mane circa primam vigiliam dux adventavit; Alaricus inter Mediolanium et Adduam flumen castra posuerat, pontem tenebat, Honorius et Stilico ne copias iungerent impediebat. Tum hic cum minore copiarum parte — reliquae enim tardius appropinquabant — ferro sibi iter aperuit.

Quo facto Alaricus, cum hostes et in fronte et in tergo seque velut laqueis clausum (b. Poll. 475) et arva ibi fluminibus multis et moenibus impedita (v. 474) videret, ab oppugnatione desistens continuansque populationes Augustam Taurinorum versus abiit: nam Romam petiturus cum iam Mediolanio Placentiam iter facere non posset, via altera, Aurelia, quae Genuam praeterit, uti constituit. Secutus est Stilico, sed pugnam quamvis provocante adversario vitavit — dicitur enim v. 144 cunctando primum fregisse Alaricum —, mox primum quidem certatum videtur apud Hastam, quod tamen ipsum quoque tacet poeta neque nisi tangit in altero carmine v. 204, deinde ipso die paschali vel die sexto mensis Aprilis apud Pollentiam vel ad Urbem fluvium (v. 555)[3].

Magnam partem in hoc proelio Alanorum auxilia habuisse consentiunt Claudianus b. Poll. 581 sqq. et Orosius VII 37, 2 sq. qui eorum ducis nomen Saul posteris mandavit[4]: Alaricum vicisse Gothi tradidere (Cassiodori chron. et ex eo Iordanes), Stiliconem cum Claudiano Prudentius contra Symm. II 715 sqq. et Orosius l. l.[5]. Utrumque accepit et anceps proelium dicit Prosper; sed etiam Hieronymus in epistula 107, 2 ad Laetam anni 403 Getarum rutilum et flavum exercitum contra Romanos aequa acie pugnare propterea docet quia pari religione utrique confidunt. Et vicit Stilico quatenus regem Gothorum a Romam capiendi consilio, de quo satis constat (v. 81. 85 et 547 ibique Gesnerus. VI cons. 295), prohibuit[6]. Huius etiam magnas opes et adeo liberos

---

1) cf. Gibbonis V p. 196; contra dixere Rosenstein l. l. p. 84 et Ney p. 32. 2) cf. b. Poll. 363 ubi *Ligus* idem est atque civis Mediolanensis, et *amnes Ligures* VI cons. 194. 3) Pugna ad fluvium Urbem (hodie Orbam) et ad Pollentiam eadem fuerit necesse est; nam oraculi illius, quod fuit, Alaricum ad Urbem usque perventurum et ibi cladem passurum esse (v. 547. 556), eventus esse videtur poeta interprete ipsa clades Pollentina. De oraculo cf. Socrat. VII 10 (Sozomen. IX 6). 4) Hunc iam a. 394 Alanorum ducem fuisse memorat Ioannes Antioch.; cf. supra p. XXIX adn. 4. 5) *Pugnantes vicimus, victores victi sumus:* id est, in ipsa quidem pugna Pollentina victores discessimus, sed postea Alaricus piissimus victurus et Romam capturus fuit ut deus Saulis pagani improbitatem ulcisceretur. Verba enim haec Orosius scripsit ex imitatione Augustini, cuius vestigia ambitiose premebat; conferendum est Augustini De civ. dei caput V 23 et totum et haec praecipue verba: *(deus) indignationem suam tanta mansuetudine temperavit, ut illum* (Radagaisum) *primo faceret mirabiliter vinci, . . . deinde ab his barbaris Roma caperetur.* 6) Paulus diaconus hist. Rom. XII 13 Pollentia eum non Romam, sed in Gallias irrupturum fuisse narrat verbis: *dum ad Gallias pergens*

nec non et coniugem vel coniuges complures (!) captas esse poeta canit VI cons. 282. 297, b. Poll. 85 (ubi coniuges), 605—615, 624 sqq. (ubi una coniunx): praeterea tum milites multos vel auxilia *(socios?)* ab eo descivisse (VI cons. 130). Ceterum Alaricus 'non funditus armis conciderat'; 'stipatus adhuc equitumque catervis integer' in Appenninum Liguriae proximum se recepit (VI cons. 283 sqq.).

Quid exinde factum putabis? Ecce Gothis discessus liber concessus est. Haec res magnam tum invidiam Stiliconi peperit, ut adeo de proditione calumniarentur (Zosim. V 29). Ad odia deponenda poeta ipse admonet, v. 91 et panegyricus Claudiani scriptus est maxime ut ab hoc crimine patronum defenderet: habet enim verbosam ea de re declamationem v. 91—165, cuius summa est, hostem dimissum esse ne nimia desperatione desaeviens Romae ipsi periculum ferret: apparet indutias fecisse Romanos sub ea condicione, si Gothi non solum urbis oppugnandae vel in Gallias prorumpendi consilium desererent (l. l.), sed ex Italia omnino discederent (VI cons. 131: cf. *victumque relegat* b. Poll. 144).

Et abscessit (cf. v. 64 *abiere minae*, 79 *(ex) Italia detrusus erat*, 89 *redit*, VI cons. 133 *retexit iter*, 143 *Italiam fugiens*) Padum descendens (nam Eridanus eum prospectat VI cons. 179) et Ticinum, Adduam, deinde Athesim, Mincium, denique etiam Timavum in reditu traiecit: sic certe tradit Claudianus: neque enim sine ratione hi fluvii omnes enumerantur VI cons. 196 sqq., sed universi cum ipso ultimo Timavo ab Eridano evocati esse dicuntur ut insultent profugo v. 199: itaque fluminum accolae in tergo hostium haerebant. et eodem sensu ibidem v. 141 Italia difficilis revertentibus dicitur et v. 145 barbarus rediens amnes et reliquisse et exhorruisse. Quodsi tum ad Timavum et in Histriam usque Alaricus recessit, Venetia tota et Liguria a barbaris liberatae fuere; eo sensu legimus l. l. v. 200 in fluviorum illorum a Ticino usque ad Timavum regionibus 'prata pacata' et 'pecus laetum' factum esse: atque iam in priore carmine De bello Poll. formido omnino exempta dicitur v. 11 nilque timoris relictum esse nisi memoria v. 205 sqq.

Honorius autem barbarorum timore captus palatio Mediolanensi post oppugnationis incommoda ita diffisus est, ut Ravennam in urbem sane inexpugnabilem migraret eamque sedem regiam et caput imperii in futurum esse destinaret[1]).

Itaque quamvis hostis in Histria substitisset neque in Illyricum revertisset neque cessaret finibus Italicis minitari, tamen pax ipsi Italiae aestate anni 402 reddita est. Claudianus autem exsultans, quasi iam finis hic esset irruptionum Gothicarum, illico describere bellum Pollentinum suscepit; versus adprime 79 *(detrusus erat)* et 61 *(hucusque)* et 14 *(iam non clausi* eqs.) et 208 *(gaudia inopina)* speciem prae se ferunt, quasi si carmen hoc subitarium statim post indutias initas etiam tum fugiente Alarico scriptum sit. Atque sic iam non offendet etiam illud *relegat* v. 144, ubi non *relegavit* scriptum est propterea, quia nondum perfecta relegatio est dum abscedit relegatus.

Sequitur ut Bellum Pollentinum sine dilatione et eum cura quasi exanimata elucubratum sit mensibus Aprili et Maio, recitatum fortasse mense Iunio, deinde in publicum editum. In quo quod de pugna Veronensi nihil legitur, inde factum vides, quod ignota ea tum fuit scribenti, quae anno post commissa est.

Recitatum autem est Romae apud Stiliconem neque auditor fuit Honorius. Ad Stiliconem respicit illud *apud socerum* in VI. cons. 125: 'arma Getarum nuper apud socerum plectro celebrata recenti'. Romae recitatum esse vel eo probes quod poeta

ob recuperationem iumentorum ad Pollentiam resedisset: sed cum Claudiani testimonio consentit Prudentius v. 496 sq.

1) cf. Cod. Theod. VII 13, 15 datum VIII. Id. Dec. anni 402 Ravenna, VII 18, 11—14 anni 403; Claud. VI cons. 364. 494.

Romam adloquitur v. 51 sqq., 77—96: confirmes ex praefatione carminis, ubi v. 5 sq. ibidem nunc se canere dicit ubi de consulatu Stiliconis cecinerit (cf. supra p. XX et XLI sq.): atqui panegyrico de Stilichonis consulatu Romam mittimur (cf. maxime tertium librum cum praefatione). Porro in 'domo Pythia' recitatum est (b. Poll. praef. 1): haec autem vix fuisse potest nisi domus Apollinea vel locus cum Apollinis Palatini aede vel bibliotheca cohaerens [1]). Denique festus dies fuit: nam 'auribus festis' placere vult poeta v. 206. Quoniam vero tum triumphum Stilico Romae certe non egit, quale hoc festum fuerit non expedio. Neque elogium vel cuiusvis generis monumentum in memoriam rerum gestarum tum positum esse scimus [2]).

XIII.

At vero Alarico fides frustra habita est frustraque pacem poeta celebravit. Vix enim post hunc festum diem vixque carmine recitato annus praeteriit, cum Gothus signa retro flexit et Timavo denuo transito Veronam aggressus est. Quin etiam usque ad exitum anni 402 Stilico cum Augusto sola finium Italicorum tutela occupatus esse videtur: certe inde a mense Octobri anni 401 usque ad Novembrem anni 402 in codice Theodosiano constitutiones nullas datas invenimus [3]). Res abinde gestas Claudianus in panegyrico de VI consulatu Honorii novo sumpto exordio celebravit, quem panegyricum iam copiosius enarrantes etiam de pugnae Pollentinae et carminis prioris tempore disputare pergemus.

Honorius sextum consul fuit anno 404: panegyricus quem dixi ipso initio eius anni praelectus, scriptus autem est mensibus fere ab Octobri ad Decembrem anni 403. Bellum Pollentinum si anno 402 mense Iunio praelectum est, inter haec carmina temporis intervallum undeviginti circiter mensium fuit; hoc labefactari non potest verbis de VI cons. 125, quibus Pollentiam se *nuper plectro recenti* celebrasse poeta fatetur: tum enim cum Bellum Pollentinum novissimum eius poema esset, etiam recens poema ab eo appellari potuit.

Annum pugnae Veronensis omittunt chronica, media aestate accidisse eam prodit Claudianus v. 215.

Iam vero sunt qui Prosperi chronico diffisi et Pollentinam et Veronensem pugnam uni anno 403 et illam veri, hanc aestati vindicarint. Atqui Gothorum in Italiam irruptio accidit anno 401 mense Novembri: duae itaque hiemes inter hanc et stragem Pollentinam praeterlapsae dicendae forent. Quae sententia quam falsa sit, ut alia relinquam, uno argumento profligabo. Scripsit enim Claudianus b. Poll. v. 115: *Atque haec tanta brevi* (sc. acta sunt). Ubi miro modo editores peccarunt ad unum omnes et interpunctionem necessariam reficiendam mihi reliquerunt. Et sane brevi haec tanta acta esse neque ita ut duae hiemes consumerentur etiam tota narratio Claudianea confirmat.

1) De alio Apollinis templo ut alii cogitarent inducti sunt verbis Stil. II 401: *superes cum Pythia limina consul.* Videant tamen lectionem *Pythia* quam incerta sit. Vel hinc concidit Seeckii opinatio (Forschungen l. l. p. 176), statim initio diei in templo sito ad portam Carmentalem recitatum esse. Nec recordatus est ille Claudianum in sexto consulatu Honorii v. 618 sqq. munera describere quae edebant consules: an antea descripsit quam edita sunt? Liber de IV consulatu Mediolanii recitatus est certe post pompam factam et manumissionum caerimoniam (cf. v. 565 et 611 sq.). 2) Nam titulus CJL. VI 1196 ad annum 405 refertur, id quod probabile est. 3) Cod. Theod. I 15, 17 data Altino III kal. Octob. anni 401 et VII 13, 15 de tironibus data est Ravenna VIII. Id. Dec. anni 402; inter has nulla; cf. cod. Theod. ed. Haenel II p. 1695.

Sunt porro qui hunc errorem ita vitarint ut utramque pugnam potius in anno 402 collocari iubeant. Qui cum temporum quidem ratione non disconveniunt; nam potest Alaricus anno 402 ex Pollentia et Appennino rediens post dies quinquaginta mense Maio exeunte pervenisse ad Timavum, mox, ubi nuntiatum est Stiliconem Romae versari, subito consilium mutasse et mense Iunio vel Iulio denuo ingressus Veronam tam celeriter pervenisse, ut ibi eodem anno mense Augusto iterum proeliarentur Gothi et Romani. Sed haec quoque opinatio plane falsi coarguitur ab ipso poeta, qui sexti consulatus vel anni 404 initium sic exornavit ut Gothorum cladem brevi ante accidisse appareret; nam v. 653 Victoria, quod gravissimum est, hunc sexti consulatus annum 'domitis bellis peperisse' dicitur; haec verba significatum hunc tantum admittunt: Honorium sextum consulatum anni 404 propterea suscepisse quia hostem brevi ante domuerat; quod ad victoriam anni 402 inepte trahas. Nempe consulatus anni 403 derivari potuisset ex victoria anni 402, consulatus anni 404 non potuit nisi ex victoria anni 403. Dicitur porro imperator v. 647 'Getica fronde sextas secures praevelare' quod apertum novissimae victoriae signum est; et eodem tendit quod eius in urbem introitus triumphus vocatur v. 580 (*triumphantem generum*; item v. 202; inde *spolia* adportantur v. 406); et ita Prudentius c. Symm. II 730 flagitaverat: *scande triumphalem currum*. Et fuit triumphus. Neque omnino Ravennam tum reliquisset Honorius, nisi victoriae gaudio abreptus Romanis et populo aliquid concedendum esse sensisset. Denique tota de bello Veronensi narratio vv. 128 sqq. immissa absurda foret nisi hic dies, quo carmen recitat poeta, primam eius celebrandi facultatem praebuisset; similiterque in praefatione v. 13 sqq. somniat ille se Gigantomachiam canere et Iovem victorem coram ipso celebrare: in quo cogitat Gothomachiam et Iovem Honorium: atqui Iuppiter ibi laetus cum praeda in caelum redit (v. 19 sq.)! hoc non potest non significare Honorium quoque tum recentem a pugna Romam invehi. Iam adde et hoc. Si enim inter Veronensem victoriam et sextum illum consulatum pleni menses sedecim intercessissent, victoriae praeconium vix prolatasset Claudianus usque ad hunc consulatum sive ad brumam alteram: comprobant certe exitus Rufini et Gildonis et Eutropii et pugna Pollentina eum in rerum tractationem statim post rem gestam proripi solitum esse.

Hinc optio datur sententiarum duarum. Aut enim Gothorum invasio prima autumno demum anni 402, deinde pugna Pollentina vere anni 403, pugna Veronensis aestate eiusdem anni acciderunt — hoc tamen quis sibi persuaserit? vel invasionem in hoc tempus detrudere quis ausit? — aut, quod sustinemus, Pollentina quidem veri anni 402 tribuenda est, Veronensis aestati anni 403 ita, ut inter utramque plus unius anni intervallum intercesserit.

Quam ultimam quae restabat sententiam dum amplexamur, resides illos annos et longum illum Musae somnum, de quibus verba facit Claudianus Bell. Poll. praef. 1, de plenis annis duobus 400 et 401 interpretari sat habemus; ei enim, qui per quinque annos 395—399 tredecim libros vel ternos paene singulis annis ediderat (quo in calculo Raptus Proserpinae adeo neglectus), si iam per duos edidit nullum, nonne longus hic somnus videri potuit, qua fuit ille consuetudine omnia in maius efferendi?

Neque Claudianus alibi contra testatur; qui VI cons. 202, postquam Alaricum apud Pollentiam devictum reliquisse Italias narravit, ad Veronam sane statim traducit relationem, sed ratione tam subitaria, ut inter versus 201 et 202 plenus annus interiacere facile possit; subito enim legitur fere: 'sed tu quoque, Verona, triumphum dedisti nec clarior te Pollentia fuit'; itaque non per rerum gestarum progressum ad Veronam narratio producit, sed per comparationem rhetoricam Pollentiae antea tractatae et Veronae nunc tractandae. Denique a versu 202 ipsa materies quam poeta sibi proposuit incipit, versus 128—201 ut in eam introducamur memoriae causa praemissi sunt.

Alaricus redux inde a mense Maio anni 402 ad mensem fere Iunium anni 403 in Histria quid egerit nescitur. Sed si quidem alterum impetum meditabatur, damna sarciendo, transfugarum locos replendo, nova auxilia contrahendo tempus trivit. Simul legationum inter eum et Stiliconem commercium non desiisse credo studuitque hic illum pollicitando et transigendo vel detinere vel contra Orientem accendere. Neque tum Stilico legiones Raeticam et Gallicas in suas provincias dimittere ausus est. Vicit tandem bellicus furor praedaeque infinitae cupido; nam Gothus 'periurus' (v. 207) 'pacta rursus movit' (v. 205) vel 'foedus violavit' (v. 210) stetitque supra Veronam ad Athesim flumen mense vel Iulio vel Augusto. Quo cognito Romanus iam non cunctando hostem defatigare studuit, sed illico proelium iniit. Quod autem v. 215 solem tum aestivo pulvere accensum legimus et laborem esse eum sustinere, id de mense Augusto probabiliter interpretari videmur.

Stilico auxiliis Alanorum etiam huius pugnae sicut Pollentinae magnam partem concessit; quod eum certo consilio et duplici lucro fecisse poeta gloriatur v. 220, ut scilicet in se verteretur barbaries et Romae utrimque caderet[1]). Sed poeta cum in priore carmine virtutem et fidem eorum laudasset (b. Poll. v. 590 sqq.), hic eis crimini vertit quod non captus et necatus est Alaricus (v. 223 sqq.).

Qui iterum de Roma desperans per Raetiam in Gallias abire (v. 232) temptavit quod tum si peregisset perniciosissimum imperio Romano fuisset. Sed a Stilicone prohibitus et denuo dimicare non ausus (v. 217) in colle quodam considens inclusus est (v. 238), unde fame orta cum plurimi eius militum ad Romanos transfugissent (v. 250 sqq., 310 sqq.) — ecce adulator poeta omnia adaugens! —, tandem recta via se recepit (v. 320), scilicet in Illyricum, id quod firmant postea facta; unde post quinque demum annos mortuo Stilicone iterum in Italiam et ita incucurrit, ut non rediret. Proximo autem anno Radagaisus cum Ostrogothis terror Romanorum factus est, quocum tamen conspirasse Alaricum credi nequit. Usque eo pacem exiguam tum meruit Italia: et ipsa lustrali sacrificio συμβολικῶς lustrata est (v. 324 sqq.)[2]).

Eodem anno 403 leges quattuor Ravennae datae sunt mensibus Februario, Iulio, Octobri, traditae Cod. Theod. VII 18, 11—14, de comprehendendis et opprimendis desertoribus in provinciis oberrantibus. Plurimos enim constabat, priusquam aquilis Romanis sociarentur, illuc unde delecti fuerant vel quo placuerit abiisse, alios autem etiam militiae auspicio initiatos, quamquam nondum dicebantur meruisse sub signis. Latebant enim locis obstrusis ab ipsis saepe possessionum dominis occultati. Iam exactis demum quattuor mensibus, postquam edictum fuerit publicatum, poena imponenda esse dicitur; ei autem qui profugum in praedio susceperit nec prodiderit, fundum ipsum fisci viribus sociandum esse pronuntiatur.

Honorius vero post pugnam Veronensem neque antea consul anni 404 designatus est; non antea esse designatum firmat Claudianus VI cons. 653, ubi ipsa Victoria domitis bellis hunc consulatum peperisse dicitur. Quoniam vero mense Augusto pugnatum esse videtur, illo aevo consules fere mense Septembri designari solitos esse novo exemplo munivimus[3]).

Roma, aureum mundi caput, bis se servatam esse sentiens ad recentem victoriam celebrandam magna molita est. Et Claudianus mensibus a Septembri ad Decembrem belli Veronensis praeconium coniunctum cum sexto consulatu imperatoris indicendo elaborandum sibi sumpsit; ipse autem princeps — sic certe simulat Claudianus — in certaminis felicissimi et Stiliconis victoris laudem carmen tum recitandum scribi iusserat

1) cf. Oros. VII 37, 3 et 43, 14. Tacet Alanos Prudentius. 2) Id lucramur v. 324 lectione *tum* ex excerptis Florentinis recepta; *sic* quod ediderant quo tendere possit non assequor. De simili autem publica lustratione sermo est in carmine Contra paganos anni 394 v. 28 sq. 3) cf. supra p. XXXIV et XXXV et XXXVII adn. 3.

(v. 191—193). Senatus vero — id enim 'flagitabat' consensus omnium (v. 333: atque moneo nusquam alibi Claudianum tam immodestum vocabulum de Honorio vel Stilicone ponere ausum esse!) — senatus, inquam, Augustum multis (cf. v. 356) legationibus eo tandem compulit, ut consulatum Romae iniret, quod numquam ante fecerat (v. 331—193); ille enim Mediolanii (nec vero Ravennae) hunc quoque consulatum inire constituerat (*praelatus Ligus* v. 363). Itaque Ravenna Romam profectus (v. 494—522) caelo sereno in uno curru cum Stilicone socero triumphans invectus est (v. 579): currum in pompa non senatores praecedebant (v. 551), sed Serena et Eucherius, Stiliconis uxor et filius (v. 551 sqq.); secuti pedites sunt cum signiferis (v. 566) et equites cataphracti (v. 569 sq.). Quirites ad rostra princeps vocabat suscepturus magistratum (v. 587), dein in senatu cum patribus de rebus gestis egit (v. 589 sq.); tum per viam sacram in palatium se contulit (v. 603 sqq.): nulla largitio nec sparsio nummorum (v. 605); denique plausus multitudinis in circo et ludi varii triumphales vel consulares (v. 614 sqq.)[1].

Ita Roma Augustum non solum consulem, sed etiam 'triumphatorem' vidit (cf. supra p. LIV); quodsi inscriptiones portarum urbis Romae Portuensis, Praenestinae, Tiburtinae CJL. VI 1188—1190 post refectionem murorum etiam 'simulacra' Arcadii et Honorii 'victorum et triumfatorum' Romae constituta esse tradunt, licet lapidi incisae sint sub finem anni 403, tamen ad hunc Honorii triumphum condecorandum statuas triumphales portis impositas esse confidimus.

Poema Claudiani num eodem die quo ludi circenses facti sunt auscultare potuerit imperator dubito. Nec id refert. Post ea autem quae disputavi abeat mihi qui excursum illum versuum 118—330 male vel sine arte intextum esse queratur vel eum Belli Pollentini continuationem et alterum librum maioris alicuius De bello Gothico operis esse debuisse clamitet, id quod iam voluisse videtur scriptor codicis C qui Bellum Pollentinum inscripsit *De bello Gothico liber I.* Immo et Honorio et tempori poeta sapientissime obtemperavit hac maxime quam tenemus carminis compositione. Animum advertas autem et hoc, quo consilium eius clarius eluceat: versuum enim numeros tam admirabiliter dimensus est, ut duas partes prorsus aequabiles efficeret, utramque versuum trecentorum tricenorum: nam versu 330 definitur de Alarico narratio: sequuntur versus totidem de Honorio consule, quippe quorum ultimus sit v. 660. Atque quis iam spuriorum versuum hoc in carmine venatorem aget?

Sed accedebat quod Claudianus nonnullas sententias, quas in priore pugna canenda dixerat, eventu parum confirmatas corrigendas sibi esse videbat. Data itaque occasione temperi usus est. Et primum cum illic paene confectum Alarici exercitum inmisisset — legas modo vv. 601 sqq. et conferas v. 78 *rarum agmen*, 88 *desertus* eqs. —, hic v. 283 sq. satis integras vires eius etiam post cladem fuisse urguet, quibus vel Romam adire posset. Sic explicabatur quod tam cito bellum resuscitatum est. Deinde illic v. 91 sqq. multus fuerat in exponendo Stiliconem iure pepercisse Alarico non solum propterea, ut ne desperans nimis desaeviret et maius periculum ipsi Romae nasceretur (v. 97), vel quod olim in bellis Italiae internis semper 'modus vincendi' observatus

1) Inter ludos circenses, quibus describendis tres panegyrici concluduntur (cf. Laud. Stil. et de Manl. Theod. cons.), Claudianus non nisi unum hic describendum sibi elegit, pugnae simulacrum et imitationem incruentam v. 621—639. Voluit nimirum consul recentis de Gothis victoriae imaginem populo ostendere. Et apparet hanc rem tum prorsus novam fuisse; aliter in hac maxime non moratus esset poeta. Propterea v. 621 verbum *exercuit lusus* de praeparatione horum ludorum interpretor: in ipso circo enim antea exerceri pugnae imitationem necesse fuit; et illud *saepe* v. 622 quod adhuc ad *cernimus* relatum sensu carebat — neque enim populus saepe, sed semel hos ludos cernit — ad ipsum *exercuit* traxi ea lege, ut *hic*, quod habent membranae, in *haec* mutarem. Denique propterea tum hoc novum genus pugnae inventum est, quia ludi gladiatorii sanguinolenti olim sollemnes nuper, i. e. anno 399, interdicti sunt (cf. supra p. XLII).

esset (v. 111—119), sed etiam quia pulchrum esset ignoscere misero (v. 91). Huc nunc respiciunt versus VI cons. 210 sqq., qui iam pulchram illam misericordiam callide missam faciunt, sed id unum cum vi repetunt, quod Stilico apud Veronam bellum omnibus votis arripuerit et perfidiam adversarii opportunam esse censuerit, id inde explicari quia Roma ibi a periculo remota esset.

Restat ut etiam Prudentii poetae ecclesiastici mentionem iniciam. Hic enim eodem fere tempore Alarici devictionem in altero Contra Symmachum libro cecinit. Qui libri contra Symmachum ad Augustum vel ad Stiliconem se missos esse non testantur[1]: captant tamen et ambiunt auram et adsensum Augusti, cum et I 415 sq. ad Theodosii Magni orationem cum veneratione provocent (cf. I 511 sq.) et II 16 sqq. ad Arcadium et Honorium et Roma ipsa personata II 696 sqq. virtutem suam christianis moribus fractam non esse ita demonstret, ut Gothorum cladem Pollentinam et Honorii ac Stiliconis meritum summis efferat laudibus. Tacet Veronam: ergo fere inter menses Maium anni 402 et Augustum anni 403 secundum hunc librum edidit Prudentius[2]: congruit quod Honorius Romam nondum intravit neque nisi incerta de eo spes est v. 725 sq.: sed de statuis Augustorum iam constabat, v. 750. Consectarium est illo anno Prudentium ipsum quoque Romae in urbe adfuisse: describit scilicet omnia quasi viderit, disceptat quasi praesens: igitur et vidit et praesens fuit[3]. In eo autem admirabilis consensus poetarum cernitur, quod etiam hic compari veritatis neglegentia absolutissimam victoriam fuisse et hostem omnino 'deletum' esse gloriose simulat (v. 715). Unde satis eluceseit a Claudiani non ecclesiastici, sed tamen in palatio acceptissimi poetae panegyrico vix tum Romae recitato catholicam Musam ad aemulationem ambitiosam et ad blandimenta similia illico esse concitatam. Atque inveniuntur etiam in elocutione et sermonis coloribus exempla satis perspicua, quibus quam cito Claudianus ad imitationem litteras aequales impulerit, cognoscimus. In conspectu proposuisse ex Claudiani et Prudentii libellis haec tantum sufficiat: Cl. 81 de Alarico: *patrii numen iuraverat Histri*, Prud. 697 de eodem: *patrio veniens iuratus ab Histro:* Cl. 88 *Aggressus temptare fidem*, Prud. 762 *audet heu nostram temptare fidem:* Cl. 633: *unoque de Romana rependit Quidquid ter denis acies amisimus annis*, Prud. 715 *Illic ter denis gens exitiabilis annis Pannoniae poenas tandem deleta pependit.* Cl. 423 exclamatur: *Hanc posteritas credet?*, Prud. 719 *mirabere seris posteritas saeclis*[4]): de caesis barbaris Cl. 511 *cumulaverat ossa*, Prud. 718 sqq. *in cumulos congesta . . . ossibus:* captivi liberantur et Cl. 616 sqq. et Prud. 732 sq.: illic *desertos lares revisunt*, hic 735—737: *laris exul . . . genetrice reversa.* Porro Cl. 53 *metum depone*, Prud. 737 *timor omnis abesto:* comparatur Hannibal victus Cl. 138 et 149 et Prud. 738 sq.: *Fabius* illic adest v. 139, hic v. 718; opponitur Fabio Stilico Prud. 713 *At noster Stilicho* quod in mentem revocat locos Cl. 141 et 133 et 151; rapinas Alarici 'famosas' dicit Prud. 717, quippe quas Cl. descripserit v. 610 sq., Valentis exuvias et praedam Corinthiacam. Sed etiam Prud. 838 ubi *laquearia fulva* legitur comparare interest cum Cl. 223: Prud. 613 *dirisque ponto* cum Cl. 220 ubi de lectione *diffisa* ambigitur[5]).

1) Nisi quod finalia verba II 1114 sq. ad Augustum derecta sunt. 2) cf. Aimé Puech „Prudence" Parisiis 1888 p. 58. 3) cf. Puech l. l. p. 60 sq. 4) Quae tamen simul memoria est loci Ruf. II 285 5) In panegyrico De VI cons. Hon. nihil inveni quod cum Prudentii libro contendi possit: etenim ibi v. 68 et Prud. v. 21 umbra tantum similitudinis extat: Prud. 435 *largitor honorum* ex IV cons. 118 sumptum est, non ex VI cons. 638. Ceterum in libro altero contra Symmachum hae occurrunt Claudiani memoriae: 7 *armorum dominos* = IV cons. 5 *armorum proceres;* 7 *flore iuventae* = Stil. II 351; 85 adsonat ad Stil. III 159: item 610 sq. cum loco eodem conferenda: 475 *facta rependit* = Theod. 228; 491 *Europam Libyamque* = Gild. 4; 586 *discordes linguis . . et dissona cultu* = Stil. I 152 *dissona linguis . . nec armorum cultu diversior;* 604 *Rhenus et Hister* = Stil. III 13; 629—631 de mente, stomacho, fibris, iecore = IV cons. 230 sqq.; 636 *culmina rerum* = Rut. II 21; 640—643 *(nec tam degeneri venerandis supplicat ore principibus)* aperte spectat ad Gild. 17—27; 656 de senio cf. Stil. I 316; 695 *rapiens in vincula* = Stil. III 315 *in vin-*

Symmachus paganismi et deae maxime Victoriae unicus patronus vixeritne etiam anno 403 non satis constat: vixisse eum commendatur Prudentiana eius anni refutatione. Hic Symmachus anno fere 399 vix mortuo Ambrosio auctor fuisse videtur ut in curiam reduceretur Victoria [1]) (cf. supra p. LIV): atque id ipsum causae fuit cur anno 403 Prudentius dum Romae deversatur contra Symmachum iterum sibi disputandum, praecipue vero de Victoria agendum esse viderit. Anno proximo 404 ineunte Claudianus cum ad bellum in Honorii laudem sexto consulis canendum reverteretur, ad librum illum Prudentii imitandum descendisse quidem non videtur; sed potest tamen eum respexisse: clericus enim poeta id unice probaturus fuerat, in bello Gothico deam Victoriam nihil valuisse, Christum omnia: Claudianus VI cons. 597 sqq. cum vi nec sine argutiore consilio adfuisse deae repudiatae simulacrum coram Honorio et senatoribus affirmat:

Adfuit ipsa suis ales Victoria templis
Romanae tutela togae, quae divite penna
Patricii reverenda fovet sacraria coetus
Castrorumque eadem comes indefessa tuorum
Nunc tandem fruitur iunctis atque omne futurum
Te Romae seseque tibi promittit in aevum.

Eidem deae sextus consulatus Honorii ipse attribuitur v. 653. Sic illa tempestate Augustus 'christipotens' cultum Victoriae in urbe denuo toleravit: quae tamen dea ales quamquam 'in omne futurum aevum' Honorio 'sese promisit', ab ipso frustrata est, atque mox contra spem et celerius expectatione ad Gothos in sempiternum transvolavit.

XIV.

Tot ac tanta de primis Germanorum incursionibus quas passa est Italia disputanda putavimus. Italis ipsius medii aevi crepusculae primae hae fuere: nam in solo

cula cogit; 718 *mirabere seris posteritas saeclis* = Ruf. II 285; 727 *spargam flores* = Stil. II 400 *spargentur flore viae;* 717 *ditata rapinis* = Gild. 197 *ditat spoliis;* 726 de Roma *suscipiam gremio* = Stil. III 150 de Roma *in gremium . . recepit:* 750 *His ego pro meritis* = Gild. 52 *Tot mihi pro meritis:* 752 *Virtutem nil vile decet* = IV cons. 222 *Vile latens virtus:* 757 *Virtutis pretium* = Theod. 1: *virtus pretium sibi:* 767 *Romuleas . . arces* = Stil. III 121: 777 *concurrere in unum* = Ruf. I 295; 826 *discrimine nullo* = Rapt. III 511, carm. min. 7, 1; v. 841 sq. alludit ad IV cons. 227.

1) Adfuit Symmachus Mediolanii sub finem anni 399 et initio anni 400, iterum mense Febr. anni 402; cf. Seeckii praef. p. 62 sq. et quae eleganter coniecit Pluechius p. 195 sq.: „peut-être a-t-il continué encore ses obsessions; il est permis de le supposer quand on se souvient de la ténacité avec laquelle il avait saisit, depuis 382, toutes les occasions qui s'étaient offertes à lui . . . . Il pouvait s'armer de même des menaces d'invasion des Goths, et, s'il a vécu jusqu'en 403, des premiers dangers de cette invasion même" eqs. Gratia floruisse Symmachum penes Stiliconem constat maxime inde ab anno 399: aliquid pro gentilibus tum egisse eum prodit solus Prudentius II 10 *orator instigat,* sc. tempore praesenti: item 68 *prosequitur* et *inflat,* 310 *obiectas* et sim.; quod Prudentii testimonium ut repellatur nulla idonea causa suppetit. Quod enim historici tacuerunt, satietas harum rerum tenuit eos. Symmachum vero ipsum tum novam ad Augustum de Victoria relationem scripsisse ne praesumamus: immo vero ad clarissimam illam anni 384 recurrebat. Quodsi ad Victoriae hymnos Claudianeos annorum 400 et 404 animum advertisset Pluechius, ipsum verum et totum vidisset. Nam iam anno 400 Victoria in pompa Romae adfuit coram Stilicone; cf. Claud. Stil. III 202—219 ubi dea celebratur tamquam brevi ante Romam reducta sit. Summi momenti est hoc quoque, quod in carminibus omnibus quae sunt annorum 394—399 alto silentio Victoria tegitur; ergo sub ipsum finem anni 399 reducta est Romam, eoque paene traxerim haec quoque verba Stil. III praef. 19: *Adrexit reduces secum Victoria Musas;* scilicet tum simul et Musa Claudiani et Victoria redux fuit. — Denique annis 398—401 et rursus inde a vere anni 402 Symmachum Romae moratum esse satis exploratum est (Seeck. praef. p. 65), ut quin iis rebus, de quibus exposui, interesse potuerit nullam dubitationem habeat.

tum antiquo ac sub signo sanctae crucis natio nova fortissima incultior quidem, sed culturae et artium in futurum ingeniosissime capax subsistere primum conata est. Poeta autem vere antiquus atque classicus indole Graecus, lingua Romanus fuit, qui has Gothicas res gestas quas ipse vidit admirationi posterorum traderet. Ecce vero ultimus hic cygni volatus fuisse videtur: nihil enim in scriptis poetae invenias quod indicium temporis acti post mensem Ianuarium anni 404 prae se ferat. Quodsi quis aliquod carmen eorum, quibus nota temporis deest, in seriem temporum post terminum illum quem dixi inserere vel adserere volet, habeat suam sibi veri dissimilitudinum cupiditatem: nos abstinebimus.

Nam de Laude Serenae, carm. min. 30, libello truncato, qui panegyricorum iam solus hoc loco tractandus superest, nihil contendi licet nisi ultimis annis reginae patronae esse dedicatum. Id quod ex primis verbis

Dic, mea Calliope, tanto cur tempore differs
Pierio meritam serto redimire Serenam?

liquido apparet. Praeterea vero elegiae Ad Serenam exitum, carm. min. 31 v. 61 sq. consideremus: ubi bonum ex Aegypto reditum sibi optat poeta, deinde etiam Musam suam Serenae dominae debita vota canturam esse propter clientem servatum promittit. Quid enim si Claudianus carmen ibi Serenae anno fortasse 401 promissum[1]) ipso hoc panegyrico praestitit? Quod enim in hoc eum gratias pro reditu agere non videmus, in nullo ille panegyricorum eo descendit ut suas res privatas tangeret; sed praefationibus per elegos conscriptis ubique talia reservavit. Hac igitur ratione ad spatium annorum 401 ad 404 carmen referre conatus sum.

Potest autem prologo ideo carere Laus Serenae, quod eam imperfectam reliquit poeta. Quid ita? quia filum in serto Musarum ligando subito abrumpit v. 236. Putaverit quispiam finem pleni carminis infortunio absorptum esse folio aut uno aut pluribus abscissis. Sed num casui tribueris, quod ultimus versus non in media sententiae structura desinit, sed plenam efficit sicut Halieutica illa, quae tamquam opus incohatum et imperfectum sub Ovidi nomine legebat antiquitas? Quin etiam declamationis poeticae caput aliquod versu extremo definitur. Nam cum versus 212—220 duas res tractandas promittant, primum meticulosam Serenam fuisse dum bella gerit maritus (v. 212—216), deinde gavisam esse revertente (v. 217—220), mox versus 221—236 priorem locum amplificant, secutura fuit post v. 236 loci alterius tractatio.

Sic etiam Raptus Proserpinae a Claudiano non absolutus relictus est perinde atque Achilleis a Statio (cf. supra p. XVIII), sic adeo etiam Bellum Gildonicum (supra p. XXXIX et XX sq.): nec non et Gigantomachiam latinam (carm. minor. 53) coeptam poeta praefracte abrupit versu 128 qui et ipse exit in plenam sententiam; quo in carmine plura olim legisse antiquos probari non potest: nam quae Hieronymus ex ignoti poetae Gigantomachia allegavit, Claudiano non digna sunt[2]); Apollinaris vero Sidonius vel Orestis tragoedia v. 242 sqq. quae de eodem argumento inserta exhibent, ea huius imitationi debita esse coniectura est me hercule qua nulla incertior. Denique conferatur illud Valgii poetae 'imperfectum volumen ad divum Augustum' (Plin. 25. 4).

Et in re inexplorata nihil equidem affirmo, aio tamen, si quis quaerat, id facillime mihi persuaderi, anno 404 nec postea mortuum esse Claudianum. Scio enim silentio, quamvis disertum sit, cavendum quidem esse ne nimium tribuamus; sed explanari expecto quomodo factum sit, ut Claudianus ille annalium poeticus imitator postquam annis ab 395 ad 403 extremum carmina continuo fudit nullum paene annum intermittens et nihil certe per Occidentis partes decennio illo accidit, quod non vel celebraret vel castigaret, tum necopinato calamum abiceret, vocem cohiberet et

1) cf. supra p. XLVII. 2) cf. quae dixi p. 346 in adnotatione.

imperii fata et Romam et Stiliconem suum ipsamque Musam nil curaret? Ille enim, si quidem ex consuetudinum consideratione conclusio datur, anno 407 septimum Honorii consulatum carmine auspicatus esset, magis etiam anno 405 Stiliconis consulatum alterum; maxime autem Radagaisum anno 404 apud Faesulas a Stilicone proelio admirabili victum et caesum eloquentissimo carminum descripsisset; et hoc quidem panegyrici de altero Stiliconis consulatu condendi argumentum sane aptissimum fuisset. Quae omnia quandoquidem facta esse non videmus, dicendus est Claudianus aut anno 404 mortuus esse aut apud principem vel Stiliconem tum inexpectato gratiosus esse desiisse aut carmina post annum 403 composita fato malo ad unum omnia esse deperdita. Mihi tamen de gratia amissa minime persuadetur nec satis de fato malo librorum. Qui enim fieri potuit ut opera Latina politici argumenti, quae Claudianus ab anno 395 ad 404 conscripsit, universa nulloque deficiente conservata sint (nil enim periit nisi forte carmina minora argumenti non politici), contra nullum eorum, quae inde ab anno 404 scripsisse eum supposuerimus? Etenim in provinciis occidentalibus omnibus et quinto et sexto saeculo poeta sedulo studio lectus et pertractatus est neque causa idonea excogitari potest, qua commoti, qui carmina servata in corpus redegerunt, posteriora plane abicienda putarint.

Fuit autem Claudianus, modo vicenarium anno 395 recte dixerimus, anno 404 vix tricenarius. Adnumeretur ergo agmini illi poetarum Romanorum, qui in flore aetatis quasi proprio animi ardore consumpti discessere. Ita a Serenae reginae laudibus exornandis avocatus apud inferos a Terentio Lucretio Catullo Propertio Tibullo Persio, iuvenis a iuvenibus, receptus est nec annis maior nec minor gloria.

XV.

Carmina minora perscrutantibus nobis — id quod superest — de vita et fatis Claudiani pauca addiscuntur. Non pauca eorum fortasse annis 400 et 401 oriunda sunt quibus publica eius Musa cessavit. Paullo plura olim fuisse quam nunc habemus alio loco coniectabitur. De celeri scriptione et emissione haec legimus Ad Gennadium carm. min. 19, v. 5sqq., qui Gennadius carmina quasi monedulas esuriebat:

> Carmina ieiunas poscis solantia fauces?
> Testor amicitiam nulla fuisse domi.
> Nam mihi mox nidum pennis confisa relinquunt
> Et Lare contempto non reditura volant.

In his ieiunas illas fauces non malignam irrisionem, sed iocum puto quamvis subrusticum, quocum conferri debet quod scribit Cicero ad Att. IV 11, 2: *voramus litteras* et Athenaeus p. 270 *B*: *λόγους καταβροχθίζειν*. Docemur autem his versibus etiam hoc quod novisse interest de editione carminum minorum: non retinuit ea poeta in membranis intus positis usque dum plenum corpus eorum in publicum edendum haberet; sed sicut Catullus a Lesbia poematia repostulabat *redde codicillos* neque domi descripta retinuerat, ita singula e Claudiani quoque capsula quasi e nido ne siccescente quidem atramento ad eum qui cupiebat [1]) tradebantur, postea demum recollecta et in editionis

1) Et hic quidem carmen in propriis voluminibus vel fasciculis si placebat asservabat; ita Claudianus ipse carm. min. 40, 22 Olybrii epistulam puta poeticam libris suis, id est convolutis insinuaturus est; cf. illos litterarum libros vel volumina epistularum de quibus verba feci De re libraria p. 21.

formam redacta sunt. — Vituperatores carminum non defuisse constat ex carm. min. 13 et 50; cf. illos Centauros Faunosque Nupt. praef. 13.

Gennadius ille 'amicus' non prorsus ignotus est; natione Syrum fuisse prodit Synesius epist. 30: ceterum eodem fere tempore quo Hadrianus et Claudianus ex Oriente et Aegypto in Occidentem transiisse videtur. Anno 396 regnante Arcadio praefectus Augustalis Aegypti fuit ad quem data est codicis Theodos. lex XIV 27. 1 de Alexandrinae plebis primatibus[1]. Propterea Claudianus ad eum v. 3: *Graiorum populis et nostro cognite Nilo.* Qui cum simul eum adloquatur v. 1: *Italiae commune deus, Rubiconis amoeni Incola, Romani fama secunda fori,* post a. 396 Ravennae habitasse et Romae orator existimatus esse post Symmachum 'secundus' videtur (cf. supra p. XVIII). Denique in huius epistolii inscriptione Gennadius *proconsul* dicitur teste libro R aut *exproconsule* testibus *E ε*. Versu 4 *Utraque gens fasces horret amatque tuos* nihil indicari puto nisi dignitatibus eum in utraque parte imperii functum esse. Denique hoc poema post annum 396 scriptum est.

De carm. minor. 3 et de Aeternali diximus p. XIV: anno 395 vel 396 scriptum esse dubitanter coniecimus.

De balneis Quintianis carm. min. 12 omnino non constat.

Nec magis de Maximo ad quem missum est elegantissimum blandimentum carm. min. 11.

Carm. min. 20 De sene Veronensi lusit poeta certe ante autumnum anni 401: tum enim Gothici belli furor occepit: at ille senex Veronae tumultum nullum viderat (v. 5).

Carm. min. 21 De Theodoro et Hadriano anno 396 tribuimus supra p. XIII, c. 22 Deprecatio ad Hadrianum anno 396 vel 397 (cf. p. XII).

De tempore carminis min. 23 Deprecatio in Alethium[2] quaestorem nihil eruo. Et ipse ille odiosus, in quem, non ad quem Claudianus his versibus deprecatus est, ignotus iacet nisi quod simul poetam et grammaticum esse docet versus 6, quaestorem divitem versus 16, carmina sua eum recitasse versus 20.

Palladii epithalamium, carm. min. 25, anno 399 ortum esse coniecimus p. XLV, Laudem Serenae, c. min. 30, versus annum 401 p. LIX, Epistulam ad Serenam, carm. min. 31, fortasse anno 400 vel 401 p. XLVII.

De Aponi, carm. min. 26, tempore nihil definiri potest nisi forte non primis annis hos versus exactissimos et artificiis plenos ortos esse: nam v. 8sqq. sese ipsum incusat scriptor quod aquas illas Patavinas tam diu incantatas reliquerit et speciem prae se fert quasi iam vates clarus habitus sit.

Epistulas ad Olybrium et ad Probinum, Carm. min. 40 et 41, anno 395 addiximus p. IX sq.

Carm. min. 43 et 44 satirici atque lascivientis generis in Curetium derecta sunt. Hic quis fuerit nescitur; pater eius astrologus c. 43, 4 Uranius nominatur: quod nomen ut in usu illorum temporum fuit[3], ita tamen in astrologo qui caelestia curat fictum credi potest.

Carmina 45 et 47 De concha et De equo dono dato non ante mensem Februarium anni 398, carmen 46 De chlamyde et frenis fortasse initio anni 399, carmen 48 De zona equi regii missa Honorio Augusto a Serena post medium annum 399 scripta esse conieci p. XXXIX et XLI: nisi forte de c. 48 propterea dubitabis, quia Serena v. 1 non socrus, sed soror tantum imperatoris audit; id quod casu attribui. Adnumeranda autem haec quattuor carmina sunt ad genus apophoretorum, donis enim mittendis adiecta fuerunt, scripta vero cc. 46 et 47 et 48 (cf. carm. minor. append. 1) ipsius Stiliconis atque

1) cf. Gothofredus tom. VI 2, p. 57. 2) Ita edidi; libri *aletium* sicut Boetium edunt pro Boethio. 3) Ita apud Marium Plotium Sacerdotem Uranius v. cl. occurrit Gramm. Lat. VI 496 K.

Serenae nomine. In quibus cum de die natali non agatur, dona haec ad Saturnalia pertinuisse existumaverim.

Carmen 50 'in Iacobum magistrum equitum', qui versus Claudiani laceraverat (v. 2 et 14), hostiliter irruit. De Iacobo aliunde compertum nihil habeo. Hoc epigramma autem poeta fudit autumno anni 401 Alarico ex Illyrico adventante. Nam ne Histrum transnatum premam v. 7, timet v. 5 ne barbarus Alpes traiciat et v. 9 poenam Geticis catervis imprecatur, simul tamen v. 11—13 ironice sperat fore ut sanguine non maculetur magister equitum, immo vino nimio moriatur et triumphum agat in potandi certamine: itaque apud Mediolanium vel Hastam vel Pollentiam tum nondum pugnatum est. Memoro Barthii fuisse suspicionem etiam carm. min. 13 in podagrum contra hunc Iacobum scriptum esse; quod e credat illi cui placeat. De sanctis denique quos ludificatur Claudianus, Paulo, Petro, Thoma, Bartholomaeo, Susanna, Thecla conferamus sermones illos Ambrosio episcopo adscriptos (oper. ed. Benedict. t. VIII: sermo 53 habitus est in natali SS. apostolorum Petri et Pauli, sermo 18 in festo S. Agnetis virginis et martyris) et Prudentii peristeph. XII et XIV et versus Ambrosii ad fontem S. Theclae.

Gigantomachiam, carm. min. 53, quia imperfecta relicta est (cf. supra p. LIX), anno vel 403 vel 404 adscripserim: de iisdem Gigantibus eodem anno 403 exposuit poeta in praefatione De VI cons. Honorii.

De aliis epigrammatis plurimis contendere nihil licet nisi forte scholica temptamina qualia sunt cc. 2, 5, 6 et 52 (hic enim adeo cento Vergilianus est quamvis minimi ambitus) primo anno 395 vel adeo 394 aptissima fuisse (cf. supra p. XIII sq.): altius petita sunt cc. 4, 7, 8, 9, 14, 17 alia de quibus suspicandi abstinentiam exerceo.

Nec omittam si quis ex c. 18 De mulabus Gallicis in Gallia vel ex c. 17 De piis fratribus Catinae Claudianum moratum esse colligat, eum egregie falli. Nam carmen utrumque ad descriptivum genus pertinet, atque in artificiis et Gallicae mulae et fratres parentum portitores sculpti erant; quod ut primo obtuitu de c. 17 ab *Aspice* incipiente valere perspicitur, ita etiam c. 18 ex voce *Aspice* orditur, neque aliter explicare possis quod v. 9 'magister absens' esse dicitur[1]); nimirum in artificio non nisi iumenta cum esseda ficta erant, mulio defuit: mulio autem hic Gallicus ille perpetuarius est quem Seneca memorat in Apotheosi 6, 2.

Neque porro poeta quod Descriptionem portus Smyrnensis legimus carm. 2, ea de causa Smyrnae fuisse dici potest: ne quis forte adeo hinc de Claudiani patruo Smyrnaeo coniecturam fulcire conetur (cf. p. VI); sed fuit Smyrna in deliciis apud epigrammatographos descriptivi generis, quam materiem tractatam videmus anthol. Palat. IX 670, 671, 672, 675; et Libanii consimilem ecphrasin ad locum citavi; ceterum hanc portus descriptionem postquam exercuit Claudianus, eandem postea in librum de bello Gildonico mutatis mutandis intulit versibus 520—524.

Etiam carm. min. 5 'Est in conspectu longe locus' de Smyrna intellegi posse adnotavit Gesnerus.

Denique in epigrammatis quae non elegis, sed hexametris dactylicis decurrunt, praeamasse Claudianum versuum numerum quaternarium animadvertendum est. Talia sunt cc. min. 2 et 3 et 5 et 6 et 24 et inter Graeca Claudiani c. 11 p. 420 (exempla etiam suppeditat anthologia Palat. V 72, IX 5 et 116); contra octonarium numerum vitavit: id causae fuit quod ego c. 7 De quadriga marmorea in duo epigrammata quaternorum versuum distinxi, cum etiam sententiarum conformationem huic distinctioni mirum quantum patrocinari viderem[2]). At vero in carminibus amplioribus 46 et 47

1) *Abstantis* Mommsenus. 2) Si unum carmen esset, bis in uno idem dixisset poeta; in priore interrogatur *quis dedit . .?*, in altero *quae tanta potestas?*; in priore *materies cognata* dicitur *discrimine nullo*, in altero *ex alio se quisque facit*; in priore legimus *unanimos una de marmore vultus*, in altero *mons varios*

inter se respondentibus poeta parilem numerum hexametrorum quinorum denorum regnare voluit.

Paullo maioris et molimenti et emolumenti disputatio erit quae superest de carm. min. 32 quod inscribitur De Salvatore.

Et primum scriptum quidem est et post annum 395, quippe in quo pro Augusto poeta preces faciat v. 20 sq., et ad diem paschalem. Deinde vero genuinum hoc opusculum esse confido eorumque, qui subditicium putarunt, magis celeritatem animi atque fiduciam admiratus sum quam prudentiam atque veri investigationem. Qua de quaestione olim sententiam dixi in libello academico Marpurgensi cui inscripsi 'De moribus christianis quantum Stilichonis aetate in aula imperatoria occidentali valuerint' (1885) p. VII—XIV; ibi quae explicatius scripta sunt, examinet et consulat cuia interest: hoc loco pauca tantum adiciam. Scilicet Augustinus in Civ. dei V 26 'a Christi nomine alienum' Claudianum appellavit: inde Augustini zelo ardentissimo sectator Orosius VII 35 locum illum expilans exaggerandi studio eo perductus est ut 'paganum pervicacissimum' appellaret[1]): ergo Claudianus, inquiunt, laudem salvatoris non scripsit. Qua in conclusione placere saltem potest simplicitas. Atqui de vita Claudiani Augustinus vix quidquam traditum accipere potuit nisi forte urbem eius natalem (supra p. III) atque ἀκμήν (supra p. VIII). De fide eius ac moribus non nisi ex operum lectione iudicare potuit, quod eo periculosius fuit quo maiore amore ecclesiae flagravit magnus episcopus. Itaque ille quod poematium hoc De Salvatore non respexit, ex parvo eius ambitu facile explicatur; in reliquis Christum desideravit sicut desideratur in Ausonii et Apollinaris carminibus, in Nonni Dionysiacis similibusque pluribus. Et Christi tantummodo nomen se desiderasse, si quid video, Augustinus ipse in capite illo Civitatis dei expressit, ubi in eo est ut comprobet Christiana fide Theodosii effectum esse ut Eugenius tyrannus extingueretur: pergit enim *unde et poeta Claudianus quamvis a Christi nomine alienus, in eius* (sc. Theodosii) *tamen laudibus dixit: O nimium dilecte Deo cui militat aether Et coniurati veniunt ad classica venti* (verba sumpta ex III cons. 96 sqq.). In quibus id primum ponderandum est, Christianae fidei adversarium in Civitate dei semper fere propria voce *paganum* appellari solere vel *gentilem;* has certe voces Augustinus in praedicando Claudiano quo fuit veritatis amore devitavit; nempe nesciebat eum paganum fuisse; sed dicit hoc tantum, poetam illis versibus de deo christianorum, cuius auxilio Eugenius victus sit, testimonium tulisse, quamvis ipse a Christi nomine alienus sit, id est, quamvis in carminibus nomen Christi pertinaciter sive consulto non professus sit. Quibus verbis hoc tantum continetur, scripta Claudiani aliena esse a nomine Christi profitendo. Itaque Augustinus in hoc poeta idem observavit quod et nos. Inde Orosii demum socordia paganum Claudianum effecit et ab eadem socordia historicos posteriores plerosque alienos non esse video.

Nos vero baptizatum quidem fuisse Claudianum non contendimus — nam quis dixerit quantus numerus tum hominum fuerit qui consuetudini christianae obsequerentur sine baptismate? si quidem Valentinianus imperator, cuius fidem celebrat Ambrosius, mortuus est non baptizatus et Theodosius Magnus christiani filius annos paene quadraginta vixit sine baptismate, idemque Petronius Probus et ipse christianus spernebat

---

mutatur in artus: in priore adeo *surgit in aurigam currus*, in altero *vir redit in currum* adduntur que illic *equi*, hic *iugales*. Quae intolerabilia puto in uno complexu. Immo thema variandi libidine bis tractavit Claudianus sicut pauperem amantem carminibus duobus 15 et 16, crystallum carminibus septem 33—39.

1) Ibi Eugenii devictionem fidei christiani ducis a deo concessam esse exponitur; pergitur: *quamvis ego hoc testimonio non laborem, quando unus ex ipsis, poeta quidem eximius sed paganus pervicacissimus, huiusmodi versibus et deo et homini testimonium tulit quibus ait: O nimium dilecte deo, tibi militat aether Et coniurati veniunt ad classica venti;* haec ex Augustino sumpta esse et alii et Zangemeisterus ad l. intellexerunt.

usque dum moriturum se sentiebat[1] —; sed, sic ut Stilico et homines sine dubio plurimi, animo ille indifferens fuit circa religionem, nisi quod, ubi coactus est, consuetudini temporum hoc condonabat ut christianum ritum observaret. Ea de causa poeta laudare quidem res christianas non solet, idem tamen nusquam ullo loco doctrinae christianae sententiis contra dicere suscepit[2]). Quodsi poeta pluralitati deorum vel polytheismo quem vocant favisset, etiam Christum deum Iovi et Marti et Veneri addere facile potuisset. Revera neque Iovem aut Martem aut Venerem coluit, neque cum Symmacho, qui Florae templum dedicavit[3]), vel cum Praetextato et Flaviano, qui tum in urbe et Iovis et Magnae Matris et Mithrae et numinum aliorum sacra resuscitarat[4]), vel cum Eunapio, qui rerum gestarum eventus ex gentilium deorum neglectione repetebat, ullam communionem prae se fert: verum operam navare satis putavit soli philosophiae morali, placitis partim Stoicis partim Platonicis ita cum electione institutus ut Mallius Theodorus et alii mundanae sapientiae patroni christiani, qua institutione ne ecclesiastici quidem auctores carere solebant. Sincerae deorum adorationis in tot Claudiani carminibus vestigium nullum comparet, id quod gravissimum puto, praeter unius Victoriae; atqui hanc deam annis 400—404 etiam Stiliconi et Honorio tolerabilem visam esse constat (cf. supra p. LVIII): quin etiam Honorius Romae praeconium illud Victoriae VI cons. 597 sqq. coram se recitari passus est; si passus est, non improbavit. Potuit ergo etiam Christi servus agnoscere Victoriam[5]). Itaque poetam, qua fuit libertate et facilitate animi, nihil prohibuit quominus exigente Honorio etiam ad Salvatorem preces derigeret; nam et in comitatu serviebat et adulator fuit. Immo hoc poema ipsius principis mandatu scriptum est haud secus atque mandatu Stiliconis illa apophoreta carm. min. 46, 47, 48.

Adde tunc temporis paganum pervicassimum vel christianismi contemptorem in palatio christiano acceptissimum Augusti laudatorem vix esse potuisse[6]): potuit vacuus ira et studio. Item notarios et tribunos haud raro illa aetate cum episcopis et negotiis ecclesiarum rem habuisse notum est (supra p. XXII): certe notarius hic si a Christi nomine alienum se ostentasset, et parum utilis nec satis commendatus fuisset. Denique ut Symmachum aut contemneret Claudianus aut certe celebrare non auderet, inde quod ethnicus fuit celeberrimus orator, factum esse coniecimus (supra p. XVIII).

Iam vero ipsas litteras christianas fortasse sprevisse putasti poetam infidelem? Immo vero sacras historias certe evangeliorum quas conscripserat Iuvencus et lectitavit et imitatus est: modo videas quae adnotavi ad Bell. Poll. 366, neque ad hunc locum solum; immo accedunt plurimi Rapt. I 245, carm. min. 22, 56; 27, 70; 17, 5 sq.; 53, 57; Theod. 324; Stil. I 141; III 185; 262; Nupt. 251; III cons. 51; Gild. 440; Ruf. II 142; Eutr. I (88); 189; 424; Poll. 341; adde etiam Stil. II 460 coll. cum Iuvenci praef. 7 *(fremit ore leo)*. Quid? quod in ipsa Salvatoris laude Claudianus dum scribit v. 9: *stupuit compleri viscera partu* sequi videtur Iuvencum I 140: *spiritus implerit*

1) Supra p. VII. 2) Neque enim huc pertinet quod venerationem Petri Pauli Susannae Theclae derisit c. 50 (cf. supra p. LXII); nam alia Christi est, alia sanctorum religio quae Claudiani aetate demum incipiebat. Oraculum Ioannis monachi (de quo cf. p. XXX adn. 5) non sine ludificatione tangitur Eutr. I 313 sqq.; attamen neque ipsum monachum neque somnia eius ullo verbo ludificatus est poeta, solum irridens Eutropium, quippe qui „spado Tiresias enervatusque Melampus" consul factus in gratiarum actione quasi de propria laude se illum fuisse gloriatus esset, qui monachi oraculum Theodosio reportasset. 3) cf. carm. contra paganos 114. 4) cf. de eo carmen contra paganos paene totum. 5) Haec quae sunt de Victoria dea curiae Romanae restituta de qua constat indubia testificatione Claudiani, mirum est praetermitti fere ab omnibus qui hasce res enarrandas susceperunt, neque nimirum respexit Victor Schultze in historia cadentis paganismi (1887). 6) Dixi hoc non ignarus a Gratiano et Theodosio etiam ethnicos in consistorium et ad praefecturam et consulatum admissos esse: hic vero non de sola dignitate agitur, sed de poeta cuius recitationes publicas Augustus dum adsistit approbat.

sancto cui viscera feta. Et in loco Rapt. II 94 sq. de floribus qui ornatu regali praestant sensum repetiit ex Matth. cap. 6: *τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ πῶς αὐξάνει . . . λέγω δὲ ὑμῖν ὅτι οὐδὲ Σαλομὼν . . περιεβάλετο ὡς ἓν τούτων*[1]). Sed legebat etiam Ambrosium[2]) et Minucium Felicem[3]) et ecclesiasticos etiam plures[4]). Et is tunc tenor fuit ethicae consuetudinis, ut nonnumquam etiam qui dogmata christiana minus curaret, in sensu morali verba ecclesiae propria iactaret: vide modo illa *sacraria purae mentis* IV cons. 256, vide illam *veram fidem* Nupt. 240, Eutr. I 371 et *pietatis amorem* carm. min. 31, 18 (cf. exempla ad hunc locum aggesta). Ad eius generis similitudines circumspecte attendit Casparus Barthius in altera editione poetae (cf. p. 65 et 611 et 1091) idemque versum Ruf. II 137 cum Sapientiae Salomonis cap. 17, 1 et 11 sq., versum Ruf. II 141 cum Sapientiae cap. 17, 13 non inepte contulit.

Iam vero hic etiam iniciendum est quod mirum relatu dixeris. Extat in Prudentii membranis vetustissimis carmen incerti auctoris derectum contra paganos, ab huius saeculi grammaticis haud semel excussum, nuperrime foede interpolatum a Baehrensio Poet. lat. min. III p. 287 sqq. Scriptum esse anno 394 in Flavianum eius anni consulem Symmachi oratoris amicum Eugenii tyranni sectatorem Iovis, Cybeles, Mithrae, Isidis cultorem tunc ipsum mortuum stat fere et regnat coniectura. Quod si verum est — atque haud absimile veri esse concedo, certum et exploratum nego —, Claudianum ad vilissimum hunc fetum scriptoris obscuri, clerici Romani, Symmachorum obtrectatoris imitandum se demisisse fatendum est: quae imitationes eum tantum explicatum admittunt videlicet, ut carmen hoc mente ille tenuerit. Et fortuita videri possint, quod ibi v. 7 *Phoebi cortina* adest, Claud. c. min. 3, 1 sq. et *Phoebus* et *cortina*, quod legitur de Iove v. 12 *mugiret adulter* sicut Claud. Nupt. 113 (et Magn. 53) *mugire Tonantem,* item *fraude nova* v. 15 sicut Claud. b. Poll. 282: quibus tamen aliquid momenti additur hac admirabili observata similitudine. Legitur de Flaviano illo sive quisquis fuit consule mortuo v. 110 sq.:

dum quaeris honores,
Sic miserande iaces parvo donatus sepulcro;

sic etiam Eutropius consul apud Claudianum quaesierat honores, de profligato exclamat Claudianus II 160:

Hic miserande iaces:

de Catone vero ibidem I 158:

parvo procede sepulchro.

Nec hoc satis: sed post Iovis enumeratas impudicitias etiam scriptum est v. 13:

Haec si monstra placent, nulla sacrata pudica[5]):

non aliter ubi Eutropius ille obscenus consul fit, aliquis gravior morum I 350:

si talibus, inquit,
Creditur et nimiis turgent mendacia monstris, cqs.[6]).

Porro Flavianus ille cito obiit, debuit (sicut Rufinus) diutino mortis genere obire, v. 27:

Qui Iovis ad solium raptim tractatus abisset[7]),
Cum poenas scelerum tracta vix morte rependat?

1) cf. Iuvenci I 644 sq.: et possis hinc propensus esse ut Rapt. II 93 *Induit* retineas; nam in loco bibliorum de „veste" hominum et liliorum sermo est. 2) cf. adnotata ad IV cons. 113 sq. et 118; carm min. 27, 101 et 108; Rapt III 263; Gild. 119; III cons. praef. 1 sqq. et 8 sq. 3) cf. adnotata ad Theod. 81, carm. min. 20, 22, Ruf. I 1 et 5. 4) Phoenix Claudiani pendet ex Lactantio; de Tertulliano mitto ad carm. min. 27, 70; de Eusebio ad carm. min. 30, 2; sed haec incertiora; atque inpensa cura in hasce res inquirendum erit. 5) Scilicet puella, ita ut *nulla est* rescribere invitemur; sed de re prosodiaca cf. v. 6 et 14. 6) Adde v 59 *obsitus pannis* collato Claud. Eutr. I 170 *obsitus aevo.* 7) *Abire* idem quod *mori* videlicet; *Qui* de Rossi, *raptim* Ellisius.

sic de criminibus Rufini Fortunam adlocutus Claudianus Ruf. II 423:

una tot milia morte rependis?

Atque etiam de eodem flagitia meditante v. 52:

Mille nocendi vias, totidem cum quaereret artes;

item Claudianus carm. min. 30, 231:

Rufino meditante nefas cum quaereret artes
In ducis exitium.

Hos ego locos adscriptos solos dum intueor pensitoque horum poetarum indolem, eo mihi sensum abisse fateor, ut scriptorem clericum nimis illum inopem et incastigati sermonis[1]) Claudianeas memorias corrasisse facilius crederem quam huius imitatorem fuisse Claudianum. Quaerebam itaque carmen contra paganos nun fere de annis 100—410 accipi posset. Vix poterit tamen. Esto igitur interim Claudianus imitator. Et fuit sane Flavianus sectator Eugenii et Arbogastis, Claudianus Theodosii: debuit ergo huic placere satura, in qua una cum Eugenio et Flaviano etiam dei ethnici proculcati sunt, ut hac in re Claudianus a partibus staret Ambrosii episcopi.

Quibus cognitis iam explicatur quod etiam de salvatoris duplici natura Claudianus placita tunc a nullo non decantata in carmen suum paschale intulit, neque differt fere a similibus Prudentii, Paulini Nolani, Claudiani Mamerti locis nisi propria illa qua florebat sermonis et metri elegantia.

Sermonem[2]) enim vere Claudianeum esse peritissimus quisque persentiat necesse est; vixque ullum carmen litterae christianae Latinae protulerunt quod limatius vel emendatius praedices. Idem valet de arte metrica; nam versus 18 eam hexametri formam habet quae etiam extat paneg. Prob. Olybr. 151, Ruf. I 263 et saepius.

Quae qui perpendet, de moribus christianis, quid valuerint in palatio eius aevi, a Claudiano simul et saecularium rerum scriptore et Christi laudatore non pauca doceri poterit. Mores scilicet tum saeculi decimi quinti fuere simillimi, ubi inter Italicos principes antiquitate Romana quasi renascente et philosophia Platonica et superstitionis Chaldaicae studium et deorum antiquorum laetissima simulacra resurrexerunt, Christum atque dogmata catholica quod publice et festis maxime diebus strenue profitebantur, id concesserunt mori tradito vel semper potentissimae ecclesiae. Sed enim hanc disputandi materiem latissimam et infinitam paene non sine apprehensione video; quam ut olim haesitanter tractare occepi in libello academico supra laudato, ita exactissimam et plenissimam retractionem potiori cedo. Qui utinam ne tardius se accingat.

1) Ad locum huius poematis difficillimum v. 38—45 correcturam unam saltem offerre audeo; sic fere legatur mihi:

Non ipse est vinum (genium?) patriae qui prodidit olim
Antiquasque domus, turres ac tecta priorum
Subvertens, urbi vellet cum inferre ruinam,
Ornaret lauro postes, convivia daret,
Pollutos panes infectos ture vaporo
Poneret, inrisum quaerens quo(que) dedere morti,
Talaribus subito membra circumdare suetus,
Fraude nova semper miseros profanare paratus?

V. 41 *Gallaribus* codex; de talaribus, tormenti genere, cf. Senecam De ira III 19, 1: prosodiam hic poeta violavit; ibid. *suetus* in *subitus* transiit; de eius generis vitiis cf. R. Unger in programmate Halensi a. 1885 (de Ciri) p. VIII. 2) V. 5 neque *mundi* neque *mundum*, sed *mentis* legendum esse persuasum habeo atque etiam persuasi Iuelichero.

Hucusque nihil effectum est nisi carmen De Salvatore esse potuisse Claudiani: Claudiani esse iam libri scripti non solum optimi variae stirpis, sed omnes omnino, quos novi, unanime testantur: ex quibus indubium fit ubi primum hoc carminum minorum Claudiani corpusculum quod habemus compositum est, iam tum illud quoque in eo adfuisse et locum certum iam primitus obtinuisse post Epistulam ad Serenam: in quam collectionem quoniam spurium carmen nullum receptum est, ne hoc quidem potest spurium dici, neque infirmior fides eius est quam aut epigrammatum De crystallo aut Epistulae ad Serenam quibus circumdatur aut reliquorum omnium. De huius corporis proventu compositione traditione alio capite copiosius disseretur.

Interim reputemus et hoc: si enim poema de quo disceptatur olim vel sub alio nomine vel adespoton deerrasset, solito perversior hercle ille recensor fuisset, qui carmen religiosum scriptori 'pagano' per meram coniecturam attribuisset et inter tot poemata saecularis argumenti temerarie collocasset. Quid enim ad talem suppositionem adducere eum potuisset? Immo nisi sub nomine Claudiani antiquitus traditum fuisset, in hoc poematorum corpus numquam illud irrepsisset; spuria quippe irrepere non solent nisi propter ipsam argumenti cognationem. E contrario ubi primum deliberare et coniectare coeperunt lectores, potius Claudiani non esse proclivis coniectura nata est. Et erant qui de Claudiano Mamerto cogitarent: sed impedimento est sermonis et rei metricae observatio. Simile est quod Fabricius in Poetarum veterum eccles. operibus ind. p. 43 codicem antiquissimum se habuisse memorat in quo Damasi episcopi nomen carmini inscriptum fuerit [1]. Servati sunt vero Damasi huius hexametri genuini sat multi, quos qui curiose in comparationem vocaverit, eam comperiet differentiam, ut ne de Damaso quidem auctore cogitari omnino possit [2]. Sequitur ut 'antiquissimo' illi codici nullam adscribamus auctoritatem; enimvero Fabricio accidit quod multis grammaticis saeculi decimi sexti, ut membranas saeculorum XV et XIV, quae Italorum semidoctorum pravam sapientiam passae erant, pro veteribus bona fide acciperent.

Denique Sedulius, Arator, Merobaudes (et hic quidem in Laude Christi quam expressimus in carm. minor. appendice c. 20 p. 111) Claudiani carmen de Salvatore dignum putarunt quod sectarentur [3]. Quod etsi pro testimonio verae originis non adpono, tamen abiecti auctoris carmen non fuisse concluditur, et recordemur etiam alia Claudiani opera et a Sedulio et ab Aratore et a Merobaude imitando expressa esse [4].

1) Verba eius sunt: „reliqua de Christo (i. e. carmen de Salvatore) sumpta sunt de manuscripto cuius nobis copia facta ab Oporino nostro"; deinde Claudiano a Camerte falso adscribi memorat: in p. autem 35 haec: „nam carmen de Salvatore, quod Claudiani scriptis adiecit (sc. Asulanus Camertem secutus) non Claudiani est, sed Damasi, cui nos in libro antiquissimo invenimus inscriptum". Hunc librum ms. eundem fuisse credideris in quo etiam Merobaudis poema de Christo (carm. min. append. 20) invenit Fabricius. 2) cf. Damasi carmina ed. Merenda in Mignei patrol. lat. XIII p. 375; breves syllabas prave producit ut *verbâ* 3, 3, *trinâ* 4, 1, *poenâ* 21, 4, *prēces* 20, 10, syllabas longas vel positionem neglegit: *frătremque* 22, 4, *sacrămenta* 18, 6, *intemerată fide* 24, 2, *sordibus depositis* 1, 2, sim. Quae sancta barbaries a Claudianea illa elegantia toto caelo distat. Accedunt elisiones durissimae, velut vocis monosyllabae in c. 6: *Qui ad te sollicite*, vel quae ipsam caesuram obscurat 14, 5: *Inveniet vicina in sede habitare beatos*. Neque omnino congruunt in caesuris; Claudiani carmen versuum 21 numero trithemimeren et hephthemimeren sexiens coniunctas habet spreta penthemimere, i. e. semel inter $3\frac{1}{2}$ hexametros, Damasus — sicut Iuvencus — semper fere penthemimeren ponit; cuius carmina 1—15 hexametros 115 continent, inter eos quinquiens tantum duplicem illam quam vocamus incisionem admisit, i. e. semel inter versus 23! Haec parum curavit Manitius Mus. Rhen. XLV p. 316. 3) cf. exempla sub margine exhibita. 4) Sedulius in carm. min. 28, 101; Ruf. I 1; (Nupt. 240); III cons. 96 sq. Rapt. I 169; II 280; 294. Arator in bell. Poll. 615, Theodor. 61; 120; Ruf. I 262; Gild. 370; Eutr. I 45; 234; 289; Nupt. 317; III cons. praef. 8. Merobaudes in carmin. min. 30, 15; 31, 42; c. min. 33—39; Stil. II 228 et 347; III 76 et 150; VI cons. 50; bell. Poll. 170 et 361; Ruf. I 131; 316; Gild. 67 sq.; Eutr. II 121; 134; 271; Fescenn. 4, 33 sq.; III cons. 209; IV cons. 4; Rapt. I 80.

Accedit Rusticius Helpidius Domnulus in libello 'de Christi Iesu beneficiis' carminis de Salvatore et ipse memor[1]).

SVMMARIVM.

Toti huic disputationi de poetae opusculis per capitula quindecim dissipatae suffigimus tabulam contractiorem, in qua quo tempore carmen quodque Claudiani vel scriptum vel editum visum sit — multa autem minorum temporis indicio carent — uno conspectu proponatur. Ubi res parum certa visa, interrogationis signum adiectum est.

Non multo ante annum 395	*Γιγαντομαχία* Graeca et scripta et edita; cf. p. XLIV et LXXII.
inter mm. Sept. et Dec. anni 394	scriptus panegyricus Probini et Olybrii, idem editus m. Iannar. anni 395; cf. p. VI.
anno 395	scripta carm. minora 40 et 41 sive Epistula ad Olybrium et Ad Probinum; cf. p. IX sq.
ab initio anni 395 usque ad annum 397 . . .	scriptus Raptus Proserpinae; cf. p. XIV sqq.
inter mm. Sept. et Dec. anni 395	scriptus panegyricus De III cons. Honorii; idem editus m. Iannar. anni 396; cf. p. XXIII sq.
inter m. Dec. anni 395 et m. Iul. anni 396 . .	scripti duo libri In Rufinum cum praefatione libri primi; cf. p. XXXVII sq.
post annum 395	scriptum carm. min. 32 De Salvatore; cf. p. LXIII.
anno 396	scripta carm. min. 21 et 22; cf. p. XI sqq.; tum fere etiam epigrammata Ad Aeternalem edita (?); cf. p. XIV.
post annum 396	scriptum carm. min. 19 Ad Gennadium; cf. p. LXI.
medio anno 397	scripta praefatio libri II In Rufinum; simul totum In Ruf. opus editum; cf. p. XXXVIII.
inter mm. Sept. et Dec. anni 397	scriptus panegyricus De IV cons. Honorii; idem editus m. Ianuar. anni 397; cf. p. XXXVIII et XXXVII adn. 3.
mm. Iannar et Febr. anni 398	scriptum Epithalamium in nuptias Honorii et Mariae una cum Fescenninis; mox editum; p. XXXVIII.
intra annos 398 et 404	scripta carm. min. 45, 46, 47: cf. p. XXXIX; etiam carm. min. 26 sive Aponus (?); cf. p. LXI.
mm. Augusto et Sept. 398	scriptus Belli Gildonici liber I; mox et editus; cf. p. XXXIX.
inter mm. Oct. et Dec. 398	scriptus panegyricus in Manlii Theod. consul.; editus m. Iannar. anni 399; cf. p. XXXIX.
inter mm. Iannar et Iun. anni 399	scriptus liber I In Eutropium; statim solus editus; cf. p. XL.
inter mm. Iun. et Sept. anni 399	scriptus liber II In Eutropium cum praefatione; totum opus In Eutropium editum etiam anno 399; cf. p. XL.
anno 399 mense nescio quo	scriptum et editum carm. min. 25 sive Epithalamium Palladii (?); cf. p. XLIV sqq.
inter mm. Sept. 399 et Iannar. anni 400 . .	scripti libri III De consulatu Stilichonis cum praefatione; fortasse m. Febr. anni 400 editi; cf. p. XL et XLII.
intra annos 400 et 404	scripta carm. min. 48 et carm. min. append. 4; cf. p. XLI.
anno vel 400 vel 401	scriptum carm. min. 31 sive Epistula ad Serenam (?); cf. p. XLVI sq.

1) Ed. Migne patrol. 62 p. 543; imitationem eius Claudianeam ostendit Manitius Mus. Rhen. XLV p. 155; Helpidius ita v. 72 sq.: *Auctorem peperisse suum qui nobilis aeri ... processit in artus*, cf. Claud. v. 1 et 10 et 15; idem vero Helpidius v. 41 *Quas Aganippeae Permessius accola lymphae Hausto fonte ciens* etiam Claudiani laudem Serenae, c. min. 30, 8, plane respexit.

ante annum 401	scriptum carm. min. 20 De sene Veronensi, p. LXI.
autumno anni 401	scriptum carm. min. 50 in Iacobum; cf. p. LXII.
mm. Apr. et Maio anni 402	scriptum Bellum Pollentinum sive Gothicum; mox et editum; cf. p. LII.
intra mm. Sept. et Dec. anni 403	scriptus panegyricus De VI consulatu Honorii; editus m. Ianuar. anni 404; cf. p. LV.
initio fere anni 404	scriptum carm. min. 30 sive Laus Serenae; cf. p. LIX; item carm. min. 53 sive Gigantomachia (?); cf. ibid. et p. LXII.

Explicit de Claudiani vita et temporum historia, incipit de Claudiani librorum fatis tractatus. Qua in re de Graecis primum exponendum est; pauca enim de vita scriptoris, quae capiti primo defuerunt, hac expositione supplebuntur.

II. DE GRAECIS CARMINIBVS CLAVDIANI.

Claudiani Graeci poetae nomine pauca poemata inscripta diem tulerunt: epigrammata septem in Cephalae anthologia, quam Palatinus codex servavit, dispersa per libros I et V et IX continentur, Gigantomachia fragmentum vix octoginta versuum debetur Constantino Lascari. Et de hoc quidem haec sciri velim.

Exaravit Constantinus Lascaris anno 1465 codicem Graecum, qui in bibliotheca Matritensi asservatur sub n. 61, totum 'nitidissime'. Chartaceus est, in quarto, folia habet 146: continet Arati Phaenomena, Apollonii Rhodii Argonautica, Tryphiodori carmen de Troiae expugnatione, Claudiani Gigantomachiae fragmentum. Descripsit codicem Iriarte in Regiae biblioth. Matritensis codd. Graecis (Matriti 1769) p. 201 sqq., de fragmenti proventu disputavit p. 215 sq., ipsum primus satis accurate imprimendum dedit p. 219 sqq. Mihi eius codicis collatione uti licuit quam anno 1878 Gustavus Loewe praestitit.

Praemisit Lascaris in codicis fol. 144 r. vitam Claudiani breviusculam [1]). in folio 144 v. posuit fragmentum I versuum numero 17. deinde unam et semem paginam vacare voluit, quod aptum spatium est versibus 38 [2]), et in folio demum 145 v. scripsit fragmentum II (versus 18—77). Adiecta autem ibidem Lascaris est adnotatiuncula haec: *στι^χ ρμε* (id est versus 145).

Hoc si recte notavit, de totius fragmenti versuum numero primario colligitur olim post v. 17 extitisse versus nunc deperditos sexaginta et octo neque vero triginta et octo quibus Lascaris vacuam chartam reliquit: quod verum esse firmavit idem Lascaris etiam alii codici Graeco, Matritensi n. 43, schedulam inserens quae ibi folii numerum habere 177, sed postmodo agglutinata esse dicitur: in qua opera varia, quorum fere tum exemplaria sibi comparare studebat, enumeravit, ultimo loco posuit: *ἔτι εὑρίσκεται κλαυδιανοῦ γιγαντομαχία στίχοι ρμε ὧν μέρος λείπει· ἐκ τοῦ ιζ̄ στίχου τοῦ ἡμετέρου . . . ἔπαινον* (hic est v. 17) *μέχρι τοῦ ἄλλος δ' ἠελίοιο . . .* (hic est v. 20).

Hic quamquam in eo ille peccavit, quod vv. 18 et 19 praeteriit, constat tamen id compertum habuisse Graeculum, comprehendisse fragmentum totum usque ad v. 77 versus non minus 145. Ergo inter fr. I et II etiam 68 versus extiterant. In iis, quod facile est ad suspicandum, Terra maxime dea introducta erat irascens et irae causae enarratae erant et certamen ipsum initium ceperat.

Operum, quae continet codex n. 61, indicem Lascaris in folio eius primo scripsit: ibi mirum est quod Aratum ille, Apollonium, Tryphiodorum nominat, non nominat Gigantomachiam. Itaque Lascaris hanc in codice extremo postea demum adiecit quam indicem exaravit; certe cum Arato vel Tryphiodoro traditam non accepit, immo cum Hesiodo.

---

1) cf. supra p. II adn. 2) Nam vacuum spatium in fol. 144 v. versus octo, folium 145 r. triginta tenuisset ut Loewe testatus est.

Nempe anno 1493 Lascaris cum Bembo Messanae fuit: Bembi autem extat epistula eo anno die 11. kal. Decembr. Messanae data ad Politianum, quam expressit Iriarte p. 217, in qua et illud legimus: *quam habet Constantinus Claudiani Gigantomachiam, ea potius Blattomachia est,* et haec: ab homine non docto eum vetustos libros 'prope iam defletos' pro dono accepisse: deinde *cum Hesiodi fragmentis in charta extremae paginae proxima Claudiani Gigantomachiae titulum reperit et pauculos tantummodo hexametros: tum alteram iterum chartam in qua opus desinebat; caetera tineae depopulaverunt ita ut legi non possent;* denique Bembus aut ipsum textum huius Gigantomachiae descriptum aut lectionum exempla Politiano misit: scribit enim: *quae habui ita ut erant huic epistolae subtexui.*

Hinc facile nobis persuadetur illos versus duo de septuaginta qui inter v. 17 et 18 desiderantur ipsos extitisse in libro illo vetusto, sed 'legi non potuisse': quodque in codice Matritensi pagina una et semis vacua inter v. 17 et 18 intercedit, exemplum illud imitari quidem voluit Lascaris, sed minus accurate imitatus est; denique plenum numerum versuum 145 fuisse indidem idem collegerat.

Undecim autem huius Gigantomachiae versus 43—53, qui sunt de Venere, excerpsit eodem saeculo XV Michael Apostolius inseruitque decimo libro *Ἰωνιᾶς* sive Violeti filius eius Arsenius Monembasiae in Peloponneso archiepiscopus[1]), ubi extant in cap. 1 eisque inscriptum est *περὶ Ἀφροδίτης πανδήμου καὶ Ἔρωτος.* Continet Violetum codex Parisinus Graecus chartaceus insignitus numero 3058 Arsenii manu exaratus[2]): ceterum Arsenius versus hos undecim evulgavit in editione quam inscripsit *Ἀποφθέγματα φιλοσόφων κτλ.* dicata Leoni X Pontifici Maximo sine nota loci et anni.

Claudiani Latini editores Heinsius Gesnerus Burmannus non nisi hosce ex Arsenio versus 'nudos' expresserunt, Pyrrho in usum Delphini (Paris. 1677) etiam notas adiecit; omnia Gigantomachiae quae supersunt denuo edidit ex Iriartis ope Koechly[3]) anno 1851 multa praeclare corrigens: iterum idem suscepit anno 1863 Carolus Schenkl[4]) multa et ipse quoque corrigens, ita tamen ut Koechlii operam cognitam habuisse non videatur. Arseniani codicis Parisini lectiones ad versus 43—53 in usum meae editionis contulit Gustavus Eskuche. Emendationes proposuerunt et M. Schmidtius in Philol. XVIII p. 231 et XXVI p. 28 et Ludwich in Mus. Rhen. XXXVI p. 304.

Iam Claudianum quendam poetam floruisse imperante Theodosio II (cuius imperium per annos duravit 400—450) tradidit Euagrius in histor. eccles. I 19. Hunc istorum Graecorum carminum auctorem esse statuit Iacobs[5]), magno Claudiano iuniorem, fortasse filium eius vel gentis saltem eiusdem, certe eius imitatorem (ita Schenkl l. l. p. 35). Quae omnia fere incertissima sunt[6]). Scholiastae autem manus in Palatino libro ad epigr. VI quod est de salvatore etiam adscripsit: *οὗτος ὁ Κλαυδιανός ἐστιν ὁ γράψας τὰ πάτρια Ταρσοῦ Ἀναζάρβου Βηρύτου Νικαίας.* Quod si verum est, ille certe Claudianus, qui scripsit epigr. VI, idem non fuit atque Claudianus magnus magni Stiliconis sectator.

1) Paroemiogr. gr. ed. Leutsch II p. 233 sqq. Cf. Leutsch de Arsenii Violeti cod. archet., 4 indices schol. Gotting. 1856—1862; Arsenii ed. Walz (1832) praef. 2) cf. Leutschium ind. lect. Gotting. anni 1856 et progr. Gotting. a. 1859 p. 1. 3) Index lect. Turicens. 1851 p. 19 sqq. 4) Sitzungsberichte d. Akad. der Wissenschaften, Wien 1863, tom. XLIII p. 39 sqq. 5) Anthol. graec. tom. XIII (vel commentarii III 3) p. 872. 6) Quid? quod etiam Theodosio et Eudociae dedicatum carmen fuisse Schenkelius collegit ex v. 16. Moneo autem eo in versu incommodum esse adeo ut vix ferri possit pronomen *ὑμείων* iuxta *θεῶν*, neque bene plurali hoc numero Phoebum poeta adfatur, magis incommodam etiam praepositionem *ὑπό*, cum dicendum nil fuerit nisi: *θεῶν βούλησιν ἐθελόντων.* Hinc est quod temptavi: *εἴθε θεῶν βουλῇσι συνυμνείων ἐθελόντων ἡμετέροις ὕμνοισιν ἐπιπνεύσαιες ἔπαινον:* certe Apollinem poeta adloquitur. De *ἐπιπνεύσειας* cf. quae notavi ad I. et Orphei hymn. 30, 8: *ἡδὺς δ' ἐπίπνευσον.* Verbum *ὑμνείω* sumptum est ex Hesiodi oper. 2. Itaque una canere cum poeta iubetur deus; aliter laudem adspirare non potest.

Quam quaestionem retractaturi distinguamus necesse erit inter Gigantomachiam et epigrammata et inter haec segregemus christiana VI et VII a non christianis I—V: neque enim necesse est haec omnia eiusdem esse Claudiani. Itaque accidere poterit ut Gigantomachiam magni Claudiani esse credamus. christiana minus.

Iam vero Suidas exhibet haec: *Κλαυδιανὸς Ἀλεξανδρεὺς ἐποποιὸς νεώτερος· γέγονεν ἐπὶ τῶν χρόνων Ἀρκαδίου καὶ Ὁνωρίου τῶν βασιλέων.* Fluxisse haec verba ex Hesychio Milesio recte statuerunt E. Rohde[1]) et Flachius[2]). Quod si concedimus, Stiliconis laudatorem pro Graeco poeta habuit Hesychius. Et fuit Graecus. Graeco enim ore ipse se cecinisse attestatur in epistula ad Probinum carm. min. 41, 14. Nec id mirum: nam Graeca lingua institutus fuit vixitque Alexandriae Canopi natus (cf. supra p. V) et anno 400 in foro Traiano cum statua eius constitueretur. Graecum illud epigramma adiectum est quo epicus bilinguis celebratur (cf. p. XLIII sq.): neque Latina carmina fundere suscepit nisi postquam in Occidentem transmigravit Probis et Stiliconi se acclinans. Itaque non id mirandum est, eum, Graecum scilicet, Graecis Musis oboediisse. sed eundem etiam in Latina lingua artis fastigium ascendisse. Quid? quod etiam ea clariduto Graecis eius libris contigit. ut publice in elogio fori Traiani ipso Homero digni iudicarentur sicut Latini Vergilio (cf. p. XLIV): ita ut inania illa verba non sint quibus ipse Graecam suam Thaliam iactavit carm. min. 41, 14: et apposite me monet Kochius iam in Graecae Gigantomachiae exordio v. 13 *δεινὸν ἀοιδὸν* semet ipsum vocasse Claudianum ita. ut plura carmina elatioris generis Gigantomachiae antecessisse necesse sit.

Favet porro huic opinioni quod in Graeca Gigantomachia Alexandriae se vivere prodit poeta v. 14. quod idem de nostro constat. Ergo hanc Gigantomachiam ante annum 395 ortam esse concluditur. Favet etiam hoc, quod argumenta mirum in modum similia utraque lingua persecutus est: nam Gigantomachiam scripsit etiam Latinam. de crystallo et Latina epigrammata eius habemus et Graeca; et hoc quod est de crystallo demonstrativum argumentum nemo fere praeter Claudianum tractavit. Sane minime ad verbum Graeca et Latina concinunt. Genus vero tractationis utrobique simillimum.

Neque nihil valet, quod etiam litterarum Graecarum studium satis exquisitum in Latinis Claudiani carminibus detegitur. In quibus non solum Homerum identidem expressum videmus[3]) aut Hesiodum[4]) aut Herodotum[5]), sed etiam scriptores stili vel Alexandrini quem vocant vel hellenistici: ita Callimachus agnoscitur Rapt. I 158 sq. (I 4), Ruf. I praef. 3 et 14, IV cons. 140, 149; Stil. III 253 sqq.: Theocritus Ruf. I 334 sq., Nupt. 68, Stil. III praef. 5, carm. min. 23, 1; Apollonius Rhodius Nupt. 146, (Ruf. I 41); Moschus Rapt. I 227: Aratus Ruf. I 249: Oppianus Eutr. II 345. carm. min. 49 (totum); Dionysius Perieget. Eutr. I 354, III cons. 208; epigrammata anthologiae Palatinae carm. min. 7, 14, 13, 15; Orphei Argon. Ruf. I praef. 7; nec non et Dio Chrysostomus Rapt. II praef. 12 sq., 37, IV cons. 225, 259; Aristides IV cons. 284 sqq., Stil. III 152, 156, 159, 163, 168, Ruf. I 183 sqq., II 121, Gild. 48: Themistius III cons. 14 sqq.; Libanius IV cons. 431. Stil. I 35. bell. Poll. 138 sqq.. carm. min. 2 et 22; Synesius IV cons. 71, 260, 261, 277, 278, 296 sq., 303 sq., 184 sqq.. 518 sqq.[6]).

Iam dicat quispiam in Graecis quae extant Claudianum paullo minus esse videri ingeniosum neque tam grandem eius spiritum negetque digna ea esse quae sub clarissimo

1) Mus. Rhen. XXXIII p. 167. 2) Mus. Rhen. XXXVI p. 319: idem, Hesychii onomatol. quae supersunt p. 120. 3) cf. Ruf. I 301 sq., 341, II 233, 355, Gild. 467, Eutr. II 349, Nupt. 270, 289 sq., Stil. II 373, VI cons. 476, bell. Poll. 73, carm. min. 46, 9. 4) Eutr. I 158, Ruf. I 29 et 31, 341, 380 sq. Adde Pindarum carm. min. 30, 87, Theodor. praef. 11 sq.; tragicum Ruf. II 19. 5) Ruf. II 121, 122, Gild. 114, Eutr. I 506 sqq., IV cons. 630. Adde Platonem IV cons. 245 sq., Theod. 1; Isocratem et alibi et IV cons. 620, Xenophontem Eutr. II 312, Stil. I 379. 6) Adde Lucianum e. g. Eutr. I 125, Philostratum Rapt. II 181, Aelianum carm. min. 9, 25 et 42, Plutarchum Stil. II 44 (?), Iulianum carm. min. 28, 1 (Stil. I 227), Marci epist. VI cons. 342, proverbium Graecum Eutr. I 352.

illo nomine venditentur. Respondeo spiritum vere magnum eius esse prae ceteris in carminibus politicis, Stiliconis variis laudibus, Rufini Gildonis Eutropii castigatione: nam ne Raptui quidem Proserpinae gloria eius debebatur. Quodsi merita recte librare ac ponderare volumus, Gigantomachia Graeca non nisi cum Gigantomachia Latina comparetur, comparentur inter se epigrammata; qua libratione verum et absolutum nancisceris aequilibrium. Nego enim de Gigantibus carmen Latinum ulla laude Graeco praestare, neque de crystallo lusus ullo titulo Latini Graecis perfectiores sunt.

Sed etiam ad similitudinum aestimationem pedem referamus. Gravissima extat c. min. 31, 3 sqq. (de crystallo): *qua frigoris arte torpuit . . silex? . . . interior glacies quo liquefacta Noto?* vide epigr. graec. V: *λίθῳ πεπυκασμένον ὕδωρ τίς πῆξεν; Βορέης· ἢ τίς ἔλυσε; Νότος*[1]). Porro ille crystallus in epigr. gr. IV mundi imaginem complectens memoriam excitat carminis min. 51 *(in parvo cum cerneret aethera vitro).* Epigr. gr. III de mima vetula in ea fere turpitudinis provincia versatur qua carmina min. 13 sq 'in Curetium' vel magis etiam locus ille de Laide vetula Eutr. I 90 sqq.

Eadem autem fere vicissitudo vel similitudinis liberioris genus fere idem cernitur in carm. min. 7 (sunt epigrammata haec duo de quadriga marmorea) et anthol. Pal. IX 759 et 760 (adespota epigrammata duo sunt de re eadem); in c. min. 13 et anthol. Pal. XI 273 adespoto; in c. min. 21 et anth. Pal. IX 141 adespoto; maxime in c. min. 15 et anthol. Pal. V 50 iterum adespoto. Itaque adespota haec Graeca ipsius Claudiani esse haud absurde suspicaberis.

Denique in iis epigrammatis, quae propriam elegorum formam spernunt sed hexametris *κατὰ στίχον* efferuntur, quaternarium versuum numerum in deliciis habuisse Claudianum supra vidimus (p. LXII); idem extat in Graeco epigr. II.

Supersunt Gigantomachiae: quae et ipsae quoque quasi sorores sunt, diversae illae quidem, sed ut eam umbram similitudinis habeant quam solent unius patris filiolae.

Et primum ipsorum certaminum descriptiones in c. Latino incipiunt a versu 79; in Graeco post prooemium interierunt versus fere 68, iique antecesserant versui ei qui hodie numeratur 18, qui fere in initio descriptionum earundem positus fuisse videtur: itaque in causis pugnae exponendis et in rebus aliis praemittendis eadem fere, sed etiam maiore brevitate Graecus poeta usus est qua Latinus. Porro idem fere spatium singula nonnumquam certamina obtinent; velut decem versus unum illud habet in c. Latino v. 104—113, decem etiam illud in c. Graeco v. 25—34. Sed etiam rerum inventio quamvis gratissima variatione floreat, satis tamen sibi constat: conferantur versus de Minerva Latini 91—113 cum Graecis 35—42; et respondent ibi *Tritonia virgo* v. 91 et *κούρης ἀτρυτώνης* v. 35, *ostendens . . cum Gorgone pectus* v. 92 et *Γοργοῦς δεῖξε κάρηνον* v. 41, *steterat lapis* v. 98 et *ὁμοίιος ἵσταιο πέτρῃ* v. 42, *per membra silex* v. 99 et *γυῖα πεδηθείς* v. 41. Grave etiam hoc esse puto quod et in c. Latino v. 85 et 115 insulas Gigantes evulsas pro telo habent et idem iidem agunt in c. Graeco v. 58; et hic quidem in insula *δένδρεα καὶ ποταμοὶ θῆρές τ' ἔσαν ὄρνιθές τε* id quod repetiit Apollinaris Sidonius c. IX 85 sqq. *(cum silvis gregibus . . . fontibus oppidis levati)*[2]).

Neque Nonni denique Gigantomachia quae extat Dionysiacorum libri 48 initio magis a Latino Claudiano quam a Graeco discrepat.

Quibus perpensis iam nihil esse dico quo Claudianum poetam et ad Homeri et ad Vergilii gloriam pariter adspirasse refellatur; nisi quis forte talem duarum linguarum auctorem stupeat tamquam novum et inauditum mundi miraculum. Immo vero satis multos qui idem praestiterunt imperatoria aetas inde ab Hadriani imprimis tem-

1) Unde eo produci possis ut sic potius in Graeco carmine pungendum dicas: *τίς πῆξεν Βορέης; ἢ τίς ἔλυσε Νότος;* 2) De hoc loco monuit W. Merten seminarii sodalis.

poribus protulit: nomino Frontonem, Suetonium, Apuleium. Et maxime recorderis quod Apuleius de se in Floridis 9, 31: *fateor uno chartario calamo me reficere poemata . . . orationes . . dialogos . ., atque haec et alia eiusmodi tam graece quam latine . . . simili stilo;* nempe et Naturales quaestiones utraque lingua edidit (Apolog. 36 *eadem graece et latine*) et *Aesculapii hymnum graeco et latino carmine, cui dialogum similiter graecum et latinum praetexui* (Florid. 18, 91). Quid enim? quaeso; an magis aliena est a vero duplex Gigantomachia Claudiani 'simili stilo refecta' quam duplex ille hymnus Aesculapii?

Superest inquirere, num ipsis poematis vestigia quaedam insint temporis vel artis generis quo scripta sint. Ad artem itaque metricam breviter attendamus. Atqui de Gigantomachia praeclare Ludwich l. l. demonstravit, quod primo obtutu verum esse intelleges, eam Nonnianae artis vestigium paene nullum prae se ferre: ergo Nonnum ea tempore praecessit id quod ad Stiliconis aetatem optime quadrat.

Difficilius est de epigrammatis iudicium ferre: nimis angustum enim et coercitum in iis spatium metricae observationis est.

Et primum quidem christiana VI et VII hexametris componuntur quindecim. Quater in iis cernitur mascula post tertiam arsin incisio, h. e. semel fere in quarto quoque metro. Ante eam masculam incisionem semper leguntur barytona vocabula idque Nonnianum est[1]): at eam legem sprevit poeta in Gigant. 26, 47, 54, 66, 67, (68) Porro illam quam dixi caesuram vox ubique sequitur anapaestum valens, non spondeum (vide epigr. VI 5, 7, 8, 12) atque hoc quoque Nonni proprium fuit: idem neglectum est in Gigant. 22, 37, 60, 62, (63), 66. Spondeorum autem per totum versum distributionem si respicio, Gigantomachia haec exhibet duodecim schemata qualia signavit Ludwich: *ddddd, dsddd, sdddd*, minus frequenter haec: *dssdd, sddsd, dsdsd, dddsd, ssddd, sdsdd, ddsdd, ddsds, sdsds*. Contra epigr. VI et VII versuum uniformitatem sectantur talem quae etiam Nonni modulos supergrediatur, neque casu ortam credideris tantam Gigantomachiae discrepantiam. Scilicet epigr. VII non habet nisi *ddddd* totumque dactylis absorbetur, in VI abest quidem *ddddd*, constat autem totum ex formis his duabus: *dsdsd*, quae sexiens legitur intra duodecim metra (!), et *dddsd*, quae ibi quinquiens occurrit; semel denique intermixta cernitur tertia forma *sdddd* in v. 7, nulla vero amplius. Accedit quod epigr. VII eo differt a Gigantomachia quod ter molestissime hiantia verba seruit *προεών τε* | *ὑπέρτατε* | *ἵστατε Χριστὲ ἀθανάτοιο πατρός τε* | *ὁμόχρονε*. Denique in VI id aegre fero, quod ad stuporem usque cumulatur terminatio *οιο* in eadem metri sede v. 1—4: *ἀενάοιο, κόσμοιο, θεοῤῥήτοιο, ἀσημάντοιο*. Itaque christiana haec nostri Claudiani esse habes cur dubites.

Minus tutum est rem metricam argumentari in epigr. I—V quae sedecim hexametros comprehendunt. Et primum haec quidem hexametri sex saltem varia schemata ostendunt: occurrit enim *ddddd* sexiens (I 1. II 3. III 2; 5. IV 2; 3), *dsddd* quinquiens (II 1. III 3; 4; 6. V 1), *sdddd* bis (I 2. II 1), *sddsd* semel (II 2), *dddsd* semel (III 1), *dsdds* semel (IV 1). Quae omnia schemata etiam in Gigantomachia leguntur praeter ultimum *dsdds*. Favere etiam possit Claudiano, quod formae *ddddd* fere eadem est in Gigantomachia frequentia: viginti ibi exempla sunt, h. e. singulum intra 3, 8 versus (in epigr. singulum in 2, 1); item *dsddd* in Gigantomachia deciens extat, h. e. semel intra 4, 75 versus (in epigr. semel in 3, 20), *sdddd* deciens ter, h. e. semel intra 6 versus (in epigr. semel in 8), *sddsd* sexiens, h. e. semel intra 13 (in epigr. semel in 16). Casu autem tribui fortasse liceat, quod semel tantum in epigrammatis (III 3) inciditur versus post arsin tertiam, id quod sat frequenter in Gigantomachia accidisse vidimus, quodve

1) cf. Tiedke Hermae XIII p. 59 et 266; Hanssen Mus. Rhen. XXXVIII p. 241. Propterea in epigr. VII 3 reicienda lectio est *ἀθανάτοιο πατρὸς καὶ ὁμόχρονε.*

nullum in iis occurrit Atticae quae dicitur correptionis exemplum (cum tamen in christianis VII 3 *πατρός* correptum sit) vel quod hexametrorum clausulas nusquam in iis complet vox proparoxytona, quae abstinentia Nonniano usu respondet, minus Gigantomachiae (cf. eius v. 1 et alios). Denique epigrammata I—V auctoris eiusdem esse atque Gigantomachiam credere licebit, certis argumentis neque evinci neque refelli poterit.

De sermonis forma verborumve electione non habeo quod adiciam nisi hoc, Nonniani coloris memoriam rarius in Gigantomachia excitari quam in christianis epigrammatis: videantur exempla sub textu exhibita. Ceterum non potest solum, sed debet Nonnus et novisse et approbasse Gigantomachiam Claudiani.

III. DE TRADITIONE CLAVDIANI MAIORIS.

I. DE CARMINVM LATINORVM PRIMIS FATIS.

Haetenus Claudianus Graecus Nonni decessor. Incipit de Claudiani Romani poetae carminibus.

Claudianum panegyricos singulos singillatim eo fere anno quo quisque recitatus erat etiam in publicum edidisse (aliud est enim recitatio, aliud editio) consentaneum puto. Venalia itaque volumina (etiam tum papyrina?) separatim in tabernis prostabant. In unum corpus redactos esse a poeta neque probari neque credi potest. Edidisse etiam Raptum Proserpinae quamvis incohatum tantum eadem ratione videtur discretum a panegyricis et in tres libros divisum [1]). Epigrammata quaeque inhaerent iis minora carmina reliqua antea quam in libri formam sint redacta deerrasse in manibus amicorum indicatur carm. min. 19 (ad Gennadium) quode supra p. LX expositum est; sed etiam editionem eorum a Claudiano dum vivit perpetratam esse carmine min. 3 misso ad Aeternalem proditur: haec enim dedicatio est (cf. p. XIV), quae, licet etiam anecdota dicari privatim potuerint, solet tamen indicium esse publicae emissionis. Quodsi carmen ad Aeternalem pleni libelli introductio fuit, quoniam ipsum indole epigramma est, etiam libellum hunc olim non nisi epigrammata continuisse arbitror; neque id carminum minorum corpusculum quod hodie extat a poeta ipso conglomeratum esse potest. In hoc enim etiam ambitu ampliora inserta vides, Torpedinem, Hystricem, Aponum, Deprecationem ad Hadrianum, similia, quin etiam Gigantomachiae fragmentum, Epithalamium Palladii integrum versuum numero 145, denique etiam panegyrici partem, Laudem dico Serenae imperfectam versuum 236. Atqui antiqui moris non fuit tam variae amplitudinis poemata in librum vel corpus unum coercere, sed aequabilitatis studio dediti paria cum paribus tantum congregabant, minora in 'Priapeis', maiora Statius in 'Silvis', maxima monobibla esse volebant ut Aetnam vel Panegyricum in Pisonem [2]). Hac aequabilitate partium ornati erant sine dubio etiam Alphii Aviti Libri excellentium, Septimii Sereni Opuscula ruralia [3]). Neque Catullus suam syllogen talem qualem habemus promulgavit, sed inferior aetas et decurtavit et ordinavit: neque ad Ausonium Ausonianorum ordinem referre licet [4]); nec vero Claudianus Nuptias Palladii post Lucustam posuit ipse.

1) Imperfectum relictum hoc opus esse a Claudiano supra coniecimus p. XVII sq.; propterea divisio quattuor librorum quam Jeepius induxit probari iam non potest (olim probavi De re libraria p. 376); nam versus 332—448 pauciores erant quam qui librum quartum explerent, itaque tertio libro adnexi sunt quamquam aequabilitas in ambitu librorum sic paulum turbata est. 2) cf. De re libr. p. 401 sq. 3) cf. Baehrensii poet. lat. fragmenta p. 383 et 384 sqq. 4) Haec quoque carmina post mortem Ausonii ab alio in eum propemodum quem servat Vossianus ordinem per electionem redacta esse consentiunt fere Brandes in annalibus Fleckeisenii a. 1881 p. 65 sqq. et Carolus Schenkl edit. prooemii p. 37 et 53. Neque collectionem alteram librorum ω (quos idem signavit) ab Ausonio protectam esse habeo unde confirmem. Syagrio non collectionem ille librorum, sed unum „librum" tantum dicavit (cf. p. 3 ed. Sch.). Quid vero idem Theodosio? Carmina quae huic misit anno fere 390 redacta ab eo esse in unum codicem ut certus tandem ordo nascere-

Eiusque rei documento sunt verba illa *Res istud pretio constat . . vili* in libro De dubiis sermonibus servata (cf. p. 395 huius ed.) ex carmine Claudiani deprompta quod in nullo iam extat manuscripto. pertinuisse autem videtur ad genus epigrammaticum. Hinc usque ad saeculum aut VII aut VI carmina minora paullo plura lectitata esse concluditur quam quae in traditionem medii aevi recepta sunt. Quodsi plura fuerunt quam in corpusculo eo extant quod edidi, antiquissimum esse hoc corpusculum vel a Claudiano ipso profectum quis sustinebit? Si quis vero parum manifesta indicia ista iudicet, vocem tollunt et testimonium reddunt ipsa carmina quae in causa sunt. Certe carm. min. 12 indicem habet: *De balneis Quintianis quae in via posita erant;* vide *erant;* hinc posteriore aetate indicem inditum esse proditur [1]). Item carmen min. 14 habet indicem: *Ad Maximum qui ei mel misit:* vide *ei;* ergo ne huius quidem indicis Claudianus auctor fuit. Quos titulos ad primarium sylloges auctorem cum summa veri similitudine referas.

Itaque anno Claudiani emortuali extitisse credo panegyricorum (quibus invectivas adnumero) libros quattuordecim praepositis aut interpositis praefationibus, Epithalamia duo, quorum in altero volumine adiuncta fuere Fescennina, praeterea Raptus Proserpinae libros tres. Laudis Serenae et Gigantomachiae fragmenta duo, epigrammatum librum unum. Denique carmina descriptivi generis, quae epigrammatorum mensuram excedunt, Phoenix, Aponus, Hystrix, sim., Epistulae et Deprecationes aut in propriis voluminibus coniuncta legebantur, unum forte epistularum, aliud mirabilium vel idylliorum, aut, quo facilius animum induco equidem, dispersa manserant errabantque etiam anno 404. Illud scilicet non contendet nisi qui plura etiam idyllia pluresque epistulas quam quae diem tulerunt tunc fuisse audacius autumet.

Liber grammaticus De dubiis sermonibus (gramm. lat. V 571 sqq. K.) ortus esse videtur medio fere saeculo septimo in Gallia [2]). Auctorem eius plura Claudiani carmina quam posteriorem aetatem cognita habuisse dixi; sequitur ut proni simus ad existumandum eam, quam libri scripti tradunt, collectionem carminum minorum post medium septimum saeculum et in Gallia puta ipsa confectam esse. Adicio vero hanc existumationem parum certam esse. Potest enim auctor De dubiis sermonibus locum illum Claudianeum ex alio grammatico prioris aetatis assumpsisse ne inspecto quidem Claudiano.

Nihil itaque impedit quominus carmina maiora publica iam quinto saeculo in unam syllogen certo ordine conexa et in codicibus una perscribi coepta esse arbitremur, mox adiectam ei esse etiam syllogen minorum carminum eam quam habemus. Qua in re notatu digna etiam haec puto. Primum quidem Raptum Proserpinae cum corpore maiore ne postea quidem umquam coaluisse videmus [3]), contra minorum carminum syllogen syllogae maiorum semper adhaesisse. Hinc usus ille per medium aevum invaluit, cui haud raro ipse quoque obsequar, ut Raptus Claudianus minor vocetur, magnum illud corpus carminum publicorum cum minorum appendice Claudianus maior [4]).

tur nullo verbo indicatur; immo volumina misit separata, et olim edita *(quae sunt nota)* et quae tunc demum edebat *(quae adiecta memorantur).*

1) Aliter c. min. 17: *De piis fratribus et de statuis eorum quae sunt apud Catinam.* 2) cf. R. Peiper, Die handschriftliche Ueberlieferung des Ausonius (1879) p. 297. 3) Numquam coaluit tametsi interdum una scriptus est. Jeepius act. soc. phil. Lips. I p. 377 olim in unum cum Claudiano maiore iunctum fuisse Raptum inde cogi putat, quod in Raptus codicibus non paucis praefatio VI cons. tertio Raptus libro praefixa est. Unde aut nihil aut contrarium efficitur. Si enim id accidisset in archetypo omnia complectente, bis in eo scripta fuisset praefatio illa, id quod veri dissimile. Inserta haec praefatio non est nisi in una classi codicum Claudiani minoris neque ea optima vel vetustate insigni. Huius classis auctor sicuti Raptus libros primum et secundum, ita tertium quoque prologo distingui volebat; aptissimus ei visus est ille *Omnia quae sensu* eqs. Sententia enim inest tam lata et generalis ut ubique interponi possit; praeterea ille prologus clarissimus fuit: nam irrepsit etiam in anthologiae latinae atque Ausonii codicem Vossianum saeculi IX. 4) Ita Gudianus lat. 220 saec. XIII fol. 1: *Incipit magni* (ita) *opus claudii claudiani* et fol. 107: *Explicit magnum opus claudii claudiani.* Oxoniensis colleg. Exon. XXIII, 7 saec. XIII excerpta inscribit *proverbia Claudiani magni.* Vaticanus

Deinde panegyricus Probini et Olybrii solus panegyricorum a corpore eo, quod Claudianum maiorem diximus, semper exemptus fuisse et per aliam viam ad nostra tempora descendisse videtur. Ea exemptio vix sine consilio facta est: solus enim hic libellus et unus scriptus est vivente Theodosio, solus ignorat Stiliconem. Unde ratio apparet qua corpus sit concinnatum. Ratio unius Stiliconis eiusque gloriae habita est, quaeque ad eius res non attinebant, non recipiebantur. Eo minus mirabimur quod Raptus Proserpinae cum laude Florentini ipse quoque exclusus est.

Atqui sic provisum esse gloriae Stiliconis quando probabilius putabis quam dum ipse inter vivos erat et praepotentissimus in comitatu gubernaculum Occidentis obtinebat? Post mortem enim in titulis nomen eius eradebant, statuas deiciebant, nec ullam aetatem fuisse novimus qua amor Stiliconis vel admiratio in litteris quidquam valuerit. Ergo inter annos 404 et 408 corpus illud quod circumscripsi carminum publicorum Claudiani in codicem curiose collatum est nec id factum, si quid video, iniussu ipsius viri potentissimi et harum laudum amantissimi.

Opera Claudiani per saecula quintum et sextum summa auctoritate floruisse imitationibus demonstratur quibus scatent scriptores; neque panegyricus Aniciorum aut adeo Raptus neglectionem passi sunt.

Et primum Claudianus dum vivit ad aemulationem provocavit Prudentium[1]); etiam Hieronymus tum cum legebat, ni fallor[2]), Paulinusque poeta Nolanus[3]). Adde Licentium in carmine ad Augustinum[4]). Vestigia fortasse etiam in inscriptionibus agnoscenda[5]). Admirabilius hoc. Extat enim exemplum epistulae Honorii ad Arcadium datae altera parte anni 404[6]); regnasse putes etiam tum in scriniis sacri palatii stylum Claudiani: certe memoriae carminum eius insunt satis apertae[7]).

Grammatica tractatione paene caruit; nisi forte quae eius vestigia septimo saeculo paucissima percipiuntur (cf. p. LXXVII et LXXX), originem duxerunt ex saeculis prioribus.

Nominatim vero poetae verba auctores ecclesiastici attulerunt Augustinus[8]) eademque Augustinum secutus Orosius (supra p. LXIII). Attendas Orosii codices optimos in versu III cons. 97 non *cui*, sed *tibi* tradere: sic igitur liberius scripsit ille, repetiit Paulus Diaconus; id quod in Claudiani codices paucissimos tantum ex iis irrepsit. Historici proximi quatenus legerint non patet[9]); nisi quod uno versu Eutr. I 8 pro ornamento usus est Marcellinus Comes. Antiquitatum Romanorum studiosis semel inserviit apud Laurentium Lydum de magistr. I 47 (supra p. III).

2807 saec. XIII—XIV fol. 1: *Incipit liber claudiani maioris* et fol. 68: *Incipit liber Claudiani parvi* et fol. 79: *Explicit Liber claudiani minoris.* Cheltenhamensis 8775 saec. XIV in fine: *explicit claudianus magnus.* Antverpiensis n. 111 saec. XIV in fine (rubr.): *Explicit magnum opus claudiani nobilissimi versificatoris.* In Escorialensi S. III. 29 saec. XIII fol. 1 a m. altera ad inscriptionem *libri Claudiani* adiectum est: *s. maior et minor.* Vincentius Bellovacensis in Speculo citare solet: *Claudianus in maiori* (V c. 13 et 15 et 78 et 90 et 109 et saepius), *in maiori volumine* (V c. 78), *Claudianus in minori* (V c. 131 et 164 et VI c. 75 et 112 et saepius).

1) cf. p. LVII. 2) cf. ad Eutr. II 382 sq., Ruf. II 32 sqq. et 400 sqq. et 440 sq. 3) cf. ad Ruf. II 54; Nupt. 15; III cons. 211; Rapt. I 50; II 285; Kochio et haec debeo et alia nonnulla quae in hunc conspectum recepi. 4) Licentii carmen non ante a. 403 ortum esse puto; nam non solum imitationes panegyrici Aniciorum offert vel carminis minor. 3, 4 et Raptus (vide ad I 1 sq., II 243, III 129, 259), sed etiam, ni fallimur, Epithalamii Honorii (ibi v. 340), Laudis Stil. (II 133) et Belli Pollentini (vide ad v. 311, 386 et 532). 5) cf. supra p. XXIII adn. 2 6) Ed. W. Meyer, epist. imperatorum Romanorum (II) Gottingae 1888 p. 37 sqq. et p. 4. 7) Legitur p. 38, 24 *urbis unicum lumen . . fumasse;* ita Cl. VI cons. 324 *lumen . . fumat;* 38, 30 *urbis funere;* ita Cl. Eutr. I 291 *funera Troiae;* 38, 3 *claustra reserantur, legis . . ministros carcer includeret;* ita Cl. Prob. et Olybr. 107 *claustra . . . reseranda* et Bell. Poll. 37 *claustrisque solutae . . procedere leges:* 39, 12 *in exilium truderentur;* ita Cl. carm. min. 22, 25 *hic truditur exul;* 38, 18 *gladius . . in iugulum* ut Cl. Bell. Poll. 601 *ense in iugulum;* 39, 17 *quid . . superest?* ut Cl. carm. min. 22, 26; 38, 17 *vota sincera* ut Cl. carm. min. 32, 21 *sinceri sacri.* 8) Legerat fortasse etiam carm. min. 29. 9) Vide quae dixit Kochius Mus. Rhen. 44 p. 599.

Ceterum inter prosaicos nescio an memorandus sit Cassiodorus senator; cf. de eius Var. I 18 ad carm. min. 51, item de II 39 ad c. min. 26, et vide ad Theodor. 313, VI cons. 137. Quin etiam in Divisione orbis terr. vestigia lectionis Claudiani comparuerunt: vide ad paneg. Theod. praef. 20 et VI cons. 610; adde de Theodosio altero ibi esse dictum (p. 20 Ries.) *totus quem vix capit orbis* ex exemplo Claudiani Ruf. II 156.

Imprimis vero poetam eximium qui spoliandum putarent ipsi poetae fuerunt. Quos per terrarum maxime regiones distributos recenseo.

Claudianum saeculis et V et VI pervulgatum per Africam fuisse approbant Dracontius (vide ad Ruf. I 316 et locis plurimis)[1]) eiusque Orestis tragoedia (ad Ruf. II 116 et 166 et locis plurimis)[2]), Luxorius fortasse (quamquam quod exhibet versus carm. min. 26, 19—22, interpolationem passus videtur: incertissima sunt observata ad VI cons. 9 et carm. min. 21), Corippus (Ruf. I 22, 211 et locis paene innumerabilibus).

In Italia quam detritus fuerit, docent Sedulius, licet scripserit in Achaia (vide ad Ruf. I 1, Nupt. 240, III cons. 97, carm. min. 27, 101, Rapt. I 169, II 280), Merobaudes (supra p. LXVII), Boethius (vide ad Ruf. I 3, 199, Eutr. I 110, III cons. 211, IV cons. 222 sq., 281, Theod. 100: epigramma de Boethio ad Rapt. III 389), Maximianus (vide ad Ruf. II 134, Rapt. II 146), Patricius (ad Nupt. 100, 117, Rapt. I 129), Arator (vide ad Ruf. I 262, Eutr. I 45, 234, 298, III cons. praef. 8, Nupt. 317), praeter ceteros vero Ennodius Paviae episcopus, qui et citavit versus carm. min. 23, 13 et 14 et contra carm. min. 11 composuit 'epigramma adversus Claudianum de mulabus'[3]) et saepe imitator fuit (cf. et alibi et Gild. 62, Eutr. II praef. 1, Nupt. 52, III cons. praef. 1 sqq., Stil. I 51, carm. min. 19, 1, Rapt. III 105, 115, 227, 231).

Quodsi Sedulius in Achaia Claudianum legebat, etiam Constantinopoli saeculo VI apographa eius fuisse non mirum; quibus usum esse credo Priscianum (vide ad Ruf. I 175, Eutr. I 354, Fesc. 2, 15, IV cons. 587, VI cons. 287, carm. min. 30, 106 sqq.), usus esse potest etiam Laurentius Lydus (supra p. III sq.).

Inter Hispanos non possum adferre nisi Sisebutum Gothorum regem saeculi VII ineuntis, qui fortasse respexit versum carm. min. 20, 7.

Contra nusquam uberius quam per Gallias studia huius poetae pullulabant et luxuriata sunt: nominentur Rutilius Namatianus in opere anni 416 (vide ad Ruf. II 82, Eutr. I 162, Fesc. 2, 12, IV cons. 116, Stil. III 138 sqq., Poll. 103, 209, 407, Rapt. III 414, carm. min. 27, 38), Orientius (vide ad Eutr. II 52, Rapt. III 111), Prosper Aquitanus (Ruf. I 22, 59, 64, Fesc. 2 et multis locis), Carmen de providentia divina (Ruf. I 2 sqq., 150, Gild. 99, Nupt. 260 sq. etc.), Apollinaris Sidonius (locis plurimis), Rusticius Elpidius Domnulus (supra p. LXVIII), Alcimus Avitus (Ruf. II 23, 301, Gild. 217, Eutr. I 211 etc. etc.), Paulinus Petric. (Rapt. I praef., Ruf. II praef. 1, Eutr. I 108, III cons. 96, 97, 183, 185 et passim), Venantius Fortunatus (Ruf. I 208, II 381, Gild. 326, Eutr. II 272, Nupt. 7, III cons. 97, IV cons. 276, Stil. I 26, 33, VI cons. 538, Poll. 405, carm. min. 14; 18, 1; 25, 27, 105, 145; 26, 11 sqq.; 27, 21, 32; 28, 5; 30, 2; Rapt. I praef.; I 185; II praef. 1; II 193).

Accedunt Cl. Marius Victor (Gild. 131, Eutr. I 181, II 422 et passim), Paulini epigramma (Gild. 366, Eutr. I 226, Rapt. I 80), Paulini eucharist. (Theod. praef. 7, Stil. III 2, VI cons. 593 et alibi), Anonymus de laud. domini (Eutr. I 235), Reposianus

1) cf. Barwinski Quaest. ad Dracont. (1887) p. 17 et 91 sq. Iis quos sub margine repraesentavi addantur loci: Dracont. X 495 *sol mundum amplexus habenis* cf. paneg. Prob. Ol. 1; Drac. X 569 *meliore coma* cf. ibid. 3; Drac. X 504 *miserere tuae deus optime nepti* cf. Gild. 35. Drac. VIII 239 *cui tota potentia cedit* cf. III cons. 358. 2) Vide sub margine editionis; adde Or. trag. 965 *Vos pietas miseranda rogat* coll. Gild. 404. 3) Quin etiam Aponum scripsit quem et Claudianus carm. min. 26.

qui antecesseritne Claudiano incertus haereo[1]), Phocas (e. g. Poll. 556), Sulpiciae satura (carm. min. 30, 1, VI cons. 159), Verba Achillis in parth. (Eutr. I 274, II 21, 456, Poll. 546), Aegritudo Perdiccae (Poll. 353; carm. min. 14; 22, 42; Rapt. III 283, 332); versus De aucupio (carm. min. 28, 32), Ponticon praef. 14 (cf. pan. Prob. Ol. 12)[2]).

Procedamus ad saeculum VII. Et tum quidem in Africa nomen Romanum omnino deletum, in Italia et Gallia studia Latina poetica ipsa quoque extrema temporum barbarie sunt pessum data. In libro eius saeculi De dubiis serm. fragmentum Claudiani unum offerri monitum est; praeterea citantur in Arte Asperi grammatici saeculi ut videtur septimi (Anecd. Helvetic. p. 60) versus Nupt. 136 sq. hunc in modum: *legimus enim 'sub fluctibus ibat Carphateis[3]) Triton'; sed ibi quamlibet 'ibat' motum habere videatur merito in ablativo casu posuit, quod propter incitamentum voluntatis ire videbatur*[4]).

Ex Hispaniensibus scriptoribus septimi saeculi inspexi Eugenii episcopi Toletani poemata (apud Migneum patrol. tom. 87); Claudianeae ibi elocutionis nec vola nec vestigium.

Tum vero ad Anglos Claudiani studia transfugerunt: Aldhelmum certe abbatem Malmesburiensem, episcopum Salisburiensem, Bedae venerabilis aequalem natu maiorem, circa annum 700 Claudiani codicem habuisse ipsumque imitatum esse sentio: scripsit hic De laud. virginum p. 172 Giles. v. 5 *quassata ruit . . machina,* cf. Cl. Ruf. I 219; De basilica eqs. p. 114 Giles. v. 3 *rerumque reliquit habenas,* cf. III cons. 83: aenigm. pentast. 7, 2 *Augeo purpureis gemmarum lumina fucis,* cf. III cons. 4[5]); alia exempla infirmiora[6]). Mirum autem nec satis exploratum, quo iure in Gilesii editione p. 99 inter epistulas ad Aldhelmum scriptas intersertum sit plenum Claudiani carmen De salvatore, carm. min. 32[7]).

---

1) Vide ad carm. min. 30, 92, Rapt. III 151, 332; praeterea cum v. 2 *cui militat ardor* cf. Cl. III cons. 97.

2) Illud *vellere Seres* habet etiam carmen „Sacrilegus capite puniatur" anth. lat. Ries. 21, 104.

3) *Carfateis* cod. *A*, *capites* cod. *B*.

4) Baehrensius verba Claudiani esse nescius inter fragmenta poet. Latin. exhibuit p. 389. Etiam illud in Anecd. Helvet. p. CCXXIV *error inest . . spes certa laborum* nescio an memoriam contineat loci qui est Hystr. 32.

5) De hoc loco monuit Manitius Abhandl. d. Wiener Akad. tom. 112 p. 546.

6) Aenigm. testrast. 4 *convexa rotari Alta poli,* cf. Gild. 2 et Ruf. II 527; sed similiter et alii. Aenigm. tetrast. 8 De magnete ferrifero *chalybem* nominat sicut Cl. Magn. v. 43. Aenigm. heptast. 4 De locusta v. 5: *Pectora poplitibus subduntur more rubetae,* Cl. c. min. 24: *dumique rubentes* et *rubores.* Nec vero omittam ab Aldhelmo in epist. ad Acircium p. 295 Giles. versum illum tritissimum III cons. 98 sine Claudiani nomine adscribi quo et vocis usus *periuro* et mensura palimbacchii illustretur; quod adeo perversum est ut falso ibi intrusum hoc esse exemplum facile suspiceris. — Ceterum De lucusta quod scripsit Claudianus *dumique rubentes* et *acuere rubores,* locum difficillimum sic mihi interpretatum esse Buechelerum inicio: „audacter sane ille rubentes dumos fecit; legerat *dumique rubique* sim. atque illud ex rubeto quasi etymon expressit; colorem praeter *κέντρα* commemoraturus utriusque rei documentum a planta repetere coactus est; ceterum eleganter compositum *acuere rubores;* hi enim, sive Tyrii sive alius generis, solent mollitiam indicare".

7) Operum ibi sextum locum obtinet „anonymi cuiusdam Scoti epistola ad Aldhelmum abbatem Malmesburiensem", septimum „Ethelwaldi epistola ad Aldhelmum". Anonymi autem epistulae carmen sine nomine poetae, sine inscriptione, quin etiam sine nexu adhaeret. Utrum ipse ille Scottus id carmen adiunxerit epistulae an in codice tantum ex quo haec edita sunt in eum locum intrusum sit non constat. Finitur epistula verbis: *laetum a te responsum sperabo. Orantem pro nobis Beatitudinem tuam divina gratia custodire dignetur.* Iam anonymus ad sollemnem hanc invitationem quae audit „ora pro nobis" an Claudiani carmen pro ipsis verbis orationis ipse adiecit? Carmen autem paschale est et pro Augusto in eo oratur; ergo an sub anonymo ipso quoque rex quidam delituit? Quae quidem diiudicari omnino non possunt nisi accuratissima harum rerum investigatione. Giles adnotat p. VIII assumpta haec esse „from the collation of Boniface's letters published at Mayence and from Malmesbury's life of Aldhelm". Iam vero Philippus Jaffé in Monumentis Moguntinis (bibliothecae rerum German. t. III, 1866) ex codice Vindobonensi 751 (theol. 259) saeculi X easdem Aldhelmi opistulas promulgavit in p. 24 sqq., Scotti illius epistulam ad Aldhelmum in p. 34; post eam legi in codice carmen Claudiani paschale adnotat, ipsum carmen vero expulit et sub marginem reiecit; itaque censuisse videtur vir peritissimus hoc demum saeculo X inter epistulas illas falso esse inculcatum. Denique Aldhelmum novisse hoc carm. min. 32 omnino non est quo comprobemus, exploratum est lectum id esse a piis

Tam parca saeculo VII Claudiani poetae tractationis vestigia.

Neque aevo Carolino quamvis harum rerum respectus rursus et amor increverit, recordatio Claudiani nisi rarior fuit. Similitudines Claudianeas non omnes quidem ad probandum idoneas animadverti in poematis Pauli Diaconi ad Ruf. I 271, Theod. praef. 20, Theod. 117, Stil. II 287, carm. min. 32, 1 (adde eundem in hist. misc. ad III cons. 96 sqq.)[1], Alcuini ad Eutr. II praef. 51, III cons. 15, carm. min. 9, 7; 27, 85; Rapt. II 234 (Ruf. II 215); Angilberti ad Ruf. I 276. Eutr. II 532, Poll. 250; Sedulii Scotti ad Ruf. I 295; Theodulfi ad IV cons. 118; Pauli et Petri carminum ad Rapt. III 253[2]). Alcuinus carm. I 1518 sqq. (p. 201 ed. Duemmleri) in litterarum antiquarum conspectu nominat Vergilium Statium Lucanum, non nominat Claudianum; nisi quod fuisse multos alios quoque ait quos enumerare longum sit.

His vestigiis tenuioribus indicatur saeculo VIII in Gallia et Britannia saltem non defuisse exemplaria Claudiani, tamen non multum in eum studii atque industriae tum impendisse homines litteratos.

Saeculo IX ortus est librorum scriptorum qui extant vetustissimus codex Veronensis; unde provenerit non constat; non tradit nisi carminum minorum corpusculum; decurtatus est, tamen carmina maiora numquam continuit. Eodem saeculo in codicem Sangallensem S. n. 129 Gigantomachia sine poetae nomine inserta est; eodem saeculo in codicem Ausonii Vossianum in folio 38 praefationis panegyrici de VI cons. versus 1—10 recepti (anthol. Lat. Ries. 652). Sed etiam pleniorem librum tum non defuisse comperimus; codex Santenianus saeculi IX catalogum librorum bibliothecae cuiusdam regni Francogallici exhibet ibique haec sunt sub no. 6: *Horatii Flacchi ars poetica explicit. Incipit glaudiani deraptu proserpinae lib. III sic Inferni raptoris equos adflataque curru | Ad rufinum lib. II Claudii in eutropium lib. III Debello Gothico Debello Gildonico*[3]). Eodem denique saeculo etiam alius liber Sangallensis exaratus cui catalogus librorum antiquorum inest; ibi apparuit sub n. 331 *Claudianus de proserpina I*[4]).

Saeculo X adsignari potest codex Bruxellenis *C* oriundus ex oppido Gemblours. Tum etiam in Italia descriptum fuisse Claudianum manifestum est: coenobium enim Bobiense tum possedit *libros Claudiani poetae quattuor et in uno ex his Sedulii quaedam pars in capite et alia opuscula*[5]).

Inde a saeculo XI subito in deliciis Claudianum habitum esse videmus; codices plurimi maxime inde a saeculo XII scripti numerantur; tum scholia adici coepta; tum excerpta componi (Monacensia saeculi XI); tum ortus est Anticlaudianus Alani ab Insulis magistri Parisiensis[6]); tum ad imitationem Claudianeam poesis docta revertit velut Gualtherus in Alexandreide[7]); tum historicorum ipsorum opera locos memoriales

hominibus saeculi X. — Ceterum carminis Claudianei ibi textus non ita malus praebetur nec vero nostris Claudiani libris melior, in plerisque V sequens, in multis R; vide lectiones v. 4 *tu* cum VR, 5 *mundum* cum VR et al., 7 *Quemque utero inclusum* cum plerisque (aliter R), 7 *numine* cum VR, 8 *tumuere*, 13 *subriperes* cum VR, 19 *laetum te luce* cum VM (aliter R); de versu 7 testis est Giles, non Jaffé, qui eum omisit.

1) Idem hist. Langob. I p. 64 v. 27 *qui commodat aures* cum var. lec. *accommodat;* cf. Cl. Gild. 429. Ibidem p. 65 v. 5 *O nimis apte deo;* cf. III cons. 96. 2) De Translatione duodecim mart. vide ad Stil. I 205. 3) cf. M. Haupt opuscl. III p. 425; G. Becker Catalogi bibl. (1885) p. 11. 4) cf. Becker l. l. p. 35. 5) L. l. p. 69 sub n. 369—372. 6) Edidit Th. Wright in The anglo-latin satirical poets vol. II Londin. 1872. Cf. O. Leist der Anticlaudianus, programmata quattuor Stendali edita 1878—1882; inscriptum est in codice Gudiano: *Incipit Anticlaudianus magistri Alani de Antirufino liber:* cf. de titulo Leist l. l. p. 15 et 70; finis enim operis v. 5468 sqq. ad exemplum Claudiani Ruf. I 25 sqq. conscriptus est. Sed multo plura ad Claudianum referri possunt, id quod fugit Leistium, ita vv. 600 sqq (Leistii p. 40) et 1693 sqq. ad panegyricum Theodori 101 sqq. Ad I cp. 1 v. 25 *Consilium coeleste vocat* cf. Ruf. I 28; ad I cp. 2 v. 6 *quam semper adhaerens felici gressu felix comitatur Honestas* cf. Ruf. I 35; et ita porro. 7) cf. M. Philippi Gualtheri ab Insulis dicti de Castellione Alexandreis rec. Mueldener. Lips. 1863; ibi I 2 *dispersit opes*, cf. Cl. Eutr. II 85; I 19 *Quem partu effusum gremio suscepit alendum* cf. Cl. c.

insertos habent, velut Expeditio Friderici Barbarossae (vide ad Ruf. I 98: IV cons. 290 et 293); tum Helinandus Frigidi Montis monachus, chronographus, sermoni suo XXII 'in nativitate B. Mariae Virginis' ex Claudiani c. min. 32 De salvatore octo metra immiscuit ita inducens: *Charitas enim latior oceano et capacior ipso coelo, hostes colligit et hospites et inimicos amplectitur ut amicos quod nec coelum nec oceanus facere possunt. Vere thronus grandis fuit, quae illum totum capere potuit 'quem totus non capit orbis'* (haec verba ex Claudiani Ruf. II 156). *sicut et gentilis poeta Christianis versibus laudem eius pulchre persecutus est dicens:* sequuntur versus eius carminis 8—15: v. 8 recte scriptum est *tumuere,* v. 11 prave *mundi reparator,* v. 14 *terrae spatiis*[1]).

Atque in imitationem Claudianeam horum quidem et inferiorum temporum inquirere parum vacavit; in Petrarcae Latinis carminibus nullam reperire me memini. Neque iam talia rimari eius valde interest qui textum Claudiani retexere suscipit; nam ipsius poetae plena exempla saeculis quae dixi exarata tam spissa supersunt ut his exploratis illa neglegere non dedeceat. Nec solum in Gallia, sed in Italia quoque, Germania, Britannia conpari iam diligentia Claudianus describebatur.

Quibus expositis ad codices Claudiani percensendos transimus. Primo autem hoc capite de Claudiano maiore quaestio est.

II. DE CLAVDIANI MAIORIS CODICIBVS.

In usum vocavimus auxilia haec:

Em et *E* 1. Excerpta Florentina. Extant in editionis principis, quae curante Barnaba Celsano Vicentiae anno 1482 prodiit, exemplari eo quod asservatur in bibliotheca nationali Florentina sub signo A 1, 36 fueratque 'ex bibliotheca Laurentiana'. Hanc editionem littera Δ signavi. Ego bis contuli. Nulla vero excerpta inveniuntur ad Bellum Gildonicum et ad Raptum Proserpinae, pauca tantum ad primos solummodo versus Panegyrici Probini et Olybrii adscripta; carmina minora desunt in Δ. Ad carmina maiora reliqua pleraque una eademque docta manus fuit saeculi XV quae varias lectiones adnotaret aut ita, ut in ipsum textum quem dicimus correcturas faciliores inferret — et has quidem *E* esse volui —, aut ita ut in margine lectiones curiose exscriberet; hae sunto *Em.*

Complicatior vero res est in libris in Rufinum quibus praemisso Raptu incipit Δ. Ibi enim etiam diversae manus distinguuntur, quas dum distinguimus, etiam de antiquo libro deperdito, unde hausta sunt excerpta, coniectura facienda erit. Et primum quidem

Δ^1 manus nullius fere pretii Δ^1 correcturas fecerat atramento magis fusco (raro ea in margine, plerumque in textu), plurimas in Ruf. I, aliquanto pauciores in Ruf. II, quattuor in Ruf. II praef. Neque vero in bello Gild. neque alibi haec Δ^1 occurrit[2]). Prius autem rem egerat quam *E* et Δ^2; *E* enim et Δ^2 ad illius notas suas notas haud raro accommodarunt (ita Ruf. I praef. 4. 12. Ruf. II 10. 14. 19. 23. 46. 48). Quae cum ita sint, quoniam editionis Δ omnes variae lectiones praeter orthographicas

min. 32, 7 ubi *infusum* ex E recipiendum esse conieci, et Ruf. I 93 *suscepi gremio.* I 31 *mucrone corusco* cf. Eutr. II 446. I 58 *praeceps . audacia,* cf. Cl. Ruf. I 34. I 82 *Indue mente virum,* cf. Cl. III cons. 157. I 106 *flectat amor* cf. Cl. Rapt. I 27. I 119 *matura . . aetas* cf. VI cons. 557. I 137 *rue primus,* cf. Cl. IV cons. 344 *Primus ini;* I 141 *equus apponatur equis* eqs. cf. IV cons. 349 sq., atque omnino quibus ibi praeceptis Alexander instituitur, ea ope carminis de IV cons. concepta sunt. I 167 *Venerique vacas* cf. Nupt. 54. I 176 Iustitia sive Astraea revocata sumpta ex Cl. pan. Theodori; et ita porro.

1) cf. Migneum patrol. lat. t. 212 p. 666 sq.; quode monuit Manitius Mus. Rhen. 45 p. 317.
2) Dubito enim eam agnoscere in lectionibus Stil. I 172. II 53. 183.

in apparatu ponendae esse visae sunt — haud raro enim *E* et Δ^2 lectiones Δ silentio probasse videntur —, etiam quae scripsit Δ^1, quippe quae ante oculos illi habuerint, omnia graviora in eum contuli.

Accedebat deinde manus altera Δ^2 non occupans nisi librum Ruf. I; praeterea Δ^2 eadem libri II praefationem in Δ suo loco omissam plenam in margine descripsit. Nihil vero scripsit amplius. Atramento sicut *E* utitur subpallido. Incipit autem ab Ruf. I v. 20 quo ipso loco sese incepisse indicat verbis gravissimis: *hinc coepi conferre cū uetustissimo Codice amici cuiusdam Lucensis, geminis punctis . . notaturus quę illinc emendabo.* Itaque et vetustissimum codicem esse putavit scriptor et siquidem ab Lucensi amico conferendum accepit Lucensem codicem ipsum fuisse dicamus. Porro sedulo monuit scriptor Lucenses lectiones se notaturum esse punctis duobus, sic: . . Atque revera ubique iis usus est Δ^2, neque solum ad suas, quas ipse descripsit, appinxit ea, sed etiam haud raro ad lectiones Δ^1 quas ante oculos habuit, indicaturus nimirum signo hoc lectiones Δ^1 firmari codice Lucensi.

Iam vero desinit Δ^2 Ruf. I fin., initio autem libri Ruf. II in eius locum succedens incipit ea manus quam *Em* et *E* vocamus, quae indefesso studio usque ad calcem fere editionis munere suo functa est. Praeterea huius vestigia quinque fere in praef. Ruf. I comparent, a toto libro Ruf. I abstinuit praeter versus 12 et 19; versu 20 nempe incipit Δ^2. Genus scribendi quod exercet *Em* ab Δ^2 non prorsus dissimile, satis tamen diversum est. Nam Δ^2 quamquam simili atramento subpallido usa est, litteras ubique exarat multo minutiores, graciliores, tenuiores. Accedit quod puncta illa duo . . numquam adhibet *Em*. Nihilominus aliquam hic illic quantulamcumque in scripturae ductu similitudinem dum observo, fieri potuisse moneo ut idem homo et Δ^2 et *Em* scriberet. Tamen si idem fuit, lectiones *Em* certe alio tempore attulit in iisque ductu maiore usus est et puncta gemina ponere non curavit. Et commune illis hoc quoque esse vidi: ad Ruf. I 252 *truncā* (ita) adscripsit Δ^2 subnotatque: *ubi erit hoc signū* (dicit crucem) *in antiquo dubia fuerit lectio deletis aliquando verbis ab improbis emendatoribus.* Eandem crucem etiam *Em* frequenter apposuit quod in apparatu diligenter adnotavimus.

Iam scriptorem *Em* ab Δ^2 separare pergamus. Statim succurrit observatio altera. Sub finem libri Ruf. II subscripsit *E: In antiquo B. sequitur liber in Eutropium* eqs. Item ad versum Ruf. II 124 monet: *hic uersus deest in antiquo B.* Itaque *Em* codicem suum *B* vocat, non vocat Lucensem.

Hinc ad illud progrediendum unde etiam plura consequantur. Etiam *Em* (et *E*) lectiones suas certis notulis insignivit: saepissime enim aut /, variae lectioni appinxit aut " aut ∵ aut . Talibus contra notulis nusquam usi sunt neque Δ^2 neque Δ^1. Atque quod non semper eandem posuit, sed variavit, id vel ludibrio fecit vel perspicuitatis gratia, ne marginalis lectio ad falsum locum referretur (ita Ruf. II 120. 421. 422). Ne vero putes varietate illa notularum varios codices indicari quos adhibuerit *Em*, haec signa prout libuit etiam ibi pingit ubi codicis certi et unius *B* scriptiones profert. Atque iam hoc memorabile: nam inde ab Ruf II 10 ad lectionem hanc vel illam haud ita raro litteram *b* apposuit *Em* velut v. 19 ∵ *fătis*, v. 63 *spĕctacula*. Occurrit autem hoc *b* lectionibus additum per totum librum Ruf. II. Quid vero? Initio etiam ad lectionem contrariam litteram *a* adicit *Em* velut Ruf. II 10 *aerāre, tūrbare* et 14 *nōn, nēc;* sed huius *a* ultimum exemplum est in v. 227 neque plus octiens deprehenditur. Sequitur id quod per se patet, lectiones *b* diversi codicis fuisse, diversi lectiones *a*. Sed ne *b* quidem in omnibus, sed quasi fortuito in compluribus tantum locis comparere scias. Quid porro? In Δ librum Ruf. II excipit praefatio 'Paudite', cui paucula tantum adspersit *E*, dein bellum Gildonicum; illi vero praefationi subscripsit *Em: hinc emendatus cum. b. tantum.* Itaque testimonium hoc tenemus in libro Ruf. II revera plus unum

codicem adhibitum esse. Indidem explicatur, quod post Ruf. II notula *b* iam nusquam cernitur: ponere eam iure suo supersedit *Em*. In nostro ad Ruf. II apparatu intellege Em^b et E^b de lectionibus quibus *b* adhaeret, Em^a et E^a de paucis illis quibus adscriptum *a*, denique *Em* vel *E* simplex de iis quibus nihil adscriptum est. Has autem in Ruf. II scripturas *Em* et *E* num scriptor ex codice *a* an ex *b* suo an ex tertio quodam codice sumpserit, anceps haereas: nisi quod de *b* cogitandum esse infra videbimus.

Quodsi comprehendimus quae disputata sunt, A^2 ad librum Ruf. I conferre coeperat codicem Lucensem. Ea manus postquam defecit, incepit *Em* in Ruf. II plures codices, ad minimum duos applicare, quorum unus fuit *antiquus B*. Bello Gildonico quod sequebatur nihil ille adscripsit, unde in *B* abfuisse hoc carmen conieceris. Ab libris quos deinceps habet *A* in Eutropium usque ad finem editionis *Em* non nisi unum codicem advocasse omnino certum est; fuisse hunc illum antiquum *B* satis certum; hunc autem ipsum quoque esse qui Lucensi amico debebatur postmodo aliis argumentis muniemus. Nihilominus marginalia clarissima Florentina, quae ab Heinsio 'excerpta Lucensia' vocata sunt, nos cautius 'excerpta Florentina' vocare maluimus.

A^2 autem puncta sua gemina in libro Ruf. I saepenumero etiam lectionibus A^1 addidit: velut Ruf. I 55 *de*^{i}*lapsa: delapsa A, i* addidit A^1, puncta A^2 ut doceret etiam in suo Lucensi *dilapsa* extare. In apparatu meo cur non praetermiserim A^2 mox intelleges: iis autem locis ubi ad lectiones A^1 puncta sua fecit A^2, scripsi: *prob.* A^2.

A^3 Denique nonnullis locis libri Ruf. I etiam manum quartam siglo A^3 notatam invenies. Hanc manum scito certissime diversam esse et ab *Em* et a A^2: fortasse eadem fuit atque A^1 et eius maximam similitudinem agnovi in v. 282, 335, 353, 371. Quam diiudicare quaestiunculam non multum interest.

Multa quae *E* (et A^2) in textu emendavit ad orthographiam solam attinent. Ego qui orthographica leviora viliora codicum reliquorum ex apparatu expulerim (cf. huius praefationis caput IX de orthographia mss.), tamen ex *E* (et A^2) tales correcturas etiam minutissimas curiose enotans cum pulvisculo exhausi primum quidem eo consilio, ut pretiosissimi libri '*B*' ne minimum quidem periret vestigium, deinde ut is qui apparatu meo utatur percipiat ad quasnam editionis *A* lectiones *E* attenderit: nam si *E* in versu aliquo orthographiam emendavit (velut *otia* ex *ocia*), conici haud raro licebit lectionem eius versus, quam habet *A*, ab *E* esse approbatam.

Indidem est quod etiam *A* ubique fere exscripsi ubi *Em* deficiebat; ab hoc tacito consensu approbatam esse lectionem *A* et alibi coniectari potest et his in exemplis: Eutr. I 279 *A pectus illidere*. *Em* inserit *que* post *pectus*, itaque *allidere* legisse in suo non videatur; IV cons. 396 *instet*, cf. quae ibi adnotavi; IV cons. 497 *refixas*, item cf. ad l.

Restat unum submonere. *E* dum textum in *A* corrigit, ubi unam tantummodo litterulam inmutaturus fuit, simul semper et novam appinxit et illam delevit: ita Eutr. I 175 *nec A;* ibi *E* delevit *c*, appinxit *u;* ego in notis, ut ambages vitarem, *neu* in *E* esse rettuli et ita semper. Nonnumquam vero factum est, ut *E* litterulam cui aliam supponebat non deleret, velut III cons. 108 *uentur*^{i}*o:* hoc loco et similibus dubius fuisse librarius videtur, utra lectio verior esset: itaque *uenturi* plane et unice in Lucensi codice extitisse non prorsus certum est: quae ubi observavi, hunc in modum adnotavi: *uentur*^{i}*o* (i *sic add. E*) et ita semper.

E Carmina minora deesse dixi in *A*. Adfuerant vero in 'antiquo *B*' eaque *Em* tamquam supplementum plena in codicem transcripsit hodieque in Laurentiana asservatum. Hic est Mediceus plut. 33 cod. 9, chartae, saec. XV. Hunc quoque vocavi *E*. Contuli ipse. Manus agnoscitur prorsus eadem atque quae excerpta Floren-

tina exaravit. Denique hunc quoque librum ex 'antiquo *B*' descriptum esse verisimillimum est suntque hic Mediceus et excerpta Florentina velut fons unus Claudiani. Non parile tamen ubique in Mediceo genus scripturae est[1]). Continet codex hic eam carminum collectionem quam p. 287—316 expressi et eo quidem quo expressi ordine. Praemittit Aetnae carminis sedecim versus (272—287), subscribens *explicit ethna. incipit ad stilichonem* eosque etiam in 'antiquo *B*' praemissos fuisse apparet. Ipse codex et Claudiani nomine et quavis inscriptione caret. Versus bis triceni in singulis paginis per binas columnas dispositi sunt.

Ne scholiis quidem caruisse 'antiquum *B*' semel prodit *Em* latum scholium transcribens ad III cons. Hon. 63.

2. Cum *Em* quasi gemella coniungenda sunt excerpta quae dicimus Gyraldina. ε Extant in editionis Aldinae exemplari eo quod Lugduni Batavorum asservatur sub nota 757 *G* 2[2]). Ego contuli. Duplicibus autem excerptis hoc exemplar oneratum est, et Gyraldi et Livinei. In folio 1 scriptum est: *Gregorius Giraldus emendauit | hūc codicem ex uetustiss° exemplari, | sumpto ab Aenea Gerardino.* In fol. 3 possessor nominatur sua manu *Johannes Lirineius, Can^cus s. Petri Leodiensis MDLXXIX Romae:* eadem autem manu in fol. 4ᵛ haec: *Contuli ad Vaticanum cod. M. S. apographum nō infimae notae. In eo deerat De Bello Getico liber IIII. In tertium Honorii Consulatum. In quartum. De Probini et Olibrii Consulatu, et ex Epigrammatis quaedam. Eius nota V. Romae M. D. LXXXI. Johannes Liuineius.* Et Livineius quidem late grassatus omnia fere complevit. Vaticanus, quo usus est, pro optimo eo habendus quem ipse quoque *V* notabo. Sed etiam ex aliis mss. lectiones contulit[3]). Posteriore autem tempore rem egit quam Gyraldus. Huius manus ab illius facile discernitur[4]): Gyraldus enim colorem ostendit fulvum, sed pallidulum et aquosum[5]), Livineius plane fuscum vel cervinum; hic formas litterarum acutas exiles planasque, ille latiores et saepe parum distinctas: neque de iis dubitari potest nisi in correcturis litterarum in textu ipso factis, saepe orthographicis. Nos non curamus nisi Gyraldum cuius notavimus excerpta nota ε.

Et est quidem ubi explicationes, non lectiones dederit ε: ita ad Ruf. I 16 sqq.: *Epicurus*, ibid. 30: *Noctis filii vid hesiod.*, ibid. 45: *Alectûs uerba* similiaque saepius atque etiam longiora: tale est etiam *Chironis* illud ad *Cornipedis* Ruf. II 180. A quibus verae lectiones facile dignoscuntur. Hasce universas 'vetustissimo exemplari', quod ab Aenea Gerardino Gyraldus sumpserat, deberi confidimus praeter eas quas in adn. huius paginae 5 enumeravi. Nonnunquam 'antiquum' suum expresse ille adlegat velut Ruf. I 91: *in antiquo Acribus* eqs.: item ad praef. Ruf. II, Laudis Serenae fin., epithal. Paladii init.

1) Inde a fol. 3ʳ (carm. de theod. et adriano) scriptura in maius excrescit: inde a fol. 4ᵛ etiam atramentum magis nigrescit. In parte priore codicis nomina propria maiusculam initialem habere solent, in posteriore minusculam. Item in altera parte saepius scribitur *f* pro *ph* (*Orfea* c. min. 31, 1) et aliquanto saepius *i* pro *y*, quam in parte priore. 2) Olim fuerat *collegii societatis Iesu Ant.* (Antverpiensis), deinde Ruhnkenii, *ex Bibliotheca Ruhnkeniana* in Leidensem migravit id quod in fol. 3 adnotatur. Sed etiam Livinei fuit annis saltem 1579—1581: vide supra. 3) In Ruf. I etiam lectiones adspersit quas siglo *S* ab *V* distinguit, velut praef. v. 4, ubi Aldina *tingeret*, legitur: *tan*^tange *V tinqueret S;* huius *S* ultimum exemplum est ad v. 350. Alibi nonnullis lectionibus etiam *p* addidit velut bell. Gild. 297 *quiesset* ex *quiescet* corrigens addit *p. V;* ibid. 300 *iam* ex *tam*, addidit *p. V:* item ibid. 461. Eutr. I 23. 91. 101; in bello Pollentino, de tertio et quarto consulatu et cons. Olybrii et Probini deest *V*, omnia ex *p* Livineius dedit. 4) Stil. I 311 *tam* in mg. putavi posuisse Livineium: quoniam vero idem *tam* habet *Em*, fortasse Gyraldi agnoscenda manus est. Item Nupt. 19 *Thessalicos roseo* correxisse putaveris Liv., non ε: sed consentit *Em*. 5) Neque sibi constat; nonnullis enim in paginis etiam multo pallidior color est velut in b. Pollent. v. 3 *Aectum*, 74 *Oth^r yu*, 161 *abductus*, 338 *glaci^g lia*, Raptus III 46 *questu^s*, 175 *paternis*. Omnia quae hoc pallidiore atramento scripta sunt postmodo addita videntur ab ε nec ex ipso „vetustissimo exemplari" sumpta esse. Tale est etiam ad carm. min. 17, 17 *ast ille* adscriptum: *alter melius legeretur quam ille*, quod dedit ex coniectura, et ad 19, 2 (*foecunda*): *secundo forte*.

et ad paneg. Prob. Olybr. 8, Stil. I 110, 225, 251, III 253, Eutr. II 98, carm. min. 51, 13; 2; 34, 1; 54, 125. Sed tamen nonnusquam etiam alios libros (impressos?) inspexit Gyraldus, nec hoc satis, sed etiam propriis coniecturis locum dedit: quod tamen ubique ipse indicat: his enim locis accidit: Stil. I 304 deest in Aldina: ε versum exscripsit, dein addit: *hoc carmen habent qdam etsi non antiquus.* Post 'In Curetium' haec inmittit: *De lanario. ita in ueteri codice interpositum* additque carmen distichum ipsum; b. Pollent. 18 *teneri* dedit ε, praeterea addidit: *Tomari legunt quidam, a monte de quo* eqs.: ibid. 179 *Aligmona* Ald., *Aliacmona* corr. ε, praeterea *mona* linea subduxit additque: *hal_camona legi etiam in uetusto.* VI cons. Hon. praef.: *In quibusdam codicibus haec praefatio. praeponitur tertio libro de raptu Proserpinae.* Cons. Manl. Theod. 332 *(inuersa): immissa et immersa in alio.* Ad Aeternal. c. min. 3: *In alio sequentes 4 versus sunt superioris pars.* C. min. 9, 13: *Alba subattraxit. et altera succrescit in alio.* Ad carmen min. 23 *in Alechium quaestorem* (ita Ald.): *Aletium als.* Coniectando autem haec scripsit: Eutr. I 375: *Niliacis forte;* ibid. 49 *inguen forte;* Stil. III 253 post datam antiqui scripturam: *Hecaerge videtur legendum* eqs.: carm. min. 17, 17: *alter melius legeretur quam ille* [1]); ibid. 28, 19: *forte Blemyas.*

Antiquum suum sese accepisse Gyraldus testatur ab Aenea Gerardino: quo ex nomine nisi ex Italia codicem provenisse conclusio nulla conceditur [2]).

Iam vero maxima inter *Em (E)* et ε intercedit similitudo. Easdem enim ambo scripturas tam spisse ostendunt etiam exquisitiores vel omnino solitarias, ut hoc loco si eas colligerem, operam et oleum perderem: mea in adnotatione qui volet facile inveniet. Locos quibus discrepent mox percensebo et explicabo. Hoc constat, codicem quem ε ab Gerardino accepit aut ipsum illum fuisse quem *Em* adhibuit vocans 'antiquum *B*' aut eius simillimum.

Quae cum ita sint, iuvat observare etiam $\mathcal{A}^2$ in Ruf. I summa ubique fere concordia conspirare cum ε (adeas v. 91. 133. 137. 165. 174. 204. 227. 232. 234. 308. 312. 318. 325. 333. 342. 353. 356). Consectarium est ut codicem Lucensem quo usus est $\mathcal{A}^2$ ipsum quoque aut eundem aut simillimum eius esse dicamus quem excerpsit ε: inde vero eo producimur ut iam veri simillimum esse agnoscamus 'antiquum *B*' quem vocat *Em* unum eundemque librum fuisse atque Lucensem illum quem vocat $\mathcal{A}^2$. Ergo $\mathcal{A}^2$ et *Em (E)*, sive diversi scribae fuere sive scriba unus qui diverso tempore litterarum formas mutaret, unius ambo vetustissimi libri testimonia nobiscum communicarunt.

Discrepantia vero quae sit inter ε et *Em* ($\mathcal{A}^2$) examinaturus missam facio rem orthographicam: quam haud raro ni fallor Gyraldus correctiorem proprio Marte reddidit. Ceterum primum hunc vide indicem in quo discrepantiae explicatione non prorsus carere videri possint:

bell. Pollent. praef. 16: *uiuat Em, iuuat ε;* facillimus error.

Eutr. I 478: *Arinthei Em.* Ald. habet *Aristaei* quod quasi probat ε adlegans Aldinae p. 31 ubi item *Aristaei* nomen est. Dixi saepenumero doctas adnotationes fecisse ε; hanc dum facit codicem non inspexisse dicatur.

Eutr. I 478: *fastos E, fastus ε.* Maior fides in ε, quippe cum *E* alibi *fastus* ipse in textum intulerit.

1) Et hanc quidem conicientis esse etiam atramentum testatur pallidius, quod cernitur etiam carm. min. 19, 2: *secunda forte;* cf. p. LXXXV adn. 5.

2) Ignotus mihi hic Aeneas Gerardinus; sed Italus fuit sine dubio atque sat notus illius aevi est Alexander Geraldinus Umber qui etiam Gherardinus vel Girardinus dictus est Italus episcopus annorum 1496—1515, ex Ameria oriundus et postea in Americam profectus, ubi mortuus est a. 1524. Alterum adferunt Ant. Geraldinum poetam ipsum quoque Ameriae natum, postea in Aragonia protonotarium qui „bucolica sacra“ edidit a. 1507. Ad hanc gentem Aeneam quoque pertinuisse facile credas.

Eutr. II 185: *reduante A*, unde vulgatam *redeunte* effecit *E*; *retinente* ε[1]; dicatur *E* codicem non inspexisse, sed dedisse quod statim in mentem venire debuit.
Eutr. II 466: *Tarbigilum* ε sic ut etiam v. 432. *Targibilum A*: *E* nil egit nisi *h* post *T* inserere. Venia parata est.
Stil. I 241: *Marcomanes* ε, *Marcomacs A*, *r* inter *ar* inserit *E*; idem statui possit atque in Eutr. II 185. Ibidem *sunno Em*; *hanno* scr. videtur ε; tamen nonnumquam *s* ita formavit ε, ut *h* esse videatur, velut Stil. I 309 *hoporis* dedit volens *soporis*.
Stil. II 136: *Ultrices Em*, *Ulterius* ε. Alter testis, aut *Em* aut ε, oculis lapsus est?
Stil. II 460: *toruo A* et Ald., *E toto*. ε *torto* corr. Idem si statuas non repugno.
Stil. III 253: *mycharce Em*, *Nicarce* ε: ibid. 308: *micharce Em*, *Nicarce* ε. Magis hic placet *Em*; certe magna in rara lectione similitudo.
bell. Pollent. 3: *oetham Em*, *Oetam* Ald., *Aeetam* ε; vide pag. LXXXV adn. 5.
ibid. 178: *Otrisiis A*, *h* post *t* inserit *E*; *Odrysiis* ε; sed III cons. Hon. 147 consentiunt ambo in *odrisium*.
ibid. 183: *enypheus A*, *y* in *i* mutare sat habuit *E*; *Enipheus* Ald., *h* del. ε.
ibid. 303: *recusant A*, *recusem Em*, *recusem* Ald., *recusent* ε. Erravit *Em*?
ibid. 543: *rubebunt A*, *unt* in *at* mut. *E*. *rubebat* Ald., *iubebat* ε. Erravit *E*?
Nupt. 94: *pangeaq3 A*, unde *pancheaq3 E*. *Panchaia* ε. Dixeris *E* per *A* pellectum veram lectionem Lucensem neglexisse.
Nupt. 161: *carchesia A*, unde *carthesia E*. *Tarthesia* Ald., *h* solum del. ε. Facilis error.
Nupt. 169: *doto* exquisite *Em*. *Lotho* Ald., *h* solum del. ε.
III cons. 82: *tabe sordere Em*, *labo sordere* ε. Erravit *Em*?
IV cons. 57: *agrosq3 A*, *E o* non del. supra scribens *i*; itaque *agrisque* legit. *agriq3* ε[2].
VI cons. 348 sic in *A*: *Pugna fuit. caldaea mago seu carmina ritu*: ad quae *E* non nisi dubitationis signum bis in mg. posuit. Ald. *carmina*, ε *numina*.
VI cons. 612 *species* Ald. et *A*, *t* supra scr. *Em* contra consuetudinem, dein *l' genus Em* (ne illud quidem *l'* alibi addere solet), *generis* ε. De forma erravit *Em*?
cons. Manl. Theod. 130: *inducat A*, *indicat Em*. *indicat* Ald., *signet* ε. Idem statui possit atque de Eutr. II 185, Stil. I 241.
Ruf. I 91: convenit inter A^2 et ε nisi quod *que* post *flauis* (vel *fuluis*) inseruerat A^1, quod non del. A^2, deest in ε. Tamen in Lucensi *que* extitisse necesse non est.
Ruf. I 142: *donent A* et Ald., *dedent Em*, *debent* ε. Erravit *Em*?
Ruf. I 327: *fratresque secare A* et Ald., *frontemque secare* ε, *frontemque secari Em*. Indiligentius scripsit ε?

Itaque hae quas usque adhuc congessi differentiae explicatu non prorsus carent: contra conciliari non poterunt hae quae sequuntur:

Fescenn. 2, 13: *Leue A*, unde *Lene E*; *Lene* Ald., unde *Leue* ε.
Eutr. I 266: *A fictis*, unde *Em fractis*; Ald. *fractis*, unde ε *fictis*.
Eutr. II 23: *axe Em*, *alto* ε.
Stil. II 35: *pretendere A*, *premittere Em*, *praemittere* Ald., *praetendere* ε.
Stil. II 137: *circumligat A*, *circumlinit E*, *circumlinit* Ald., *ligat* ε.
Stil. II 155: *Ammonitor A*, *Admonitum Em*, *Admonitum* Ald., *or* ε.
Stil. II 371: *cruentat A*, *cruentum E*, *cruentum* Ald., *at* ε.
Stil. III 204: *alas A*, *aedes Em*, *aedes* Ald., *alas* ε.
bell. Pollent. 98: *nuncia A*, *conscia Em*, *conscia* Ald., *nuncia* ε atramento paulo pallidiore, non eo tamen ut fidem lectioni detrahere liceat.
bell. Poll. 303: *aut A*, *at E*, *at* Ald., quod non del. ε addens *aut*.
ibid. 347: *trepidis A*, *tepidis E*, *tepidis* Ald., *trepidis* ε; hic tamen non satis certum est utrum ε scripserit an Livineius.
ibid. 542: *dabunt A*, *dabant E*, *dabunt* Ald., *u* supra scr. ε, *a* non delens.
Nupt. 35: *hic A* et Ald., *hoc E*, *de* ε.
Nupt. 71: *armauit A*, *armari Em*, *armari* Ald., *armauit* ε.
III cons. 148: *Delmaticas* Ald., unde *Dalmaticas* ε. *Dalmaticas A*, *sarmaticas Em*.
IV cons. 386: *renerem A*, *iuuenem Em*, *iuuenem* Ald., *ueneream* ε.
IV cons. 466: *moritur A*, *metitur Em*, *metitur* Ald., *moritur* ε.
VI cons. praef. 18: *Hunc premit Inarimes A*, item Ald.; ε nil egit nisi *s* in *n* mutare. Contra *Hic subit in arimen Em*.

1) Scriptura in ε distorta sane; ita tamen scriptum esse affirmo confirmavitque mihi Ferdinandus Friedensburg, cui ostendi, historicus. 2) Falso *agrisque* ex ε adfert Jeepius.

VI cons. 113: *thyestiade A*, nisi quod virgulam *E*; *Thyestiade* Ald., nisi quod hamulum ε.
VI cons. 635: *uel A*, *nec Em*, *ne* Ald., *uel* ε.
Ruf. I 69: *tuētur A*, *ueretur A²*, *ueretur* Ald., *tuetur* ε.
Ruf. I 260: *solus medio de turbine A²*, *sese medio de (turbine)* ε. Gravius est quod uterque habent *de*.
Ruf. I 366: *gelidae cessant* Ald.: *gemine* ε, *cessant* non tangens. *geminae cessant A*, *gelidaeque uacant A²*.

Ceterum id nimirum saepius accidit ut et ε cum *A* dissentiat tacente *Em (E. A²)* et *Em (E. A²)* dissentiat cum Aldina tacente ε. Quo ex dissensu nil tamen colliges. Utraque enim excerpta ex libidine facta sunt quasi delectus lectionum neque silentium certum indicium est approbationis.

Restat ut eos locos componam quibus ε a codice Mediceo quem ipsum quoque *E* signavi differat[1]). Sunt autem loci multo plures totque numero, ut similitudinis quae est inter ε et *E* exempla iis etiam superari videantur (numeri sunt carminum minorum):
30, 39: *paruo E*, *patruo* Ald., *parua* ε facili lapsu calami.
30, 193: *gemino nec inde gemin duxit* (sic) *E*, *gemino mox inde germine duxit* Ald., pro *inde* ε *idae*: quam coniecturam esse posse non prorsus negaverim.
25, 141: *pyroes E*, *Pirois* Ald. rectius, quod comprobasse ε corrigentem *Pyrois* non mirabimur.
51, 13: *salmonea miror*, id quod verum. ω, item Ald.: *salmona mouemur in antiquo* ε; *natura mouemur E*; gravius dico quod in *mouemur* consentiunt; *natura* stupido errore *E*.
10, 1: *nam E* (cum ω) et Ald., quod non del. ε supra scribens *non*; coniecturam putabimus?
2: *Descriptio portus Smyrnensis E*; *Zarinensis* Ald., inde *Zmyrnensis* corr. ε, *Zmirnensis in antiquo* idem. Hic *E* fortasse ex ludibrio egit.
14: *Ad maximum qui ei mel misit* inser. *E* (= R), *qui mel misit* ε aperta neglegentia.
19: Gennadium dicit *exproconsule E*, *exproconsulem* ε: gravius quod de *ex* consentiunt.
25: Differentias in inscriptione Epithalamii Palladii vide in apparatu: masculinum *epithalamius* in *E* errori tribuo.
de 26, 4: vide infra.
28, 21: *Cyareus E*, *Gyareus* ε, reliqui omnes fere *Girreus*, *Cyreus*; itaque gravior in *E* et ε consensus quam dissensus est.
32, 7: *numine E* et Ald., unde ε primum *Namine* effecit, dein *lumine*; possit fuisse duplex lectio *numine l lumine*.
24, 3: *dubiiq̧ E*, *dubiiq̧* ε, qui fere consensus est, nam *dubiisq̧* vulgata fuit.

Et haec leniora quidem. Prorsus autem diversi testes sunt in locis his qui sequuntur:
22, 46: *achilleis . . . herbis E* cum ω, *achillea . . . hasta* ε (solus).
30, 8: *parnasidos E*, *permessius* ε (= V).
30, 11: *an E* (ω), *haud* ε (solus).
30, 18: *cybeben E* (solus), *Cybelen* Ald., *l* duplicat ε.
30, 189: *coronis E*, item Ald., *choreis* ε (solus).
25, 61: *rubris E*, item Ald., unde *rubeis* (sic) corr. ε volens aperte *rubeis*.
25, 129: *sancit E*, item Ald., unde *sanxit* ε (solus).
25, 132: *paterna E* Ald., *proterua* ε (solus).
51, 9: *mentitus E* Ald., *metitur* ε (solus).
10, 2: *iuret E*, *uiret* Ald., *niteat* ε.

1) Carm. min. 27, 105 de *E* Jeepius erravit: habet enim sicut ε *resoluuntur*. Ibidem 30, 12 *redempto* Ald., *dem* linea subduxit ε, supra scr. *marito*; hoc glossema esse videtur, non lectio; item ibidem ad v. 13 primum *Thetis* adscr. ε, dein del. et refecit *imo Alcestis*. Ibid. 101 *E* solus *inquis*; *inquit* Ald., *t* linea traduxit Livineius *s* reponens, comparent autem sub illa linea atramenti vestigia ut iam ε *t* in *s* mutasse conicias. Est igitur haec ad reliquas similitudines adnumeranda. Ibid. 170: *cocneida E*, *Sceneida* Ald., unde *Schęneida* corr. ε; nil nisi doctrina agnoscitur Gyraldi correctiorem orthographiam reficientis. Carm. min. 25, 28: *intecta capillos E*, *turbata capillos* Ald., ad quod ε *intecta uel incompta* adiecit: itaque ne haec quidem diversitas; falso de ε rettulit Jeepius. Ibidem 74: *caro E*, *Charyn* Ald., unde *charo* ε (non *claro*; *h* ita certum est ut *uehit*, non *uetit* ε in Apono 61) satis conspirans cum *E*: deinde ε alio atramento et eo quo glossemata addere solet *et claros*; hoc quoque de loco erravit Jeepius. Carm. min. 41: *Eiusdem ad Probinū* inser. *E*, *Ad Probinum* Ald.: ε quod addit *ut scribat*, conferatur e. g. Ugoleti editio ubi additum *ut scribat sibi*. Carm. min. 17, 41: *Anapi*; sic *e* add. ε non delens *i*, et quidem pallidulo illo atramento. Carm. min. 28, 19: *blesasque* et *E* et Ald., quod non sustulit ε addens *forte Blemyas*; vide supra p. LXXXVI.

9, 15: *pinnae* E et Ald., *pennae* ε. item ibid. v. 39.
17, 12: *tremor* E et Ald. (ita plerique), *color* ε.
17, 15: *egerit* E, *erigit* Ald., *exerit* ε (solus).
29, 48: *igni* E et Ald., *igne* ε (solus).
26, 9: *Ludibrium quid* E et Ald., *Indictum neque* ε.
26, 10: *prouolat ore locum* E et Ald., *loqui* pro *locum* ε.
26, 39: *tenebris* E (= ω) et Ald., *tenebras* ε (solus).
26, 72: *calet* E et Ald., *latet* ε.
28, 36: *uenit* E, *uehit* ε.
23, 20: *toto* E, *tuto* ε (ita plerique).
53, 101: *iamaster* E, *Damastor* ε.
53, 108: *idam* E, *iram* ε (= M^1).
32, 1: *aeui* E, *anni* ε (solus).
32, 5: *mundum* E, *mundi* ε.
32, 8: *tumuere* E, *timuere* ε (solus).
32, 10: *corda* E, *membra* ε.
49, 10: Hunc versum ante v. 11 habet E, post eum ε.

Tot vide tantaque in ipso consensu dissensionis exempla. Quodsi *E* et ε uno eodemque Lucensi libro essent usi, sumendum esset aut *E* aut ε saepenumero etiam ex aliis mss. sua prompsisse. Quod primum in ε veri dissimile dico, nam ubi alia adhibet ε, id solet indicare; veri etiam dissimilius est in excerptis Florentinis, quippe quae aut ex *b* et *a* aut ex uno 'antiquo *B*' excerpta viderimus; neque vero *E* in Mediceo 33, 9 testor eam speciem prae se ferre, quasi textum ex compluribus exemplaribus collatis composuerit; ita currenti stilo sine mora, sine haesitatione, sine erroribus fere vel correcturis gravioribus est exaratus. Superest ut praesumamus codicem Lucensem variantes lectiones interlineares plurimas exhibuisse quas modo *E* arripuerit, modo ε. Et extitisse varias in Lucensi lectiones ut analogia commendari potest reliquorum Claudiani codicum, ita paucis locis *E* ipse testatur: hic enim in Mediceo quamquam merum textum sine lectionis varietate dedit, habet tamen carm. min. 25, 35 *habenas al auenas*, c. min. 26, 4 scripsit *plebeius* et in mg. *vel phebus;* voluisse eum *phebeus* ex ε apparet qui id solum exhibet. Conferri potest illud *V genus* VI cons. 612 vel quod Nupt. 303 *E conubia* offert. *Em* addidit *als. cunabula* vel quod ε in c. min. 25, 28 tradit *intecta uel incompta*[1]). Nihilo setius etiam huic ego explicationi vehementer diffido. Nam nimis longum pugnantium scripturarum agmen est et sane miro casu id evenisse fatearis, ut tot locis — sunt autem ad minimum quinquaginta — scripturarum duplicium *E* semper alteram eligeret, alteram ε. Immo quia *E* in Mediceo bis non sprevit duplicem ipse transcribere, conieceris sat raras illas duplices fuisse in Lucensi.

Hinc de Aetna carmine quod Vergilio adscribebant quaestio suboritur. *E* in Medicei 33, 9 folio 1 incipere ab Aetnae versibus 272—287 dixi p. LXXXV; Gyraldus vero in dialogo De Latinis poetis IV ubi de Claudiano exponit etiam Aetnam Claudiani nomine inditam ex libro ms. se exscripsisse testificatur. Hunc librum ipsum codicem Lucensem fuisse ex quo descriptus est Mediceus concludunt. Porro editionis eius quam Petrus Pithoeus a. 1590 sub indice 'Epigrammata et poematia vetera' promulgaverat exemplar olim extitit nunc, ut videtur, deperditum, ab Heinsio, uti creditur, possessum, in cuius fronte legebatur: *In Aetna V. significat cod. Florentinum, quem* (sc. Aetnam[2])) *inde* (sc. ex Florentino) *habuit Ernstius, nempe solum partem illam;* in quibus 'pars illa' eo tendit quod ad versus solummodo 138—287 lectiones variae cum *V*

1) Et cf. ad III cons. 178 et Ruf. I 19. Fortasse IV cons. 275 et *implorat* et *explorat* fuerat in antiquo; certe *im* non deletum. Adde etiam carm. min. 25, 30, ubi *querit* Ald., unde *quęrit* ε quasi lectionem comprobans, deinde etiam *possit* addidit, cum *E* habeat *poscit*. 2) Nempe quia *inde* ad cod. Florentinum referendum est, *quem* eodem referri non quit; videtur igitur *quem* pro *quam* datum esse a semibarbaro qui montem cogitabat.

siglo adscriptae erant: quas quidem publici iuris fecit Walchius anno 1756[1]), auxit correxit F. C. Matthiae anno 1797[2]). Accedit quod Burmannus ad Ovidi met. I 85 de Aetnae v. 224 sqq. disputans adnotat: *sed legendum ex antiquo codice Mediceo quem Heinsius contulit 'tueri'* atque plura etiam ibi de codicis eius lectionibus addit. Fuit itaque 'antiquus' codex 'Florentinus' vel 'Mediceus' qui Aetnae versus 138—287 obtulit et ex quo saeculo XVII rem 'habuit' Henricus Ernstius professor. Hunc vero Aetnae librum ex eo fluxisse hariolantur quem manibus tenuisse se tradit Gyraldus l. l.: quin etiam ipsum esse codicem Mediceum 33, 9 de quo rettuli: hunc enim nunc quidem esse mutilum abscissis primis foliis quae continuerint Aetnae versus 138—271, ea vero folia extitisse etiam saeculo XVII[3]). Quae omnia scite excogitata nec tamen satis fundata sunt. Et miram sane concordiam esse concedo qua et *E* et Ernstiana excerpta in v. 287 desinunt. Ceterum haec contra arguunt. Et primum Ernstii librum descendisse ex libro illo quem viderat Gyraldus nullo testimonio firmatur: repugnat hoc, quod Claudiano Aetnam auctori adscriptam fuisse dicit Gyraldus, nomen Claudiani diserte tacent ii qui Ernstianam collationem tradiderunt. Deinde Gyraldus ipse plenam Aetnam legit, nam partem fuisse non memorat; partem tantum versuum numero 150 accepit Ernstius; minorem etiam habet Mediceus 33, 9. Quid? quod ne in Claudiani quidem codice Aetnam se invenisse testatur Gyraldus. Hoc tamen mira socordia neglexerunt omnes. Sic enim ille, postquam vitam Claudiani enarravit et de carmine paschali disputavit: *Composuit vero multa Claudianus quae in manibus habentur, inter quae et nonnulla Graeca, ut Gigantomachiam, ex qua et Graecos versus legimus, ut hi sunt, quos Arsenius in suis apophthegmatis adducit; quod argumentum . . . Exstant et Claudiani in Graecorum epigrammatum volumine de crystallo versus qua de re eiusdem et Latini leguntur. Exstat item de Aetna monte, quod an ipsius legitimum sit nec probare nec refellere ausim, ex antiquissimo certe et castigato codice, qui Francisci Petrarchae fuisse creditur, illud ego ipse exscripsi.* Quibus, modo ea qua par est accuratione interpretari velimus, non in 'Claudiani codice' Aetna inventa esse dicitur, sed 'Claudiani Aetna' in codice aliquo qualicumque. Gyraldus et Gigantomachiam Graecam et versus De crystallo Graecos et Aetnam Claudiani pari loco enumerat eaque unde enotuerint adicit: Gigantomachia et De crystallo certe non ex 'codice Claudiani', sed aliunde enotuerunt: de Aetna cur non idem valet? Certe plura Claudiani carmina infuisse in codice illo 'castigato' nullo verbo indicatum est. Dein Petrarcae credi codicem fuisse Gyraldus adicit; atqui Claudiani codicem, quem possedit Petrarca, unum probe novimus (supra p. II adn., infra p. XCVII); in eo Aetna non adest; fuit ergo hic alius Petrarcae liber, fortasse miscellanei generis. Denique librum Mediceum 33, 9 equidem mutilum esse non credo quamquam quod inscriptione omni caret mirum est: habet enim integri potius libri speciem neque descissorum foliorum ullum quale comparere solet et debet vestigium comparet. Fingamus vero ante eius folium 1 adfuisse olim etiam Aetnae versus 138—271; hi versus numero 134 scripturae columnas complessent $4^{7}/_{15}$ vel paginas $2^{7}/_{30}$: columnas enim codex dispositas habet per versus tricenos, binas vero in paginis singulis. Ecce Aetnae versus ille qui numeratur 138 vel Ernstiani fragmenti primus media in pagina mediaque in columna locum habuisset. Atqui versus ille 138 in media sententiae structura incipit; itaque non consilio excerptoris cuiusdam ipsum fragmentum ex eo incepit, sed

1) In Actis societ. Jenensis vol. V p. 3 sqq.: „lectiones codicis Florentini in Cornelii Severi Aetna“. 2) In Neue Bibliothek der schönen Wissenschaften und fr. Künste, vol. 59, Lips. 1797, p. 311 sqq. 3) cf. Aem. Baehrens poet. lat. min. II p. 6 sqq.: P. R. Wagler De Aetna poemate (1884) p. 10 sqq. Et hic quidem Ernstium Medicei prima folia in quibus Aetnae versus 138—271 extitissent furatum esse criminatus est coniecitque horum tantum versuum collationem ab Ernstio factam esse in margine editionis Pithoei, in eadem margine adiectam esse versuum 272—287 collationem ab Heinsio, qui Mediceum Florentiae vidisset.

collocatus erat in folii initio videlicet eoque primus factus est quod folium praecedens interierat.

In ipsis lectionibus admirabilem in modum concordant quidem *E* et excerpta Ernstiana; gravius est, quod ista non ubique regnare videtur concordia. Et quod Walchius singularia nonnulla tacet quae habet *E*, nihil ex hoc silentio effecerim; Matthiae vero testis sincerus dum et ipse observat consensum, plane testatur sese differentias quoque invenisse saltem duas, neque ideo hoc ei in mentem venit, ut *E* nostrum Ernstii Mediceum esse suspicaretur[1]).

Quae cum ita sint, si quis in ipso Claudiano et ε et *E* ex codice eodem Lucensi copias hausisse ita studeat firmare ut ad Aetnae excerpta provocet, vereor ne ille nucem ventosam venditet. Ego illis coniecturis virorum doctorum pro certis uti non audeo, sed praeter Mediceum 33, 9 alterum quoque librum Mediceum Aetnae versus continuisse accipio de quo nunc non constat; 'inde' Ernstius ille, qui etiam anno 1611 'Catalogum bibliothecae Mediceae' composuit, Aetnam 'habuit', id est inde sibi descripsit; ex Ernstii descripto lectiones in Pithoei marginem migrarunt. Heinsius vero hunc alterum 'antiquum Mediceum' hodie incognitum ipse quoque 'contulit'; testis est Burmannus ad Ovidi met. I 85. Unde factum sit ut liber uterque in v. 287 desineret nescio; nisi quod saepius ibi scribi desitum esse videmus. Numerantur autem a versu 138 ad 287 praecise versus centum et quinquaginta vel quinquiens triceni. Potest ergo olim in archetypo simul et v. 138 in initio suae paginae et v. 287 in suae paginae ipsa linea postrema extitisse. Quo archetypo, postquam decurtatus est, plus semel usi esse videntur docti librarii.

Hinc ad Claudianum redeo. Et fieri sane etiam hoc potuit id quod olim placuit Paulo[2]), ut scriptores *E* et ε codices duos gemellos, de lectionibus prorsus singularibus saepe concinentes, attamen diversos habuerint, idque eo commendatur quod *E* in codice Mediceo ubi plenum textum tradit multo saepius quam in excerptis deprehenditur ab ε aberrans. Quid? quod neque ad Raptum neque ad Bellum Gild. excerpta Florentina quidquam suppeditant, paucissima tantum ad paneg. Probini et Olybrii neque *E* hunc defectum in Mediceo compensavit ita, ut concludere cogamur defuisse in Lucensi haec quae dixi carmina. Contra ε ad ea carmina non minus larga manu quam ad reliqua lectiones suas fundit neque vero in his se alium codicem extrahere indicat atque eum quem a Gerardino accepit[3]). Itaque Gerardini plenior codex fuerat quam ille quem praebuit amicus Lucensis. Accedit quod post carmina duo quae sunt In Curetium (c. min. 43, 44) ε sese legisse testatur De lanario (c. min. 52); hoc tamen poemation ibi non exhibet *E* in suo Mediceo. Quo concesso si quaeris quae ratio inter librum Gerardini et Lucensem intercesserit, affirmare quidem nihil ausim. Gemelli fuerint; non obloquor. Neque vero est unde redarguas, Gerardini codicem potius apographum fuisse codicis Lucensis et auctum Raptu Proserpinae reliquisque quae dixi carminibus et raris novis lectioninon paucis, fortasse etiam doctorum coniecturis distinctum. Certe lectiones ε, ubi *Em (E)* deficit, firma atque indubia testimonia de Lucensibus lectionibus non sunt, quamquam semper consideratione atque respectu dignas habebis: possunt enim fluxisse ex Lucensi, praecipue ibi, ubi cum Δ conspirant.

Denique codex deperditus Lucensis quo tempore ipse exaratus sit certo affirmari nequit. Conicio tamen eum non vetustiorem fuisse Bruxellensi, nedum Veronensi quibus

1) Sic disputat ille p. 315: „Es ist merkwürdig, dass dieses Fragment (in *E*) gerade nur bis zu dem Verse geht, womit auch das Ernstische abbricht, mit dem es übrigens in Ansehung der Lesarten fast ganz übereinstimmt. Nur v. 266 (= 273) hat es *quo visum* (hic error est; immo *quouis ẽ* in *E*), v. 279 (= 283) *seu porta cauernae* und v. 282 (= 286) *quia vertice surgens*". Itaque bis saltem differebant marginalia Ernstiana. Ceterum in Aetnae v. 276 non *occulto*, sed *occulte* in *E* scriptum esse attestor; quod ipsum verum puto. 2) cf. Paul progr. Berolin. a. 1866 p. 34. 3) Immo citat „antiquum" paneg. Prob. 225.

utimur. Neque enim ante X saeculum crebro describi coeptus est Claudianus; neque scripturae genus quo ille exaratus fuit nimis antiquum et obsoletum et ne tale quidem fuisse videtur quod habet Veronensis: nusquam enim fere *Em (E)* eiusmodi errores commisit, qui ex falso intellectis litterarum formis explicari debeant.

R 3. Codex Veronensis 163, forma octava, membr. saec. IX, 35 folia continens[1]). Ego contuli. Litteris magnis et planis utitur, paucis compendiis, multis vero ligaturis. Vocabula non fere separantur scripturaque continuatur ut etiam ligaturis verbum cum verbo coaluerit. Initiales variis coloribus distinctae; inscriptiones plerumque unciales litteras ostendunt; subscriptiones nusquam scriptae sunt[2]). Continet vero carmina minora haec et hoc quidem quo describo ordine: incipit a c. 29 v. 34; sequuntur cc. 9, 17, 18, 20, 22, 23, 50, 49, c. min. append. 1, c. min. 51, 19, 40, 41, 32, 27, dein Phoenix Lactantii, sequuntur 3, 6, 10, 11, 12, 13, 14, 15, 16, 21, 31, 54, dein c. min. append. 2, denique c. min. 46, 47, 48, 45. His adhaerent 'dicta Marci Catonis ad filium suum', de quibus cf. E. Baehrens P. L. M. III p. 205 sqq. Itaque non pertinet hic liber nisi ad carmina minora (p. 287 sqq.), sed propter aetatem venerabilem summus ei honor tribuendus est. Et est quidem ἀκέφαλος periitque initium; tamen carmina maiora numquam continuit. Cernuntur enim in quaternionibus custodes iique ambitum quantus olim fuerit produnt; in quaternionis nunc primi ultimo folio numerus est *VII*, in secundi fine *VIII*, et hic quidem valde decoloratus, sed tamen de quo dubitari non queat. Scripti autem sunt in paginis singulis versus octoni deni, in quaternione singulo versus centeni quadrageni quaterni: itaque si quaternio nunc primus olim septimus fuit, in quaternionibus sex antecedentibus qui interierunt scripti fuerunt versus 864 numero. Inscriptiones autem carminum omnes etiam longissimae unius versus spatium nec usquam plurium occupant id quod scriptura nonnumquam angustissima effectum est[3]). Quodsi scire vis, quid extiterit in illis sex quaternionibus, de reliquis carminibus minoribus, quae nunc desunt, proclivis coniectura erit. Idque vide quo commendetur. Hodie a Magnetis, c. min. 29, v. 34 codex incipit; carmen hoc est hexametris compositum; tamen quasi disticha elegiaca sint alter quisque versus εἰςθέσει ad dextram remotus est ad instar pentametri. Id unde factum credam? Accidit idem etiam in cc. min. 22 et 32[4]) et 19 quae carmina quamvis epica tamen quasi elegi adornata sunt. Nempe antecedunt in *R* elegi: c. 22 enim post 20 scriptum est, item c. 32 post 41, c. 49 post 50; haec autem cc. 20 et 41 et 50 elegiaca sunt; itaque librarius postquam tot disticha scripsit ad hexametros carminum 22 et 32 et 19 transiens somnulentus etiam hos quasi disticha disponere prave perrexit. Sequitur ut etiam Magneti in *R* carmen aliquod elegiacum antecessisse conicias velut Aponum vel de crystallo. De collectione carminum minorum qualis antiquitus tradita esse videatur infra disputabo. Pars eius etiam Epithalamium Palladii fuit et Laus Serenae, cc. minn. 25 et 30. Itaque ut omnia in conspectu proponam quae nunc desunt in *R*, ad collectionem illam pertinentia, haec habe: c. min. 25 (hi sunt 153 vv.), 30 (237 vv.), porro c. 1 (12), c. 33—39 de crystallo (42), c. 42 (4), 43 et 44 (18), 5 (5), 4 (12), 5 (4), 7 (8), 8 (6), 24 (4), 26 (100), 28 (42), denique Magnetis initium (33 vv.). Quos omnes versus si computo additis etiam quindecim carminum inscriptionibus, versuum summa efficitur 694. Qua tamen sex illis quaternionibus nondum satisfecimus. Hi ut complerentur 170 versus supernumerarii adfuerint necesse est. Atque de iis invitus coniecturae indulgeo. Nam sicut in *R* etiam extant disticha Catonis aliena a Claudiano[5]) et Aetnae fragmentum in *E*, potest scriba

1) Quaterniones quattuor pleni sunt, accedunt in fine folia tria, eorum primum a sequentibus separatum glutino fixum est, alterum et tertium cohaerentia inter se assuta sunt. 2) Praeter disticha Catonis quae habent subscriptionem. 3) Praeter disticha Catonis quorum duo versus complet inscriptio. 4) Atque etiam in c. min. 27 quod post c. 32 legitur saltem usque ad v. 15 idem factum est. 5) Quod Lactantii Phoenix inest, haud ita raro id factum in Claudiani codicibus.

R etiam in primis codicis foliis a versibus prorsus alienigenis initium cepisse, de quibus nihil suspicari liceat. Malim tamen hac via procedere. Obversantur enim in *R* etiam carmina spuria In Sirenas et Laudes Herculis, c. min. append. 1 et 2, quae in nullo alio mso. hodie inveniuntur; et ita quidem ea recepit *R*, ut genuinis temere nulloque consilio interponeret. Quid? si in priore parte adfuisse statuamus Epithalamium Laurentii, c. min. append. 5. (88 vv.) et reliqua suppositicia quorum indicem servavit cod. *H* et Claverius quaeque pag. 408 sqq. recensui? Iustum ecce nanciscimur versuum numerum 178 qui fere desiderabatur[1]) complenturque sex quaterniones ita ut nihil paene superfluat nihilque desit. Carmina autem In Sirenas et Laudes Herculis inter primos edidit Franciscus Asulanus in Aldina anno 1523 et de iis fol. 1ᵛ adnotavit: *Complures lusus elegantissimi quorum primus de Herculis laude, secundus de Sirenis, quos duos nunc primum a nobis e uetustissimo codice in medium afferuntur* (sic). Ipso cod. *R* quin usus sit Asulanus nullus dubito. Quoniam vero haec duo tantum ex *R* attulit neque Epith. Laurentii nec reliqua quae olim infuisse statuimus, iam anno 1523 truncatus fuisse dicatur *R* sic ut nunc est; idque egregie confirmat Asulanus fol. 2ᵛ: *in Herculem carmen non inelegans et de Sirenis epigramma nos primi ex fragmento quodam uetustissimo in medium protulimus;* fuit itaque fragmentum.

Ceterum una manu R^1 omnia aequabiliter exarata sunt atramento fusco, in flavum transeunte; in foliis nonnullis, praecipue primo, secundo, tertio (carm. min. 29) tempus colorem scripturae adeo detraxit ut paene evanuerit vixque dispici possit; obest etiam in fol. 1ʳ membrana nimis fuscata, in media folii parte etiam tineis adrosa et perforata, cuius adrosionis vestigia quamvis pauca etiam in folii 2 media parte cernuntur. Hinc fol. 1 iam diu protocollon codicis fuisse et quaterniones illos sex qui perierunt ante multa saecula abscissos esse intellegitur. Itaque fol. 1 et 2 iterum iterumque perlegi omniaque accuratissime in apparatu enotavi.

Correcturas R^1 non fecit nisi paucas (ita 19. 7; 27. 90): ubi pravam lectionem esse sensit, virgam libratam in mg. posuit (cf. 53, 14; 19; 31 et ita saepe). Contra manus altera R^2 saeculi fere XIV vel XV atramento magis rubro multa correxit, plerumque tamen non nisi apertissimos errores et orthographiam (de singulari enim orthographia qua utitur R^1 suo loco disputabitur): varias lectiones usquam neque R^2 iniecit neque praebuit R^1. Observatur R^2 usque ad fol. 23ᵛ (c. 53, 66), dein desinit, rursus comparet in dictis Catonis. Raro autem tertia manus R^3 supervenit magis atra, de qua cf. e. g. 49. 23; 31. 4, ubi etiam virgulam posuit in mg.: imprimis 23. 9; fortasse etiam 20, 11 R^3 correcturam fecit. Ubi vero R^1 colorem suum fuscum servavit, persimilem eius colorem habet R^3 velut 40, 1 et 41, 2.

4. Codex Sangallensis S. n. 429 (olim 273) membr. saec. IX, forma trans- *G*
versa latiore quam altiore semioctava. Contuli ipse; littera *G* signavi. Non pertinet nisi ad carminum minorum corpusculum neque habet nisi solam Gigantomachiam, carm. min. 53. Et maior pars codicis (p. 57—236) dialectica continet, Albinique et Karoli regis dialogos, in quibus codex desinit. Antecedunt p. 5—12 *Uersus sapientium*, p. 13—37 *Enigmata sinphosii*, p. 38—49 med. *Uersus Columbani* (ad Hunaldum, ad Sethum etc.), denique a p. 49 med. ad p. 57 inserta Gigantomachia est eadem manu qua quae praecedunt, litteris pulchris, planis, rotundatis, neque vero quasi carmen scripta est, sed neglecta partitione versuum, ita tamen ut in finem quarti cuiusque versus finis cadere soleat alicuius hexametri. Correcturas nonnullas fecit m. 1, plures m. 2,

1) Epithal. Laur. 88, ad Martem 13, Iunonalia 4, de Liberalibus 6, de dulcio 2, de zona missa eqs. 7, de hippopotamo 3, de aquila 4, de Isidis nav. 7, de lavacro 11, de vinalibus 10, de Cythera 14, de cereo 9 versus continent; ubique inscriptionem pro uno numeravi. Carmina christiana „Laus Christi“ et „Miracula Christi“ non adnumeravi quippe quae uni Camerti debeantur neque in codd. videantur coniuncta fuisse cum reliqua Claudiani appendice.

quae pallore differt litterarum. Claudiani nomen deest videturque scriba hoc quoque carmen putasse Symphosii. Subscriptionis loco, quam dedi in apparatu, antea alia verba scripta fuere, fortasse dialecticorum illorum quae sequuntur inscriptio, qua nunc carent.

G 5. Codex Reginensis 123 membr. anni 1056 [1]). Solum continet carm. min. 28 De Nilo. Etiam hunc librum *G* signavi. Continet excerpta Bedae et Isidori disposita per libros tres maxime inde a fol. 14^r. Folio 140^v incipit *Bd.* (i. e. *Bedę*) *de nilo XXXVI* | *nili flumine quod inter ortum solis . . . . harenarum cumulis suo redditur alveo;* dein carmen quod dixi perscriptum est omisso nomine Claudiani neque titulum habet nisi *Metrum ut supra.* Absoluto carmine pergitur *Is.* (i. e. *Isidorus*) *ut supra*| *Aegyptus aeris calore* eqs. Contulit A. Mau.

V 6. Codex Vaticanus 2809 membr. 8° diversis ex partibus compositus. De quo rettulit mihi E. Schwartz. Pars prima, antiquior criticisque iure probata, continet primum nonnulla carmina maiora ac publica, haec: praemissis Fescenninis Rufinum, Nuptias Hon., Gildonem, laudem Stilichonis, VI consulatum, dein carminum minorum amplam farraginem, his autem rursus interposita maiora duo de Manlii Theod. cons. et in Eutropium. Tendit autem a fol. 1 ad 39^v ita ut ultimum carmen sit in fol. 39^v carm. min. append. 10 *(de aquila) quae in mensa* eqs.; ei subscriptum est: *explicit de aquila. incipit de bello pollentino* atque in hanc Belli Pollentini inscriptionem pars codicis desinit neque iam carmen ipsum sequitur. Manus recentior ibidem addidit:

Nīpha (ex *Nupha* corr.) *suo paridi quamuis meus esse recuset*
mictit ab ydeis uerba legenda iugis.

Ibidem m. rec. etiam addidit: *Claudianus poeta facundissimus cui tantum · tribuo ut inter poetas pręstantissimos eum numerandum existimem.* Reliqua pars folii 39^v vacua relicta est. Ita autem in hac parte codicis scriptura est disposita, ut binae in singulis paginis columnae versuum 44 numero legantur. Manum vero, qua scripta est, saeculo XII vix vetustiorem esse testis oculatus affirmat [2]).

Pars codicis altera recentior incipit fol. 40^r tenditque ad fol. 71^r scripturam pulchram aetatis renascentium litterarum ostendens pagina quaque 29 versus continente. Insunt autem, quae in parte priore desiderantur, Paneg. Olybrii et Prob., de III cons., de IV cons., Fescennina (et haec quidem iterum), bell. Pollentinum. Denique vacuum folium 71^v sequitur

Pars tertia, in qua inde a fol. 72^r usque ad finem manus saeculi XV Raptum Proserpinae adiecit binas per paginas columnas versuum 35 disponens.

Nos nisi cum prima parte rem non habemus. Bis contulit A. Mau. Detrimentis non caruere hae membranae manusque sat multae in iis grassatae sunt. Et V^1 postquam omnia exaravit, periere folia 1 et 2 quaternionis primi, ubi legebatur Ruf. I initium: itaque V^1 nunc incipit a fol. 3^r, Ruf. I v. 215. Deficientia suppleverunt variae manus eiusdem fere aetatis in folio praefixo quod nunc 2 numeratur, et quidem prima quaedam Ruf. I praef. et Ruf. I 1—70. 77—129, altera Ruf. I 71—76, tertia deinceps 130—150, quarta 151—159 restituit. Post hoc quod alterum dixi folium illigata est scheda minoris formae numeroque carens; in eius recta pagina manus quinta addidit Ruf. I 160—215 usque ad vocem *melius* adiciens monitum *verte et inuenies,* ita ut verba v. 215 *Uiuitur exiguo melius* bis scripta legantur, et hac in schedula et in fol. 3^r. Versa autem schedae pagina ordinem dedit librorum, ita: *ordo librorum* | *phebeo domitus* | *Iupiter* | *Terra* | *Sol qui* | *princeps* (quae tamen vox rursus deleta est) | *Age Solitus.* Hae quinque manus certe ante eas correctrices manus rem egerunt quas V^2 et V^3 notabo. Sed fors tulit, ut etiam versus Gild. 420—445 in fol. 11^r omitterentur

1) Fol. 118 in tabula paschali ad annum hunc adscriptum est: *eodem anno factus est liber iste.*
2) Sic corrigitur quod saeculo XI V attribui in huius ed. p. 16 et 286 et 398.

et in fol. 7^r sine interstitio ac sine tituli indice librarius a Ruf. II 526 statim ad versum Nupt. praef. 17 procederet, quasi unum hoc carmen esset, omissis et Ruf. II versu 527 et totis Fescenninis et Nupt. praef. 1—16. Quae damna ut sarcirentur, etiam novum folium quod nunc 1 numeratur deperditi loco praefixum est; in hoc fol. 1^r supplementa leguntur et primum versus Gild. 120—145, manu aetatis fere eiusdem exarati, tum in eodem fol. 1^r Fescennina extant et Nupt. Honor. praefatio; cum in fol. 1^v nil fere legatur nisi: *auctor iste spirituali quodam more prohemium operi suo praemittit.* Itaque praef. Nupt. v. 17—22 bis leguntur: a V^1 enim scripti extant in fol. 7^r, i. e. ante ipsum epithalamium. Versus Ruf. II 527 restitutus non est.

Iam vero scriptor V^1 ipse quidem haud raro quae scripserat immutavit. Praeterea emendatrices manus fere sex accuratissime distinxit Mau. Ut paucis exemplis defungar, alia m. fuit quae Ruf. I 26 *Allecto* et 108 *Pollux* corrigeret, alia quae 38 *reuiunt* et 73 *recedentis*, rursus alia 121 *picco* et 143 *toti*, rursus alia 234 *mittit* et 245 *miserante*, porro alia Ruf. II praef. 1 *canat* et 11 *Gildonis* et 18 *otrysias*, alia denique quae Ruf. II 150 *michi* corrigeret, 326 *egrū*. Quam subtiliorem distinctionem in criticam meam adnotationem cum transferre nollem — turbas enim fecisset lectori neque hac manus tantum valent ut aliam ab alia discernere referat —, satis habui eas complectere notis quae sunt V^2 et V^3. V^2V^3

Sed etiam mutilatus codex est margine superiore ad dextram abscissa inde a fol. 6, unde factum est, ut columnarum et dextrarum in fol. ^{r} et sinistrarum in fol. ^{v} initia plerumque delerentur; ubique textum deletum refecit manus recens; id accidit Ruf. II 380 sq., 424 sq., Nupt. 23 sq., 67 sq., 199 sq., 243 sq., Gild. 32 sq., 76 sq., 208 sq., 252 sq., 384 sq., 455 sq., Stil. I 61 sq., 105 sq., 237 sq., 281 sq., Stil. II 27 sq., 71 sq., 203 sq., 247 sq., 379 sq., 424 sq., Stil. III 53 sq., 97 sq., 229 sq., 273 sq., VI cons. 9 sqq., 53 sq.

De miro ordine carminum alibi disseram. Num illa pars codicis V de qua agimus plura olim carmina continuerit si quaeris, supra dictum est in eius fine Belli Pollentini adesse inscriptionem, neque vero ipsum hoc carmen subnexum, sed membranam vacuam relictam esse. Ergo scriba opus non perfecit fessusque scribere desiit neque unquam plenior hic codex fuit [1]. Delectum itaque carminum ad arbitrium fecit librarius et cum Bellum Poll. addere in animo fuisset, postea taedio captus est.

Quod autem omisit scriba V^1 versus Gild. 120—145, inde conicias paginas in archetypo eius habuisse versus 26, ut ibi totam ille paginam transiliret. Convenit quod scriba idem etiam Nupt. praef. 17 ad Ruf. II 526 adnexuit, quasi unum hoc carmen esset, versum Ruf. II 527 et Fescennina et Nupt. praef. 1—16 plane neglegens; neglexit itaque versus numero 152 [2], sive addas carminum inscriptiones, fere 156; sunt hae sex columnae versuum 26: itaque exciderat in archetypo folium unum quod gessit sex columnas sive ternas in utraque pagina, et ternas quidem propterea quia Fescenninorum brevissimi versiculi sunt.

7. Codex Parisinus latin. 18, 552 membr. 8⁰ mai. saec. XIII init. vel XII, P ex bibliotheca ecclesiae Nostrae damae Paris., ostendens in pagina 1 nomen iuris consulti *Ant(oine) Loisel* unde codex Oiselianus olim dictus est [3]. Nihil praeter 'Claudianum maiorem' cumque totum continet (desunt Raptus et Paneg. Ol. et Prob.) in quaternionibus undecim (fol. 1—42). Bis contuli. De ordine carminum suo loco dicetur. Paginae columnas binas habent versuum 50. Scripturae genus inelegans, conpressum, compendiis abundans, legenti operosum, plenum errorum, qui scribam produnt indoctum; tamen inde a fol. 18^r col. II versu 12 paullo illud mutatur lineis latius

1) cf. Jeepius quaest. crit. p. 7 sq. 2) Computa Ruf. II versum unum + Fesc. versus 41 + 15 + 12 + 37 + Nupt. praef. versus 16. 3) Ex Oiselii possessu transiit ad Claudium Joly, ab hoc ad ecclesiam cathedralem ubi numeratus fuit 270 (cf. Degen I p. 17).

dispositis. Inscriptiones saepe desunt; in p. 1 *Claudianus maior* a m. 3 inscriptum est. Caret litteris initialibus fere ubique quas non suppleverit rubricator. Correcturas fecerunt praeter P^1 etiam duae manus P^2 et P^3 non multum post P^1; P^3 post P^2 rem egisse apparet e. g. ex Stil. III 93. Scholia non multa passim leguntur, in primis in fol. 17^r—19^v et 35^r—38^r.

Versus Stil. III 58 bis extat; iteratus enim est inter versus Stil. III 82 et 83. Sumamus eum versum in exemplo, unde descriptus est *P*, paginae suae primum fuisse, versum 82 eiusdem ultimum; librarius a versu 82 ad proximam paginam transiturus ad prioris paginae initium infeliciter aberravit. Quod si probes, habuit exemplum versus per paginas dispositos vicenos quinos. Item post Stil. III praef. 17 prava iteratione inserti sunt versus Stil. II 387—411. Vides et hosce esse numero 25.

Codex utrum in Gallia sit scriptus necne vel unde eo adlatus, nullo vestigio indicatur; mirum est quod Eutr. I 271 scholiasta antiquus ad vocativum *turpissime* adscripsit *arnulphi* quasi Arnulphum quendam illudere vellet; unde tamen concludere nihil audeo.

C 8. Codex Bruxellensis numeris notatus 5380—5384 bibliothecae de Bourgogne, membr. 8° mai. foliorum 126; provenit ex oppido Gemblours. Continet fol. 1—11^r Aratorem; in infimo fol. 41^r de recitationibus Aratoris narrationem subscriptam. Sequitur a summo fol. 11^v incipiens Claudianus poeta sequentia usque ad fol. 91^r obtinens; tamen non nisi delectum carminum hic codex recepit, haec: in Ruf., in Eutr., de bello Gothico, de b. Gildonico. Contuli ego; praeterea collatione uti mihi concessit Breiterus vir amplissimus quam a. 1852 confecit; ad Jeepii lectiones correcturas et supplementa edidit Holderus in Hermae t. XII p. 503. Folio 92 novus quaternio incipit; antecedens quaternio inde a fol. 87 non habet nisi quinque folia, tria resecta sunt propterea nimirum quia Claudiani hic finis fuit. Itaque codex olim continuisse non videtur nisi Aratorem et Claudianum in foliis 1—91, pagina quaque 33 versus exhibente. Scriptus autem est manu saeculi XI, fortasse X[1]). — Sequitur fol. 92^r—116^v *poesis Geraldi de Gualtario* manu exarata saeculi XII—XIII ita quidem, ut paginae habeant versus 30, ab eademque fol. 116^v—126 *Einardi super vitam domni Karoli imperatoris.*

Iam vero custodum quos nuncupant vestigia non deprehendi nisi haec. In fine octavi quaternionis fol. 63^v[2]) infra legitur ·Γ·, in fine noni fol. 71^v infra ·Δ·, in fine decimi fol. 78^v[3]) ϵ, in fine undecimi fol. 86^v ·ϛ·. Hi graeci numeri γ, δ, ε, ϛ evincunt olim non nisi duos antecessisse quaterniones α et β, id est, quaterniones, qui numerarentur, incepisse a codicis folio 10[4]), cum in fol. 41^r desinat Aratoris, a fol. 41^v incipiat Claudiani textus. Ceterum manum quae Aratorem eandem etiam Claudianum scripsisse certum est: Aratorem autem exaravit scriba atramento magis nigro; eodem nigro uti perrexit etiam in Claud. Ruf. I usque ad v. 21, deinde pallidius obtinet, nigrum illud rursus comparet fol. 67^v.

Scripturae genus planum pulchrum accuratum; sat rara compendia; inscriptiones carminum litteris maximis uncialibus perscriptae. Correcturae saepe m. 1 debentur, a
C^2C^3 qua quod C^2 distinxi, potest etiam C^2 manus prima fuisse, sed quae alio atramento, i. e. alio tempore corrigeret. Accedit C^3, manus correctrix saeculi XV eadem, quae etiam paginarum indices similiaque scripsit. Scholia perrara adpinxit C^1 neque nisi usque ad fol. 43^r.

1) Similis scriptura apud Arndtium Schrifttafeln 18. 2) Folio 63, non 64 finitur quaternio, quia primus quaternio non nisi septem folia habet absciso primo. 3) Huius decimi quaternionis iterum unum folium deest, et primum quidem. 4) Quaternionis VIII folia sunt 56—63, quatern. VII folia 48—55, quatern. VI folia 40—47.

9. Codex Parisinus lat. 8082 membr. saec. XIII 8° mai., olim Petrarcae, cuius nomen in fol. A legitur. Hic est regius Heinsii. Continet Claudianum totum praeter carmina minora et paneg. Ol. et Prob. Bis contuli. Liber pulcherrimus scriptura nobilissima, initiales et auro et variis coloribus splendide pictae. In fol. 4ᵛ mg. etiam Florentini (Rapt. II praef. 50) laureati imago nitidissime delineata est de qua supra p. II in adn. verba feci. Inscriptiones carminum desunt omnes nisi quod Raptui titulus subscriptus est. Folia numerantur 104 qui sunt fere quaterniones 13. Antecedunt praefixa folia tria ABC in quibus alia manus versus Rapt. I 110—213 et III 280—361 supplevit. Reliqua omnia eadem manus perscripsit, primo loco Raptum, deinde libros Ruf. etc. Custodes vero quaternionum in folio 22 leguntur *I*, in 30 *II* etc. Itaque folia 1—14 non adnumerata sunt incepitque codex olim a fol. 15, hoc est a libris in Rufinum: postea m. 1 Raptum supplevit atque praefixit qui occupat fol. 1—14ʳ, i. e. quaternionem et ternionem singulos. Ideo fol. 14ᵛ scriptura vacat. *H*

Glossas et scholia in mg. ubertim ubique[1]) dedit manus vix minus antiqua manu 1. Et correcturas et varias lectiones addidit H^2, et ipsa quoque eiusdem fere aetatis atque H^1.

10. Codex Neapolitanus Borbonicus IIII *E* 47 membr. 8° saec. XIII. Continet folia 80 numero; in foliis 2—78 carmina maiora et publica leguntur quibus in fine carm. min. 32 De Salvatore adiectum est. In fol. postremo 79 sine titulo Gualtheri Alexandreidis initium ab alia manu scriptum legitur, praemisso argumento versus I 1—110. Ipsum Claudianum tres manus conscripsere: prima tendit paene usque ad finem libri in Eutr. secundi: altera usque in medium panegyricum de VI cons. Honorii: tria exinde folia manus tertia complevit, quae tertia secundae sat similis: eiusdem panegyrici versus postremos fere quinquaginta et carm. min. 32 rursus scripsit manus prima. Singulae paginae primum 47, postea 49 versus tenent. Correcturas fecerunt et manus quae textum dedit (B^1) et aliae paullo recentiores quae sub nota B^2 comprehenduntur. Contulit Georgius Wissowa. *B*

11. Codex Ambrosianus S 66 sup. membr. scriptus saec. XV fere medio vel eius saeculi altera parte[2]), forma 4°, litteris planis decoris, initialibus pulchre pictis. Continet Claudianum quem dixi maiorem (deest Raptus et pan. Ol. et Prob.). In fol. 1 *Claudii* nomen (omisso *Claudiani*) supra scripsit rubricator, in fine aureis litteris: *Finis. operarum. Claudii. Claudiani.* Contuli ego. *A*

12. Codex Cantabrigiensis coll. Trinitatis 0, 3, 22 membr. saec. XIII non adhibitus nisi ad carmina minora ubi *H* deficit[3]). Contulit J. Jenkinson. Praefatio Ruf. II ante Bellum Gild. posita; v. 12 ibi *Gildonis*. *J*

Hactenus enumeratio librorum. Qui quid valeant in diorthosi Claudianea abhinc exponitur.

Codicum quos percensui ea cognatio est ut in tres potissimum classes distingui debeant. Ex archetypo enim perantiquo (Ω) apographa ante saeculum nonum facta esse statuamus duo, x et y, ex y rursus duo, z et w. Omnia haec apographa passa iam sunt manus interpolatorum, diversorum tamen et diversum in modum rem agentium. Ex quibus libri omnes qui extant ita sunt descripti, ut ea fere per classes

1) Nisi quod deficiunt scholia in fine codicis. 2) In folio praefixo bibliothecarii inscriptio legitur anni 1605. Itaque hic codex origine Italicus esse videtur. Nam Ambrosiana bibliotheca condi coepta est annis fere 1603—1605 et tum quidem fere non nisi Italos codices comparatos esse legimus, postea demum annis 1607 et 1608 Olgiatus bibl. praefectus in Germaniam, Belgium, Gallias profectus plurimos his in terris codices acquisivit; cf. Boscha in Thesauro antiqu. Italiae t. IX sub finem; J. Koch de codd. Cuiac. p. 40. 3) Nisi quod deficit me collatio in carm. min. 25 et 30.

lectionum diversitas obtineret quae fuerat in *x* et *z* et *w*; nisi quod etiam singuli peculiares semper mutationes intulerunt.

Et primum quidem ad *x* referimus libros *V* et *P* quam maxime affines. Nam codex *P* quantopere cum solo *V* conspiret fere in unaquaque comparet pagina. Cuius rei haec exempla transcripsisse sufficiat; sumpta autem sunt exempla et hic et deinceps ex libris maxime in Eutropium:

Eutr. I 33: *eros] aeros VP, heros φ.*
34: *mutabit V, mutarit (?) P, mutavit φ.*
55: *causas V,* idem ex *causā* corr. P^1, *causam φ.*
65: *plansit VP, planxit φ.*
66: *hec* V^1P, *heu* V^2*φ.*
ibid. 66: *hae profuit* P^1V^1, *hec profuit Π, hoc profuit φ.*
71: *nostris* P^1V^1, *nostri φ.*
(87: *mandasse VΠ,* ex *manduse* corr. *P*, *mandare φ*).
96: *semel VP, diu φ.*
102: *caluisse teri* V^1, *caluisset ṭheri P;* error certe idem fuit.
104: *generos VP, genero φ.*
109: *uestit et V, uentilat et P, uentilat φ;* error in *P* ex *V* explicatur.
114: *petebant VP, patebant φ.*
157: *iniquis VP* (etiam *Π*?), *iniqui φ.*
188: *generis VP, generi φ.*
212: *disthruit V, distruit P, distrahit φ.*
221: *Romanosque VP, Romanusque φ.*
233: *Sic* ^ac^*ętas* V^1, *Sic actas C, Sic femineus etas P, femineos Π, femineas φ;* *P* miscuit lectiones.
240: *faretra VP, pharctra φ* et 245 *fasin VP, phasin φ.*
242: *Adloquiturre P, Alloquiturre V, Alloquiturque φ.*
252: *molem VP, mollem φ.*
268: *Deterget* ex *Detergeret* V^1P^1 correxerunt, *Deterget* sive *Detergit φ.*
279: *inlidere VP, illidere φ* et 320 *inlicitos VP, illicitos φ.*
294: *mutata VP, mirata φ.*
315: *melanpus V, melanphus P, melampus (melāpus) φ.*
333: *Condidit P,* idem ex *Concidit* corr. V^1, *Concidit φ.*
339: *Hoc V,* idem P^1 habuisse videtur; *Hos φ.*
349: *estante V, testante* (prius *t* adrasum) *P*, *certante φ.*
356: *hominis VP, homines φ.*
379: *chauchis P,* idem habuisse vid. *V*, *caycis A, caicis ΠB, caducis C.*

Hi sunt loci fere triginta intra 379 versus, in quibus cum solo *V* coniuret *P*. Plures transcribere taeduit, nisi quod I 476—491 om. *P*, 477—491 *V*. Idem in omnibus carminibus facile observatur[1]). Quid? quod ubi in interpolationem diversam abierunt, tamen ex eodem profecti sunt velut Eutr. II praef. 25, ubi *P que, V et.* Mira etiam relatio comparet in II 86, ubi pro *Empturas* P^1 recte *E turas,* V^1 vitiose *Ituras;* P^1 autem postea *Venturas* restituit quasi eundem sensum assecuturus. Itaque praeter lectiones nonnullas bonas, sed singulares, quae in *P* extant velut Eutr. I 91 *E gemino,* I 419 *cubili,* propterea maxime hic codex respiciendus est, quia ubi V^1 deficit ex *P* de V^1 coniectura fieri potest. Id accidit primum quidem locis talibus velut Gild. 254 *laniandaq; P*, qui v. in *V* a m. rec. suppletus est, Nupt. 26 *laturus P, lecturus* in *V* m. rec. cum *φ*[2]); item VI cons. 55 *puer* (deficit hic quoque V^1; cf. ad l.); VI cons. 512 ex *P* certo concludi potest etiam a V^1 scriptum fuisse *undas.* Stil. I 238 *acie nec iam P;* ibi quoque deficit V^1. Stil. II 176 *vacaret,* quod verum, in *P* abiit in *vagaret,* inde explicatur quod *V garenā.* Deinde in versibus omnibus, qui in *V* abscissi et a m. rec. suppleti sunt (vide supra p. XCVI), porro etiam in Fescenninis et Nupt. praef. v. 1—16 et Gild. v. 420—445, quae in *V* non a m. 1 exarata esse vidimus (ibidem), increscit codicis *P* auctoritas[3]). Denique quoniam *V* non nisi delectum carminum maiorum complectitur eoque ordine qui genuinus esse non potest, veri simile dico codicem eum, ex quo *V* descriptus est, hoc ipso fuisse pleniorem ita, ut si minus in paneg. de

1) Vide modo in carminibus minoribus locos hosce: 20, 7. 20, 18. 22, 29. 22, 50; 52; 55; 56. 27, 4. 27, 15. 27, 98 verissime, item 20, 1. 2) *Laturus* ipse poeta scripserat; nam si Honorius falsae cerae ardua conubia committit, hoc idem est atque si conubium arduum offert; itaque non ipse ceram lecturus est, sed potius laturus est amorem. 3) cf. illud *Quiș* in fesc. 1, 29.

III et IV cons., at certe in Bello Pollentino, ubi *V* deficit, codex *P* haud raro eius loco consuli debeat.

Iam vero *P*, ubi cum *V* dissentit, familiam *y* sequi solet, de qua nunc videamus. Attribuuntur ei libri qui supersunt *CHBA* inter quos magnam regnare consensionem pluribus firmare supersedeo; sufficiant loci ex Eutr. I modo exscripti, ubi *VP* una contra *ς* stare vidisti; hos *ς* autem plerumque *CHBA* esse scito, et in plerisque quidem illorum locorum hi verum servarunt.

Latissime autem ab *x* distant libri *BA* in quos primum inquiram. Artius inter se cohaerere *BA* hae lectiones ostendant peculiares plerumque prave interpolatae:

Eutr. I 19: *expiat* (*expiet ς*).
29: *des* (*da ς*).
44: *Cepit sepe tamen* (*saepe tamen coepit ς*).
87: *mandare*, item *C*² (*mandasse ς*).
155: *primoque*, recte puto (*primumque ς*).
194: *arte* (*arcae, arce ς*).
227: *cogit* (*urget ς*).
235: *ignominia*, recte (*ignominiae ς*).
ibid. 235: *ne* (*neu ς*).
253: *potuit* (*poterit ς*).
294: *silla B, sylla A* (*scilla ς*).
325: *uesta* (*terra ς*).
337: *arces* (*urbes ς*).
348: *sicut* (*ueluti ς*).
434: *oruntes.*
475: *Nec.*
493: *geremus.*
500: *differt.*
506: *iaculis hastisque.*
Eutr. II praef. 14: *aura.*
16: *Procumbunt*, recte *Procumbit ς*).
25: *de.*
54: *erit.*
II 31: *uicto.*
170: *(h)oris.*
172: *unda.*
287: *irata.*
307: *ad sontes latronum.*
334: *meotica.*
336: *uarios* (nam in *H ri* in ras.; fuisse vid. *uanos*).
356: *belloque relicto.*
372: *mouet.*
428: *coniungit federa monstro* (sed idem fort. habuerat *H*).
562: *regit.*

Vides exemplar commune fuisse libris *BA*; id quod *α* vocabimus; fluxit vero *α* ex *y*.

Deinde in *HC* inquiramus quem locum occupent inter *x (VP)* et *α (BA)*.

Et primum *H* mixtum typum habet, qui saepe contra *VP* cum *CBA* facit, praecipue tamen cum *BA*: ita I 412 *recens* (item *P*), 420 *tantum* (item *P*), 475 *Nec* (sed in *H* ex corr.), II praef. 12: *honor*, II 147 *macedum*, 161 *ethera* (sed item *P* corr.), 183 *inducta*, 288 *longeua*, 471 *spectari puppibus* (recte);

saepius cum *B* solo: Eutr. I 146 *irrumpere*, 216 *Authiocus*, 217 *hisauros*, 220 *sophone* (A *sophoene*), 232 *Prodigium* (om. *est*), 274 *Tu* (sed *H* ex corr.), 353 *uada*, 441 *hic*, 472 *nec* (*H* ex corr.), 474 *subeunt*, 495 *Aut*, II praef. 71 *trabraca*, II 100 *etas*, 101 *laude*, 169 *contempta* (sed *H* corr.), 363 *Hii* (similiter *P*), 389 *honerauerat*, 411 *ue*;

nonnumquam cum *A* solo: (I 145 *ante* uterque pro var. lect.), I 301 *ornare*, 200 *tyriam*, 254 *tunc cum* (sed *H* ex corr.), 296 *nusquam*, 481 *photino*, 513 *adductus*.

Id autem mixtum typum prodit quod *H* haud exiguo locorum numero etiam cum *VP* solis faciat:

Eutr. I 56: *que* (*P*¹ supra lin.), om. *ς*.
63: *arintheo.*
87: *mandasse*, quamquam *P*¹ *mandase*, *mandasse* etiam *C*¹ habuisse vid.
141: *tanto libuit VP, tanto licuit H, tantone libet ς*.
161: *primum* (*primus ς*).
244: *populantibus.*
259: *contendisse.*
318: *orbe.*
366: *subicit.*
457: *ueteres.*
II 18: *Exundet* (ita *V*¹*H*¹*P*).
109: *inplacabile.*
127: *a* post *defenso.*
204: *Nunc* (nam etiam *V* id habuisse ex *P* concludas).
410: *Assiduis PH*, idem voluisse etiam *V*¹ conieceris.

Quodsi *H* hunc in modum cum *VP*, nonnumquam tamen etiam cum solo *P* facit: cuius rei exempla haec vide: Eutr. I 17 *rursum* (= *E*), 31 *am* (*P*¹ ex *uno* corr.), 45 *debita* (*P*¹

ex *debet* corr., quod habet *V*), (II 88 *portentis* P² *et* Π²), II 100 *laciuis* (sed *c* ex *t* Π), 135 *nunc*, (215 *inultum* uterque ex corr.), 346 *secondo*, 351 *uulnere*, 358 *nec quicquam*, 379 *hic* (item E), 400 *parce* (unde *pace* corr. Π), 446 *quatiens* P, *quaciens* Π (*quotiens* *q*), 518 *stipuere*, 577 *domusqꝫ* (item E, et V¹ ita habuisse vid.), 589 *ac*.

Item natura miscella quamvis paullo diversa in *C* cernitur. Ut enim saepe contra *VP* cum *ΠBA* consentit, ita pauca tantummodo cum *BA* solis communia habet: Eutr. I 51 om. *que* (sed omiserat etiam P¹), 63 *arentheo* (sed item Em; *A* autem rectius *arenthęo*), II praef. 18: *ne pereant* [1]), II 7 *errores*, 551 *similis* (nisi quod *i* ultimam *C* in ras.);

cum solo *A* haec: Eutr. I 391 *possim* (item E; de lectione in *C* vix dubitabis), I 486 *auerte* (recte), II praef. 13 *abluto* (recte, item E), (38 *sybilla*), 75 *eunuchi*, II 115 *etiam nunc* (*B*¹ ex corr.), 154 *Phryx* (*Phrix* vel *Frix* *q*), item v. 170; 180 *scythicum*, 285 *obstipuere* (= E), 557 *At;*

cum solo *B* haec: I 268 *detergit* (sed *C* ras.), 360 *grandia* recte, 424 *magestas*, II praef. 25 *turbat* (sed *C* corr.), 27 *substratus*, II 19 *uiuere*, 31 *et*.

Multo saepius *C* cum *VP* congruit. Et cum *V* solo his locis: I 211 *quo*, 214 *flueret*, 267 *ineptus*, 283 *a* V, *ah* C, *ha* *q* (410 uterque *scit* corrupit, *C se*, *V soc*), 291 *thebas*, 302 *induto*, 412 *repens* (= E), 420 *tutum*, 468 *stimulis* (item *B* corr.), II 60 *recensetis*, 98 *ancyra* V (item E), *ancya* C, *amphyra* vel sim. *q*, 235 *uiderat*, 236 *irritat* C et E, *irritaqꝫ* V¹ volens sine dubio idem, 239 *bithyno* C, *bityno* V, 302 *actis* C, *actus* V, *attis* vel *attys* *q*, 332 *quaesitos cibos*, 426 *qui* (item Em), 437 *lęto*, 556 *totus* (item ε), 580 *nec ni* (item E);

rarius cum *VP* utroque: I 120 *uenire*, 233 *sic actas* (*ac* in ras.) *C*, *sic* ^ac^*etas* V¹, *sic femineas etas* P, *femineas* *q*, 355 *adsuetum* P, *assuetum* VC, *aduectum* *q*, 381 *reges* (sed item Π¹?), II 240 *leua* VP, *leua*[?] C, 338 *sic hunnus* VP, *sic hunus* C, 361 *Qui* (item E);

denique *C* cum *P* solo: II 12 *nequiquam*, 304 *nequeant* (sed ex *nequeat* corr. C¹), 582 *captiuus*.

Quodsi *C* omnibus his locis a *Π* differt, cum et *Π* et *C* typum mixticium habeant, est tamen etiam ubi *CΠ* una eant; cf. I 59 *galatha* (*galata* *q*), 178 *gemescunt* (item E; *gemiscunt* *q*), 401 *urbis*, 415 *ursatio* (*ursacio* *q*), 478 *arinthei* (= Em), 506 *iaculis hastisue* (sed sim. P), II 240 *leuat*, ita Π, *C leua*[?], ubi sine dubio *t* erasum, 272 *pecoris*, 583 *repulit*.

Superest ut quem locum inter has diversitates *E* (et ε) obtineat observemus. Similiter autem de *E*(ε) atque de *C* indicandum est; pertinet ad stirpem *y*, sed multo minorem quam *ΠAB* interpolationem passus est, minorem etiam quam *C* vel certe diversam, qua ratione factum ut haud raro etiam cum *VP* de ipsa manu poetae consensus compareret.

Et cum solo quidem *C* societatem init: I 354 *Germani* E, *Carmenii* (quod propius ad verum) C; 432 *nec*; 447 *cloelia*. II praef. 25 *iam* (ita εC); 41 *puppim* (ita εC); II 21 *cypros*; 81 *Canninunt* E, *Conniuunt* C; 176 *tharbigilum*; 259 *hinc*; 358 *nequiquam*; 397 *furorem*; 399 (item 576) *grothungos*; 416 *ancyrani*. Concinunt itaque maxime in orthographia correctiore.

Porro cum *CA* in lectionibus nonnumquam gravioribus: I 205 *sorti* (sed *sorti*[?] C); 391 *possim*; 477 *quod*; II praef. 13 *abluto* [2]); II 258 *celęnas*; 266 *marsya* (ε, non E); (273 *synnada*); 285 *obstipuere*; 346 *hosio* (item 446 *hosius*);

cum *AB* rarius quidem: I 250 *seruit*; 355 *aduectum* (ita εABA); II 276 *facilisqꝫ*, 334 *m(o)eotica*;

cum *A* solo praeter I 205 *sorti* (ubi *C sorti*[///]): I 485 *uestre*; II 465 *Pamphilos*, 250 *gessaqꝫ*, 287 *genetrix*, 302 *attys* (cf. Π), 400 *oris*, 410 *adsiduus*, 528 *non flammea uultu*;

cum *B* solo: I 201 *potenti* (ita εAB), 280 *absindere*, II 4 *ducitis*, 526 *descesse* E, *descisse* B. Praeterea inter ε et *B* convenit I 49 *inguen*, II praef. 40 *non*, II 223 *inermis* ε, *inhermis* B;

cum *CBA* ter: I 63 *arentheo*, 244 *populatibus*, 457 *series* (ε, non E).

Sed etiam cum *Π* communitatem ostendit: cum *Π* solo I 65 *Quam* (ita εAΠ), 268 *Derterget* (idem P ex corr.), 272 *pertemtas*; cum *ΠC* I 178 *gemescunt*, 478 *arinthei* (cf. ibi A); cum *ΠB* II 339 *cene* (*caenae* ε); cum *ΠBA* II praef. 14 *aura* (ε, non E); cum *ΠCA* I 37 *omnis*, 272 *saeui campi*.

1) In apparatu siglum *C* excidit. 2) Quod verius nimirum est quam *ablato*; ex fastis enim quasi macula nomen deletur lavando, adluditque *lues* vocabulum, quod ibidem sequitur.

Et in his quidem non pauca vera servata. *P* autem quoniam ipse quoque ex *y* aliquatenus pependit, etiam hic hac in serie adportandus est. Et ex *E* cum *P* solo comparari non possunt nisi orthographica: II 88 *Ad* pro *At*, 110 *adloquitur*, 312 *pinnis* cf. *II* var. lect.), cum *PH* haec: I 17 *rursum*, II 379 *hic*, 577 *domusque* (sed ita etiam *V* scripsisse videtur), cum *PHA* II 501 *seri* (ubi *C* deficit), cum *PA* II 239 *bithynos* (vel *bythinos*), cum *PCA* I 290 *cantantur*, II 432 *Tharbigilus*.

Sic itaque *E* quia ex *y* descriptus est, non ita saepe accidit ut cum solo *V* vel cum *VP* una incedat: exempla enim haec tantum adferre possum: II 115 *etiam num VE*; 264 *ostia VE*, *hostia q*; 481 *saporem VE*, *sodalem q*; 483 *Rapturus V*, *Rapturas E*, *Rapturas q*; accedit I 381 *reges EVP*, *leges q*.

Saepius idem sub ea condicione evenit, ut alius quis stirpis *y* accedat, praecipue *C*; ita *EVC* habent: I 412 *repens*; II 98 *ancyra* (nisi quod *C ancya*); 196 *gruthungus*; 236 *irritat* (ubi *V*[1] sane aberravit); 285 *corybantes* (*ε*, non *E*); 426 *qui*; 451 *calchedona*; 556 *totus* (*ε*, non *E*); 580 *nec ui*: item *EVPC* habent: I 210 *uenire*; (379 *caucis*); II praef. 12 *honos*; II 147 *macetum*; 161 *egida*; 288 *grandaeua*; 361 *Qui*; habent porro *EVPA* II 517 *famulis* (ubi *C* deficit); *EVCH* I 251 *uertunt*; *EVCA* I 334 *penthesilea*; II 134 et 135 *num*; II 466 *tonat*; *EVH* II 491 *Iapetionidas*; *EVA* I 391 *Tum*; *EVHA* I 447 *tranauit*, II 241 *pisiduecꝫ*.

Denique ut videas quam multa temere novaverit scriba *α*, ex quo *B* et *A* soli dependent, hos ego locos enumero quibus *E* cum *VPHC* verum servavit contra facientibus *BA*: I 29 *da*. 227 *urget*. 235 bis. 337. 348. 475. 500. II 22 *qui* (*quis* ex *qui H*). 108 (*ε*, non *E*). 170. 187. 216. 287. 307 sq. 336 (*ε*, non *E*; de *H* ambiguum est). 407[1]).

Comprobant libri *ECH*, maxime vero *EC*, apographum *y* similitudinem apographi *x* multo maiorem prae se tulisse quam *α*. Itaque ex *y* duo diversa exempla descendisse stabilio, *z* et *w*; in *z* libri *y* indoles purior servata fuit, eamque hodie exhibent *E* et *C*: in *w* magis obscurata, unde deducta sunt vitia in *α*. Denique *H* quia et cum *BA* et cum *EC* communia habet simul ex *z* et *w* originem traxit.

Pauca hic insero de libro *J* adhibito in carminibus minoribus ubi *H* defecit. Praestat ille fere idem quod *H*; solet enim adsentari et libro *α* (i. e. *A*) et libro *P*, et huic quidem ibi, ubi ab *x* recedit *P*. Bonae vel optimae scriptiones quas cum *A* communes habet, hae sunt: c. m. 16, 2 *deligo*. 27, 83 *flauo*, 53, 120 *cynthi*, 31, 5 *cautes*. Cum *E* servavit *germine* 20, 15.

Superest commonefacere de libro *P*, eius scilicet lectiones, ubi ab *x* desciscunt, ex *y* et maxime quidem ex *w* esse derivatas: et in illis quidem sane quam exigua est huius libri auctoritas. Quae quatenus pateant iam ex iis exemplis cognoscitur quae modo de *y* librorum similitudinibus congessi. *P* ex collatione exemplarium duorum ortum esse commode illustrant loci eiusmodi, in quibus duplicem lectionem in textum receptam habet ita, ut longior debito evaderet hexameter: velut Eutr. I 233: *Sic femineas etas (sic etas x, femineas w)*; carm. min. 27, 90: *centumque immane accline (centumque accline x, centumque immane y)*: Nupt. 7: *in uultus quos uulnus pinxit amor (uulnus* illatum ex *y)*: hinc firmatur indicium de c. m. 25, 5: *musto uitem sudantem (musto sudantem x, uitem sudantem w)*[2]). Denique non aequabili ubique studio librarius exemplar *x* prosecutus est: ita in carm. min. 53 lectiones *w* spississimae in *P*.

1) Ceterum ut omnes *E* lectiones his e libris conferam, *E* facit
cum *CAVP* differentibus *HB* I 353 *iuga*, 495 *Vel*. II 101 *mole* (cf. II 517 ubi *C* deficit).
cum *CBVP* differentibus *HA* I 200 *syriam* (ita nempe non *E*, at *εA*), II 73 *hec* (vel *hec*).
cum *HBVP* differentibus *CA* II praef. 75 *eunuchus*; II 273 *(cedit) cui*.
cum *HBAP* differentibus *VC* I 82 *(danaen) in*.
cum *CBAV* differentibus *PH* II 8 omina (*ε*, non *E*).

2) cf. quae disputavi apud Kochium de codd. Cuiac. p. 56.

Iam vero libros quos signavi *xyzw* non post nonum saeculum exaratos fuisse ipsis libris antiquissimis qui extant edocemur. Et primum textum quem praebet *C* iam in eo libro extiterat unde provenerunt excerpta Monacensia saeculi XI (de quibus infra in capite VII disputabitur); recedere eum ad saeculum IX commendat codicis Santeniani memoria, qui de ordine carminum consentit, de quo vide p. LXXXI.

De *x* testis est codex Sangallensis *G* saeculi IX qui in carm. min. 53 eas plerumque lectiones solus offert quas postmodo proprias *V* habet. Hoc evincitur his locis inspectis: v. 3 *fetu*, 6 *crebro*, 13 *ad*, 16 *sentiet*, 19 *cui*, 29 *nec*, 31 *restinguite turbas*, 35 *teneto*, 52 *patris*, 54 *nullisque*, 72 *subsedit*, 84 *cruoris*, 89 *uelut (nelud)*, 89 *tuto*, 91 *ferit*, 101 *saeuitq*ꝫ, 101 *dumastor* (= ε). Est itaque *G* stirpi *x* adnumerandus. Neque enim contra facit, quod etiam libri graviores stirpis *y* cum *x* consentiunt, ii nempe maxime quos *z* vocavi: ita *GVRE* 17 *cognoscet* et *viribus ullis*, 53 *semper*, 54 *caelo*, 55 *tellus nostrum*, 80 *fine*, 95 *faciem*, 98 *paene*, 109 *Pallaneus*; hinc etiam v. 18 *si*, non *cur* in *V* excidisse colligitur. Etiam v. 61 unanimi sunt fere *GVRE*, maior vero inter *G* et *R* similitudo[1]). Denique *GR* 104 *(a)ethion*, 108 *ira (iram V)*; *GVE* 83 *cursu*, *GVPE* 104 *miratur*, *GVA* 12 *didicere*, 17 *quid*[2]).

Sed alter quoque liber vetustior Vaticanus Reginensis 123 saeculi XI, cui inest carm. min. 28, de *x* testimonium facit. Etiam hunc *G* notavimus. Habet cum *V* solo v. 20 *infrenis*, 37 *solitum referens*, 21 *Cyrrẹus* G, *Gyrreus V*, 30 *aestus G*, *estus V*, 19 *blemias*, 18 *inrorat*; habet cum *VP* v. 5 *hegyptus* ita terminatum (*egiptus VP*, contra *-os* reliqui); cum P^1 v. 2 *nec sperat* (P^1 ex corr.); cum *VA* 24 *causas*, 39 *seseque patentibus* (e supra a), 27 *produxerit undas* (cf. *E*); cum *VE* 8 *austris*, 34 *uenasque calore*, 37 *defectis*; differt a *V* maxime v. 27, ubi *EG altus*; porro v. 9 *flammigerae GM*, quod nescio an non scripserit Claudianus.

Denique familiam *y* et specialiter *z* iam saeculo nono propagatam esse docet codex *R* carmina minora continens. Qui typum fere libri *E* exaequat, quamquam lectiones *x* frequentius exhibet quam *E*. Age lectiones ipsas componamus. Et his quidem *R* libro *E* sociatur: 9, 13 *albu* (cf. *J*). 9, 36 *gortynia*. 10, 2 *iuret*. 14, 1 *semper tu* eqs. 17, 8 *cura*. 17, 12 *aere (ere)*. 17, 27 *superbae*. 18, 3 *ad munera*. 27. 7 *solisque*. 29. 51 *saeua*. 31, 35 *illius expectent* (cf. *V*). 31, 52 *toro*. 32, 7 *quem uerbo*. 41, 15 *a fascibus*. 48, 1 *uenerande*. 53, 85 *cadentem*. 46, 15 *sollicitus urget* (cf. *V*). 9, 3 *pinnae* (item 9, 15; et cf. 9, 39; 19, 7; 27, 21). 9, 11 *ingens E*, *uigens R*. 16, 2 *eligo E*, *elego R*. 32, 7 *numine (nomine)*; illud *et conum sanguineis* in *R* 9, 24 ex *E et eum sanguineis* explicatum habet. Et hae in *RE* peculiares. Porro *RE* cum *V* conspirant his scripturis: 27. 4 *umida*, 31, 13 *pigmea* eqs., 46, 10 *onerabat*, 46, 15 *telus*, 48, 10 *spargit* 49, 1 *dirae*; adde quod *REP*, 40, 19 *moraturus*. Dissentit vero *R* cum *E* consentitque cum *V* his locis: 22, 37 *quassat*; 27, 27 *uetas*; 27, 59 *telis*; 29, 40 *infudit*: 29, 46 *strictis* et *trictis*; 31, 16 *rara*; 31, 47 *quid non perficeret*; 32, 4 *tu*; 32, 17 *subriperes*; 40, 21 *facundo*; 41, 8 *prísci*; 49, 3 *obnoxia tactu*; (49, 20 *uictura V*, *uinctura R*); 50, 3 *defendat*; 51, 5 *deorum*. *RP* una faciunt: 48, 7 *uexare*, 51, 11 *uolens*; *RVA* 46, 5 *placidos etiam*; *RPA* 27.96 *lumina*. Quos locos omnes si examines, totidem fere probas lectiones in *R* invenies cum *E* conspirantes, totidem cum *x*. Quid vero? etiam eorum librorum, quos ad *w* apographum referimus. lectiones nonnullas iam in *R* tradi videmus; et verissime quidem soli *R* et *A* praebent: 31, 60 *prosperiora*, 41, 11 *uidebor*, nec male 27, 66 *rediuiuus*. Adde 22, 12 *et* omissum in *RJA*; 46, 12 *soceri RJA* (22, 25 *negant RJA*; 27, 82 *mouent RJA*; 47, 5 *lauare RPJ*; 31, 1 *numine* vel *nomine RJ*).

1) Contra *RE* ab *GVφ* diversi in 35 *stringet*, 79 *tum*.

2) Rara nec gravia exempla, ubi *G* a *V* differt; orthographica haec: 19 *aceruis RV*, *acerbis φ*; 20 *urguere GRE*, *urgere Vφ*; errores quos *V* demum intulit: 27 *ultro*, 65 *terras*, 120 *et clamant placido*, 127 *nostro . . sinu*, 18 *qui* (ubi *cur*, quod verum, fere in omnibus periit); item 88 *reuelato* vix recte *V*; certe *G* contra testatur. 85 *minas V* (unde *P minax*), *mima(n)s GRE*. Peccavit *G* cum plerisque, ubi *V* verum servat, his tantum locis: 21 *hinc VA*, *hic Gφ*; 60 *ruendi EV*, *ruenti Gφ*. — Solus sua via incedit *G* his locis: 23 *fulret*, 25 *ultere*, 89 *serpente superstes*, 106 *soli*, 121 *foedum*, 128 *confulsa*, 118 *dum*, 119 *famula*; quae omnia vitiosa; nec minus 22 *pronalle*, 64 *maris*; recte contra 81 *semifero*; hic enim dativus idem praestat quod genitivus *semiferi* quem exigebat Gesnerus. — Denique adnoto mirum in modum errasse qui v. 88 *terebrato* in *G* extare rettulerunt.

Claudiani poema De salvatore, carm. min. 32, etiam epistulae cuidam ad Aldhelmum circa annum 700 datae adhaerere in codice Vindobonensi saeculi X supra p. LXXX commemoravi: id carmen quo iure ibi tradatur non satis liquet: licet vero huius testis antiquitas non ultra saeculum X recedat, nihilo minus etiam hoc loco allegandus est: lectiones vero praebet ubique fere simul cum *V* et *R* mirum in modum concordantes (cf. l. l.).

Iam vero ad ea quae collegimus hoc stemmatis compendium adhiberi potest:



Ex quibus codices *Ω x y z w α* quos supponimus periisse dictum est. Exemplaris *x* autem rariores testes quam diversi *y*. Ceterum *y* ab *x* non nimis distabat; inde *z* defluens textum sat purum servavit, unde factum est ut inter *VEC(R)* in gravissimis lectionibus maior quaedam similitudo intercederet. Et *x* et *y* et *z* praefationem Ruf. II suo loco neque ante Bellum Gildonicum collocabant legebantque in eius v. 12 *Et Geticam*, non *Gildonis*. In *w* latius grassata est interpolatio, illa praefatio ante Bellum Gild. collocata, lectio ibi v. 12 mutata. Ex *w* autem et *z* multi et *H* pendet, ita tamen, ut etiam ex *z* non pauca assumperit (id quod statuitur propter similitudines codd. *VPH*) et magis etiam interpolatus *α* cum filiis *A* et *B*. Porro *P* multa ex *x* habet, simul tamen locum dedit interpolatis lectionibus quas praestitit *w*. Denique quare 'librum Isengrinii' ex *y* vel *y*¹ deduxerim, in capite VIII quod est de editionibus explanavi.

Hanc tamen cognationis magis umbratilem adumbrationem esse scias quam certissimam imaginem. Neque stemmata picta multum valent; nam manuscripta Claudiani sicut fit in poetis hisce non mera apographa esse solent, sed ex exemplis plus uno textus eorum fere componebatur confluxusque rivorum complurium in uno codice cernitur. Itaque nonnumquam fors tulit quo magis res intricatur, ut etiam *V* aut *P* cum *B* aut *A* plane conspirent et una repugnent reliquis. Ita *VBA* habent Eutr. II praef. 32 *dabat*, *CPH dabit*, *VPHA* in I 360 *gaudia*, *CB grandia*, I 447 *VHA tranauit*, *CPB transnauit*, I 71 *VPA pro*, *q proh*, I 272 *VPB seuis campis*, *CHA seui campi*, I 486 *VPHB aduerte*, *CA auerte*, I 290 *VBH Cantatur*, *Cantantur CPA*. Quamquam haec satis rara esse vides. Saepius vero *P* quam *V* cum *BA* societatem init idque ex tabulae nostrae schemate bene explicatur: habent itaque *PBA* I 251 *uertit*, *q uertunt*, II 189 *reportat* (unde *reportet* corr. *P* et *A*), II 556 *sumere* (item *E*; porro *PA* (sine *B*) I 177 *repletur* (sed *P*¹ ex corr.), I 298 *eunuchis*, II 461 *uenerunt*, 469 *corruptis*, 556 *audebant*. Saepius etiam *PB* (sine *A*): I 91 *E gemino*[2]), I 203 *ecat P*, *erat B*, *eat q*, I 411 *natis P*, *natis B*[3]), *natos q*, I 502 *cadet*, II 63 *angustis*, (64 *hunc P*, *hinc B*) 186 *struxerat* (sed item ut vid. *H*¹), 240 *propinquis*, 384 *praebuerat*, 478 *cunctos* (sed *P* corr.), 514 *patremque*, 571 *hostibus*.

1) Utrumque librorum quos *G* signavi intellegas. 2) In apparatu siglum *B* intercidit. 3) Non *A*.

Quodsi similitudines respicis quas inter *VPII* intercedere dixi, non miraberis etiam tales locos reperiri ubi *PIIB* aut *PIIA* soli una faciant. Exhibent autem *PIIB* II 134 *nunc,* 186 *struxerat* (de *II* non prorsus certum, vide supra), 448 *frustra* (sed *P* corr.), 457 *solium campo* (nisi quod *B solum*), 466 *sonat,* 494 *Hii* (item 499); item denique *PIIA* I 330 *uittas,* II 146 *meos,* II 595 *tam.*

Tandem vero filietatis librorum scriptorum deductione absoluta ad aliud nunc munus exsequendum progredi datur, ut quaenam cuiusque libri in poetae textu retexendo auctoritas verique fides sit indicetur.

Inter annos 404 et 408 carmina Claudiani maiora atque politica collecta et in codicibus una perscribi coepta esse supra posui (p. LXXVIII); carminum minorum is delectus qui hodie extat aut eiusdem saeculi V decursu aut saeculo VI factus est. Iam illis saeculis ipse 'Claudiani maioris' codex archetypus *Ω*, ex quo manarunt libri omnes, originem cepit. Lapsus scripturae haud ita raros in eo fuisse fatendum est: nihilo minus scriptoribus eis Claudianum adnumero quorum verba satis fideliter servarint membranae; saepissime enim inter variantes lectiones unam vere genuinam esse agnoscitur, quoque diutius in hoc poeta tractando detineor, eo magis, ut fit, abstinere disco a correcturis. Iam vero prava orthographia obtinuit in *Ω* in vocibus *Danubius* et *Suerus*[1]). Lapsus autem scripturae quos dixi plerumque facillimi fuerunt: singulae litterae permutatae vel omissae ut Stil. I 62 *Beli*] *belli;* II 239 *fecundat*] *fecundet;* Eutr. I 91 *refugit*] *refudit*; Eutr. II praef. 9 *Ille citas*] *Illicitas,* unde adeo factum est *Inlicitas.* Gild. 241 *infirmo*][2]) *in primo;* Gild. 411 *FLEVISSE*] *VENISSE;* Nupt. 126 *SILVIS*] *SOLVIT;* Ruf. I 314 *domare*] *domari;* Eutr. I 456 *surgas*] *surgat*[3]); Eutr. II 489 *serum*] *rerum;* c. m. 53, 69 *fonte*] *ponte*[4]); Theod. 15 *honori*] *honore;* 66 *impendit*] *imponit;* 110 *flamma*] *flabra;* Nupt. 70 *corrumpens*] *corrumpunt;* Bell. Poll. 465 *temptans*] *temptat;* Theod. 284 *Et*] *At;* 300 *rudant*] *ruant;* Stil. II 57 *uiolatis*] *uiolati;* 135 *ulli*] *ulla;* VI cons. 187 *fulmine*] *fulmina;* 557 *curua*] *cura;* 622 *haec*] *hic;* Bell. Poll. 218 *cyrni*] *cyaeni, cypri;* 20 *sic*] *sed;* 91 *sic*] *si;* 541 *seruare*] *seruire;* 553 *nescia*] *noxia;* 637 *natale*] *fatale;* denique Gild. 160 *Tingi* aut in *pinguis* abiit aut in *ganges*[5]). Errores huiusmodi esse antiquissimos docet quod Ruf. I 227 *Parthum* falso iam lectum esse videtur ab Apollinare Sidonio (cf. ad l.): contra *partus* Claudianus dederat: nam in versu hoc: *aut Hyrcana premens raptorem belua Parthum* hoc quod est *Parthum*, geographica notatio, superfluit iuxta *Hyrcana*, simul vero raptorem cuiusnam rei memoretur audire volumus; quin etiam eo maiorem tigridis furorem esse sentimus si 'partus raptor' adesse dicitur. Nec non et Venantius Fortunatus fortasse iam legit illud *in uultus quos pinxit amor* Nupt. 7[6]).

Porro littera *N* facile omissa ut in Gild. 217 *petissent*] *petisset,* Ruf. I 287

1) Nisi forte *suebus* olim scriptum fuisse ex corruptelis IV cons. 655 concludere velimus, ubi scilicet *P liebus, II lybeus.* 2) Ita emendandum esse locum impeditissimum sero percepi: exponit Theodosius Arcadio de perfidia Gildonis, quam expertus sit in bello civili contra Maximum gesto: *Infirmo genitore, vide, civile calebat Discidium; dubio stabant Romana sub ictu; Quis procul Armenius . . . qui me non iuvit euntem Auxilio?* Hoc est: Ego genitor tuus infirmus eram viribus militaribus, cum bellum civile caleret; sed auxiliis Armeniorum et aliarum gentium infirmitas haec sublata est; solus Gildo fidem non servavit. Vocem *infirmus* in re militari recte poni docet Caesar bell. civ. III 9: *cum essent infirmi ad resistendum propter paucitatem hominum;* id ipsum valet de Theodosio. 3) *Gens Claudia surgas* satis certum puto; ubique enim v. 451—460 per alteram personam adloquitur poeta Decios, Torquatos, umbram Fabricii, Serranum, Lutatium, Marcellum, Catonem; debuit igitur etiam gentem Claudiam. 4) Certe in nullo libro mso. cui fides habenda sit *fonte* certo inventum est. 5) Similiter credi possit Nupt. 167 *Psamathe* edidisse Claudianum, quod aut in *spatale* mutarunt aut in *pigmea.* 6) Contra Orosius quod III cons. 97 *tibi* adfert pro *cui,* ex exemplaribus vix id hausit, sed ipse liberius citando intulit; cf. p. LXXVIII.

rebellans] *rebellas*[1]): contra eadem prave iniecta est Eutr. II 149 *moue*] *mouent* (*t* enim ex *trans* repetitum, quod sequitur). Littera *V* irrepsit Eutr. II 186 *alae*] *aulae*.

Scripturae continuae saepe erroris culpa danda; cf. illud *in gentes* Stil. I 300. magis etiam c. m. 9, 13 *subit radix*] *subitraxit, subattraxit:* item, ni egregie me fallit opinio, Eutr. II 592 *hasstilichotendo*] *hastibiprotendo:* certe *protendere lacrimas* quis tolerabit? Vocativus autem *Stilicho* exoptato ibi relicitur.

Compendiorum pauca vestigia et incerta sunt; ita Ruf. II 525 *IPMQ* in *NRMQ* abiisse crediderim; fortasse etiam Eutr. I 156 *SVMMOR* in *SVMMOS;* et Ruf. II praef. 2 bene erit si non *permissis*, sed *promissis* legetur.

Raro hexametri in falsum locum translocati; id evenit Nupt. 52 (etiam Theodor. 261?; c. m. 50, 5 et 6?; IV cons. 171—173?).

Interpolationis contra paene nullum vestigium. Liberius modi verborum immutati Eutr. II praef. 57 sq.: quia enim futura *terrebis, agitabis* antecedunt, imperativi *suspende, redi* sequuntur, formae *caruit* et *aestuat* stare non possunt, immo flagitatur *carebit* et *aestuabit:* rescribatur ergo *careat* et *aestuet* (cf. ad l.). Item Eutr. II 340 quod legitur *obruit* sensui vix sufficit. Ceterum voces singulas interpretamentorum instar interpolando inculcatas nusquam fere animadverti (nisi forte illud *gramina* Ruf. I 152, quod ex v. 151 irrepserit, vel *quam* IV cons. 301); verum eiusmodi vitia librarii demum *x* et *y* committere coeperunt. Neque si in totos versus hos vel illos quasi insiticios obelum strinxeris, caute egeris; immo vix ullus certo adulterinus versus in *Ω* fuisse dici potest[2]): vix enim fuerunt Eutr. I 281—284. Ruf. I 243. 321. II 168. 486. Gild. 63. 160. 280. IV cons. 616. IV cons. 156[3]): neque iam de verbis Bell. Poll. 607 *pretiosior . . . passim* suspicionem sustineo, sed pro parenthesi haec ibi verba accipi malim[4]). Suppositos sane credo versus Theod. 279 et Stil. I 304; sed de his libri scripti ipsi dissentiunt, ut ne in *Ω* quidem eos exhibitos fuisse intellegas. Nempe neque in scholis saeculo quinto lectitabatur Claudianus neque grammaticorum passus est vel antiquariorum tractationem neque scholia in marginibus tum luxuriabantur. Hinc illa abstinentia interpolatorum.

Supersunt lectiones dubiae haud paucae, ubi genus medelae incompertum vel ambiguum: fesc. 4. 17 *facem tradite;* Eutr. I 172 *pati;* Eutr. I 230 *In miseras*[5]): Eutr. I 130 *nocitura;* Ruf. I 16 *uacuo . . motu;* Ruf. II 149 *uolitat;* Ruf. II 287 *calorem . . rumpi;* Ruf. II 312 *nouis;* Gild. 299 *carcere moto;* Theodor. 129 *causisque;* 147 *regit;* 201 *lydos;* 205 *lumina;* Stil. I 165 *Vel;* II 168 *lenis;* VI cons. 631 *una omnis;* Bell. Poll. 109 *currus;* 153 *bello;* 407 *uarios;* 583 *praeclarus Alanae*[6]): Nupt. 278 *populi;* 292 *notos . . amnes.* In his tamen et similibus[7]) remedium adhibeatur semper lenissimum, interpretamenta intrusa ne constituantur velim.

Ex *Ω* filii provenerunt duo *x* et *y*, non post saeculum IX, fortasse iam saeculo VI. *Ω* litteris capitalibus fuisse perscriptum satis credibile est; idem etiam de *x* nescio an demonstrari possit, minus de *y*. Ex *y* quod afferam non habeo nisi forte Stil. I 95 ex nomine *PROMOTI* in *EB* effectum esse *PROVICTI:* itaque ex *O* ortum *C*, praeterea *M* in *VI* distractum[8]). In *x* saepiuscule *C* et *G* commutata; ita Gild. 396 *arguit* pro

1) Forte etiam *crustans* pro *frustra* Eutr. II 15. Dubium illud *irae consulitur* IV cons. 266; Stoeckerus contulit Sallusti Catil. 51, 6: *aere magis irae vostrae quam famae consulatis:* sed sensus paullo diversus est. 2) Agitur hic de Claudiano maiore; Raptus et Paneg. Probini et Olybrii seorsum iudicentur. 3) De huius sensu iam videndus Kochius Mus. Rhen. t. 44 p. 588. 4) De VI consulatus panegyrico cf. quae monui p. LVI. 5) Certe *in* pravum; regit enim *ludere* merum accusativum. 6) *Alanae* molestum quia *Alanus* v. 581 praeivit; *praeclarus* pro *dux* quam maxime suspectum. 7) Denique loci multi nimirum ubi quatenus defendi possit lectio archetypi dubitatur; velut Ruf. II 178 *saevire*, Nupt. 214 *stamine*, IV cons. 292 *uiuant*, 334 *Inclusum*, Stil. I 224 *sit*, 226 *Albim*, II 218 *innumerae*, 217 *uelata*, 304 *factorum*, B. Poll. 634 *amisimus annis;* adde Stil. III 45, VI cons. 365, c. m. 27, 22; 49, 9 al. 8) Alio ducit c. m. 53, 61 quod pro *his* scripserunt *bis*.

arcuit, 321 *signatus* pro *sic natus,* Eutr. I 366 *subicit* pro *subigit,* Stil. II 176 *vagaret P,* quin etiam *garenum V* pro *vacaret;* sed ne hoc quidem satis tutum [1]). Ceterum Claudianus in *x* et *y* recensionem sive mavis interpolationem duplicem atque diversam expertus est. Quae recensiones ubi conspirant, de *Ω* satis constat; ubi discrepant, in alterutra lectionem *Ω* servari plerumque confidimus.

Et primum codicis *x* lectiones aut ex *VP* consentientibus cognoscuntur aut, si dissentiunt, ex *V* solo, ibi nempe, ubi *P* cum *y* (vel *w*) facit; ubi vero *P* et a *V* et ab *y* (vel *w*) differt, reputandum est, utrum *V* an *P* fidelior de *x* testis sit habendus. Et plerumque facile vincit *V*. Nihilominus etiam exempla nonnulla, quibus *P* praecellat, supra p. XCVIII protuli; adde c. m. 25. 5 ubi *P musto, V multos* (cf. supra p. CI); Gild. 238, ubi solus *P* cum *ε sit palma* pro *fit palma* commodat; item Eutr. I 280, ubi solus *P* pure tradidit *abscidere;* Nupt. 88 ubi solus *P zmaragdi* quod quam bene habeat vidit Gesnerus; carm. min. 25, 28 *papillas* solus *P;* Eutr. I 419 *cubili* ex corr., verissime; Eutr. II 303 *actis* in *P* propius a vero quam *actas* in *V;* item Stil. II 196 *agnoscitque causas P*[1] rectius quam *V*[1] *agnoscit causas;* in VI cons. 637, ubi vulgata *claustris,* memorabile est quod in *P* exaratum est *clautris, clathris* vero in *ε*. VI cons. 291 *huc P* ex correctura, quod dubitanter recepi (cf. ad l.)[2]).

Et non receptum est in *V* Bellum Pollentinum: quoniam vero eius carminis inscriptionem *V* conservat, non defuisse carmen in *x* secure suppono. Hinc est quod in Bello Pollentino semper in *P* lectiones vigilare oporteat: qui liber licet scateat mendis vitiisque ex *w* infectus sit plurimis, tamen solet inmiscere quae fratre meliore digna sint. Itaque *P* talium lectionum velut *robur* v. 74 et *sors* v. 370 et *uber etrusci* v. 501 gravissimum testem habemus: hac ipsa auctoritate defenditur illud *Vandalicis* v. 415 (cf. supra p. XLVIII sq.); prodit idem v. 18 vestigium rarissimae vocis *tom̄;* praebet porro *aleus* v. 68, *retia* v. 279, *uendidat* v. 567, *qua* v. 582, *diffundit* v. 436[3]). Quin etiam ad veritatem ipsam aspirant *profunda* v. 85 (cf. ad l.) et *timor* v. 262 (cf. ad l.), quae si in *V* extarent, in textu ponere minus haesitassemus. Perpulchrum v. 328 *nimbosave* scriptum ex correctura; v. 473 *subito pedites* etiam edere debuissem[4]). Denique et *retractis* quod quamvis obscuratum agnoscitur in *P* v. 121 et *praefigere* v. 298, quod cum Claudianea temeritate dictum esse sentio, si in *V* traderentur, consideratione iterum iterumque digna haberentur.

Panegyricos De tertio et De quarto consulatu Honorii prorsus ignorat *V*. Extiterintne in *x* nunc non diiudico. Quid valeat in iis *P*, infra illustrabitur.

De *V* librario hoc praedicandum videtur, scripturas *x* plerumque laudabili diligentia et pietate ab eo esse transcriptas ut ubi peccaret per lapsum lectionis id accideret, non interpolationis libidine. Quo iudicio cum fides eius augeri quam maxime videatur, tamen de *x* ipso moneo, ne a perniciosa illa fraude eius scribam alienum fuisse arbi-

1) Eutr. I 294 in *x* MIRATA in MVTATA deformatum est; item Ruf. II 447 pro *gerit triuiis* legebatur *gerit rebus:* scilicet ea lege, qua *b* pro *v* scribebatur cum idem sonarent, primum *tribiis* ortum fuit; *t* autem periit quia *t* antecessit; quod superfuit *ribiis* transiit in *rebus;* id et in maiuscula scriptura accidere potuit et in minuscula. Ex hac vero explices illud *quispā̃* Ruf. II 308 pro *quisnā̃* in *V;* nam *n* et *p* praeter prioris hastae longitudinem simillima sunt (illinc quod vulgo *quis par* elicuerunt, iam satis refutavit Koenigius; neque vero *pā̃* pro *par* scribitur). Eutr. II 303 *attis* quidem *P*[1], sed ut ex *actis* correctum videatur, *actas V;* ergo in librorum *VP* fonte iam *c* extiterat; *ct* autem cum *tt* confundi facillime potuit in eodem minusculo genere. Et fieri potuit nimirum, ut *VP* non ex *x* ipso, sed ex eius apographo describerentur. 2) Etiam altera vel tertia manus in *P* nonnumquam utilissima; hinc accepimus *mota* c. m. 9, 34; IV cons. 119 *comis* pulchrum, vix verum tamen; IV cons. 633 *rettulit*. Contra ex *V*[2], *V*[3] rarius lucrum capere me memini; habet *amolitur* Ruf. II 455. 3) Scilicet praesens tempus praetuli; sequitur enim *redit,* atque tenendum est tum, cum scribit hoc carmen Claudianus, recreationem Italiae minime perfectam, sed vix coeptam esse (supra p. LII). 4) Pravum est *subitos pedites,* male enim sonant terminationes *-os* et *-es* coniunctae, neque omnino solet poeta hic elegans tam arte et inartificiose ipsi substantivo praefigere adiectivum.

treris. Huic debetur quod nimia superstitione persequi Vaticanum nobis non licet: sed aequa fere qua stirpis *y* testes meliores auctoritate uti debet. Atque quoniam ad laudem Vaticani quidquam addere hoc loco non refert (videas modo illud *ales* Gild. 177. *socium aversatus* Eutr. I 150, quod *P* confirmat, *lanigeri suis* Nupt. 183, *uultum* quod eruimus Stil. II 275, *antiqua levis iactura cruoris* Eutr. II 118, quodque ex *V* restitui Gild. 411 *ovium*), hac data occasione potius interpolationis temerae et uberae quamvis pauca ex *x* exempla congeram.

Et facilius quidem fuit quod falso legitur Gild. 50 *elapsi* pro *et lapsi*, 70 *reddit* pro *reddi* (iactat enim Gildo a se non debita reddi). 202 *notarit* ubi *notabat* Dracontium patronum habet, 214 *gerens* pro *regens*, 216 *adhuc* pro *at hic*. Nupt. 61 *perpetuo florent* ubi *perpetuum* poetico sermoni magis convenit, Eutr. II 111 *spectabat* pro *pectebat*, vel quod Eutr. II 538 *te sic* positum est pro *sic te*, similia: contra tamen (ne illos locos afferam ubi *V* familiae *y* interpolationes mirum in modum sectatur velut Gild. 238 *causa* pro *palma*, 153 *illicitis* pro *illyricis*) temero mutandi studio in *x* haec et similia tribuenda sunt: Eutr. I 213 *drusus* pro *croesus* (similitudine nominum sane seductus scriba fuit), II 355 *tantae mortis* pro *tantis morbis* (iterum post lapsum oculorum ad casum mutandum pellectus est). Eutr. II 97 *e* pro *in*, 171 *e* interpolatum, 194 *iam* pro *i*, Gild. 117 *quae* pro *si*, Ruf. II 301 *tu* pro *i*, porro Ruf. II 214 *ardor* pro *pro dolor* (illud vel voce *arsurae* in v. 215 refellitur); de Gild. 150 et 151 ad l. disputavi; Gild. 184 *decorum* pro *canorum* (hoc nempe verius quia efficacius; cantus enim inest puerorum), 215 primum *Et iam* pro *Iam duo*, deinde *senior* pro *maior*; 356 *nisu destringere saltus* pro *uenatu cingere*, 156 *regnum quod tot sibi* pro *regnumque sibi tot*, Eutr. II 77 *Instaurare* pro *Incestare*, Nupt. 49 *coum* pro *ionium* (vide ad l.). Quid? quod Gild. 188 *x* habuit *vellite, proclamant, socii, iam vellite funem*, contra *y*: *solvite iam, socii, clamant, aut rumpite funem*, ubi, nisi quis falsae se Vaticani adorationi dedidit, sentire debet ad depingendam classiariorum festinationem quanto fortius dicatur *solvite aut rumpite*, ne scilicet ulla mora sit profectionis. Plenum versum *V* subditicium habet Theod. 279.

Quid denique ansam praebuerit falsario detexisse mihi videor Ruf. II 501, ubi pro *arctoi x* paene impudenter *et seui*; legere nempe interpolator sibi visus erat *ac torui*. Fuit itaque haec expedita variandi cupiditas[1]).

Traditionis *x* antiquissimi vicarii *G* sunt uterque, de quibus relatum est p. CII. Quibus lectionum *V* fidem firmari, novas autem quas amplexemur paucissimas praestari ibidem dictum est.

Hic vero etiam de titulis librorum Claudiani disputationem temperi inserimus. Quaeritur hoc maxime utrum in titulis Laudis Stilichonis et Belli Pollentini codici *V* (et *P*) magis obtemperandum sit an libris reliquis. In universum enim sicut in textu pertexendo, ita in hac quoque re non uni auctoritati confidentius nos dedimus, sed per electionem procedendum fuit.

Emendatiores titulos in *V* extare constat hos: carm. min. 25 *Epithalamium dictum Palladio v. c. et celerine*, carm. min. 50 *in Iacobum magistrum equitum*, 46 *De chlamyde et frenis* (cf. ad l.), 47 *De equo dono dato*, 48 *De zona equi regii* eqs.

1) De multis nimirum locis habeo quod dubitem. Gild. 149 displicet quidem *melius* propter eundem sonum *medius* in v. 148; tamen *melior deserta iacebo* quod fuit in *x* audacius dictum. Gild. 179 *lateri* in *x* aptum est quidem, nihilo minus *capiti* praetuli ne allitterationem delerem (similia disputavi in appendice huius praefationis). Contra versum Gild. 234 ita ex *x* assumpsi *ut te mortalia pridem Implorant longeque pium fortemque requirunt* quamquam magis fluit quod pro *longeque* offert *y*: *lugentque*. Etenim *longe* pro *diu* quam maxime Claudianeum itaque genuinum est, anaphorarum autem amori satisfaciunt etiam *pridem* et *longe* quae ita correspondent ut eandem notionem repetant. — Eutr. I 66 repudiavi *haec erat haec, Ptolemaee, fides? hoc profuit aetas*; quis enim demonstrativum toleret ter positum?

Peccatum esse in *V* (et *P*) constat his exemplis: in Eutropium II praef. numeratur *liber seds*, II *liber tertius*[1]); atque etiam hoc liberius factum quod scriptum ibi est *in eundem. Fescenninorum* proprius titulus eliminatus. VI cons.: *de cons(ule) Honorio Augusto.* Pravius etiam carm. min. 22: *Excusatio pro se*[2]) (cf. *M*) et 23: *Excusatio aput aletium quaestorem dum obiceretur* eqs.; carm. min. 24 coniungitur: *De dulcio de lucusta;* carm. min. 31: *Ad Serenum de nuptiis* (cf. *M*); carm. min. 33 sqq.: *De cristallo lapide in quo ingelata latebat aqua.* In c. min. 44 recte: *In eundem Curetium*, improbabile contra c. m. 43: *iocus de Curetio.* C. min. 18: *De mulabus gallis;* c. min. 20: *De sene qui iuxta ueronam consistens nec ciuitatem norat nec uillam umquam egressus est* (item *P*); 51: *de spera.* Interpolatum etiam in *V* illud *proemium de nupciis pelei et tethyis propter nupcias marie et honorii* ubi verissime *E* propriam vocem *Epithalamium de nuptiis Honorii et Mariae* eqs. servavit: quam veram esse inscriptionem vel Apollinaris Sidonii carmina XI et XV confirmant.

Dubia haec: carm. min. 27 *Phoenix V* consentiens cum ipso *E, de Phoenice* et *R* et *P* et *M;* illud defenderis collatis cc. min. 28 et 29 *Nilus* et *Magnes*, hoc collatis cc. m. 49 *de torpedine* et 9 *de hystrice* (adde 42: *de apro et leone*, append 9 *de hippopotamo*). Bello Gildonico in *V(P) Bellum Gildonis* subscriptum est, sed ex corr. in *V;* quod ut defendi fortasse potest, ita tamen accipere nullo modo ausus sum: optime autem in *V* adicitur *liber I.*

Nec magis id ego discernere ausim veriusne sit *Bellum Pollentinum* an *Gothicum;* propensior tamen sum ad priorem titulum improbandum; facile enim eum fingere potuit librarius ex carminis v. 635 (cf. VI cons. 128), et accedit quod etiam variat *M* ubi *Bellum Pollenciacum* dictum est (velut 'Actiacum'); *Gothicum* scripturae patrocinatur perantiquus liber Santenianus, de quo cf. p. LXXXI.

Denique *Laudem Stilichonis* Laurentius Lydus tutari videatur qui De magistrat. I 47 citavit ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Στιλιχῶνος ἐγκωμίων; noli tamen hanc magni aestimare congruentiam; nam ad citandum vox *laus* vel ἐγκώμιον fere accommodatissima fuit; neque solet Lydus accuratissime agere his in rebus, et falso posuit pluralem numerum ἐγκώμια, cum unum esset, eo deceptus videlicet quod tres eius libri tradebantur; denique Augustinus e. g. versus Claudiani III cons. Honorii 96 sq. quasi ex 'laudibus' Theodosii afferre non dubitavit.

Si consuetudinem quae in operibus similibus regnaverit circumspicimus, possit in auxilium vocari Corippus qui scripsit 'in laudem Iustini' vel Priscianus 'de laude Anastasii imp.'[3]) vel ille quem Calpurnium esse putamus 'De laude Pisonis': ita certe codd. Parisini. Ceterum ne de hac inscriptione nimis creduli codicibus obsequamur, inhiberi possumus et reliquorum usu considerato et comparato carmine falsi Tibulli, quod in libris vocatur *Laudes Messalae* (vel *de laudibus M.*), inscribendum vero est teste Tibulli fragmento Cuiaciano, quocum consentiunt excerpta Tibulliana, *Panegyricus Messalae*[4]); ita nempe etiam Varium 'panegyricum Augusti' scripsisse tradit Porfyrio ad Hor. Epist. I 16, 25. Sed ne ad longinqua vagemur, proximus Claudiano est imitator Apollinaris Sidonius; apud quem carmen II audit *panegyricus dictus Anthemio Augusto bis consuli*, carmen V *panegyricus dictus . . . Maioriano Augusto*, c. VII *paneg. dictus Avito Augusto:* cum eo prorsus congruit Publilii Optatiani Porfyrii *panegyricus dictus Constantino Augusto;* sed etiam Corippi extat *panegyricum in laudem Anastasii quaestoris et magistri.*

1) Hoc reieci supra p. XL adn. 3. 2) *Deprecatio* unice rei convenit; cf. Volkmannus Rhetorik der Griechen p. 78². 3) Contra nihil probat quod habet Vacca in vita Lucani: *Laudibus recitatis in Neronem fuerat coronatus;* vel quod de „laudibus" Senecionis et Aruleni Rustici legimus Suet. Domit. 10, Plin. epist. VII 19, 5. 4) Perperam Hillerus in editione titulum omisit; qui ne de ordinandis quidem his carminibus verum vidit.

Denique apud ipsum Claudianum his postremis exemplis unice respondent *panegyricus dictus Probino et Olybrio consulibus, panegyricus dictus Manlio Theodoro consuli, panegyricus de quarto consulatu* eqs. (teste *E*; cf. *M* et *P*) similiterque in tertio et sexto consulatu Honorii.

Iam vero libri tres de Stilicone quin locum in codicibus plerisque recte obtineant inter Theodori consulis et Honorii sextum consulis panegyricos, nemo dubitabit (cf. infra de ordine carminum); in iisdem autem codicibus huic loco convenienter inscribitur *De consulatu Stilichonis*[1]), nec iniuria: totum opusculum enim ipsum quoque ab initio de consulatu agit (cf. iam I 9), sed ita, ut laudatio sollemnis et rerum gestarum conspectus praemittatur, id quod etiam in reliquis panegyricis fit, cf. pan. Prob. et Olybr. 29—70, IV cons. 18—564, Theodor. 16—255; libellus de III. cons. adeo in laudatione totus absorbetur v. 13 — fin. In codice *V* carmen de Stilicone ex consulatuum laudatorum serie demptum est et in falsum locum deportatum; igitur tunc ipsum etiam titulus 'De consulatu' in latiorem 'Laudem' Stilichonis liberius mutatus esse dicendus est (peius etiam catalogus in *M: De laudibus stiliconis*)[2]). Ad hunc titulum induci potuit scriba e. g. versu II 1: *Hactenus armatae laudes.* Estque etiam reputandum librum *V* (cf. et *P*) ne de forma quidem tituli sibi constare: in libro primo enim habet nominativum *Laus Stilichonis, libri numero III*, in libro altero potius adicitur praepositio *De laude Stilichonis liber scds;* quae inconstantia indicium fictionis quamvis tenue sit, non contemnetur tamen.

Itaque in inscriptionibus carminum fidem libri *V*, qui frequentius interpolatoris manum passus sit, minorem esse comparuit, maiorem librorum *E* et *C*. Id tantum mirari possis, cum plenum titulum postulemus *panegyricus de consulatu Stilichonis*, necessariam illam vocem *panegyricus* praetermissam esse in *E*.

Transeo ad *y* alterum archetypi filiolum. Ab hoc quippe qui ex ipso *Ω* descenderit ibi auxilium remediumque expetemus ubicumque *x* depravatus est. Habuit tamen etiam *y* suas interpolationes easque fortasse non pauciores quam *x*, non vero eisdem in locis, vixque ullum ego Claudiani versum novi, cuius dupliciter et in *y* et in *x* interpolata esse verba suspicer. Bis autem *y* descriptus est: exemplaria inde fuerunt *z* et *w*; in *z* quamquam textus ex *y* non prorsus idem iteratus, tamen sat religiose transcriptus est: in *w* effusior incepit interpolatio, simul tamen etiam hic liber non pauca solus sincere ex *y* recepta tradidit. Quae cum ita sint, codices *z* cum *V* (et *P*) multo saepius concordant quam codices *w*.

Exempli *z* tria apographa adhibui, *R, E, C*. Quorum quamquam *R* vetustissimum, tamen quia carmina *R* non continet nisi minora, primo loco *E* taxetur, semper adiuncto consanguineo *ε*.

Iam libri *E* gloria quidem inde ab Nicolao Heinsio adhuc infracta duravit et ab excerptorum amatoribus pie adaucta est; ego si ab ea aliquid detraxero, tamen hic fons carminum inter principales etiamnunc manebit neque fere minoris aestimabitur quam *V*.

Merita huius libri si enumerarem (quamquam ad carmina minora parum ex eo lucramur) rem ego actam agerem: neque nisi exempli causa commemoro melius mihi visum esse Ruf. II 359 *horribiles visu* ex *E* restitui quam *horribilis* ex reliquis: si enim ipsa parva lamina horribilis praedicaretur, id vi careret; immo equites ipsi 'horribiles visu: credas simulacra ferrea': accedit quod lamina iam *flexilis* dicta erat neque solet adiectiva duo adicere Claudianus. De lectione gravissima Ruf. I praef. 17 dispu-

1) Sic non solus *E*, sed etiam alii libri qui ordinem carminum, quem hac in editione repraesentavi, servarunt, velut Musei Britannici coll. Egerton 2627 saeculi XII et Gudianus *Gu* qui in inscriptionibus curam posuit rariorem. 2) cf. J. Koch De codd. Cuiacian. p. 47.

tavi ad l. et in libello De mor. christianis etc. p. XXIII adn. 2 et supra p. XXXVIII adn. 1. Vide etiam Ruf. I 91 *Euripi* nomen, ibid. 165 *aspectu* (neque enim *intuitu* poeticae orationi convenit), 189 *iungatur* (praeferebat nempe poeta in verbo cum duobus subiectis ubique fere numerum singularem), 308 illud verissimum *iamque Getas,* carm. min. 17, 15 *exerit,* (ita ε), VI cons. 324 *tum* (cf. supra p. LV adn. 2), Stil. II 306 *aeoos* ('laetetur qui Orientis fastos scribere desierit; semper enim Eutropii nomine quamvis eraso vitiati erunt') pluraque aeque singularia. Solus nempe *E* (et ε) etiam carm. min. 49, 10 alterum hemistichium oblivioni eripuit.

Itaque exquisitissima talia ubi fieri potuit in usum meum converti scripsique Ruf. II 320 ex *E: funesta tacere nexus amicitiae,* hoc est enim: quod funesta tacebant vel scelera celari mutuo curabant, id firmavit amicitiam; debito simplicius contra dictum esset cum reliquis: *delicta fuere nexus am.*, neque Claudianus verbi *esse* formis nisi quasi coactus uti solebat; item VI cons. 592: *Nil cumulat verbis quae nil fiducia celat,* unde dicterium acutissimum nactus mihi videor 'fiducia quae nil celat, eadem tamen verbis nil cumulat'.

Haud raro etiam crucem lectionibus adpinxit *E* (item Δ²) eaque de re ipse monet ad Ruf. I 252: 'ubi erit hoc signum, in antiquo dubia fuerit lectio deletis aliquando verbis ab improbis emendatoribus'. Itaque ad verum dignoscendum etiam crux illa aliquid valebit, quod duobus exemplis demonstrabo. Stil. III 326 Δ *fluvios, E* crucem addidit: legendum sane visum est *fluviis;* nam navibus iri potest quidem 'per freta', minus 'per fluvios'; hoc enim potius hominis vel equi esset vadentis; immo in fluviis naves eunt vel ascendentes vel descendentes[1]). Gravior locus Stil. I 222, ubi Δ: *Ut Suevus iam rura colat;* iterum *E* crucem fixit supra *Suevus;* hoc nomen corruptum esse re metrica efficitur: trisyllabum enim ubique valet apud Claudianum, cf. III cons. 28 *vel frena Suebi,* IV cons. 655 *sudabit fasce Suebus,* Gild. 37 *et flenda Suebis,* Eutr. I 380 *signabat iura Suebis,* 394 *tristique Suebo,* Stil. I 190 *num Marte Suebos Contudimus?* (item Apollin. Sidon. c. II 361 *nam patre Suebus* et V 474 *Bastarna Suebus*). Ergo verum est nomen illud minus frequens Saliorum quod in aliis mss. naufragium feliciter superavit: *Ut Salius iam rura colat;* id nomen in *E* 'deletum fuit ab improbis emendatoribus', et quod loco illo non *suevus,* sed aliud quid scriptum fuisse acute perspexit doctus codicis excerptor, gratias ei habemus quam maximas. His adsero versum Theod. 237; ubi Δ *lapsisque, E* in margine *lassusque* cum cruce: potest delituisse *lassisque,* potest etiam *lapsusque,* atque hoc ipsum est quod Claudianum ibi scripturum fuisse expectabam.

Sed ut inter homines philosophos alii medio tutissimi eunt, alii ingeniosiores modo secretum cacumen veritatis felici attingunt volatu, modo ridicule labuntur, ita inter libros quoque de quibus agitur *E* non solum quae admiremur, sed etiam quae demiremur multifaria oggerit ostenditque interpolationem hic illic audaciorem et quasi grandiorem etiam quam *x* et *y* reliqui. Iam igitur ex *E* et erratorum et interpolationum delectum hic iniciam: Nupt. 309 *possemus*| *nunc possem* (cf. ad l.); Ruf. II 245 *mundum*| *annum;* 212 *geritur*| *urgemur; rit* pro *m* accepit, *ur* ex *Rufinum* quod praecedit iteravit; 273 *gestandi*| *gestari;* ita *E,* non *gestati;* turbulenter de hoc l. Jeepius; 350 *tramite*| *limite* quod vel propter *i* vocalem *(dirimi se limite)* molestum est: Gild. 128 *agit*| *adest* ε; inprospera corruptelae emendatio; ibid. *doluistis*| *meruistis* ε fort. ex Verg. Aen. IV 317 *si bene quid de te merui.* Fesc. 1, 13 *iacebunt*| *herebunt* ad sensum fortasse praeclare, sed metro violato. Eutr. I 251 *peditum*| *unum;* latere aliquid visum itaque ad multas coniecturas ventum est: probata mihi est nulla: *pro victore redit Hunum*

1) Aliud est quod apud Ausonium legitur XIX 126 (Sch.): *quidquid vario per flumina, per freta cursu advehitur;* hic enim *per* quasi instrumentale rationem indicat qua merces advehitur.

Mommsenus perpulchre, nisi quod genitivum cadentem in *um* praeter unicum *superum* non novit Claudianus (cf. Kochius de codd. Cuiac. p. 58): *truncum vexilla sequuntur* Heinsius, ut truncus spadonem significet; sed ea significatio alias ignota. Ego post multas animi turbas ad *peditum* quod est in *VC* pedem rettuli: si enim scribitur

Pro victore redit: peditum vexilla sequuntur
Et turmae similes eunuchorumque manipli,

ad *vexilla* facile supplebis vocem *similia*, porro et ad *similia* et ad *similes* genitivum *eius*, scil. Eutropii. Iam vero quia *turmae* equitum sunt, *vexilla* aut ita abundant ut locum non habeant aut de peditatu dicta esse debent, id quod intellegeret nemo nisi *peditum* scriptum esset. Denique illud *unum* in *E* falsarii est eius qui rhetoricam oppositionem 'tot milites sequuntur unum' inferre gestiverit. Pergamus vero. Eutr. II 382 *unci*] *uncti:* venia parata est. ibid. 253 *uberis*] † *isidis*, perperam, idem tamen non sine audacia excogitatum; adde Stil. I 35 *quid*] *ne;* ibid. 37 *Valenti*] *volenti* facili errore. 82 *gerebat*] *regebat E* cum aliis, infeliciter; dictum enim est per oppositionem: 'regina, quae regnare potest, obsequium facit vel gerit'; itaque *regere obsequium* nihili est. Ibidem 331 *Romuleas leges rediisse fatemur Cum . . famulantia cernimus arma*] *Romuleae leges rediere, fatemur. Cum* eqs. Hoc si probamus, *fatemur* parenthetice positum est; sin autem parenthetice, sententia temporalis vel causalis *cum cernimus* ex *fatemur* iam non pendere potest, talibus enim vocibus parentheticis sententiae secundariae adnecti non solent; sed pendet ex *rediere;* quod tamen sensu caret: nam dicendum fuit videlicet *leges rediere, cum arma famulantur*, nec vero *cum famulantia cernimus*. Itaque relinquendam *E* scripturam esse censui. Stil. II 31 *tenens*] *tenet* quod refutare non refert. 66 *severa*] *serena E*, item *BA*, non recte. Stilico enim Honorium educare dicitur ratione duplici: neque enim eum a voluptate prorsus coercet *(nec contra nixus orantem confringit animum)* neque vero voluptatibus eum obrui sinit *(neque desidiae tradit)*, h. e. simul et placidum et severum praeceptorem agit; id ipsum subtiliter exprimitur v. 66 *quem tu sic placida formas, sic mente severa* quam contrapositionem delevit *E*. Ibidem 136 *Interius*] *Ultrices*, quod absurdum. Nescio an *Ultrices* ex *Illecebris* (v. 137) ortum eique voci suprascriptum fuerit in *E* et ad v. 136 falso tractum sit ab excerptore. Ibidem 337 *ipse*] *ipsa;* 339 *rigentia*] *ingentia:* III 253 *metuenda feris Hercaerge*] *siluis metuenda mycharce:* temulente interpolatum ut metri damnum resarciretur posteaquam nymphae nomen decurtatum fuit. Item carm. min. 41, 9 vocis *prisci* resectum est *pris*, inde natum *chii:* hinc porro *E* effecit *socii*. Item carm. min. 22. 46 *Achillea . . hasta* ab eo excogitatum puto, qui quaesitas tenebras voluit elucidare. III cons. praef. 3 *tegmine ε;* cf. ad l.: Stil. II 171 *musas;* cf. ad l.: ibid. 225 *annueres;* cf. ad l.: ibid. 318 *sed anus matura uerendo*, ubi tamen Stiliconis nomen, quod in plerisque, abesse non potuit [1]). Stil. III 120 *regni socer et;* ipse reputa. Ibidem 357 *classica* dubitanter sane recepi; vix autem credo *classica turba* pro navibus ipsis placere potuisse vel Claudiano vel ulli antiquorum: haec nempe 'turba' ibi dicitur bestias amplexa esse. Aperta loci corruptela in inprosperam hanc correcturam *classica* pro *classis* abduxerit; nos *classis torva sonat* manu poetae scriptum fuisse coniecimus. IV cons. 557 *flavum*] *fulvum;* sed luditur in nomine: agitur enim de 'Xantho' [2]).

Porro agendum paucis videtur de versuum in IV cons. 221 sqq. ordine. In *E* enim vv. 225. 226. 227 post 220 et ante 221—224 locum obtinebant. Id quoque falsum esse facile intellegitur. Incipit nempe v. 228 Theodosii de principis virtute oratio longissima, qua regis probi esse semet agnoscere variis sententiis illuminatur. Versus

1) Eleganter de h. l. Kochius Mus. Rhen. t. 44 p. 586 adn. 1. 2) cf. de simili Senecae lusu in nomine Xantho prooemium Marpurg. 188*, De Senecae apocolocyntosi p. XIV; quod non intellegi a Wachsmuthio (Stud. Lipsiens. a 1890 p. 347) miror.

221—227 loco praefationis virtutis desiderium excitant et quasi thema proponunt. Quodsi v. 227 legimus *longis illuc ambagibus itur*, quasi excusando id dictum est: nam ipsae 'longae ambages' v. 228—418 sequuntur, scilicet prolixa illa de virtute acquirenda dissertatio. Itaque versus 227 versum 228 quia praeparat, iure optimo praecedit; idem obscuratur si *E* sequi mavis. — Addo Barthii coniectura insignitum locum IV cons. 107, ubi audimus

Cingite vos fluviis, vastas opponite silvas,
Garganum Alpinis Appenninumque nivalem
Permixtis sociate iugis et rupibus Haemum
Addite Caucaseis, involvite Pelion Ossae:
Non dabitis murum sceleri.

Permixtis libri scripti *PHB* quod nihil habet omnino quo inquietemur: iuga enim permiscere idem est atque Ossam Pelio involvere quod est in v. sequenti. Itaque luxuriavit Barthii ingenium proponentis *Pyreneis sociate iugis*. Possit offendere vocula *et* quae sequitur: Claudianus enim correcto sermoni ita obtemperabat ut in sententiis compluribus parallelis copulam non poneret nisi in ultima; scribendum igitur potius fuisset *sociate, addite et involvite*. Pyrenei montes abiacent eosque relinquamus; sic ego explico: primum Italici montes sociantur, Garganus Alpes Appenninus, deinde per *et* additi sunt montes Orientis qui pro uno cogitationis membro coniunguntur Haemus Caucasus Pelius Ossa. Quaeris quid habeat *E*? Ecce non ille *permixtis* sed *permitto*. Vile emblema hoc esse agnosco neque tale quo vel ad Barthii correcturam commendandam abuti possis. Simul audaciam semidocti hominis admiror, cui quod tradebatur parum percipienti sua barbara Musa pravum dictavit.

Denique ad obscenissimos versus In Curetium provoco, ubi pudor scribam *E* impulit ut turpissimis quae sunt c. m. 43, 7 *Nam spurcos avide lambit meretricis hiatus* et 44, 8 *quae cunnum lambere causa facit* minus turpia, sed debilia substitueret haec: *Namque avide lambis meretricis labra superbae* et: *mendacem quae mala causa facit;* agi de immani aliquo linguae flagitio ex 43, 6 et 10 colligitur; tale non est si labra puellae lambuntur. Et in altero carmine qui mendacem pro cunno infert, castrat is Priapeam licentiam.

Haec et similia qui perpendit, ex lectionibus *E* singularibus nullam in nostra carmina admittet nisi scrupulose castigatam. Ne credas enim horum vitiorum thesaurum his tandem a me exhaustum esse, animum non cohibeo afferoque Nupt. 95 *vimina costo*] *vimina achanto* quod et blandum est et tamen plane adulterinum: numquam enim Claudianus ullo in versu elidi vocales sivit in pedis quinti morarum tertiae et quartae confinio [1]) (aliud est quod sane post pedis quem dixi moram quartam semel elisum est Rapt. III 341 *inmaniaque ossa*) [2]) neque correctius illud est quam quod *C* peccavit Ruf. II 94 *succurrere aventi*. Quodsi *acantho* damnatur, nonne etiam admirabile illud *sistro* Eutr. I 499 in suspicionem cadit? Sed videas talia ac reputes suo quodque loco.

Postquam de *E* tam multus fui, de codice illius cognato *R* pauciora disputabo. Qui propter venerabilem vetustatem ex apparatu removeri non potuit; ceterum ubi ab *E* discrepat raro eius scripturas praeferes, nisi forte eaedem sunt quas praebet *V*. Est etiam ubi libros *A* et *J* sua auctoritate muniat; quibus de rebus ad disputationem quam scripsi in pag. CII delego. Iis, quae peculiaria invenimus in *R*, veritatem perraro redintegrari posse teneas. Et nihil valent scripturae c. m. 9, 14 *uincta*, 9, 47 *feriret*, 12, 3 *nympharum*, 18, 13 *cursum*, 23, 18 *sophum*, 23, 20 *tuoto* medium tenens inter *tuto* et *toto*, 31, 1 *primo*, 53, 23 *corpora;* neque vero probabo illud *dicabit* 17, 12 vel *lapsa* 27, 31. In gravissimo loco 41, 11 *latiae accessit* soli habent *VA*, libri ceteri

1) cf. Eskuche Mus. Rhen. t. 45 p. 257. 2) cf. supra p. XIV.

late cessit in quo ipsum *late* error manifestus: solus *R* et *latiae* et *cessit;* unde omnino non cogimur a *V* recedere (cf. supra p. VIII). Exquisitum vero sane illud *subtraxit* 9, 13 et inde emendatio certa profecta est. Restant loci duo: et primum quidem 18, 17 illud *consensu pares* quod plerique tolerarunt, mihi nimium quantum displicebat; neque enim consensu pares mulae sunt, sed oboedientia; deinde quia adicitur *et pellibus hirtae,* etiam in verbis illis aliquid desideratur quo species mularum externa graphice proponatur: in *R* vero *concessu* exaratum est: hinc aut *conspectu* aut *incessu* temptabam quamvis conscius solius *R* parum stabilem fidem esse. De versu 32, 7 paullo confidentius iudico: ibi *utero* quod libri sequiores *PJA* suppeditant licet stare possit, ingratum tamen est, quandoquidem etiam vox *sinus* adest: exuberantius enim quis dixerit: 'sinus tumuere eum qui utero inclusus est'. Iam in *V* hic versus deest: ambo autem libri et *E* et *R* non *utero*, sed *uerbo* porrigunt, quod quantopere cum re congruat exposui in adnotatione ad l. Atqui *quem uerbo inclusum Mariae,* quod in *E*, retineri non quit; adblanditur contra quod est in *R: quem uerbo infusum Mariae;* Mariae enim semen verbi sane infusum est: cf. Paulini Nol. c. 27, 262 et al.: hinc provectus sum ad suspicandum: *quem uerbum infusum Mariae* eo fretus, quod hic versus in *V* deest: qui testis si accederet, fortasse ut saepius cum *R* faceret; nunc saltem non contrarius est.

Ad *ER* tertius accedit *C* tradens ille lectiones *z* in libris Ruf., Gild., Eutr., bell. Pollent. Bonus hic liber est iisque lectionibus, quas ex *w* in textum recipiendas putamus, si ille calculum addit, id exoptatissimum accidit. Itaque illud *a* (vel *ab*) *liquida aethra* Gild. 468 habent *ILA*, firmat *C;* praecipue autem bonas in solo *A* lectiones confirmat idem velut Gild. 281 *animus,* Eutr. I 13 *Immersum,* 391 *possim* (item *E*), 186 *averte,* 513 *addictus,* II praef. 13 *abluto* (item *E*).

Solus *C* non multa sunt quae servaverit; ita Gild. 276 *tollunt,* Eutr. I 354 *Carmenii,* ubi *E Germani,* II praef. 25 *iam* (item *ε*), II 18 *ipse,* 120 *diffudit* (perfectum, sequitur enim *nocuerunt*), 581 *curat* (item V^2), 599 *nec,* Ruf. II 326 *aegre* (item V^2): prae ceteris afferatur Ruf. I 205 sq. quo in loco communi, qui excurrit de paupertatis laudibus, paene absurdum est quod legebatur *tibi quaerit inanes Luxuries nocitura cibos, mihi donat inemptas Terra dapes;* neque enim horum carminum stilo convenit ut de se deque suis privatis rebus poeta loquatur et secum Rufinum comparet. Subvenit lex concinnitatis: nam cum per oppositionem v. 207, 209 *ibi* et *hic,* 210, 211 *illic* et *hic* scriptum esse constet, necesse est in v. 205 *C* sequamur qui habet: *ibi quaerit* et deinde *hic donat;* item v. 213 falso *VB tibi,* recte *Cφ ibi.*

Quae vero propria vitia passus sit *C* — sunt autem nec plurima et leniora pleraque —, his exemplis illustretur: Eutr. I 40 *specie*] *speciem,* 94 *damnante*] *damnata* quod aptum ad sensum, 110 *laxata*] *lassata,* 118 *hirundo*] *hirudo,* 172 *fingere somnia*] *somnia fingere,* 180 *claris*] *plagis,* 379 *Caucis*] *caducis,* 400 *fretos*] *fractos,* 410 *scit*] *se;* violentius interpolatum est I 219 *Ne non*] *Ut nunc,* Ruf. II 91 *auenti,* 122 *credis.* Miror autem quod *fluctus* pro *fructus* Eutr. II 271 Heinsio placere potuit.

Denique vero merita libri maxime eminent in 'Bello Gothico' quippe ubi *V* deficiat; cf. modo illud *belli* praef. 18, item *muti* quod restitui sensu ni fallor egregio Bell. Poll. 17 (ubi *tantum,* quod *φ*, etiam sensui repugnat; *muti* autem contrapositum est voci *loquaces* v. 19 sicut *carentia sensu* v. 17 voci *praesaga* v. 19), *Otus* 71, *cygneni* 218 (quod vero proximum), alia. Ita libro *C* etiam in difficillimis vv. 171 sqq., ubi a reliquis singulariter discrepat, secure nos acclinare possumus. Reliqui enim ita de Alarico desperante:

Qui vertice proximus astris
Post Alpes iam cuncta sibi promisit apertas
Nil superesse ratus, postquam tot flumina pulsis (*var. l.* pulsus)
Cinctaque fluminibus crebris tot moenia cernit,

Tot subitos pedites, equitum tot conspicit alas
Seque velut clausum laqueis: sub pectore furtim
Aestuat eqs.

In quibus ut *pulsis* v. 172 prorsus insanit, ita displicet v. 173 *que;* nam si per anaphoram *tot* cumulatur, copulam vetat castigatus sermo; displicet etiam *crebris* quoniam *tot flumina* praecessit: atque quod v. 172 Heinsius *tot flumina vallis* et ego olim *silvis* vel *clivis* (sc. *cincta*) halucinati sumus, ne rebus quidem respondet: neque enim ibi talem in modum vel Addua vel Ticinus cincti fuere. Contra in codicis *C* lectione, quam in editione exhibui, scrupulum iam nullum sentio; quod enim hic Alaricus v. 171 moenia apprehendere dicitur, at contrarie v. 211 muri ante eum procubuisse, exaggeranti stilo facile condonamus; illud autem *lumina pubis* v. 172 scripsit poeta ut Cicero *lumina civitatis,* et comparari etiam possit forsitan *lumen iuventae* apud Maronem Aen. I 590.

Hactenus de *z*. De quo id quoque moneri potest accuratissimum eum fuisse in re orthographica; ostendunt enim et *E* et *R* nec non et *C* orthographiam saepe meliorem quam *x* vel similem Vergilii codicibus antiquissimis (cf. infra de orthogr. caput), qui codices cum Claudiani fere aetate exarati sint, etiam Claudianum hanc quae est in *z* scribendi rationem secutum esse credas.

Ad *w* procedo. Eo in exemplari saeculo nescioquo, fortasse undecimo [1]), nova et auctior pullulavit interpolatio quae quidem ex *BA* facile perspicitur accedente *II* qui tamen inter *z* et *w* medium locum obtinet; documenta eius et in una quaque fere pagina invenies et supra elegi p. XCIX. Summa itaque critices haec erit, ut a *w* prorsus abstineamus si modo quae praestent *xz* sana ratione defendi possint. Nihilominus lectiones *w* si prorsus neglexeris peccatum erit. Ut enim ubi *V(P)EC* consentiunt de veritate lectionis tutissimi sumus (vide quo iure eos secutus sim restituens Ruf. II 244 *noscere,* Gild. 178 *conscribitur,* similiter Ruf. II 262. 279. 283. 237. 312. 347. 362. 369. 399 et alias), exempla tamen non desunt ubi ille fallat consensus. Ex quibus haec adscribo: Gild. 39 *cumulos,* ubi recte *IIA tumulos;* 130 *nec Cybele sicco,* ubi *nec sicco Cybele* propterea praepono quia *Cybele* nomen respondet *Iunoni* hoc in versu; moris enim est ante penthemimeren eas voces ponere quae metri clausulae respondeant. Eutr. I 250 *Assyriis ferret* quod nullo pacto defendas; *BA* bene *Flos Syriae servit.* Ruf. II 230 *leges vibrato imponere ferro,* ubi *IIBA* sine elisione *stricto leges imponere ferro.* Eutr. II 171 *spectari e puppibus,* ubi *e* bene omittunt *IIBA.* Ruf. II 137 *Aera petens fraudesque animi persolvit . . . lucro* contra consuetudinem, qua dicitur *persolvere debitum, pecuniam, poenam,* non *fraudem; poenasque IIBA,* quod etiam magis placet propter sonum *p* litterae repetitum, quo de artificio cf. huius praef. corollarium. Ruf. II 427 *plebs obvia iam secura ruit,* ingratum est propter duo adiectiva, neque perspicitur cui *obvia* plebs sit; fluxerit vocabulum ex Lucano III 80; *undique* in *IIBA* multo magis sensum auget. Ruf. II 172 de turri legitur *Cocytia findit aequora triste gemens et fletu concita plangit,* sed *fluctu* pro *fletu EVPC;* probavi ad l. ex Ovidio, *plangere* idem esse ac *tundere;* igitur sicut aequora turrim plangunt, ita turris plangit aequora: sequitur ut *concita* ad *aequora* trahamus nisi forte conari malis emendationem *et fluctus concita plangit;* immo adiectivum quod est *Cocytia* quasi iteratur verbis *fletu concita* ita, ut etiam sonum similem captet poeta.

Sed pergamus. Nupt. 25 *IIA* praeclare *Lena, Em* cum *VP* prave *Plena;* item Stil. I 171 *nullum* fortasse recte *IIA.* Porro ex *IIBA* recipiendum mihi erat *acerbus* Gild. 300 nec non fortasse Gild. 308 *ceu numen praesensque vocor,* neque enim *praesens* quid significet satis intellegitur nisi *numen* praecedit (ita monuit Buechelerus); porro ex *IIB arces* Ruf. II 189, item *est* omissum Eutr. I 232 (de huius omissionis lege cf. infra

1) Scripturae genus in *w* minusculum et illorum saeculorum sollemne proditur e. g. III cons. 160, ubi *undis* pro *uinclis* tradebat; ergo *d* cum *cl* confusum est.

grammaticas observationes), Stil. III 231 *uincit* (nam tempus praesens unice verum vindicat *reserat* v. 225): ex *ΠA vix tum* Ruf. II 116, Gild. 89 *agebat* (solet nempe Claudianus verbi singularem praeferre ubi duo subiecta sunt, modo id metro concedatur). Gild. 496 *contusa* (= ε), 501 *Arctore*, Stil. I 222 *salius* (cf. supra p. CX), I 122 *vicit* (cf. *stetit* v. 120, *egit* v. 122); Stil. I 234 *iungi* (ita etiam Π[1] ex corr.): *iungit* enim in *quotiens* non quadraret, quod anteit: III 275 *mihi*, quod anaphorae bene inservit; *dum* quod in φ, et otiosum est et melius legitur v. 280.

His recensitis facile concedes nonnumquam etiam ita rem se habere ut *z* cum *x* erraverit, in *y* verum servatum fuerit idque ex *y* solummodo transierit in *w*. Hinc codicum *ΠBA* merita orta sunt. Increscit autem eorum auctoritas in iis carminibus ubi deficit *C*. Ne vero ex his tribus testibus aut *Π* in apparatu supervacaneum arbitreris aut adeo *BA*, etiam hisce singulis singularia merita propria esse paucis evincam; quas quidem lectiones monachorum barbarorum semidoctae coniecturae deberi nulla cum probabilitate contendes.

Primum ex *Π* haec vide. Eutr. I 65 *Quam* quod firmant ε*A*. Stil. II 313 *plus ideo sumenda tibi fastigia vitas* quod firmat *E*; sensus eximius hic est: 'fastigia, quae vitas, eo plus tibi sumenda sunt, ne' eqs.; miror hoc despici potuisse a doctis. Nupt. 7 ubi de vera in *Π* lectione disputavi ad l. Nupt. 68 ubi cum de *V*[1] non constet, magis fortasse *Π* quam *A* sequendus fuit. Eutr. I 501 *hebrus* nomen ex corr. II 250 *graio iam*; neque enim hac in metri sede *iam graio* collocare solet poeta (cf. caput de re metr.). Gild. 253 *praereptus*. Stil. II 460 *ore*; cf. ad l. Stil. III 277 *erit*; etenim *eat*, quod in φ, molestum est iuxta *ire* quod sequitur. Eutr. II 566 *squalescit* quod verius est quam *squalebit* aut *squalebat*, quandoquidem praesens ibi tempus concinnitate exigitur. Gild. 330 duce *Π devictis tumuit dementia Mauris* rescribendum putavi quoniam etiam ε *devictis Mauris* servavit. Ita nempe etiam Eutr. II 207 illud *praetendus* et dignum per se est quod perpendatur et occurrit etiam in ε; Bell. Poll. 113 *furoris Π* et ε verissime: VI cons. 612 *genius Π* et *E* fere item. Addo Gild. 370 *minas*, quod Vergilii comparatione commendatur; Ruf. II 505 *viciique* (ita enim primum scripserat *Π*); Stil. I 316 *emicuit*; 252 *Ger* nomen (?). Contra iure, ni fallor, expuli quod occupabat editiones Eutr. I 74 *nitimur*; et alia.

Sed etiam codex *α* unde *B* et *A* descenderunt genuina solus impertit aliena a *Π*. Cuius rei, ne largior videar, paucissima haec documenta adpono: Ruf. II 387 *redi*, Gild. 113 *Nunc*, 385 *minuit* (item sane ε et *Π* ex corr.), Eutr. I 235 *ignominia*, 155 *primoque* (vix enim hunc sensum capias nisi ita scripseris); item 493 *geremus* edendum fuit; respondet enim futurum *latura* v. 495; Stil. II 90 *renidentes*, VI cons. 11 *tecta* (ubi etiam *Π* conferendus). Bell. Poll. 259 *ora*; atque etiam Eutr. II 428 *coniungit foedera monstro* inter lectiones traditas unica est quae tolerari possit. Nec non et *posse queas* Stil. II 331 receptam lectionem inhabiliorem paene superat pretio.

Paulo graviores autem testes *B* et *A* ibi sunt ubi inter se differunt. Sunt enim etiam quae vel *B* vel *A* solus suppeditet neque haec pessima omnia, ita ut aut sumendum sit in *α* duplices lectiones multas adscriptas extitisse aut librarios *B* et *A* etiam alia praeter *α* eaque bona exemplaria inspexisse. Ceterum *B* ab *A* facile vincitur.

Et *B* quidem simul et insipientissimus scriba fuit et neglegentissimus (mira libidine copulam *que* praetermittere et exstirpare gestit) taedetque plurimarum eius scriptionum. Quo tamen taedio abripi nolis. Non sine admiratione enim videbis nonnumquam lectissima, quae ex *E* et ε innotuerunt, emergere in *B* quam rem supra p. C ostendi; hic plura proponam: Ruf. I praef. 17 sq. *servans . . . regit* nobilis lectio non comparuit nisi in *EB*; ita Ruf. I 91 *fulvis* ε*A*[2]*B*, 133 *urna* ε*A*[2]*B*, II praef. 6 *dele recinge A*[2], cf. *B*, II 73 *sibi A*[2]*B*, 372 *flexus EB*, 420 *visa EB*. 445 *reposcit E* idemque voluit *B*, Gild. 31 *uraxem* ε*B*, 510 *austris* ε*B*, fesc. I. 11 *praedo E*ε*B*, Nupt. praef. 13

rh(o)cton EB, Eutr. II 4 *ducitis EεB*, praef. 40 *non εB*, Stil. I 3 *conubii EB*, ibid. 23 *cursus εB*, Stil. III 169 *bacchus εB*, III cons. praef. 9 *Degenerem EB*.

Itaque interfuit anquirere bonas in *B* lectiones etiam ibi ubi *Eε* tacent silentque, rarasque quasi ex stercore margaritas indefessus collegi velut Gild. 60 *subit*, 389 *isdem*, Stil. II 336 *his*, 467 *ortos* (consentit *A*), III 326 *fluviis* ubi *E* in *A* suam crucem dedit (cf. supra p. CX), VI cons. 107 *uenientem* (consentit *A*), Bell. Poll. 129 *fugarit* licuitque etiam *binas* Eutr. I 6 Claudiano reddere et alia fortasse velut illud *diras* Eutr. I 4 vel Eutr. II 383 *purgatam*, Ruf. I 175 *disterminat* (cf. ad l.), Stil. I 125 *triste* (cf. ad l.).

Quae tamen sicui pauciora vel debiliora videantur, concedam; firmius aliquanto recensionis nostrae subsidium codex *A* fuit ille omnibus reliquis recentior, sed quem 'Ambrosianum optimum' haud iniuria praedicavit Heinsius (ad VI cons. 252 et 48 et saepius). Textum quidem librarius Italus eundem, quem et *B*, ex *a* transtulit, intexuit tamen doctiore quo praeditus fuit indicio cum elegantias multas prorsus spurias et libertate impudentissima fictas quarumque magnam partem nescio an non propriae Minervae debuerit (tales sunt Eutr. II 223 *moncare*, 337 sq. *cultus tum tegmina cunctis Serica, desertas custodit Sarmata portas!*), tum vero alias haud paucas verissimas, alienas a *B*, quas aut in *a* adscriptas aut ex aliorum exemplarium comparatione comperisse dicendus est. Eius optimi generis scripturae sunt e. g. Gild. 284 *massilas* (idem *V*), 377 *Alterius* (idem *V*), 519 *olbia* (idem *Vε*), Eutr. II 241 *lydi* (*lidy V*, *lidii φ*), 247 *arant* (idem *V*), I 287 omissum *est* (item *V*), 61 *miles stabuli* (cf. *EB*), fescenn. 2, 24 *focta* (cf. *H*), Ruf. I 266 *signa* (cf. *EV*), Eutr. I 485 *restrue* (cf. *E*), II 528 *non flammea vultu* (cf. *E*; haec lectio minus certa; interpretor: 'non flammeum vultu vestita est'), II 339 *solliciti scene* (cf. *PC*), Ruf. II 222 *elisa* (cf. *E*). De consensu *RA* in carm. min. 31, 60 et 41, 11 vide supra p. CII.

Haec atque similia et optima et rarissima quia tradita accepit *A*, vigilandum est, num etiam alia eiusdem pretii indidem ille acceperit, quae inter nostros neque *V* neque alius testis: simul summa cum cautione examinandum utrum veram talia antiquitatem redoleant an originem spuriam.

Et de Laudis Seren. 87 probabiliter disputasse mihi videtur J. Koch de codd. Cuiac. p. 61. Adde Eutr. I 300 *quam pulcher conspectus erat* (item in *V* manus posterior), *pulchre φ*; nempe *pulchre conspici* pro *pulchrum aspectum praebere* Latinum non est. Gild. 41 *aut*; Eutr. II 271 *glaucae*; 511 *latius*, quod necessarium puto, non sufficit enim vagari pueros, sed latius vagantur quam si custos adfuisset; Stil. II 210 *perdunt?* 473 *arridet* (item *A*); III 264 *Latio* (item V^3 ς); carm. min. 17, 9 *monstret*; 27, 57 *iam*; 27, 91 *thabeo*; 31, 53 *quae*; 53, 109 *auersa*; 9, 46 *cydonas*. Item Nupt. 68 *A* secutus sum, poteram etiam sequi *H*. Summopere placet illud *sentit* Ruf. I 131 (praesenti scilicet favet sententiarum conexus), placere possit etiam *nigra* Ruf. I 222, Stil. III 167 *est* (item ς). Contra suspiciosius est et illud *simul ac* Gild. 227 et alia multa.

Hactenus de *HBA*. In carminibus minoribus codex *J* codicibus *H* et *B* substitutus est: tam scilicet aequabilis eorum indoles; solet itaque conspirare *J* cum *PA*. Rarius cum *R* facit (c. m. 31, 1 *numine*, *nomine*; 22, 12 om. *et*; 46, 12 *soceri*; cf. et 22, 25; 27, 82; 47, 5); semel solus cum *E* (20, 15 *germine*). Hoc magis notabile, quater ab *J* corroborari lectionum *A* praestantiam; rectissime enim *JA* c. m. 27, 83 *flauo*, 53, 120 *cynthi*, speciosissime iidem 16, 2 *deligo*, 31, 5 *cautes*; minus vere 20, 19 *summis*.

Sub finem huius librorum recensus separatim paucis de panegyricis De III et De IV consulatu Honorii agendum est. In quibus destituit nos *C* neque ex stirpe *z* accipimus nisi excerptas lectiones *E*. Sed etiam *V* optimo destituimur atque num omnino in libro *x* scripti fuerint hi panegyrici tenebricosior quaestio est. Dependet itaque ars critica ex librorum *PHBA* testimoniis. i. e. ex sola fere classe *w*, nisi quod *H* et *P* nonnulla ex *y* vel *z* servasse videri possunt. *P* autem hic parum a reliquis recedit,

artiore vinculo cum *II* conectitur[1]) suntque hic fere bini gemini *IIP* et *BA* contra ponendi. *II* autem palmam facile reportat.

Et primum *IIP* una verum tradunt: III cons. 48 *producere* (cf. ε), 173 *ipse*, 181 *flectas* (cf. E), 183 *iunctas* (cf. *A*), IV cons. 126 *violata* (id placere debet propter *V* consonantis assonantiam), 170 *non* (= E), 573 *imposita*ͦ, 648 *donanda* (cf. E); praeterea IV cons. 655 *liebus* vel *libeus* saltem *b* litteram conservat nominis *suebus* (cf. p. CIV adn. 1); etiam III cons. 204 *disperdere* nescio an verum videri possit.

Una peccant *IIP* hisce locis: III cons. 2. 17. 22. 95. 120. 146. IV cons. 109. 164. 180. 190. 627.

II solus verum offert: IV cons. 30 *possunt;* 33 *tumulos* (97 *purpureos merito?*); 208 *simili* (cf. E): 296 *censesue;* 298 *negat* (cf. E); 412 *hinc:* 438 *narita syrtes* (cf. ad l.); 452 *cymber* (cf. E); 500 *largi* (cf. ad l.); 573 *uecte;* 624 *ter* (cf. E). Idem tamen saepe etiam solus vitium intulit[2]).

Multo frequentius in *P* deformatus textus cernitur aut stultissimis calami erroribus[3]) aut temerata a sciolis lectione[4]). Laudem non meruit nisi in hisce quae propria habet: III cons. 49 *portare*, 133 *fleret* (*floret* E), IV cons. 34 *quid* (cf. E), 68 *cursus* (id quod verae lectioni proximum), 174 *astra* (de quo idem valet), 325 *demserit* (de hac quoque pretiosa corruptela idem valet). 319 *ne* (cf. E), 623 *grutūgi* (cf. E): orthographica III cons. 147 *odrisium*, IV cons. 285 *conexa*, 625 *sumerse*, 527 *gortinia*. Erit fortasse qui etiam illi *uenit et* IV cons. 371 subplaudat; adde 602 *meonidas*.

Libri contrarii *BA* saepe quidem una peccant: ceterum merita eorum in carminibus his duobus adprime comparent; et recte quidem unanimi tradunt: III cons. 2 *terque tuas*, 17 *hastis*, 22 *regumque*, 95 *auctores*, 135 *ferri*, 142 *cunctos* (id enim probum est), 146 *triumphum*, 156 *nurum*, 187 *non*, IV cons. 159 *dearum*, 385 *differ;* in quibus monendum assiduo etiam *A* aut adeo *E* cum *BA* concinere.

Haud raro etiam evenit ut aut *B* aut *A* solus omne punctum tulerit, atque etiam in his frequens in *E* consensus, quem consensum iam supra p. C et CXV de *BE(ε)* observavimus.

Tradit *B* cum *E(ε):* III cons. 174 *morari*, 208 *bacchi*, IV cons. 155 *signas;* cum *A: ditat* IV cons. 38, *iussum* 529; solus plausibilia haec: IV cons. 169 *mutatus*, 251 *nequit*, 403 *despice* (*despue* enim mihi turpius visum), 408 *ostendet* (de futuro cf. *docebit* v. 406); III cons. 85 de *ostentat* cogitandum. Solus *B* (cum *M*) servat versum IV cons. 14.

Item *A* tradit cum *E(ε):* III cons. 22 *scuta*, IV cons. 24 *massilas*, 69 *traditus*, 303 *neu*, 486 *pelle;* solus *A:* III cons. 70 *halis*, IV cons. 228 *disce orbi quod quisque sibi* (cf. P^2), 340 *neu*.

Nonnumquam denique etiam diversarum classium committuntur libri: sic *IIPA liniger* IV cons. 573; *IIB passi* IV cons. 3 (et *nec* 281)[5]); *IIA immanis* IV cons. 250 (cf. ibi *E*) et *auerso* 483[6]) et *potitus* 46; *PB cinctu*, *cumtu* IV cons. 602[7]); *PA credere* III cons. 109, *limenque* 164 (cf. E), *relinquunt* IV cons. 44 (cf. *A*) et *obstrusos* 275 quod proximum ad verum (cf. E)[8]).

Et haec quidem leviora. Superest res summi momenti; etenim fors tulit ut carmen De IV consulatu per socordiam antiquissimi librarii detrimentum pateretur quadrifarium. Agitur de eius versibus 315 *Incesto possessa seni uictura feretur*, 432 *Subnixus Stilichone tuo quem fratribus ipse*, 509 *Despexit muros rigido munita Lycurgo*, item de verbis *fluctus Alpinos genitor rupit te consule* v. 636 sq.[9]); haec plane deesse scito et in meis omni-

1) Quam artus nexus sit, etiam IV cons. 375 proditur, ubi *porrum P*, indidem *portum* effecit *II*. 2) Vide III cons. praef. 1; III cons. 11; 22; 108; 114; 129; 135; 196; 203; IV cons. 13; 88; 149 *(ore)*; 244; 254; 372; 409; 522. 3) Vide III cons. praef. 7 *ee;* III cons. 5 *axitus* similiaque v. 31, 88, 101, 115 et pluribus locis. 4) Ita III cons. 147 *sudauimus*, IV cons. 20 *tandem*, 138 *serere*, 185 *recuso;* cf. praeterea III cons. 51, 78, 95, 96, 105; IV cons. 211, 212, 344, 348, 401, 422, 486 (!), 511, 628; miro modo cum ε convenit *P* IV cons. 496 *(moritur)* et 386 (*uenerem*, ubi differt *E*). 5) *IIB* una peccant III cons. 26 *patrem*, 49 *galeas*, IV cons. 148 *rapide*, 604 *dubitarent*. 6) *IIA* una peccant IV cons. 363 *tangit*, 513 *uigor*. 7) *PB* etiam *transnare* III cons. 45 et IV cons. 623; una peccant III cons. 127 *puerique* (cf. E), IV cons. 257 *dominare*, 266 *consulimus*, 481 *arcu*, 603 *proferret*, 618 *promissi*. 8) *PA* una peccant III cons. 111 *confugis*, IV cons. 270 *orbe*, 272 *ūquam*, 595 *flamina*, 639 *crit*. 9) Ceterum etiam v. 14 rariusculus; non adest enim nisi in *B* (cf. M^2); deest etiam in ς multis.

bus *PHBΔ* et in *Δ* et in ς omnino universis fere quotquot novi; quin etiam defuisse in clarissimo Lucensi testatur *E;* certe hic ea in ora libri *Δ* non suggessit; solet vero in versibus quos *Δ* praeteriit suggerendis accuratissime agere. Claudiano poetae derogare hosce versus insanire est; desiderari certe non quit v. 315, idem valet de v. 509; etiam in v. 432 Stiliconis nomen ut pronuntiaretur paene necessarium fuit; hinc etiam verbis *fluctus Alpinos* eqs. v. 636 fides corroboratur; et hoc quidem loco propter verba repetita *te consule* in errorem scriba *y* inciderat videlicet; item quoniam v. 508 ab *Res*, v. 509 ab *Des* incipit, quod simillimum, scribae oculi ab *Res* statim ad *Quae* v. 510 properaverant.

Atque iam vide conclusionem. In archetypo *Ω* versus illi adfuerint necesse est; atqui libros *BΔ*, item *PH*, item *Δ*, item *E* ex apographis *z* et *w* omnes descendisse constat; ergo librarius *y* is fuit, qui primus versus eiceret; ergo libri etiam ς in carminibus De III et De IV consulatu dependent ex solo *y;* eadem carmina in exemplari stirpis *x* paene nullo extabant. Quodsi tandem Isengrinius editor versus funditus ubique excisos ex unica Capitonis antiqua membrana deprompsit, de huius exquisitae membranae origine sedulo quaerendum erit; quod officium suscepimus in capite VIII quod est de editionibus; apparuit autem ne Capitonis quidem librum prodiisse ex stirpe *x*, immo suffragari assolere libris *z;* ita ut iam paratissimi simus ad spondendum caruisse *x* panegyrico utroque. Quoniam vero in *y* omnino interciderant versus illi qui in causa sunt, non ex *y* ipso, sed ex patre eius *y*[1] completiore longa via profectam esse membranam Isengrinianam consectarium erit. De vestigiis versuum tenuissimis etiam in aliis membranis detectis adnotatum est ad locos singulos.

Tale igitur carminum De III et IV consulatu fundamentum positum est estque fatendum commentis doctorum atque immutandi libidini paullo latius in iis campum patere; vide modo quae dedi ad III cons. praef. 3, III cons. 2, 76, 102, 118 al.

ς In his de quibus actum est manuscriptis ad manum Claudiani recuperandam continere me posse censui. Innotuerunt praeterea per bibliothecas Occidentis dispersa alia multa, quos codices signabo ς et 'deteriores' breviter nominabo, quamquam intersunt qui codicem *H* laude aequent, vincant *B*. Quotquot novi eorum, in capite quod erit de ordine carminum Claudiani enumerabo et per classes disponam. Hoc loco in
M his me cohibeo. Et elegi ex iis codicem Ambrosianum *M* S. 6 membr. saeculi XIII, quem totum contulit J. Koch et siglo signavit *M* et diligenter descripsit De codd. Cuiac. p. 21 sqq. Memorabile est, quod docuit idem, olim hunc librum Cuiacii fuisse et adhibitum in famosa editione Claverii. Ex duobus exemplis descripsit eum Andreas monachus; nam in carminibus politicis et maioribus prorsus cum *w* facit [1]), his postquam subscriptionem addidit *Andreas scripsit cui prospera queque dies sit* finitum opus esse ratus, ex alio deinde exemplo supplevit carmina minora; id autem exemplum plurima communia habuit cum codice *V* pendebatque ex *x* [2]), ita tamen ut sat multas etiam

1) cf. *celi terreque* Eutr. I 9 (= *HΔ*), *portendant* 14 (= *Δ*), *ruptoque* 16 (= *B*), *locandi* 24 (cf. *P*), *des* 29 (= *BΔ*), *mutatus* 35 (= *Δ*), *cepit sepe tamen* 44 (= *BΔ*). *recissos* 47 (= *P*), 61 *tabulis* (= *B*), *nittimur* 74 (cf. *H*), 126 *respite* (= *Δ*), 131 *misere* (= *Δ*). *iunctam* 276 (*uinctam Δ*); 285 *flagitat* (= *C*). Inprimis interpolatarum lectionum, quibus *Δ* a *B* differt, multae iam in *M* extant, bonarum lectionum, quibus *Δ* praecellit, fere nulla. Ceterum procedente licentia *M* scripsit e. g. Eutr. I 97 *et retinet mores quos perdidit etas*, ubi *retinet* iam *H*. Vide praeterea I 104 *genero*] *puero*, 102 *rogantem*] *negantem*, 111 *passa*] *pulsa*, 191 *succisa*] *succensa*, 215 *sola*] *nulla*, 266 *mergi*] *iungi* et futtilia plura. 2) Minus plana similitudo in c. m. 30, quo carmine incepit Andreas, sed cf. v. 77 *mouet*, 73 *uellera* et *ouili*, 108 *dilexit*, 116 *ad*, 121 *pulc(h)ro*, 187 *facta;* in aliis velut c. m. 53 et 25 multo magis concordant *VM*, vide 25, 2 *intextis*, 6 *amictus*, 7 *translucent* et ita porro (124 *nurum VM;* erravit Jeepius). Nihil sane concludi velim 25, 101 ubi manifesta fraude *M peplumq3 solute;* ibid. 105 *frementem* et *M* et *V;* erravit de *M* Jeepius; contra 132 *animos V*, *animas M*, iterum ille erravit; nec non idem in his quae sequuntur: 140 *M* non *phebe*, sed *phẹbe*,

ex *w* scripturas admitteret. Itaque lectiones *M*, ubi ab omnibus meis manuscriptis differunt, in corpore maiore quidem raro adscripsi (graviores fortasse Eutr. I 280 *abscidere* = *P*, Nupt. 213 *docte comp. textum* = *P*, IV cons. 197 *refixa*; perraro salus ex *M* petenda fuit, cf. fesc. 2, 29 *flumineo*); neque vero saepius in minorum carminum collectione; laudabiles enim quas in his praestat lectiones omnes fere etiam aut in aliis aut in *V* extant ut hunc attulisse sufficiat; excipias fortasse c. m. 25, 29 ubi nescio an ex *M* colligas etiam *V*[1] scripturum fuisse *interque suorum*. Ceterum peculiaria in *M* omnia talia visa sunt quae neglegere fas esset; ita 19, 3 verum est *obnixa natatu*, spurium in *V* *obnoxia tactu* nec profecto minus in *M* *obnoxia tractu*; falsissimum in *M* 19, 20 *uectura*, *e* ex *i* corr., itaque ortum ex *uictura*. Neque vero placent 26, 48 *fida*| *firma*, 28, 32 *partes*| *vires*, 29, 23 *curas*| *gentes*. Gravius fortasse 26, 79 *remitteris* (punxit m. 1).

Carmina minora, quae *M* habet, non *V*, haec sunt: 8; 21; 15; 16; 9; 4; 2; 5; 17; 7; 12; 11; 10; 6. Sed ne in his quidem ex *M* meliores quam ex reliquis libris scripturas expisceris vel de codicis *V* virtutibus commonearis; nisi forte illud *invidiamque tulit* 11, 4 plus debito tibi imponit. In appendice vero carminum minorum sane pro unico praeter *V* antiquo fonte libro *M* utendum fuit: quantulum ibi eo proficiamus suo loco dicetur. Denique non neglegendum fuit quod in *M* folio ultimo manus 1 Claudiani operum catalogum conscripsit (J. Koch p. 47) quo nullum ego novi aut pleniorem aut antiquiorem: extat in eo titulus *De bello Pollenciaco* vix ille genuinus, fortasse tamen non minus verus quam *De bello Pollentino* quod obtulit *V*[1]); eius itaque de titulis testimonia nonnumquam citavi.

Ab *M* ad *ς* reliquos proceditur.

Lectionis specimina multorum manuscriptorum in promptu mihi sunt, alia parciora, largiora alia: quae dum contemplor, quamquam librorum classes eorum ope praecise definiri non posse intellego — nimia enim exemplorum fluctuatio atque ubique fere indoles mixta nec simplex comparuit —, tamen quatenus res concedet definire conabor, ita quidem ut unum quemque librum suae lectiones quotquot idoneas habeam illustrent. Confert aliquid vel potius multum ad classes dignoscendas etiam adornationis carminum inconstantioris observatio. Qua in adornatione iam sua via procedit *V*, sua etiam *G*, quem tamen ex ordine qui est in *E* dependere coniciemus: pugnant etiam interse *P* et *H* et *B* et *A*; iam vero libri *ς* quatenus aut *E* aut *V* aut *P* aut *H* aut *B* sequi in ordinatione videantur, in proprio capite cum cura disceptabitur. Hic de lectionibus variis rettulisse sufficit.

Sequitur librorum *ς* inventarium per ordines dispositum. De praefatione libri in Rufinum secundi teneas, ubique eam, ubi nihil adnotatum, falso loco ante Bellum Gildonicum extare, ita ut in eius v. 12 plerumque legatur *Gildonis*.

Ad *x* adnumeramus eos codices, qui gravioribus locis cum *V* (et *G*) vel etiam cum *P* ibi congruant ubi *P* ex *x* pendere videtur: omnes autem fere admixtas habent lectiones *z* vel *w*.

β = Vaticanus 1660 membr. saec. XIV forma maxima; magna ex parte ex *V* descriptus videtur.

St = Laurentianus pl. XXXIII 4 membr. 4° saec. XIII; praefatio Ruf. II ante Bell. Gild. collocata; tamen ibi v. 12 *et geticam* (idem prorsus in *ϱ* accidit). c. m. 30, 25 *decus est atque uni* (= *V*, quod rarum; item *T*); ibid. 1 *tanto cur tempore* (= *VE*); Stil. I 222 *flexusque sycambrus . . curret* (= *VP*); adde Nupt. 2 *primoque*, Stil. III 57 *fessis*. Idem vero

i. e. *plebe*; 53, 31 *M* non *restinguite* (= *V*), sed *restringite*; 35 *V* *tencto*, *M* *tenete*; 19, 2 *Audit et emerito* et *V* et *M*; 18, 10 *vices* *VM*.

1) cf. supra p. CVIII.

III cons. 22 *scuta* et *recentes*, Nupt. 25 *lena*, Theod. 48 *sui* (= *B*), Nupt. praef. 13 *rhetum* Stil. I 94 *nisos* (cf. *BΘ*).

T = Laurentianus pl. XXXIII 1 saec. XV—XVI; carmina minora ex *St* descripta videntur, in carm. maioribus certe multis locis ex *St* pendet (IV cons. 20 *tantae;* idem Antverpiensis *At*).

Descripti autem sunt ex *St* teste Eduardo Schwartz codices Palatinus 1714 saec. XV et Laurentianus pl. XXXIII 3 saec. XV.

L = Laurentianus n. 250 membr. saec. XII—XIII olim bibliothecae S. Marci atque 'de hereditate Nicolai Nicoli'. Adhibitus a Jeepio. Praefatio Ruf. II suo loco est; v. 12 *et gethicam.* Nupt. 289 *priscus* (= *VP*), 301 *premis* (= *VP*), 308 *tante* (= *VP*), Eutr. I 333 *condidit* (= *VP*), 188 *dementia* (= *V*); 291 *thebas* (= *VC*), 251 *uertunt* (= *ECVII*), 250 *assiriis feruet* (= *PC*, cf. *V*), Nupt. 319 *hic est hic* (= *VPB*); multa vero etiam cum *w* habet: Nupt. 307 *leges* (= *PIIA*), 317 *tantis quae* (= *IIA*), 325 *consorte* (= *IIB*), Eutr. I 211 *quid* (= *A*), 214 *fluerent* (= *PIIBA*), 233 *Femineas*, 235 *ne* (= *BA*), 274 *tu* (= *IIB*), 302 *inductoque* (= *PIIBA*), 353 *uada* (= *IIB*), al. In cc. de III et de IV cons. saepius cum *IIP:* III cons. praef. 1 *non est fas aquilis*, III cons. 2 *teque tua(s)*, 17 *escis*, 22 *signa*.

ϱ = Laurentianus pl. XXXIII n. 5 membr. 8⁰ saec. XIII. Praefatio Ruf. II ante Gild. posita; tamen v. 12 *et geticam.* Ruf. I 99 *fraudes* (= *V*), 86 om. *o* (= *V*), 65 *lapsare (laprare V)*, 57 *in carcere* (= *V*), fesc. 2, 13 *mitiusque* (= *VP*), Nupt. 2 *primoque* (= *VP*), Ruf. I 69 *tuetur* (= *VPE*). Ceterum IV cons. 126 *uiolata*, Nupt. 25 *plena*, Gild. 19 *uisu*, Ruf. I 8 *diuiso* (= *CII*), 95 *quem* (= *E*), 22 *querar* (= *B*), Ruf. II 22 *remittat*, 72 *abnegat*, 135 *metallis*, Gild. fin. *muros* et *obuia*. Denique Poll. 19 *armasse* (= *L*).

Ξ = Laurentianus pl. XXXIII 2 chart. 8⁰ saec. XVI. quem sic ut est ex libro saeculi XII pure transcriptum videri dixit Schwartz qui contulit. Saepiuscule quidem cum *w* conspirat habetque *salius* Stil. I 222, *sui* Theod. 48, tamen cum *V* tradit *quaesitus consul* Theod. 9 et *doctior* fesc. 1, 2 quod rarissimum. Prae ceteris *St* et *T* adaequare videtur. Doctum scribam id prodit quod c. min. 25, 28 pro dubia lectione spatium vacuum reliquit.

Θ = codex Urbinas 657 membr. 8⁰ saec. XV; liber splendide scriptus; praefatio Rufin. II suo loco posita. Stil. I 67 *cessit tibi medus* = *VP*, 222 *sicambrus . . curret* = *VP*, Nupt. 2 *primoque* = *VP*, 25 *plena* = *VPBE*, Stil. III 57 *fessis* = *VPII*, Gild. 19 *uultu* = *VPCB*, Ruf. II praef. 12 *et geticam*, Ruf. II 135 *columnis;* IV cons. 126 *uiolata;* ceterum III cons. praef. 1 *non est fas aquilis* = *II*, III cons. 22 *iacentes* = *II* et *signa;* denique c. min. 25, 28 *utque erat interiecta*, Poll. 19 *armasse*, Stil. I 40 *armis*.

Ve = Vaticanus 5157 membr. saec. XIV; incipit a Rufin. II 169; praefatio Ruf. II non ante Gild. posita. Stil. I 67 *cessit tibi medus*, 222 *sicambrus . . curuet:* III 57 *fessis;* et plerumque, ut videtur, cum *Θ;* habet vero Gild. 518 *sulcos*.

Lb = Parisinus 5719 (olim Colbertinus) membr. form. max. saec. XIV; in carminibus minoribus artissime nexus cum *VM;* c. min. 53, 6 *crebro*, 13 *ad*, 17 *cognoscet*, 65 *terras*, 60 *ruendi*, 84 *cruoris*, 89 *uelud tuto;* in maioribus sicut *M* ad *y* et maxime ad *w* se acclinans: Ruf. II 22 *remittat*, 72 *abnegat*, IV cons. 126 *temerata;* rarius *ducti* Ruf. I praef. 13 (= *C*).

Ad classem *y* primum adscribo libros eos qui *z* characteris plus minusve memoriam servare videantur:

Br = codex Musei Britannici 6042 membr. saec. XIII ineuntis. Praefatio Ruf. II non ante Gild. invenitur; liber Ruf. II incipit a v. 209; eius vv. 1—208 cum praefatione desunt; ceterum codex his commendatur: scripsit cum *C* Ruf. I 198 *tyare*, 205 *ibi*, 206 *hic*, 207 *ibi*, 204 *opulentior*, 208 *saturantur*, 244 *ne*, 260 *solus medio se*, 266 *signa* (= *EV*), 276 *lassa* (= *V*), 154 *leuari* (= *A*²). In v. 252 *Sinis* nomen integrum servatum.

Ca = Chisianus II VII 236 membr. s. XV ex bono libro descriptus, qui habuit Theod. 322 *amentatus*, Eutr. I 51 om. *que*, Stil. I 66 *uirgatus figere*, III cons. 22 *scuta*, Nupt. praef. 15 *renato*, Gild. 519 *olbia* quod rarissimum, Theod. 47 *rerum:* cum *w* scribit *fundit* Ruf. II 23, 72 *abnegat*, Gild. 19 *risu* al.: saepe cum *y* facit (ita Stil. I 94 *mysos*).

Pa = codex Patavinus capituli cathedralis D 43. 75 chartac. 8° mai. saec. XV. ipse quoque ex sat bono libro transcriptus. Habet enim Ruf. II 22. *remittat*, 72 *abnegat*, tamen 135 *columnis*, Gild. 518 *sulcos*, Nupt. praef. 13 *retou* (cf. *B*), 15 *reuato*, Nupt. 2 *pronoque*, Gild. 20 *legibus* (= *H*), 519 *obvia*, Stil. I 67 *medus tibi cessit*: carm. min. 25 29 *assurgit*. Itaque multa ex *w* inspersa; item in carm. min. 53 = *PJA*: sed m. 2 lectiones *x* ibi curiose adscripsit.

F = Laurentianus pl. XXXIII 6 membr. saec. XIII. in quo rariora nonnulla delitescunt velut Theod. 9 *quaesitus consul* (= *EVHΞ*). 47 *mentis* (*EF*), 53 *ferox* (= *EF*, nusquam alibi). III cons. praef. 3: *saluit* (= *E*). Ruf. II 45 *nam plaga* (= *EC*: in *F* teste Schwartzio *iam* ex *nam* correctum); a quibus distant haec: IV cons. 117 *prospera* (= *LA*), Eutr. I 491 *nomina* (item *A Ca Ve*), Stil. I 40 *armis* (= *L*). Idem etiam Gild. 518 *muros*, 19 *risu*, Nupt. 2 *pronoque*, Stil. I 222 non quidem *salius*, sed *suaus*, etc.

Plures vero libri extant qui ea via qua *P* et *H* lectiones *x* nonnullas cum typo *y* et maxime *w* coniunxerint. Tales sunt

Vr = Vratislaviensis sine numero membr. saec. XIII; huius persimilis *P*: descripsit atque lectiones carminum Rufin., Gildon., Eutrop., Fescenn., Nupt., III consul. publicavit Augustus Degen [1]).

Ho = Parisinus 18551 membr. 8° saec. XII (ex biblioth. Jacobi St. Honoré n. 61) ponendus inter meliores, qui habet VI cons. 79 *tenero .. ungue* (= *V*), Theod. 322 *agmentatus* et 48 *sui*, III cons. 49 *potare*, Gild. 518 *sulcos*; ceterum Stil. I 95 *promochu*, 67 *tibi cessit*.

Bs = Burneianus 167 membr. saec. XIII. liber ex Galliis oriundus; habet Ruf. I 276 *lassa* (= *V*), 252 *scinis*, 204 *augustior* (= *VPH*), 173 *que* (= *EPBA*) et, quod gravius est, 260 *solus medio sed*, 113 *donabere* (contra *VP*), 221 *ex* (= *P*), 167 *riguere* (= *ς*).

Cl = Cheltenhamensis 9155 membr. saec. XII—XIII; IV cons. 440 *lenire* (= *L*), 451 *ercenie* (= *PL*), 452 *cinbrus* (= *PBA*), 471 *parthanus* (= *PL*), 481 *arcu* (= *PB*), 500 *laudis*, alias etiam *w* sequens.

Ars = codex bibl. urbicae Atrebatensis membr. saec. XII—XIII; Nupt. 2 *primoque* (= *VP*), 25 *plena* = *VPBE*, Gild. 19 *uultu* (= *VPCB*), Ruf. I pr. 10 *liquidis* = *EPB*. IV cons. 20 *tandem* = *P*, 126 *violata* = *PH*, III cons. 22 *scuta EA*. Ruf. II 135 *columnis*, sed 22 *remittat*, 72 *abnegat*, 23 *fūdit* = *H*. Meliora nonnumquam adscripsit m. 2.

Ox = Bodleiani ms. auct. F. 2. 16 (olim Oxoniensis 2077) pars *A* membr. saec. XIII, a bibliopego conpacta cum *Oy*; minoris pretii, faciens III cons. praef. I cum *H*; item IV cons. 21 *gentis seriem* = *H* al.; habet Ruf. II 72 *abnuit* (= *EVC*). IV cons. 114 *parcus*, Pollent. 18 *tenuri*, 64 *tremuisse*.

Ut = Parisinus 8296 (olim Puteani) membr. 8° saec. XIV; praefatio Ruf. II suo loco est, tamen v. 12 scriptum *Gildonis*; Ruf. II 22 *remittat*, Nupt. 2 *pronoque*, 25 *plena*, Stil. I 95 *proponti* (= *H*), c. min. 25, 29 *assurgit* (= *PA*); in c. min. 53 cum *PJA* (*cognoscat* 17, *cur* 18. al.).

Lt = Cheltenhamensis 8775 saec. XIV forma maxima; inscriptum est: 'sum Theodori Pulmanni': non magni pretii: Ruf. I 178 *Illicet* = *PH*; 227 *partus* = *PHBA*; 260 *medio sese sed* = *PHA*: 229 *nūquam* = *PB*; 181 *ignes* = *A*; 198 *iungat* (*t* in ras.) *soliu ciri cresiq3 thiare*. Pulmannus in ed. Antverpiensi usum se esse testatur libris scriptis compluribus ex quibus eius marginalia sumpta (cf. de eo cap. VIII quod erit de editionibus); ibi quod Ruf. I 186 in mg. posuit *manet C. J. P.*, id habet *Lt*; item ad v. 198 *iungatur soliu Cyri Craesiq3 P. J.* in mg. extaṭ; habet *Lt* v. 183 *veluti*, 229 *numquam*, 238 *paruum est*; haec ipsa in textu Pulmannus [2]). Hinc *Lt* librum eundem esse atque vel *P* vel *J* Pulmanni hariolatus sum.

Σ = Vaticanus Reginae 1540 (olim 1681) membr. 8° saec. XIII (XIV?): Fesc.

1) De Cl. Claudiani codice Vratislaviensi pars prior progr. ed. Rogaseni 1869; pars posterior ibid. 1871; illic p. 17, hic p. 5 sq. similitudinem Oiseliani observavit. 2) Collationis specimen quod hoc de manuscripto mihi promptum est pertinet ad Ruf. I 162—260.

2, 13 *miciusque* (= *VP*); ceterum Gild. 19 *uisu*, IV cons. 126 *temerata*, III cons. 22 *recentes*, Ruf. II 45 *nam plaga* (= *EC*), 22 *remittat*, 63 *cernit certamina*, 135 *metallis* al.

Fl = Florentinus bibliothecae nationalis VII 144 membr. 8° saec. XIII cum Σ valde concordans, alias etiam cum γ et *Ca*. Cum *LA* praebet *prospera* IV cons. 117.

Bo = Bononiensis 2221 membr. saec. XIV cum Σ faciens; huic etiam similis Ξ (in c. min. 25, ubi Σ deficit, cum *Bo* praebeat v. 28 *utque fuit intexta comas*, Ξ ita, omisso vocabulo: *utque fuit *** comas*: certe *intexta* omisit Ξ).

Ab = Ambrosianus L 105 sup. membr. 8° saec. XIV; Ruf. II 135 *columnis*, Eutr. I 491 *nomina*, Stil. I 222 *salius*; ceterum Ruf. II 22 *remittat*, 72 *abnegat*, Ruf. I praef. 10 *liquidis*; Gild. fin. *muros* et *obria*; Nupt. 2 *pronoque*.

Pm = Parmensis bibl. universit. n. 2504 membr. 8° pars prior saec. XIII, pars altera saec. XV vel XVI; praefatio Ruf. II ante Bell. Gild., tamen v. 12 *et geticam*; Ruf. II 72 *abnuit* quod rarius. Gild. 518 *sulcos*, ceterum Ruf. II 22 *remittat*, 135 *metallis*, III cons. 22 *iacentes*, Gild. 519 *obria*, Theod. 53 *celer*, Stil. I 95 *proponti*.

Gu = Gudianus lat. 220 membr. 4° saec. XIII; praefatio Ruf. II suo loco posita. v. 12 *et geticam*; Nupt. praef. 15 *renatos* = *V*; Stil. I 67 *mediis tibi cessit*, item Gild. 19 *risu*; Ruf. II 22 *remittat*; 23 *fudit*; Nupt. 2 *pronoque*; Theod. 322 *augmentatus*; Gild. 518 *muros*. 519 *obria*. Ruf. I 5 *mari*. III cons. praef. 1: *non est fas aquilis* = *H*. In c. min. 53 cum *PJA*: tamen v. 61: *hiis ether his terra dedit*: 86 *reuelatum (!)*. Ceterum similes *Gu* et ϱ. Memorabilis hic liber eo est quod IV cons. 8 praebet *quirita* solus omnium; quod ipsum tamen commenticium esse confido; magis insignitur carminum inscriptionibus accuratissime scriptis, id quod sat raro invenitur[1].

He = Helmstaediensis 499 membr. saec. XIII[2]). Ruf. I praef. 4 *tingeret*, Ruf. I 5 *mari*, 44 *rapidis*, 47 *quo* (= *P*). 54 *de nostra* (= *H*). In c. min. 53 cum *PJA* congruit (17 *cognoscat*, 18 *cur*, 53 *debita celo progenies semper*, 80 *parte*. 81 *cruorum* = *J*), immixta tamen meliora. 17 *uiribus ullis*, 61 *His ether his terra dedit*; habet versum 125.

Ptr = Petropolitanus A. O. sect. CIL n. 3 membr. saec. XIII (ex museo P. Dubrovsky) cum *H* aptissime sociabitur; ex primis in Rufinum paginis haec adpono: Ruf. I 113 *perducam* = *HBA*, 112 *nostre* = *HA*, 71 *flumine* = *HP*, 69 *ueretur* = *CHA*, 65 *laxare* = *PA*, 101 *saciaret* cum solo *P*, ceterum 43 *tunc*, 50 *celo iupiter arcet*, 105 *unanimes*, praef. 10 *liquidis*.

Bx = Bruxellensis 9974 6 saec. XIII; stat certe contra *x*, habet enim *membra* Ruf. I 96; ceterum *reretur* ibid. 69, *laxare* 65, *rapidis* 44, *flumine* 71, 105 *unanimes*, 78 *illicitumque*, 169 *inuito* (= *P*), 160 *locutam* (= *A*); inter *Bx* et *BA* artior nexus non comparuit.

Ai = Parisinus 7936 membr. forma maxima saec. XIV: Gild. 519 *olbia*? Stil. I 222 *sicambrus curret*? ceterum Nupt. 2 *pronoque*, 25 *plena*, Theod. 53 *celer* (= *PBA*). 44 *sonoras* (contra *VP*); etiam Eutr. II 19 *degere*.

Gl = Sangallensis 191 membr. 8° mai. foliis 119—146 saec. XIII: carminum minorum desunt multa; artissime nexus libro *J*: c. min. 27, 19 *serenas*, 37 *stila*, 65 *uolatus*, 88 *Celsuque per*, 91 *reuulsus*; adde 45 *magno solem*, 59 *stellis*, 90 *centumque immane*; cum *R* solo 37 *Signis*, 61 *conscitat*; sed descendit ad talia: 28 *Torruerint*, 35 *arripuit*, 46 *ac*] *et*, 55 *Hoc* et *cum crinibus*[3]).

Ld = Leidensis 116 membr. 4° saec. XIII (primus Heinsii): differt a *BA*; ita Eutr. I 44 *Saepe tamen coepit*, 235 *ignominie*, 268 *deterget*; porro 74 *nitimur* (cf. *H*). 129 *negat* (*H*), 355 *ad(d)uctum* (*H*); simul tamen 45 *dedita* (= *CBA*), 177 *repletur* (*PA*). 200 *tyriam* (*HA*). 201 potenti (ε*B*). 291 *labes*, 301 *ornare* (*HA*), 305 *relinquit* (*P*); quin etiam 94 *damnare* (*AH*²), 169 *pertulit* (*B*), 194 *arte* (*BA*). 201 *domu* (cf. *A*). 276 *uinctum* (*A*), 348 *sicut* (*BA*); denique cum ς: 5 *cruorem*, 63 *crentheo*, 188 *Non*, 299 *superant*[4]).

Porro ad *w* classem magna librorum adnumerari potest caterva quos vide sis:

Kr = codex Cracoviensis n. 71 membr. saec. XII; plerasque lectiones cum *BA*

1) Supra p. CIX adn. 1. 2) cf. Heinemann „Die Hss. der herzogl. Bibl. zu Wolfenbüttel" I (1884) n. 538, ubi etiam libri scriptura in tabula repraesentata. 3) cf. K. Schenkl in Sitzungsber. d. Wiener Acad. anni 1863 p. 32. 4) Lectiones ex Clercqio sumptae.

communes habet, ubi differt, saepe etiam viliora praebet; nonnusquam pretiosiora interspersa leguntur[1]).

Vo = Vossianus n. 294 membr. 4° oblongo saec. XIII ineuntis (scriptus anno 1218). Adhibitus a Jeepio. Eutr. I 194 *arte*, 211 *quid*, 235 *ne*, 250 *flos sirie seruit*, 251 *uertit*, 301 *ornare*, 311 *nondum*, 325 *uestu*, 348 *sicut* al.; ibid. 205 *sorti* = *EA*, 201 *domos* = *P*; peiora velut 253 *pudoris* al.

Vp = Patavinus cod. seminarii n. 140 membr. 8° saec. XIII. Stil. I 40 *armis*, 67 *medus tibi cessit*, 95 *proponti*; III 57 *lassis*. Ruf. II *remittat* et *abnegat*, tamen v. 135 *columpnis*.

Ps = Patavinus capituli cathedralis C 62. 77 forma 8° mai. saec. XV communia habens cum *Vp remittat, abnegat* al.: 135 *metallis*. Nupt. 2 *pronoque*. Gild. fin. *muros* et *obvia*. Eutr. II 19 *secure*, Stil. I 67 *medus tibi cessit*, III 57 *lassis*. In carm. min. 53 = *PJA*.

γ = Vaticanus 3289 membr. saec. XIII, 8°. Stil. I 67 *medus tibi cessit* = *BA*, Stil. II 473 *arridet* = *A*, III 57 *nec lassis* cf. *BA*, VI cons. 115 *materne* = *BH*, IV cons. 114 *parcus*, 126 *temerata* = *BA*, Nupt. 2 *pronoque* = *HBA*, al. Fesc. 2, 13 *minciusque* error fere qui in *V*.

δ = Vaticanus 2807 membr. saec. XIII—XIV. Gild. 20 *legibus*, 19 *risu*, IV cons. 114 *partus*, 126 *temerata*, Ruf. II 23 *fundit*, Nupt. 2 *pronoque* al.

ϰ = Vaticanus 2808 chart. saec. XV: typus fere qui in δ simil.

Tu = Turicensis n. 10 membr. saec. XIII[2]): cum *PHBA* vel *HBA*: Ruf. II 227 *mouetur*, 237 *dividit*, 271 *praestabat*, 283 *plebe* al.; ceterum 225 *honore* = *PA*, 232 *tela* = *H*, 272 *defecerat* = *B*, 296 *ostendit* et 328 *duras* = *PH*, 381 *appressa* = *B*, 396 *muneribus* = *HA*, 481 *prospexerit* = *B*, peiora 309 *vicisse*, 343 *salutantum*; contra 441 *et* = *E*.

ξ = Vaticanus 3311 scriptus a Pomponio Leto; fuit Fulvii Ursini: continet Ruf. I 283 sqq., Eutr. I 106 sqq., II 158 sqq., Bell. Poll. 118 sqq., Laudem Stil.: consentit maxime cum γ similibus.

Δ = Ottobonianus 823 chartac. 8° scriptus anno 1460 mense Maio, consentit cum Σ, alias etiam cum δ. Habet *amentatus* Theod. 322 cum *A* et *Ca*.

Ch = Chisianus H VI 212 membr. 8° saec. XIII maxime congruus cum γξϰ.

V II = Vaticani optimi pars altera recentior (cf. supra p. XCIV) cum *B* et *A* faciens, est ubi etiam cum ϱΞ*F*.

Co = Cantabrigiensis collegii Corporis Christi n. 228 membr. 8° saec. XIII; fuit Danielis Rogeri; ab *J* facile superatur.

Oy = Bodleiani ms. auct. F. 2. 16 (olim Oxoniensis 2077) pars *C* membr. saec. XIII (cf. supra de *Ox*); non omnino contemnenda, servans tamen typum *w*.

Er = Erlangensis 298 membr. saec. XIII de quo idem valet. Theod. 8 *prorectus* = *B*. Pollent. 18 *summi Jovis* commune habet cum *Oy* et *Fl*.

1) Commentatus est „De Claudiani codice Cracoviensi *P*" J. M. Pawlikowski, Cracoviae 1886 (Dissertat. classis philol. acad. litt. Cracov. tom. XII) et plenam collationem exhibuit. Adfero Eutr. I 29 *des* = *BA*; 44 *cepit sepe tamen* = *BA*; 20 *iras* m. 2 = var. l. in *B*; 61 *tabulis* = *B*; 131 *mis(e)re* = *A*; 201 *potenti* = *B(H)*; 210 *venisse* = *HBA*; 223 *ducasque* = *B*; 235 *ignominia* = *BA*; 250 *flos servit syrie* cf. *BA*; 253 *potuit* = *BA*; 251 *vertit PBA*; 254 *tunc cum* = *HA*; ex *x* ibi pauca velut 188 *generis*: etiam quae p. 4—6 ex libro Ruf. II congessit Pawlikowski, omnia paene communia habet *Kr* cum *BA* nisi quod eadem praeterea etiam in *HP* extare solent; notabilia ibi haec tantum: Ruf. II 128 *locata* = *EVH*, 135 *columnis* = *V*, 227 *(re?)morentur* = *VC*, 217 *hec* = *EVC*, 399 *respicit* = *EVC*. Cum *H* concinit et alibi et IV cons. 415 *sordida dictator flexit serranus*. Lectiones quas idem p. 7 ex Gigantomachia adfert, nihil probant nisi *Kr* cum magna librorum caterva ab *x (VG)* recedere. Quae denique propria offert *Kr* (idem p. 64 sqq., qui tamen multa adscripsit pro proprietatibus quae in aliis libris recurrunt) aut pleraque aut omnia nihili aestimanda sunt velut illud *inscribit* Ruf. II 342 et al.; quod Nupt. 7 extat in *Kr In vulnus quod punxit amor* etiam ex aliis ς enotatur (cf. Clereqium). Ne in consulatibus quidem Honorii III et IV quidquam lucramur; verba conclamata v. IV cons. 637 in *Kr* deesse adnotare oblitus esse videtur vir doctus. 2) Lectiones librorum Ruf. I et II nec non et paneg. Prob. et Ol. edidit Orellius indic. lect. duobus Turici 1843.

Hl = Harleianus 2753 membr. saec. XIII (teste Vogel). Indolem ex his cognascas: Ruf. I 173 *que*, 141 om. *que*, 169 *inuito* = *P*, 227 *partus*, 232 *extingere*, 167 *reductos* (= *A*ς), 172 *iussu furię* (= *BA*), 204 *angustior* (= *BA*), 229 *numquam* (= *PB*). 143 *toti* (= *PBA*), 218 *fremerent* (= *PHBA*), 230 *caesa*, 260 *medio sese sed* (= *PHA*). 160 *neu* (= *PA*), 244 *partare* (= *P*), denique 244 cum *VB neu*.

Nt = Parisinus 8079 membr. 8° mai. saec. XIII ex museo Antonii Valetii. In c. min. 53 cum *PJA* (*cognoscat* 17, *cur* 18, *palladiis* 109): Ruf. II 22 *remittat*, IV cons. 126 *temerata*, Nupt. 25 *plena*, Gild. 519 *obria*, Stil. I 95 *proponti*, c. min. 25. 29 *assurgit*.

En = Laurentianus Leopoldinus bibl. aedilium Flor. ecclesiae CCIII saec. XV praeter Raptum continens Aponum, Phoenicem, Gigant., alia eius generis, consentit maxime cum Ξ, *Vo*, *Bo*, ζ.

At = Antverpiensis n. 111 membr. 8° saec. XIII—XIV: talis indole ut *B* vel γ vel similes. Theod. 48 *sui*, Eutr. I 51 om. *que*, Stil. II 473 *arridet;* bell. Poll. 18 *summi Joris*, cf. sub *Er*. Propria habet velut Stil. I 39 *natus*] *solus*, IV cons. 20 *tante* cf. sub *T*.

W = Antverpiensis III 59 membr. saec. XIII, item, in nonnullis tamen a *B* discrepans; ita Nupt. 24 *tabulis* (cf. *L*). Ruf. II 135 servavit *columnis*. Stil. I 30 *partitim*. Stil. I 58 *odorati* = *HA*; 157 *sages* = *B*; 161 *quas* = *HA*; 241 *docet;* 248 *amens* = *HA:* 64 *socii* = *H(P)*; 67 *medus tibi cessit* = *BA*; 109 *Nec* = *PA*; 117 *uacaret* = *H*; 155 *scotus* prave solus fere; 169 *arma*. In folio 1r inscriptum 'sum *Thodori* (sic) *Pulmanni*', item fol. 83v 'sum Theodori Pulmanni'; et ecce Pulmannus editor in mg. ad Stil. I 157: *Sages C.;* 161 *quas* habet in textu; item 241 *docet;* 248 in mg.: *amens P. C.;* 67 *Medus tibi cessit* in textu; item 109 *nec*. Iam hinc *C* Pulmanni eundem esse atque *W* non inconsiderantius suspiceris; quod firmatur comparatis in̄ Raptu lectionibus.

Cl = Cheltenhamensis 16304 membr. saec. (XII) XIII, ab *x* alienus, cf. Ruf. I 99 *fraudem*, 114 *ille*, 141 om. *que*, 266 *regna*, 134 *sponte*, 272 *sonat;* adde 143 *toti*. 253 *Chyron*, 113 *perducam;* melius est quod praebet 124 *ubi* (= *A²C*).

Bu = Burneianus 166 membr. 8° saec. XIII: Ruf. I 160 *locutam* (= *A*), 204 *augustior* (= *VPH*), 227 *partus* (= *PBA*), 256 *amens* = *PB*, 260 *sese medio sed* (= *A*); ceterum 250 *posset*.

Ln = Leidensis 131 membr. 4° saec. XIII (secundus Heinsii); Eutr. I 13 *Immersum* (*CA*), 177 *repletur* (*PA*), 291 *labes*, 301 *ornare* (*HA*), 87 *mandare* (*BAC²*), 94 *damnare* (*A*), 131 *misere* (*A*), 204 *Siciliam* (*B*), 316 *raptat* (*A*), 348 *sicut* (*BA*), 355 *aduectum* (*BA*); denique cum ς 123 *decursu*, 170 *Actorem*, 274 *nosti*, 294 *fingit*[1]).

ζ = Vaticanus 3290 membr. 8° saec. XIV Raptum continens, praeterea Aponum et alia minora; c. min. 25, 29 *assurgit*, 28 *utque fuit intexta comas, turbata capillos*.

Rr = Riccardianus 718 membr. 8 saec. XV; continet tantum minora et Raptum; facit cum *PJA;* c. min. 53, 17 *cognoscat* et *curribus illis*, 18 *cur*, 108 *idam*, 109 *palladiis*, 61 *terra dedit bis ethereo*. c. min. 25. 29 *assurgit*, 28 *utque erat interiecta*.

Mp = Montipessulanensis II 330 (liber 'sc̄e Marie clareuallis') membr. saec. XIII[2]): habet Eutr. I 29 *des* = *BA*, 44 *cepit sepe tamen* = *BA*, 35 *Mutatus* = *A*, 201 *potenti* = *B*, 97 *retinet*, cf. *H:* ceterum foede interpolatus; ita 63 *erechtheo*, 70 *noctesque . . tantas*, 71 *pro sors generis*, 97 *quos*, 131 *infestamque*, 139 *cunctasque licet*, 163 *mundi* pro *tauri*.

Bg = Bernensis 472 (Bongarsii) membr. 8° saec. XII: infimae notae; Eutr. I 19 *expiat* (= *BA*), 29 *des* (*BA*), 44 *cepit sepe tamen* (*BA*), 47 *recissos* (*P*), 66 *heu* (*H*), 87 *mandare* (*ABC*), 91 *conserta* (*B*), 194 *ante* (*AH²*), 218 *metallo* (*A*); sed etiam sordet hisce: 3 *Murmura*, 13 *immissumque*, 46 *uiscerata*, 66 *planxit quanto*, 91 *De gemino*, 136 *deiecerit*, 141 *tantone licet*[3]).

Vi = Vindobonensis 3246 saec. XV; similis talibus libris velut *Ai;* Eutr. II 19 *degere:* ceterum vitiis scatet.

El = Erlangensis 864 chartac. saec. XV scriptus anno 1469; continet Raptum.

1) Lectiones ex Clercqio sumptae. 2) Lectiones benigne mecum rogante communicavit Maximilianus Bonnet vir doctissimus. 3) Descripsit librum H. Hagen catal. cod. Bern. p. 409; eiusdem viri doctissimi comitati lectionum specimen debeo.

Fescenn., Nupt., cc. minora. Nupt. 2 *pronoque*, 25 *laena*; c. min. 30, 1 *quor tanta in tempore*, 25 *decus atque uni quoi tanta*. c. min. 25. 28 *atque fuit detecta comas*, *turbata capillos* Nupt. praef. 15 *renatus*.

Ambrosianus O 74 sup. saec. XVI descriptus ex *Ast*.

Restant libri quibus certum in codicum cognatione locum assignare non audeam quamquam ad *w* plurimos referri debere credo, omnes autem certe notae inferioris, multi intimae:

Ar = Ambrosianus M 5 sup. pars prior saec. XIII fol. 1—44b med. desinens in Eutr. II 125: Ruf. II 22 *remittat*, 63 *certamina*, 135 *metallis*; Gild. 518 *muros*, 519 *obria*.

*Ar*² = eiusdem pars altera saec. XV scripta ea a magistro Casparino de Barçiçiis de Pergamo. c. min. 53, 17 *cognoscat*, et *turribus illis*, 18 *cur* al.

So = Ambrosianus H 57 inf. membr. 8⁰ saec. XIII—XIV: continet Ruf. II 144 — fin.: Gild. cum praef.: III cons. 159 — fin.: IV cons. 1—495: Stil. III 257 — fin.: VI cons. praef. et 1—121: habet Gild. 20 *legibus*, 19 *risu*, IV cons. 126 *temerata*.

Trl = Parisinus cod. lat. 8080 (Telleriano-Remensis) saec. XIII: Ruf. II *remittat*. *abnegat*. 135 *metallis*. Nupt. praef. 15 *renatos*. Nupt. 2 *pronoque*. Gild. *muros*, *obria*. Stil. I 95 *proponti*.

Ol = Parisinus 2908 membr. saec. XIV (olim Colbertinus): Nupt. praef. 13 *rethum*, IV cons. 117 *prospera*, Eutr. I 491 *nomina*; videtur itaque ad *w* trahendus; in c. min. 31 cum *PJA* (*explent* v. 35; v. 47 adeo *sed quod non faceret*).

Ti = Parisinus 8295 membr. 8⁰ saec. XIII (olim Colbertinus). praefatio Ruf. II bis scripta, et ante Ruf. II et ante Gild.; habet *abnuit* Ruf. II 72, *columnis* 135: Nupt. 25 *lena*; Stil. III 52 *lassis*. Ruf. II 22 *remittat*, Nupt. 2 *pronoꝗ*. In c. min. 53 cum *PJA* (*cognoscat* 17, *cur* 18, 109 *palladiis*, al.).

Sin = Parisinus 8081 chart. 8⁰ mai. saec. XVI: *remittat*. *abnegat*. IV cons. 117 *prospera*, 126 *temerata*. Stil. II 473 *arridet*.

Φ = Laurentius pl. XXXIII 7 saec. XV non continens nisi Ruf., Gild., Stil. I et II.

cod. Escorialensis S. III 29 8⁰ membr. saec. XIII.

cod. Escorial. III P. 24 membr. 8⁰ saec. XIII, praefationem Ruf. II bis habens et ante Ruf. II et ante bell. Gild.

cod. Escorial. III. O. 25 membr. 8⁰ saec. XIII[1]).

Iniudicatos hac quidem in disputationis parte relinquo codices hosce qui sequuntur:

Vossianus 126 membr. 4⁰ saec. XIII (catalog. a. 1716).

Vossianus 385 membr. 4⁰ oblong. saec. XIII (Geel. catal. a. 1852).

codex Musei Britannici, Egerton 2627 membr.; continet carmina Claudiani omnia praeter Paneg. Probini et Olybrii: ordo maiorum quem edidi: praef. Ruf. II ante Gild.; in minoribus series 𝔅: Raptus in fine.

Matritensis bibliothecae national. 102. 18 saec. XIII: inest Fesc. 1; Nupt. cum praef.; Gild., Stil., VI cons., Eutr., III cons., IV cons., Manl. Theod., deinde minora haec: 34(?). 40. 41, 42. 23, 13—51, 53; 10—12; 22; 28; 27; 29; Bell. Pollent.; 32; 31; 30; 2; (37): 4—9; 13—26 (desinens in v. 61)[2]).

Molinensis 53 membr. saec. XIII foliorum 93.

Rodomensis 1010 membr. saec. XII. in foliis 55—109[3]).

1) De Escorialensibus quamvis parca manu mihi rettulit P. Ewald; cf. etiam infra cap. VII de excerptis et cap. IV. 2) cf. W. Hartel in Sitzungsberichte der Wiener Academ. tom. 112 (1886) p. 733. 3) De his duobus sero certior factus sum catalogorum ope generalium „des départements“ editorum annis 1885 et 1886.

Vratislaviensis Rhedigeranus sine numero chartaceus scriptus anno 1465: cf. Degen I p. 2.

Monacensis n. 6722 (Frisingensis 522) chartac. saec. XV [1]).

Denique libros subscribo qui particulas tantum minusculas operum Claudiani exhibent. Sunt praeter ξ et ζ et *En* et *Rr* et *G* utrumque, de quibus supra p. XCIIIsq., hi:

Vaticanus Reginae 1385 (olim 1742) saec. XV: carm. de Nuptiis Hon.

Bruxellensis 10104 saec. XIII continens fol. 37 sqq. panegyrici de IV cons. magnam partem, praeterea excerpta ex III cons. et Ruf.

Vaticanus Reginae 2080 fragmina convoluta complectens; in quibus n. XV continet Gild. 379—467 nonnullosque Eutr. I versus quae scripta sunt saec. XIII.

Bernensis 633 membr. saec. XIII; continet Ruf. I 1—161; IV cons. 256—417.

Monacensis (Frisingensis) 6722 chart. saec. XV; habet carmina minora.

Parisinus lat. 15155 (olim S[i] Victoris 756) saec. XIII: libri in Ruf.: deinde excerpta ex Claudiano simillima codici Parisino 3348.

codex musei Britannici 11814 membr., scriptus anno 1445, continet inter alia laud. Stil. II 1—413 cum interpretatione Anglica, textum praebens corruptissimum [2]).

Vaticanus 5134 saec. XV: Phoenix, c. min. 27 (cum Phoenice Lactantii).

Vaticanus 5346 saec. XVI: item.

Vaticanus Reginae 2085 saec. XIV—XV: item.

Palatinus 162 saec. XV: item.

Barberinus XIIII 50 saec. XV: item.

Laurentianus pl. XXI, 15 saec. XV: item.

Parisinus 7989 saec. XV—XVI: item.

Marcianus class. XII cod. 11 saec. XV: praeter Raptum inest Phoenix, c. m. 27, scriptus ab alia manu saeculi XVI.

Florentinus bibl. nationalis VI 131 saec. XV: Aponus, c. min. 26.

Ottobonianus 1228 chart. saec. XV in fol. 187: 'descriptio fontis siue balnei Aponis', c. min. 26.

Bernensis 527 saec. XV fol. 1—3: Aponus (similiter inscriptus), fol. 71: Phoenix.

Bononiensis caps. 401, liber recentior: Raptus (non plenus), Statii Achilleis, c. min. 32 De salvatore.

Ex iisdem fere quos ego enumeravi codicibus suam lectionum copiam hausit etiam Nicolaus Heinsius eamque et indigestam nec satis plenam, tamen diligentia pro illo aevo admirabili composuit Clercq van Jever edititque Petrus Burmannus p. 741—1009. Ex istis Heinsii collectaneis ego prompsi pleraque eorum quae nonnumquam in apparatu de ς vel 'deteriorum' scripturis afferenda mihi esse putavi. Quare cum illa etiam nunc alicuius momenti sint, codices quibus Heinsius usus est ipsos quoque in conspectu proponam:

1) De Uffenbachiano n. 167 membr. saec. XIV cf. Catal. libr. mss. bibl. Uffenbachianae (Halle 1720) IV p. 213; idem est Altorfianus bibl. universitatis „saec. XIII", e bibliotheca Schwarzii qui emerat ex Uffenbachiana. Adde Norimbergiensem saec. XIII bibliothecae Imhof-Elmerianae n. 112: cf. Hirsching Beschr. d. Bibl. Deutschlands III p. 128 (et IV 131); Murr memor. bibl. Norimb. II p. 157. Etiam Erfurtanus olim extitit (cf. N. Heinsius in sylloge epist. a viris illustr. scriptarum, ed. Burmann, t. II p. 739 sq.), disparuit interim.

2) cf. Palaeographical Society ser. I vol. III pl. 200.

'Vaticanus primus' vel 'optimus' = *V*.

'Vaticanus Livinei' idem fuit atque Vaticanus optimus. Lectiones eius Livineius in Aldina Lugdunensi, in qua extant excerpta *ε*, adscripsit et super addidit (cf. supra p. LXXXV); contuli haec Livineiana cum *V* in libris Ruf. I et II usque ad v. 147; omnia conveniunt nisi quod I 351 Livineius praebet *amore* quod in *V* non habet nisi m. 2. Praeterea I 260 *V solus medio se,* Aldina *medio solus sed* unde Livineius correxit transponendo *solus medio sed;* itaque per Aldinam seductus esse videtur ut *sed* pro *se* ex *V* referret. Praestitit autem hac via lectionem unice veram ideoque in apparatu eum nominavi; eadem invenitur in codice *Bs* (supra p. CXXI). Illud *abstrusus* c. min. 26, 42 qua via explicem ingenue fateor me ignorare.

'Vaticanus alter' vel 'Ursini' = *γ*[1]).
'Vaticanus tertius' = *Ve*.
'Vaticanus quartus' = *ϑ*.
'Vaticanus quintus' = *κ*.
'Bononiensis' = *Bo (?)*.
'Ambrosianus primus' = *M*.
'Ambrosianus alter' = *Ar? (Ab? As?)*.
'Ambrosianus tertius' = *A*.
'Mediceus primus' = *St*.
'Mediceus alter' = *ρ*.
'Mediceus tertius' = *F*.
'Mediceus recentior' = *T?* vel *Ξ?*
'Florentinus Dominicorum ad D. Marci' = *L*.
'Palatinus' = Palatinus 1714 ex *St* descriptus.
'Farnesianus' = *B*.
'Patavinus' (Celtis poetae) = *Vp*.
'Puteaneus' = *Ut*.
'Oxonienses' duo = *Ox* et *Oy*.
'Regius' = *H*.
Pricaeanus = *Fl*[2]).
Rottendorphianus = *Gu*.
Lovaniensis = *Bx*[3]).
'cod. Moreti primus' = *W*[4]).
'cod. Moreti secundus' = *At (?)*[4]).
'Leidensis primus' = *Ld*.
'Leidensis alter' = *Ln*.
'Petavianus primus' = *Vo* = Vossianus 291. cf. Jeep. Quaest. p. 11.
'cod. Rhemensis' = *Trl (?)*.
'Oiselianus' = *P*.
'Helmstaediensis' = *He*.
'Ambrosianus in charta' = Ambrosianus *O* 71 sup. saec. XVI epigrammata continens.

Accedunt hi duodecim:

codex Iunii primus[5]).
Petavianus alter[6]).
Petavianus tertius.
Thuaneus.
Vossianus primus = cod. Vossianus 127 saec. XIII?
Vossianus alter = cod. Vossianus 385 saec. XIII?
Tholosanus (Tholosani archiepiscopi).
Mazarinianus[7]).
cod. Heinsii membranaceus.
cod. Heinsii chartaceus.
'Incertus Heinsii'.
'Buslidianus' in carm. minoribus, pessimus et indigne interpolatus.

Denique excerpta ex codicibus haec etiam Heinsius adhibuit:

'Excerpta Laeti'; codex *ξ* scriptus est a Pomponio Leto; ex eo idem Laetus excerpta in Vicentinae exemplari adscripsit (Burmannus p. 743).
Excerpta ex 'codice Rubenii' ignoto[8]).
'Andreae Schotti excerpta' nescio unde[9]).
Excerpta ex Viennensi codice.
'Excerpta ex exemplari Gevartii cum *MS.* collato' qui codex quis fuerit nescio.

---

1) Semel apud Clercqium citatur *Vaticanus alter 3298* diciturque Ursinianus, semel *Vaticanus Ursini 3289:* unus et idem codex esse et numerus 3298 errore ortus videtur. 2) In cuius primo folio scriptum est *Ioannes Priceus emi Genevę 1632.* 3) Cui inscriptum *Claudianus Collegii Soctis Jesu Lov. M. B. Y. 4.* 4) Liber Antverpiensis III 59 sive *W* Pulmanni sese ipsum nuncupat (cf. p. CXXIV); eundem Heinsius ad paneg. Prob. et Ol. 125 „optimum Moreti librum" vocavit; nempe Pulmannus Claudianum edidit „e vetustis codicibus" ex officina Plantiniana „apud viduam et Ioannem Moretum". Alterum Moreti conieci esse librum *At* quippe una cum priore traditum; possis etiam cogitare de cod. *Lt*, qui item Theodori Pulmanni fuerat, cf. p. CXXI. Heinsius libros „duo Antverpiae a Moreto habuit" (Sylloge epist. ed. Burmann III p. 141; cf. II p. 763). 5) Alter Iunii ad Raptum; de Iuniano in Anglia cf. Syll. l. l. 6) Potest aut hic aut sequens nunc esse inter Vaticanos Reginae; cf. Gevartius in Syll. epist. II p. 765. 7) Non novi Mazarinianum praeter Parisinum 8818 qui tamen non nisi excerpta continet; ille Mazar. Heinsii nonnumquam Parisino 7936 simillimus videtur nec tamen idem est. 8) Excerpsit Philippus Rubenus Vaticanum ms. aut unum aut plures; cf. Albertus Rubenus in Syll. epist. II p. 719 (ubi etiam lectiones ad Bell. Gild. effusae; et Eutr. II 481 legebat *Saporem;* cf. ibi p. 751) et Heinsius ibid. III p. 148. 9) cf. Syll. III p. 141.

Omnia haec excerpta — nisi forte eximenda Rubeniana — nullius fere momenti esse scito. Minoris etiam sunt quas saepissime advocat Heinsius 'schedae Gudianae': haec enim excerpta potius Cuiacio deberi et descripta esse ex codice *M* Kochius demonstravit l. l. p. 21 sqq.

Hoc Claudiani librorum mss. inventarium postquam proposui, fatendum est satis raro evenire ut ex ς lectionem adoptare invitemur, rarius etiam, ut in textum ipsum inferre coactus fuerim. Recepi Gild. 339 *invade rebellem* (Putean. teste Heinsio, aliter *L*) — sed sufficiebat fortasse *rebelles* —, 128 *agi* (Pricaean., Rottendorf.; Isengrinius *age;* id Cuiacius in *agi* correxit hac in re non *M* secutus); item *est* omissum Ruf. I 238 (sic ibi Pulmannus in mg. ex uno suorum codicum) et II 218 (Petav. primus et duo Ambros., tamen neque *M* neque *A* om.) quod cum consuetudine Claudiani prorsus convenit; tamen fortasse loco maxime priore retineri potuit *est;* durior enim ibi ellipsis videtur. Eutr. II 351 *defessi* Mediceorum sec., cum in *V defossi*, sed *o* in litura. Fesc. 2, 29 *fluminco* *MA*. Ruf. II 406 *libaverit* (Thuan., Rottendorf.), sed *liuauerit* ipse *Em.* Eutr. I 501 *hebrus* in *Oy*, sed cf. *H.* IV cons. 347 *cursu*[1]).

Habent quo commendentur haec[2]): Eutr. I 93 *iactu* collato Horatio; Nupt. 83 *pennis* (*L*. Medic. pr. et sec.); *ventis* enim displicere potest et ortum videri ex *iuventas* in v. 84. Fesc. 4, 22: *linguis . . mutui* (cod. Junii), id enim subesse possit ipsi falsissimae scripturae *VP*: *linguis . . nuntii.* Magis etiam *tranare* Nupt. 256 Pricaean., Thuan., Mazar., tres Vaticani, cf. III cons. 45. Item dignum fortasse quod reputetur *uictu* in *Oy* Ruf. I 217 quia *V uultu;* item *cursum* (Tholos.) Ruf. I 352 quia litura in *V*. Stil. I 169 *mores sic;* non amavit enim poeta spondiacam vocem in quarto pede. Eutr. II 325 *concilium:* cf. ad l. Item VI cons. 114 *timebat* fortasse rectius quam *timebant:* praeamat enim poeta duobus subiectis numerum verbi finiti singularem adstruere.

Contra nullo iure talia praetuleris velut *hydros* Ruf. I 42; III cons. 97 *tibi* ex Orosio puta interpolatum; Eutr. I 274 *nesse;* nam tali forma audacius abuteris in Claudiano emendando, qui *neverunt* scripsit Eutr. II 161 (cf. pan. Prob. et Ol. 224) et incontracta reliquit etiam *crevisse, flevisse, sprevisset*, nisi quod semel *quiesset* occurrit Gild. 297[3]). Etiam III cons. 2 *Terque suas* olim multis placebat, iniuria: neque enim hac in lectione *ter* stare posset, sed fuisset dicendum: 'tertium pompa suas curules ducat'; *ter* nimirum non ad *ducat* referre licet, immo ad *tuas*, estque sententia haec: bellatrix pompa curules ducat quae iam 'ter tuae' factae sunt; ceterum cf. ad l. Carm. min. 30, 48 quibus de causis *ederet* removerim[4]), iam videri potest apud Aug. Kraemerum De Manil. astron. (1890) p. 48. Eutr. I 156 *stabulis* vix recte: cf. ad l. Eutr. II 138 *uirilem* non necessarium; ibid. 308 *in sontes* emendationis studio plane ortum: VI cons. 95 *rectore* item: c. min. 27, 9 *animantibus;* cf. ad l.

III. DE CLAVDIANI MAIORIS CARMINVM ORDINE.

Claudiani poetae editurus carmina id maxime mihi proposui, ut doctis lectoribus sic ea traderem ut tradita ipse accepi neque quidquam nisi necessitate coactus immutarem. Quare ipsum quoque ordinem carminum curiose retinere officium fuit eum scilicet, quem ab ipsa antiquitate stabilitum esse mihi constaret.

1) In adnotatione ad locum erratum est; legas: *cursu* ς, *curru* ω. 2) Falso ς attuli ad Ruf. II 176; *alteque* enim solus Cuiacius nescio unde, cf. Kochius l. l. p. 36. 3) cf. Archivum lexicogr. IV p. 590. 4) Hoc etiam conicicbat Gevartius (Sylloge epistol. t. II p. 767).

Et de maioribus carminibus sive de panegyricis primum agatur. Haec ab ipso quidem poeta dum vita suppeditat in corpus redacta esse credi non quit. Scripserat ea annis praecipue 395, 396, 397, 398, 399, 400, 403, 404 et separatim ediderat omnia: intermissionem poetandi fecit annis 401, 402. Sin autem ipse annis 401—403 carminum corpus unum per seriem librorum composuerat, defuerunt tamen in eo corpore et Bellum Pollentinum et carmen De VI consulatu quae carmina hodie una legimus. Anno 404 poetam fato subitario ex vitae curriculo et Musarum abreptum esse credimus: quod sive placebit sive minus, certe saeculo V et inter ipsos fortasse annos 404 et 408 veri simile est aut ab ipso poeta aut, quod verius, post mortem eius ab alio harum litterarum studioso dissipatorum eius carminum certum *σύνταγμα* primo esse constitutum, quo codices omnes qui supersunt redire debent (cf. supra p. LXXVIII et CIV), idque tandem quale fuerit eruere conabimur.

Sex autem variantes carminum adornationes in membranis deprehendi.

Series I ea est, quae fere in plerisque obtinet, ita disponens:

In Rufinum
Bellum Gildonicum
In Eutropium

Fescennina
Epithalamium Honorii

De III cons. Honorii
De IV cons. Honorii
Manlii Theod. cons.
De consul. Stilichonis
de VI cons. Honorii

Bellum Pollentinum.

Sic ordinant et liber *H* et *J* et *Δ* quibus usi sumus et codices saeculi XII: *Ho* (nisi quod desunt Ruf. I—II 210 et Poll. 368 — fin.), *Kr*, Rodomensis 1040; saeculi XIII: *M*, *γ*, *Σ*, *Bo*, *F* deficiente Bello Pollent., *Vp*, *Vr*, *Bx*, *Nt* (nisi quod foliorum ordo turbatus est in VI cons.), codicis *Ar* pars prior (non pertinens nisi usque ad Eutr. II 425), *Trl*, *Pm*, *Bu*, *Hl*, *Co*, *Ptr*, *He*, *Mp*, *At*, *Tu*, *Ox*, *Oy*[1], *Bg*, *Er*, *Lu* (sed multae in *Lu* carminum particulae desunt), Vossianus 126[2]), Escorialensis III P. 21 (in quo desunt Stil. III 367—369; VI cons. et bell. Pollent.); saeculi XIV: *Ai*, *Vt*, *Ab*, *Lt* (iterans etiam in fine Fescenninum tertium, i. e. carminum minor. 1); saeculi XV: *T* (addens Laudem Serenae), *Ps*, *Pn*; saeculi XVI: *Ξ* et Ambrosianus O 74 sup. chart. 8° Claudiani nihil continens nisi carmina minora, in his descriptus ex *Δ*. Idem ordo in excerptis Claudiani plerisque observatus est infra cap. VII. Ex editionum numero affero *A*, nisi quod in eius fine Panegyricus Probini et Olybrii subnexus est.

Eandem seriem etiam offert codex Leidensis *Ld* saec. XIII, nisi quod post Eutr. I insertus est paneg. Probini et Olybrii; item codex *Ti* saec. XIII nisi quod libri In Eutropium ex suo loco remoti post Bellum Poll. exhibentur.

Eandem fere etiam codex *Ol* saeculi XIV cuius haec series: *Ruf.*, *Gild.*, *Eutr.*, *Fescenn.*, *Epithal. Hon.*, *Stilich.*, *VI cons.*, *III cons.*, *IV cons.*, *cons. Manl. Theod.*, *Bell. Pollent.*; tres autem manus sunt quae hunc codicem exaraverint.

Eandem fere etiam codicis *Ar* altera pars saeculi XV incipiens ab *Eutr.* II 425 sqq. et ita pergens: *bell. Pollent.*, *Fescenn.*, *Epithal. Hon.*, *Stilich.*, *VI cons.*, *III cons.*, *IV cons.*; additur autem etiam *paneg. Probini et Olybrii.*

1) De libris his geminis et uno quasi umbilico coniunctis accuratius rettuli in cap. IV. 2) cf. Jeep, Quaest. Claud. p. 11.

Itaque in *Ol* et *Ar* paneg. de VI cons., in *Ar* etiam Bellum Pollent. e suo loco remota sunt.

Adnumerari autem huic seriei I etiam debebit *E* sive codex Lucensis ipse quatenus optimi eius codicis ex excerptis *E* ordo dispici potest. Defuisse primo obtuitu putaveris Bell. Gild. quippe cuius nullae lectiones traduntur. Inceperat autem liber ille ut videtur ab *In Ruf.*, tum legebatur *In Eutrop.* (cf. ad Ruf. fin.): post *IV cons.* legebatur carmen *de Manlii Theod. cons.* (cf. ad IV cons. fin.): post *Laud. Stilich.* legebatur carmen *de VI cons.* (cf. Stil. III subscr.): post hoc deinde *bellum Goticum* (cf. subscr.). At vero post *bell. Goticum* olim extitisse etiam in fine videtur *bell. Gildonicum* (cf. subscr. *belli Got.*). postea vero rescissum esse ut de eo referre non posset *E*. Quodsi statuimus librarium *E* ibi ubi nihil adnotat approbasse ordinem editionis *Δ*, ordinem hunc ab *E* agnosci efficitur: *Ruf.*, *Eutr.*, *Fescenn.*, *Epithal. Hon.*, *III cons.*, *IV cons.*, *Manlii Theod. cons.*, *Stilich.*, *VI cons.*, *bell. Pollent.*, *bell. Gildonicum*. Qui ordo praeter *bell. Gild.* transpositum omnibus numeris cum serie I concordat. Quantum autem auctoritatis inde haec series acquirat, qui non caecutiet pervidebit.

Hinc autem etiam profectus est ordo codicis *C*. Qui cum non nisi haec tradat: *Rufin.*, *Eutrop.*, *bell. Pollent.*, *bell. Gildon.*, contracta haec esse dicentur ex ea traditione quae extitit in *E*. Prorsus cum *C* autem facit codex ille Santenianus saeculi IX qui Claudiani titulos recenset (cf. supra p. LXXXI) nisi quod in eo etiam *Raptus* praemittitur; item excerpta Monacensia saeculi XI de quibus consulendum cap. VII.

Et hactenus testimonia. Contemplantibus autem ipsam seriem I sic ut est non sine probabili ratione institutam esse apparebit: quae ratio ex arte rhetorica petita est redoletque veram antiquitatem; nam neque ex hominum personis hic ordo dependet neque ex observatione chronologica (id quod raro omnino fiebat). sed ex forma et inventione vel ex εἴδεσιν τῶν λόγων. Rhetorum Graecorum aetatis imperatoriae praecepta curiose secutum esse Claudianum et artificia prosaici sermonis in poesin sedulo transtulisse alibi monui[1]), item inter exempla sub margine editionis locos parallelos ex oratoribus sive rhetoribus cum Graecis tum Latinis multos adscripsi[2]); hic meminisse sufficit ipsum nomen *panegyricus* sapere rhetoricam. Distinguebantur autem illa aetate in genere demonstrativo orationes invectivae sive ψόγοι et laudationes sive ἐγκώμια seu panegyrici; inter hos autem alia species fuit gratiarum actio, alia de consulatibus, alia laudes imperatorum, alia de nuptiis et similes porro.

Has distinctiones collector observans primo loco una posuit invectivas tres

in Rufinum et in Gildonem et in Eutropium:

deinde incipiunt laudationes: in quibus praecedit

Epithalamium:

nec hoc quidem caret effectu nec oblectamento siquidem 'optimum e contrario nitet'; sic enim ab eunuchi sordibus animus lectoris ad ingenuum puellae amorem producitur.

Hinc omnia ea quae ad consulatus pertinebant:

de III cons., de IV cons., de cons. Manlii Theod., de cons. Stilichonis, de VI consulatu.

Ultimo loco panegyricus ille cernitur quo victoria celebratur Stilichonis, qui tamen neque inter ψόγους neque inter consulatuum laudes collocari potuit:

de bello Pollentino.

Iam vero hanc seriem I esse eam quam ipse archetypi auctor constituerat et manuscriptorum quibus traditur multitudine ac pretio commendatur, ad quae etiam *E* et *C* adnumerare licuit, et ipsa quam monstravi dispositione carminum ex operum charactere petita et alio denique argumento eo quod sequitur. Libri nempe In Ruf. II

1) Zwei polit. Satiren p. 38. 2) De Graecis cf. supra p. LXXII; de Latinis cap. VIII sub finem.

praefatio et in aliis manuscriptis et in plerisque eorum quae supra enumeravi non suo loco, sed ante Bellum Gildonicum falso scripta deprehenditur. Quod unde tandem factum credas? Postposita ea fuerat nimirum libro Ruf. II, ad quem attinebat, in exemplo nescioquo, inde vero error hic nasci debuit ut ad Bellum Gildonis quod sequebatur falso referretur, denique in eius versu 12 etiam pro *Et geticam* inculcatum est *Gildonis*. Itaque quod Gildonem ego statim post Rufinum edidi, iam antiquissima haec fuit consuetudo. Quid? quod praefatio illa quae in causa est etiam optimo consilio postposita fuit libro suo in Rufinum alteri. Certe res gestae quae in ea celebrantur re vera post ea quae in libro Ruf. II enarrata legimus actae sunt estque illa quasi huius libri appendicula (cf. p. XXXVIII). Sed licet causam huius transpositionis intellegamus neque adeo improbemus, retinuimus tamen ipsi eum ordinem quem optimae membranae tutantur.

Denique dixerit forsitan quispiam sequendos esse *E* et *C* et librum Santenianum ita, ut Gildo potius post Bellum Pollentinum in ultimum locum traiciatur; adiecerit alius etiam magis suspicax inde quod Bellum Gildonis loco ultimo scribebatur fortasse explicandum esse, quod eius operis liber secundus diem non tulerit: postrema scilicet folia archetypi aevo esse comsumpta vel nescio quo casu abolita. His ego non habeam quod contra ponam nisi non prorsus sufficere mihi testium illorum auctoritatem et aptius futurum fuisse si Gildo ipsi bello Pollentino antecederet quam subnecteretur et abhorrere a veri specie, si quis librum de Gildone alterum omnino extitisse autumet [1]; ne repetam quae de altero in Rufinum prologo disputata vix absolvi.

Iam vero medium aevum in Claudiano contrectando tam occupatum esse videmus ut librarii seriem operum alii aliter sollicitarent. Et primum adferatur

Series II. Est autem haec:

In Rufinum
Bellum Pollentinum
Gigantomachia (carm. min. 53)
De consul. Stilichonis
In Eutropium

{ *Fescennina*
{ *Epithalamium Honorii*

{ *De III cons. Honorii*
{ *De IV cons. Honorii*
{ *De Manlii Theod. cons.*
{ *De VI cons. Honorii*

in qua posterior inde a Fescenninis pars cum serie I consentit.

Extat autem series II in codice *Bs* saeculi XIII neque ni fallor usquam alibi nisi quod conferri potest operum ille in *M* catalogus de quo p. CXIX verba feci; hic enim post Raptum enumerantur *Rufin., [Gildon.], Bell. Pollent., Gigantom., Stilich., Eutrop., Fescenn. (et Epithalam.), III cons., IV cons., VI cons., [cons. Manlii Theod.]* in quibus cum *Bs* non discordant nisi ea quae uncinis quadratis inclusi.

Sed etiam codicis Vindobonensis 3216 (saec. XV) ordo non sine admiratione hic addendus [2]: *Rufin., Gild., Eutr. liber I, Bell. Pollent., Gigantom., Stilich., Eutr. liber II, Fescenn., Epithalam., III cons., IV cons., VI cons., cons. Manlii Theod.*

Ab his recedit etiam

Series III quae talis est:

1) cf. supra p. XXXIX; cf. p. LIX.

2) cf. Endlicher catal. codd. sub n. CCCXIII.

In Rufinum
{*Fescennina*
{*Epithal. Honorii*
Bellum Gildonicum
De consul. Stilichonis
De VI cons. Honorii
In Eutropium
{*De III cons. Honorii*
{*De IV cons. Honorii*
{*De Manlii Theod. cons.*;

postmodo multis carminibus minoribus insertis sequitur etiam

Bellum Pollentinum.

Quodsi De consul Stil. et De VI cons. post carmen De Manl. Theod. traiceremus, sat magna cum serie I similitudo oriretur.

Sic Claudianus decurrit in libro *P* quo usus sum. Praeterea extat series III in libris saeculi XIII *L* et *Br* (nisi quod inter Theod. et Pollent. cc. minora desunt) et *Ars* (nisi quod hic non tendit nisi usque ad Manl. Theod. cons.) et *ϱ* (nisi quod in hoc Bellum Pollent. statim posst Manl. Theod. legitur) et in Matritensi 102, 18, de quo p. CXXVI relatum est (nisi quod ibi desunt libri in Rufinum); saeculi XIV in codice Vaticano *Vc* (qui incipit ab Ruf. II 169; desunt octo folia prima); saeculi XV in *Θ*.

Persimilis autem etiam est codicis *Lb* saeculi XIV ordo hic: *Ruf.*, *Fescenn.*, *Epithal. Hon.*, *Gildon.*, *consul. Stilich.*, *Eutrop.*, *III cons.* usque ad v. 106, *Bell. Pollent.*

Seriem IV solus praebet V(aticanus optimus), nisi quod eum secutus est *β*[1]). Hanc vide:

(Fescennina)
In Rufinum
Epithalamium Honorii
Bellum Gildonis
Laus Stilichonis
De VI cons. Honorii;

sequuntur minora carmina; his inseruntur

De Manlii Theod. cons.
In Eutropium

(cf. p. CXXXV sub 𝔈). In quibus ordo qui est *Epithal.*, *Bell. Gild.*, *Laus Stilich.*, *De VI cons.* idem est atque in serie III. Ceterum de Fescenninorum collocatione conferantur quae disserui in huius codicis descriptione p. XCV.

Seriem V non vidi nisi in codice *Gu* (Gudiano 220) saeculi XIII quae sic incedit:

{*In Rufinum*
{*Bellum Gildonicum*
{*De consul. Stilichonis*
{*De VI cons. Honorii*
In Eutropium
{*De III cons. Honorii*
{*De IV cons. Honorii*
{*De Manlii Theod. cons.*;

recognoscitur etiam in hac serie series I in varias partes disiecta. Bellum Poll. hic deest, sed in media carminum minorum anthologia insertum habetur (cf. p. CXXXIX).

1) In *β* Fescennina desunt, item Nupt. praef. v. 1—16; cf. F.

Superest una series VI. Et cum in prioribus aut nullam rationem aut eius quae in serie I valet vestigia deprehenderimus, in hac contra prorsus nova gubernat. Exemplo sit codex δ saeculi XIII—XIV cuius haec sunt:

In Rufinum
De III cons. Honorii
De IV cons. Honorii
Fescennina
Epithalamium Honorii
De Manlii Theod. cons.
Bellum Gildonicum
In Eutropium
De consul. Stilichonis
Bellum Pollentinum
De VI cons. Honorii.

Sic δ; in eodem autem δ in fine etiam operum Claudiani catalogus a manu ut videtur prima perscriptus est incipiens: *hic est ordo librorum Claudiani prout exigit ordo materie* sequunturque ipsi libri compositi prorsus eo ordine quo in ipso codice exaratos esse rettuli. Eandem seriem sequuntur codices saeculi XIII *St* (cum apographis Laurentiano pl. 33 c. 4 et Palatino 1714) et *Fl*. nisi quod hic in fine adiecit *Panegyricum Probini et Olybrii*, et cod. Escorialensis S. III 29 nisi quod hic desinit in Laudis Stil. fine *Raptum*que praemittit.

Paullo seriem hanc immutavit codex *Ca* saeculi XV: nam carmen De Manlii Theod. consulatu post In Eutropium translocavit postque illud etiam Raptus Proserpinae libri II praefationem inseruit.

Sed ad eandem seriem sextam etiam eos traho libros qui non nisi hac re discrepant. In *Fl* vidimus panegyricum Probini et Olybrii in fine adiectum esse; haud pauci autem libri eo processerunt ut eundem altero potius loco, h. e. post Rufinum et ante carmen De III consulatu inferrent. Hoc accidit et in codice huius editionis subsidiario *B* et in his libris: saeculi XII—XIII *Ct* (qui incipit a Rufin. II 283; ceterum, ut *B*, etiam carmen min. 32 De salvatore addidit in fine), saeculi XIII *Vo* et *W* et *Cl*, nisi quod hic iam desinit in Belli Pollent. v. 311 ita, ut carmen De VI consulatu desideretur; denique in *z* saeculi XV.

Iam vero is, qui hanc seriem seruit, prorsus characterem carminum neglegens abiciensque seriem I soli ordini temporum quem observasse sibi videbatur obtemperavit, estque hic conatus idem quem postea fecit Gesnerus editor. Neque id tum fieri potuisse demirabimur memores quanta sedulitate saeculorum XII et XIII monachi Claudianum poetam transcribendo interpretando excerpendo imitando pertractaverint; cui quidem rei amplissima et spississima scholia fidem faciunt, quibus codices velut *H* et *M* abundant, multis locis et nomina et res actas explicantia; fidem faciunt etiam excerptorum farragines; modo conferas, quae suo capitulo de scholiis atque excerptis Claudiani exposui. Itaque facile negotium illis librariis fuit de singulis carminibus pernoscere cuinam quodque tempore posterius fuisset. Primum enim etiam festinantiori lectori id patebat, Epithalamium Honorii succedere debere carmini de IV consulatu, quippe in cuius fine nuptiae promitterentur; ergo huic illud artissime subaddidere. Neque vero nimiae doctrinae pervidere fuit Gildonem et Eutropium non ante carmen de III consulatu esse scriptos; ergo utrumque diasceuasta iste praeire iussit Laudi Stilichonis cuius ipso initio I v. 7 ad Eutropium, pluribus etiam ad Gildonem respicitur. Denique Bellum Pollentinum ante panegyricum De VI consulatu legi ille iussit: nam in re enarranda hoc illius quasi continuationem vel auctarium esse ne caecutientem quidem fugere poterat.

Atque solitum morem hac via ab redactore derelinqui et in nova via incedi ipsi librarii conscii fuerunt; id ad probandum uti licebit verbis illis quae in codice δ extare supra docui: *hic est ordo librorum Claudiani prout exigit ordo materie* siquidem a m. 1 scripta sunt. Quae scribi non poterant nisi si ordinem a suo diversum tradi solere librarius sciebat, quem novando immutavit, ordinis materiae contra morem rationem habens. Ii autem qui etiam Panegyricum Probini et Olybrii huic ordini accommodare temptabant, secundo loco interponentes, verum non assecuti sunt.

Quae cum ita sint, seriem sextam primae anteferre equidem non ausim. Neque hoc tacendum in ser. VI codicibus aut omnibus aut plerisque libri In Ruf. II praefationem pro Belli Gildonici praefatione venditari ita, ut iam post panegyricum Manlii Theodori praepostere remota sit. Quodsi huius praefationis ad Gildonem relationem recte supra inde ortam diximus, quod ipsa in nescio quot exemplaribus postposita fuerat Rufini libro II, huic vero libro ipse Gildo subhaerebat, etiam in exemplis, unde codices ser. VI descripti sunt, Gildo olim locum suum post Rufinum obtinuerit necesse est. Neque omnino, si series VI sic ut est ex ipso archetypo demanasset, satis intellegeremus qua lege ex ea per medium aevum nasci potuisset series I, cuius antiquam speciem esse sensimus.

Denique aliis fortasse aliorum, mihi Plauti memoria incidit. Eius fabulae ex ordine elementorum ordinatae in antiquitate legebantur. Non latuit vero codicum scriptores in Bacchidibus adludi ad Epidicum: ergo illas post hunc et editas a comico poeta concludebant et transponebant. Qua chronologica ratione non curabant violari ordinem traditum.

Hactenus de carminibus ambitu maioribus numeroque paucioribus. Intricatior quaestio est de minoribus carminibus quorum insperata multitudo. Ad quam agitandam quaestionem iam aggrediendum est.

Carminum minorum syllogen sic, ut in membranis traditur et a me expressa est p. 285—346, ab ipso Claudiano esse confectam et editam supra p. LXXVI sq. negatum est: ibidem commendatum, ab ipso epigrammatum librum unum ad Aeternalem missum esse, cetera carmina minora descriptivi generis, epistulas deprecationes, aut singula inedita deerrasse (cf. quae de poematiis suis poeta aperit c. min. 19) atque post obitum demum poetae in libri formam congesta esse aut — id quod aegre mihi persuadeo — plura poemata eius generis quam quae diem tulerunt, in lucem olim edidisse poetam, tot scilicet, quae praeter epigrammatum librum opus efficerent bene rotundatum. Quamquam interiisse eius generis aliquot versus fragmentum saltem unum prodit et singulare illud quod p. 395 expressi. Est igitur certe delectus dicendus quem edimus minorum carminum. Ordo vero horum carminum delectorum, cum membranae quibus utimur aliae alium ostendant, qui in archetypo fuerit investigare nostrum est. Cui muneri molesto si me subtraherem, ignaviae incusarer: paene tantam enim disserendi subtilitatem sibi exigit quantam quaestio illa quae agitatur de Luciani Samosateni libellorum pristino ordine. Neque vero Danaidum dolio compar erit hic labor: immo aqua haerebit.

Multos esse libros scriptos Claudiani maioris, qui careant carminum minorum corpusculo, primum tenendum est; carent ita et *C* et *H* et *B* mei et δ, Σ, *A*, *Ca* (nam ne in hoc quidem nisi paucissima vestigia), *F*, *Fl*, *Bu*, *Bs*, *Ct*, *Cl*, *Lt*, *Ab*, *Trl*, *Ai*, *Ho*, *Ps*, *Pn*, *Vp*, *Ptr*, *Mp*, *Ox*, *Er*, *Ld*, *Ln*, denique Vindobonensis 3486. Sex vero nec plures ordinandi rationes in libris reliquis obtinere observa et proxima pagina demonstratas accipe: neglecti autem in ea sunt codices quos significavi z, *Ar*, *Ol*, ξ, *Gl*[1]).

1) In z non extant nisi c. m. 40—51 et 53; in *Ol* (saec. XIV) mirus hic ordo: 32; 31; 30; 50; 13; 3—8; 10; 14—16; 41; 43; 45. De *Ar*² (saec. XV) non satis certo mihi relatum est; certe tamen et hic mirus ordo videtur: 40; 41; 25; 46—48; 30—32; 22, tum alia cc. nescio quae, denique 53; 27; 29; 26; 28. In ξ haec fere exhibentur: Rapt. II 267 sq., c. min. 26 v. 73 sqq.; 27; 17—25; 31 et 32; particulae librorum Rapt. I et II; c. min. 47—51; 1—9; 41—47; 51; 53; 26 v. 1—72; folia turbata esse adnotat Schwartz: ergo ad 𝔅 hic quidem liber adscribendus. In *Gl* minorum carminum desunt plurima.

(Aetnae v. 279—287)

A
- I
  - 1 Fescenn. III
  - 2 Deser. port. Smyrn.
  - 3 Ad Aeternalem
  - 4 Descript. armenti
  - 5 Est in conspectu
  - 6 Rimanti telum
  - 7 De quadriga marm.
  - 8 De Polycaste et Perd.
  - 9 De hystrice
- II
  - a: 10 De birro castoreo; 11 In sepulchrum speciosae; 12 De baln. Quintianis
  - b: 13 In podagrum; 14 Ad Maximum qui ei mel misit; 15 De paupere amante; 16 De eodem
- III
  - a: 17 De piis fratribus (Aspice sudantes); 18 De mulabus Gall. (Aspice morigeras)
  - 19 Epist. ad Gennadium
  - 20 De sene Veronensi
  - 21 De Theod. et Hadriano
  - b: 22 Deprecatio ad Hadrianum; 23 Deprecatio in Alethium
  - 24 De lucusta
- IV
  - 25 Epithalamium Palladii cum praefatione

C
- V
  - 26 Aponus
  - 27 Phoenix
  - 28 Nilus
  - 29 Magnes
  - 30 Laus Serenae
- VI
  - 31 epist. ad Serenam
  - 32 De salvatore

B
- VII
  - a: 33—39 De crystallo (septem epigrammata)
  - b: 40 epist. ad Olybrium; 41 ad Probinum
  - c: 42 De apro et leone; 43 In Curetium; 44 In eundem Cur.
  - d: 45 De concha; 46 De chlamyde et frenis; 47 De equo dono dato; 48 De zona equi regii
  - e: 49 De torpedine; 50 In Iacobum; 51 In sphaeram Archim.
  - f: 52 De lanario
  - 53 Gigantomachia

- 33—39 de crystallo
- 40 epist. ad Olybrium; 41 ad Probinum
- 42 De apro et leone
- 43 In Curetium; 44 In eundem Cur.
- VII: 45 De concha; 46 De chlam. et frenis; 47 De equo dono dato; 48 De zona equi regii; 49 De torpedine; 50 In Iacobum; 51 In sphaeram Archim.; 53 Gigantomachia
- IIa: 10 de birro castoreo; 11 In sepulchr. speciosae; 12 De balneis Quint.
- VIII: 22 Deprecatio ad Hadrianum; 20 De sene Veronensi; 27 Phoenix; 29 Magnes
- De bello Pollentino
- VI: 32 De salvatore; 31 Epist. ad Serenam
- 30 Laus Serenae
- I: 2 deser. port. Smyrn.; 3 Ad Aeternalem; 4 deser. armenti; 5 Est in conspectu; 6 Rimanti telum; 7 De quadriga marm.; 8 De Polycaste et Perdic.; 9 De hystrice
- IIb: 13 In podagrum; 14 Ad Maximum; 15 De paupere amante; 16 De eodem
- III: 17 De piis fratribus; 18 De mulabus Gallicis; 19 Epist. ad Gennadium; 21 De Theod. et Hadriano; 23 Deprecatio in Alethium; 24 De lucusta
- IV: 25 Epithalam. Palladii cum praef.
- IX: 26 Aponus; 28 Nilus

- 9 De hystrice
- IIIa: 17 De piis fratribus; 18 De mulabus Gallicis
- 20 De sene Veronensi
- IIIb: 22 Deprecatio ad Hadrianum; 23 Deprec. in Alethium
- VIIe: 50 In Iacobum; 49 De torpedine; In Sirenas; 51 In sphaeram Archim.
- 19 Epist. ad Gennadium
- VIIb: 40 Epist. ad Olybrium; 41 ad Probinum
- 32 De salvatore; 27 Phoenix; Lactantii Phoenix
- ex I: 3 Ad Aeternalem; 6 Rimanti telum
- II: 10 De birro castoreo; 11 In sepulcrum speciosae; 12 De baln. Quintianis; 13 In podagrum; 14 Ad Maximum; 15 De paupere amante; 16 De eodem
- 21 De Theod. et Hadriano
- 31 Epist. ad Serenam
- 53 Gigantomachia
- Laus Herculis
- VIId: 46 De chlam. et frenis; 47 De equo dono dato; 48 De zona equi regii; 45 De concha

---

- VIII: 22 Deprecatio ad Hadrianum; 20 De sene Veronensi; 27 Phoenix; 29 Magnes
- IX: 26 Aponus; 28 Nilus
- 23 Deprec. in Alethium
- 53 Gigantomachia
- 32 De salvatore
- 18 De mulabus Gallicis
- ex VII: 43 In Curetium; 44 In eundem Cur.; 52 De lanario; 50 In Iacobum; 42 De apro et leone
- De dulcia versus unus
- 24 De lucusta[1]
- 49 De torpedine
- 31 Epist. ad Serenam
- VIId: 48 De zona equi regii; De zona (c. m. app. 4); 45 De concha; 46 De chlamyde et frenis; 47 De equo dono dato
- 30 Laus Serenae
- VIIb: 40 Epist. ad Olybrium; 41 ad Probinum
- Panegyr. in Manl. Theodorum
- In Eutropium
- Epithalamium Laurentii
- 51 In sphaer. Archimedis
- De Liberalibus; Laus Martis; De Iunonalibus
- 33—39 De crystallo
- 25 Epithal. Palladii cum praef.
- De hippopotamo et croc.
- De aquila quae eqs.

1) cf. J. Koch p. 22.

- De Gigantomachia multo praecedit inter ce. maiora positum
- — — — — —
- IV: Epithal. Pallad.
- Laus Serene; Epist. ad Serenam
- VIIb: Epist. ad Olybr.; Epist. ad Probinum
- Excusatio pro se ad Stilichonem
- Epist. ad Gennadium exprocons.
- Epist. ad Iacobum m. equ.
- In curetium
- De eodem
- Epistola ad aletium quaest.
- In podagr.; Ad Maximum
- cf. D: Laus salvatoris
- cf. VIII: De phoenice; De magnete; De cristallo; Aponus; De nilo
- De hystrice
- IIIa: De statuis fratr. sicul.; De mulab. gall.
- De apro et leone
- VIId et e: De concha; De chlamyde (= c. 46); De equo (= c. 47); De zona equi regii (= c. 48); De torpedine; De sphaera Archim.
- IIa: De birro; In sepulcr. spec.; De baln. Quint.
- De sene Veron.
- ex I: Descr. port. Smyrn.; Descr. armenti; De ira (= Rimanti telum); De quadr. marm.; De Polyc. et Perd.
- De Theod. et Hadr.
- Ad Aeternal.
- De locusta
- De paupere am.; De eodem
- Sequuntur spuria

Vides esse hanc anthologiam epigrammatum mirum in modum carminibus maioribus nec non et maximis distinctam. Nam ad maiora, modo epigrammatum ambitum compares, adnumeres Hystricem, De piis fratribus, De sene Veronensi, Deprecationem ad Hadrianum, Torpedinem, similia, ad maxima Laudem Serenae, Palladii epithalamium, Gigantomachiam. Talis ordo, quo imparilia pari loco miscentur, a Claudiano institui non potuit (supra p. LXXVI): potuit ab anthologiae fabricatore cadentis aetatis, potuit fortasse etiam ab eo, qui erratica carmina post poetae obitum primum conquisivit: qui disparilia non composuit nisi pietatis causa, scilicet ut ne quid carminum deperiret.

Ceterum simillima huius Claudianeae anthologiae clarissima illa Salmasiana anthologia corrasa saeculo sexto. Nam huius quoque cum maximam partem epigrammata minuta efficiant, tamen collector etiam maiora nonnulla opuscula recipienda existumavit nec tamen haec ab illis segregavit sive uno loco coniunxit, sed interposuit ita, ut post epigrammata 22—82 Ries. legatur Didus epistula 150 versuum, post epigr. 84—197 Verba Achillis in parthenone et Vespae iudicium coci et pistoris et Pervigilium Veneris, post epigr. 201—252 Reposianus De concubitu Martis et Veneris 182 versuum[1]. In quibus ut diversa prata epigrammatum per epyllia singula maceriae instar dividerentur et varietatis et separationis studium causae fuit. Idem autem videlicet in Claudiano studium valuit. Ceterum Ausonium in comparationem vocari volo: nam huius quoque quae supersunt perinde atque Claudianea et ex editis et ex ineditis opusculis certo ordine composita sunt atque id factum esse videtur non ita multo post excessum poetae[2].

Iam vero ordinandi varias rationes sive series (sit utique venia huic verbo) contemplari tempus est.

Series 𝔄. Extat in *E* (i. e. in Mediceo plut. 33 cod. 9). Incipit ab *Aetnae* fragmento quod a re alienum est; dictum est de eo supra p. LXXXIX sq. Deinde continet carmina numero quinquaginta tria, habet autem certum ordinem et qui ratione non prorsus destituatur. Ducit agmen *Fescenninorum* carmen unum; vel hinc has non esse nisi eclogas concludimus. Inscripsit *E*: *explicit ethna. incipit ad stilichonem.* Desideraverat collectionis auctor in his poematis Stilichonis nomen: ergo ex Fescenninis et intulit et

1) Inprospere de anthologia Salmasiana disputavi De re libraria p. 386 sq. deceptus numeris illis in codice unico adscriptis quos pro librorum numeris Riesius venditaverat. Hunc postmodo refutavit Aem. Baehrens P. L. M. IV p. 7. Commendari tamen coniectura etiam nunc potest qua dixi per libros plenos olim eius anthologiae carmina fuisse distributa; nisi quod qui eorum librorum fines fuerint nullo iam indicio proditur; Claudianeam autem similem collectionem comparans id in incerto relinquo num maiora illa velut Vespae et Reposiani carmina libris illis plenis interposita fuerint an in ipsos recepta. 2) Ipse edidit Ausonius Gratiarum actionem, Epigrammatum librum unum et plenum (cf. epigrammatum librum Claudiani ad Aeternalem quem supposuimus), eclogarum librum, Parentalia, Mosellam, Professores „subnexis" Epitaphiis (cf. De re libr. p. 156). Alia inedita manserant sive ad amicos tantum ab Ausonio spargebantur, cf. quae dicit ipse epist. 17 v. 29 et Symmachus epist. I 8. Sed etiam Bissulam satis patet separatim in vulgus ab eo emissam esse: lector enim est quem in altero carmine adloquitur et se populum timere indicat in praefatione ad Paulum v. 10. Atqui tres praefationes Bissula habet qui una sunt versus fere triginta; sequuntur poematia de puella ipsa tantummodo quattuor, qui una sunt versus viginti quattuor. Quibus numeris periisse quaedam nec vero pauca manifestum fit; aliter ridiculus fuisset poeta hic prooemians quasi si montis instar mures parturiret. Omisit illa is qui magnam ac plenam Ausonii syllogen in codicem primus contulit (cf. quae dixi l. l. p. 304). Cur autem Bissulae lector ut „bibat" invitetur (c. 3, 6) explicavi in disputatione De participiis Latinis (ind. lect. Marpurg. 188¾ p. 18 adn. 5). — Atque Ausonium ipsum omnia quae scripserat redegisse in codicem iam supra negavi idoneis argumentis firmari posse p. LXXVI adn. 4; neque codice membranaceo tali, qui ad omnia opera comprehendenda aptissimus fuit, Ausonium esse usum contendere licet, quippe qui non nisi volumina et chartam commemoraverit (cf. De re libr. p. 101 sq.); securius quam verius Schenkl edit. prooem. p. 53 id ipsum studio antiquario poetae tribuit; quod facile quidem contenditur, tamen exemplis probandum fuit. Miror etiam inscriptionem epigrammatis 2 *commendatio codicis* ibidem defendi ab eodem viro doctissimo, qui inscriptiones epistulae II et carminis de herediolo (XII) ab Ausonio profectas esse infitias eat (p. 36 sq.).

primo loco debito collocavit Deinceps partes maiores tres *A* et *B* et *C* distinguuntur; quae porro partes *A* et *B* et *C* carminum ordines minores septem I—VII complectuntur.

In parte *A* invenimus

ordinem I: sunt carmina octo; pleraque ad descriptivum genus pertinent, *descriptio portus Smyrn., descriptio armenti, Est in conspectu, De quadriga marmorea;* fortasse etiam *de Polycaste et Perdicca* ad tabulae imaginem pertinuit illustrandam vel interpretandam[1]). *Rimanti telum* exercitium rhetoricum cum *Est in conspectu* maxime cognatum: sed etiam *ad Aeternalem* commune hoc habet cum illis, quod cogitatum inest unum per quattuor versus poetice amplificatum. Dedicationis locum olim tenuisse hos ad Aeternalem versus supra dictum est; itaque bene est quod quamvis non primario, tamen paene primario loco collectionis sunt collocati. Finitur ordo carmine uno maiore *De hystrice* ea ratione quam de anthologia Salmasiana observavimus.

ordinem II: sunt carmina septem, brevissima; ordinis autem huius particulae duae discernuntur: a) priora tria poemata *De birro, In sepulchrum speciosae, De balneis Quintianis* quae ad res pertinent suntque rerum vel descriptiones vel adeo inscriptiones: nam alterum carmen in sepulcro sculptum vel fuit vel esse fingitur, tertium in balneis: b) quattuor reliqua poemata, quae in homines directa sunt, *ad Maximum, in podagrum* quendam qui simul poeta fuit, *in pauperem amantem.* Carmina 10 et 11 paene iocosam societatem inierunt; docet utrumque perire quod pulchrum est: alterum incipit: *nominis umbra manet veteris;* alterum: *pulchris stare diu negatur.*

ordinem III: carmina sunt octo, ambitus eorum paullo maior; *De piis fratribus* et *De mulabus Gallicis* propter simile initium *Aspice* coniuncta, quod maxime genuinum videtur. Omnibus autem his octo carminibus id commune quod de personis agunt, nisi quod in ultimo lucusta describitur, sicut hystrix in ultimo ordinis I.

ordinem IV: eum obtinet *Epithalamium Palladii* cum *praefatione*, effectaque est per hoc carmen maximi ambitus totius partis *A* conclusio.

In parte *B* invenimus

ordinem VI: duo tantum carmina hic adsunt *Epistula ad Serenam* et *De salvatore;* cur haec coniuncta? quia aulici ambo characteris sunt, alterum ad Honorium, alterum ad socrum Honorii scriptum.

ordinem VII; hic in septem diversas partes dividitur:

a) carmina *de crystallo.*
b) *epistulae* duae artissime coniunctae *ad Olybrium* et *ad Probinum:* hae quam arte nexae fuerint, titulus breviatus ostendit 'Ad Probinum'; in quo 'epistula' omissum propterea quia ex praecedenti 'Epistula ad Olybrium' supplebatur.
c) epigrammata tria *de apro et leone* et *in Curetium.*
d) de muneribus missis aulica et quasi missiva carmina quae sunt: *concha, chlamys, equus dono datus, zona.*
e) appendix certa carens ratione: *Torpedo, in Iacobum, in sphaeram Archimedis.*
f) Centunculus *De lunario;* hunc quoque loco isto recte positum esse firmat series 𝔈 ubi proxime vicinus est carmini *In Iacobum.*
g) *Gigantomachia* partem *B* ita definiens ut Palladii epithalamium partem *A.*

Inter partes *A* et *B* immissa est pars *C;* constat ex particulis duabus, primum ex ordine V: sunt quattuor carmina *Aponus Phoenix Nilus Magnes;* enarrantur in iis pari modo et sermone latiore mirabilia ex historia naturali desumpta: nam etiam

1) Hinc defenditur quod *en* refeci v. 2.

Phoenix avis quamvis fabulosa ad naturalem historiam attinebat. Cognati argumenti sunt carmina 9 *De hystrice* et 49 *De torpedine;* cur coniunctim cum illis non tradantur, parum liquet[1]). Quod vero tituli hi pendent ex praepositione *de,* illi minus, ex loco explicatur quem occupant carmina: nam *De hystrice* insertum est carminibus *De quadriga, De Polycaste, De birro*, item *De torpedine* adsertum carminibus *De concha, De chlamyde, De equo, De zona.* Denique vero pars *C* etiam continet

Laudem Serenae, amplissimum carmen: haec legitur loco sane quam apto: sequitur enim dehinc magna pars *B*, quae ab *Epistula ad Serenam* incipit. ita ut duo iam carmina ad eandem dominam pertinentia coordinata habeamus. Definitur autem pars *C* Laude Serenae ea ratione qua pars *A* Epithalamio Palladii, pars *B* Gigantomachia.

Series 𝔅 nullo pacto differt ab 𝔄 nisi quod et Aetnae deest fragmentum et distichon *De lanario,* ordinis VII carmen paenultimum. Hanc seriem offerunt codices et plurimi numero et inter eos antiquitatis haud spernendae: primo loco nominandus Ambrosianus *A*, qui est inter fundamenta huius editionis, item Cantabrigiensis *J;* ceterorum sigla haec sunt: *Bo*, *γ* (nisi quod in *γ* deest Fescenninum), *Hl, Kr, Vo, He,* Vossianus 126, *Oy, By, Co* (nisi quod initio intercidit c. 3 ad Aeternalem). *Bx* (sed desinit iam in c. 15 v. 5), Vossianus 385 (sed desinit iam in c. 30 v. 35)[2]), *Ps*, *Ξ*, Vindobonensis 3486 saec. XV qui non habet nisi carmina minora (deest c. 1; in altera parte folia perversa sunt). Fortasse etiam Rodomensis 1010 hic nominandus desinens in Gigantomachia.

Accedit liber *Vr*, nisi quod in ordine I carmen 3 *ad Aeternalem* praetermittere videtur, Fescenninum vero non primo loco, sed tertio exhibet, i. e. post Descriptionem armenti.

Paullo magis variat *St* (et *T;* hic enim in carm. minoribus *St* presse sequitur): in quo Fescenninum deest: cc. 31 et 30 carmini 2 praemittit: omittit c. 20 et 27 et 29; denique c. 22 post c. 32 inserit (descripti autem sunt ex *St* etiam Palatinus 1714 saec. XV et Laurentianus pl. 33, 3 saec. XV); haud dissimilis huic *St* etiam *ϱ* videtur, ubi sic ordinatum est: 31. 30. 2—9. 13. 17—19. 21—26. 28. 33—51. 53. 11. 12. 22. 20. 27. 29; deesse videntur 14—16; ita *ϱ* ex parte ad seriem ℭ declinat.

Codex Laurentianus Leopoldinus bibl. aedilium Florent. ecclesiae CCIII chartac. 8° saec. XV ad Raptum adiecta habet sola carmina minora: in quo sic series variata est: c. 26. 28. 53. 22. 29. 1—21. 23—25. 27. 30—51. Sic etiam ordinem invertit liber *Rl* saec. XV: 25—27. 2. 1. 6. 9—11. 11—16. 28. 33—39. 51. 53. 5. 7. 8. 12. 17—21. 29—32. 40—50.

Series ℭ adornationem paullo praebet immutatam. Deest Fescenninum; praecedit vero pars *B* anthologiae, non plena tamen, sed eius ordo tantum VII; nam ordo quem dixi VI minutior hic praetermissus est. Sequitur partis *A* non nisi apospasmatium, scilicet ordinis II particula *a (de birro, sepulchr., baln.);* deinde inseritur ordo quidam novus quem VIII vocabo, ex quattuor poematis compositus: *ad Hadrianum, de sene Veronensi, Phoenix, Magnes;* de hoc ordine VIII nunc non disputo: duo autem eius carmina in ordine III, duo alia in ordine V iam videramus; sit itaque hoc partis *B* supplementum. Post haec totum carmen de bello Pollentino intrusum est quo cognoscatur gravem hoc loco collectionis fuisse incisionem. Deinde ad seriei 𝔄 et 𝔅 similitudinem reflectitur primumque ex parte *B* ordo VI antea omissus adponitur. Hunc excipit tandem ipsa pars *A*, ita tamen, ut ea, quae iam antea ex ea adscripta erant, hic iam neglegantur; itaque legimus deinceps ordinem I, ordinis II particulam *b* (nam particula *a* iam antea adfuit), ordinis III carmina sex (omissis *De sene Veron.* et *ad Hadrianum* quippe quae sub ordine VIII iam inserta habeantur), denique

1) Mirum est undeviginti carmina interposita esse inter Hystricem et Magnetem (c. 9 et 29), totidem inter Magnetem et Torpedinem (29 et 49). 2) cf. Jeep, Quaest. Claud. p. 12.

ordinem IV. Accedit autem praeterea duorum carminum supplementum quae sunt *Aponus* et *Nilus* ad ordinem V pertinentia, quae quidem una etiam numero IX designabo.

Hanc seriem 𝕮 servant codices *P* et *L* (hic vero om. Bellum Poll. quod iam in priore libri parte extabat, adiecit Raptum in fine), item *Ve* et *Θ*; item codex Riccardianus 718 membr. 8⁰ saec. XV qui non nisi carm. minora complectitur inscribens *Flavii Claudiani poetae epigrammata:* omisit post c. m. 29 Bellum Pollentinum ibique denuo inscripsit *Claudiani epigrammata varia;* post c. 28 Raptus Proserpinae adnexus; cf. *L:* denique Matritensis ille 102, 18, de quo p. CXXVI relatum est; qui etiam Bellum Poll. eo loco habet quo *P*. Interest autem etiam codicem Gudianum *Gu* in comparationem vocare. Hic totum Claudianum per libros quindecim divisit atque disposuit; usus est autem in hac, de qua agitur, anthologia serie 𝕮 usque ad Bellum Pollentinum vel 'Geticum' quod ipse quoque infert. Carminum huius seriei portioni primae inde ab *De crystallo* usque ad *Magnetem* inscripsit 'liber tercius decimus', item Bello Getico 'liber XIIII^m'; quae deinde supersunt, novo titulo 'liber XV'' insigniuntur; iam in hoc 'libro XV' nonnulla immutavit librarius; primum enim post 'Bellum Geticum' arcessivit ordinem VI, tum ex ordine III carmina quinque postrema *(de mul. Gall., ad Gennad., de Theod. et Hadr., In Alethium, lucusta)*, deinde ordinem IV, porro suppletarium ordinem quem dixi IX constantem ex *Apono* et *Nilo*, denique ordinem I et ordinis II particulam *b*. Patet hunc Gudianum ex serie 𝕮, quae in *P* et *L* extat, pependisse et quae immutavit non sine eius respectu esse instituta.

Possis iam quaerere unde factum sit ut in 𝕮 supplementum illud, quod ordinem IX nuncupavi, nempe *Nilus* cum *Apono*, ita dispositum sit ut post *Epithalamium Palladii* collocetur? Fluxit illud videlicet ex serie 𝔄 et 𝔅, fluxit ex parte quam dixi *C* et ex ordine V cuius sunt quattuor carmina *Aponus Phoenix Nilus Magnes*. Id bene illustratur codice *Nt* (saec. XIII); hic enim liber fideliter exhibet seriem 𝔅 usque ad *Epithalamium Palladii;* post hoc Epithalamium non illa quattuor quae dixi, sed duo tantum ponit quae sunt *Aponus* et *Nilus*, id est ordinem IX; deinde rursus sicut 𝔅 *Laudem Serenae* et totam denique partem *B* adnectit. Itaque quod in 𝕮 in fine post *Epithal. Pall.* cernimus *Aponum* et *Nilum*, ex libri talis qualis est *Nt* imitatione explicandum videtur.

S e r i e s 𝔇 liberius instituta est suamque legem, modo lex omnino agnoscatur, observat. Extat autem in solo codice *R*. Quae tametsi a genuina forma nimium quantum abhorret, tamen nonnumquam certos illos quos supra deteximus carminum ordines non ignotos librario fuisse praeclare prodit. Hae octo carminum portiones ab 𝔄𝔅𝕮 nonnumquam prorsus diversae leguntur:

1. *Magnes* et *Hystrix* argumenti cognatione ligata.
2. ex ordine III carmina quinque: primum illa duo quae ex *Aspice* incipiunt, porro *de sene Veronensi* et ambae deprecationes *ad Hadrianum* et *in Alethium:* haec etiam in 𝔄 et 𝔅 consociata vidimus.
3. Ordinis VII una particula *e* quae sunt carmina tria *In Iacobum, Torpedo, in sphaeram Archimedis;* insuper autem inrepsit carmen *in Sirenas* quod perperam hic legi proclivis coniectura est.
4. Ordinis VI particula *b* accedente carmine *ad Gennadium*.
5. religiosi coloris carmina, *de salvatore, Phoenix* et *Phoenix Lactantii*. Hoc ultimum carmen certe alienissimum; unde etiam alia, quae in 𝔇 solo et uno inserta sunt, velut illud *in Sirenas*, suspiciosa esse confirmatur.
6. Ex ordine I carmina duo *ad Aeternalem* et *Rimanti telum*.
7. totus ordo II sine defectu ullo. Ita quod convenit inter 𝔄𝔅 et 𝔇 de ordine II, id fidem facit etiam ordines reliquos quos in 𝔄𝔅 agnovimus antiquiores esse quam codicem *R*.

8. Sine ratione constipata carmina haec: *de Theod. et Hadriano, epist. ad Serenam, Gigantomachia* et *Laus Herculis;* et postremum hoc ita antecedentibus adiectum est ut Lactantii Phoenix sub numero 5.
9. Ordinis VII particula *d* quae sunt carmina de muneribus. Itaque hinc quoque id, quod sub numero 7 dictum est, firmatur, atque nullus dubito quin carmina, quae vides sub numeris 1 et 4 et 5 et 8, postmodo sine lege transiecta sint vera archetypi dispositione deleta.

Series 𝔈 ea est quam V(aticanus optimus) ostendit, quem fere sequitur β, omnibus fere numeris a reliquis dissidens.

Primum haec sex carmina non male coniungit: *Deprec. ad Hadrianum, De sene Veron., Phoenix, Magnes* — quae quattuor respondent ordini VIII quem in serie ℭ insertum vidimus —, *Aponus* et *Nilus* — quae duo sub ordine IX in fine ser. ℭ pro supplemento adiecta vidimus. His cum non desit ratio aliqua, ratione caret quod sequuntur

1. *Deprec. in Alethium*
2. *Gigantomachia*
3. *De salvatore*
4. *De mulabus Gallicis.*

Ecce Deprecatio in Alethium a Deprecatione in Hadrianum dirempta, ecce illud *Aspice* quo incipit De mulabus Gallicis diremptum ab *Aspice* consono carminis De piis fratribus. Hoc sine dubio contra consilium eius pugnat qui florilegium olim confecerat. Adduntur deinde nonnulla ex ordine VII sumpta eo scilicet, quem in serie 𝔄𝔅 observavimus: unde colligitur ordines quos in 𝔄𝔅 discrevimus ne ei quidem qui carmina minora in V disposuit ignotos fuisse. Nam leguntur

ex ordinis VII particula *e: in Curetium*
ordinis VII particula *f: De lanario*
ex VII e: *De apro et leone*
ex VII e: *Torpedo;* ante Torpedinem autem
et versiculus *De dulcio* et c. *De lucusta,* et hoc quidem ex III.

Deinde ordinis VII particula *d* integra, quin etiam uno carmine *De zona,* quod est appendicis carminum minorum 4, amplificata accurate subnectitur, quinque nempe carmina quae sunt de muneribus. Quae munera cum ad aulam imperatoriam et ad Serenam pertineant, iam hic accedunt

Epistula ad Serenam et *Laus Serenae,* ita tamen ut illa antecederet muneribus, haec succederet. Sequitur

ordinis VII particula *b: Epistula ad Olybrium* et *ad Probinum.*

Et in his quae adhuc recensui prudentis consilii vestigia saltem dispiciuntur. Post haec rursus consilio caret quod inmittuntur, quasi finita iam sit anthologia, panegyrici duo maximi ambitus, qui pars anthologiae fuisse numquam possunt, *De Manlio Theodoro* et *In Eutropium;* dein locus datur spuriis *Epithalamio Laurentii, De Liberalibus, Laudi Martis, de Iunonalibus,* inter quae, quod mireris, etiam carmen *De sphaera Archimedis.* Minore etiam consilio tum finem fecit librarius adserens

ordinis VII particulam *a, De crystallo* et
ordinem IV, *Epithal. Palladii,* denique
suspecta duo laciniae instar, *De hippopotamo* et *De aquila quae* eqs.

Est itaque series 𝔈 non nisi ipsa pars *B* illa quam in 𝔄 vel 𝔅 agnovi, ea tamen multimodis immutata et aucta; adiecta sunt enim ex parte *A Depr. ad Hadrianum, De sene Veron., Depr. ad Alethium, De mul. Gall.,* ex parte *C Phoenix, Magnes, Nilus, laus Serenae,* denique ne in 𝔄 quidem occurrentia haec: *De dulcio, epithal. Laurentii* et reliqua quae suspectae originis sunt.

Quae omnia quamquam ita se habent, quoniam de eo codice agitur qui optimas saepenumero lectiones tradidit, impensius etiam disputaturi sumus ipsam quam ille habet collectionis conformationem veram sinceramque archetypi fuisse non posse.

Eandem seriem 𝔈 nonnullis mutatis praebet codex *M*. Hic solam *epistulam ad Serenam* ex ordine VI loco primario ordinat; post eam *Laudem Serenae;* tum vero ipsa series 𝔈 decurrit nisi quod omittuntur hic *epist. ad Serenam* et *laus Serenae;* gravior differentia, quod panegyrici *De Manlio Theodoro* et *In Eutropium* desunt ita, ut post ord. VII*b* legantur *Epithalamium Laurentii, In sphaeram Archim., De Baccho, De Marte* (*de Iunonalibus* deest), *De crystallo* (sed ita haec epigrammata ordinata: c. 33, 34, 35, 39, 36, 37, 38), *Epithal. Palladii, De hippopotamo* et *De aquila*.

Haec tamen librario *M* non suffecerunt addiditque ad seriem 𝔈 etiam suppletoriam portionem ex 𝔄 vel 𝔅: primum ex ordine III carmen *De lucusta*, quod iam ex 𝔈 sumpserat, iterum transcripsit et quidem differentibus lectionibus ita ut in his eum aliud exemplum sequi manifestum sit, quod vidit J. Koch de codd. Cuiac. p. 22 adn. 4: nempe quia in 𝔈 carmen *De lucusta* carmini *De dulcio* sine titulo et quasi unum sint adhaeret, illud deesse putaverat librarius et separatim ex 𝔄 repetiit; deinde ex eodem ordine III subiecit carmina *de Theod. et Hadriano* et *ad Gennadium;* unde patet scribam haec conscium pro supplemento apposuisse. Tum codex *M* ex 𝔄 vel 𝔅 excepto Fescennino omnia addit quae sunt inde *a Descriptione portus Smyrn.* usque ad *De piis fratribus*, id est ordines I et II et ordinis III carmen primum incipiens illud ex *Aspice*, quod defuit in 𝔈. Habetque *M* hac in re similitudinem seriei ℭ eam, quod ipsa pars *A* in fine ponitur.

Nec hoc omittam codicem *ϱ*, quem sub serie 𝔅 attuli, eo cum ℭ𝔈 mirum in modum concinere, quod in fine habet ordinem VIII (cc. 22. 20. 27. 29), incipit autem sicut *M* ab cc. 31 et 30 (supra p. CXXXVIII).

Quaeritur, librarius *V* si in carmine *De aquila* non desiisset, num eodem modo atque *M* perrecturus fuisset? Quod vix affirmabis. Immo suam ille seriem 𝔈 plenam esse putavit quandoquidem subscripsit *Explicit de aquila, Incipit de bello Pollentino.* Itaque non epigrammatum ibi continuationem, sed panegyricum scribere intendebat.

Denique quia *M* ex *V* descriptus non est, non ipsum *V* excogitasse, sed librorum *MV* commune exemplum iam exhibuisse seriem 𝔈 plane consectarium est. Quod magis etiam firmatur tertio quodam libro in examen vocato, qui ad 𝔈 pertinet, codicem dico *Lb* saeculi XIV. Incipit hic quidem sicut 𝔄𝔅 ab *Fescennino*, sequiturque ipse ordo I nisi quod desunt *Descriptio portus Smyrn.* et *Ad Aeternalem.* Omisso porro ordine II*a* sequuntur II*b*, III et IV nisi quod excidit *De piis fratribus*, quod ita explices ut aias oculos librarii ab eius carminis *Aspice* ad alterum illud *Aspice* carminis sequentis *De mulabus* aberrasse. Habet itaque *Lb* ex traditione 𝔄𝔅 satis intactam partem *A* desinentem in *Epithalamium Palladii.* Pergens autem ille partes *C* et *B* non indidem transcripsit, sed sequitur ecce iam series 𝔈 aliunde deprompta incipiens ab *Deprec. ad Hadrianum* (quod carmen bis in *Lb* extare vides), tendens ad *Laudem Serenae*, sequiturque etiam iteratum *Epithalamium Palladii* (nisi quod eius carminis deficit initium). Ceterum hac quoque in parte nonnulla intermissa: haec enim insunt: *Depr. Hadr., Phoen., Magn.*, inserti deinde panegyrici *de IV cons. Honorii, de Manlii Theodori cons.* et *de VI cons. Honorii* in quo folia nonnulla exciderunt; et hinc quidem scribere coepit alia manus: porro *Magnetis* fin. inde a v. 37, *Aponus* (omissis *De sene Veron. et Nilo*); porro (omissa *Deprec. ad Alethium*) *Gigantomachia, De salvatore, De mul. Gallicis* et reliqua omnia sic ut in *V*, nisi quod deest etiam *de chlamyde et frenis* (carm. min. 46). Maior itaque videlicet inter *M* et *Lb* quam inter *M* et *V* similitudo intercedit.

Iam quae in 𝔈 placere possint paucis repetam. Sunt autem haec: in initio coniuncti ordines VIII et IX cum saltem *Phoenix Magnes Aponus Nilus* re cohaereant,

quin etiam haec quattuor coniuncta respondent ordini V quem constituimus: porro coniuncta poematia de animalibus quae sunt *De dulcio, De lucusta, De apro et leone, Torpedo;* porro *Epistula ad Serenam* et *Laus Serenae* carminibus de muneribus adsociatae. Hoc ultimum tamen an genuinum esse sustinebimus? Contra facit quod codex *M* in ceteris ille cum *V* (et *Lb*) conspirans has ipsas alibi collocat cum eaedem etiam in 𝔄𝔅ℭ𝔇 alibi inveniantur. Neque mehercule id genuinum quod Deprecationes duae vel adeo duo illa *Aspice* violentissime leguntur discerpta. Maiorem etiam violentiam produnt *salvator* cum *mulabus* et *Curetio* compositus et totum denique agmen quo series clauditur.

Series 𝔉. Haec quidem nusquam propemodum nisi in operum catalogo codicis *M* reperitur scripto ab ipsa codicis manu prima saeculi XIII, edito a Kochio l. l. p. 47 sq. Incipit a carminum maiorum agmine hoc: *Raptus, Rufin., Gild., bell. Pollent., Gigantomachia, laud. Stilich., Eutrop., epithal. Honorii, III cons. Hon., IV cons., VI cons., Paneg. Manlii Theod.* (cf. supra p. CXXXI), deinde ea sequuntur quae in p. CXXXV sub 𝔉 repraesentavi. Supra scriptum est: *Haec sunt opera Claudiani.* Iam ut res sicut par est paucis absolvatur, ordo hic carminum prorsus alius est atque quo ipsa in *M* exarata leguntur, nec hoc satis, sed ab omnibus quotquot novimus plane differt manuscriptis illius aetatis; atque auctorem eius suo periculo nec vero antiquo nisum testimonio egisse ad manum coniectura est. *Epithalamium Palladii* et *Laudem Serenae*, opera maiuscula, primo loco ille posuit ut cum maiorum carminum sequella quam praemisit una legantur. Deinde Gesnerum anticipans omnes epistulas congessit intermiscens cognata epigrammata ad homines scripta velut *In Curetium, In podagrum, Ad Maximum;* quae definivit *laude Salvatoris*, suntque haec carmina duodecim. Deinde omnia ea comprehendit quae descriptivum stilum sapiunt, inde a *Phoenice* usque ad carmen *De apro et leone:* quae carmina sunt numero novem. Quae postquam bonam rationem sequens bene absolvit, in reliquis ordines traditos servare contentus fuit; sequuntur ergo primum ex serie 𝔄 vel 𝔅 ordinis VII particulae *d* et *e*, deinde II*a*, deinde ex ordine I quinque poematia ea, quae nondum attulerat, denique residua reliqua et haec quoque quinque numero. Itaque in collectionis huius priore parte nimium rationis deteximus, in posteriore veram sollemnis genuinaeque adornationis memoriam. Nihil contra valet quod id ipse quoque assecutus est ut *Laudem Serenae* cum *epistula ad Serenam* coniungeret sicut coniungunt 𝔄𝔅 et ℭ vel *Laudem salvatoris* cum *Phoenice* sicut 𝔇. Inspexisse autem ille codicem videtur libris *VP* nescio qua lege ligatum: nam *In Eutropium* tres libros numerat (cf. supra p. CVIII) et belli Gildonici titulum adfert *In Gildonem* (V *Bellum Gildonis*), porro *De laudibus Stilichonis* et *De bello Pollentiaco* et *Excusatio pro se ad stilichonem* (cf. de *V* supra p. CVIII).

Fere nusquam reperiri seriem 𝔉 animadversum est: ecce vero in carminibus maioribus disponendis proxime ad *M* catalogum accedit liber Vindobonensis 3246 scriptus ille saeculo demum XV, id quod supra non sine admiratione rettuli p. CXXXI: idem vero Vindobonensis ecce etiam ad minorum catervam solus quod sciam seriem 𝔉 accurate aptavit; neque enim multum valet quod cc. 11 et 32 ei interciderunt, c. 5, quod habet Vindob. post Descr. armenti, in *M* catalogo praeteritum est[1]).

Finitur autem catalogus in *M* enumeratione carminum horum maximam partem spuriorum: *Panagiricus aniciorum* (i. e. Paneg. Probini et Olybrii), *De lanario, De dulcio, e thalamium laurentii, Laus liberi et laus martis, De iunonalibus, De ippotamo*

1) Mire dispositus delectus in codice *Br*, ubi inde a fol. 106ᵛ haec cc. exarata sunt: 53. 31. 30. 25. 29. 11. 32. 40. 41. 43 48. 51. 33—39. 49. 50. 42. 10. 12. 22. 27. 28: in eo similes sunt *Br* et *M* catalogus, quod carmina maioris ambitus, quae sunt Gigantomachia, Laus Serenae, Epithal. Palladii, praemittunt minoribus ita, ut panegyricorum collectioni adhaerere videantur.

et cocodrillo, De aquila, De cethera, De ysidis navigio, De irundine, De mergo, De cereo, De vitulis marinis, De paupere singulari, De ape (cf. infra capitulum VI quod est de carm. minor. appendice). In his cum serie 𝔈 id satis congruit quod *De hippopotamo* una cum *de aquila* legitur quodque *Epithalamium Laurentii, laus Liberi* et *Martis* et *De ianonalibus* sese excipiunt.

In qua appendice quod primum locum habet panegyricus Aniciorum, intellegendus est panegyricus Probini et Olybrii, id quod recte a Kochio coniectatum est et comprobatur ipso Vindobonensi libro quem citavi; nam ille quoque ad ultimum carminum minorum 16 *de paupere amante* hunc panegyricum adiecit; deficit vero in eius versu 201; quodsi non deficeret ibi, certo expectandum fuit etiam rarissima illa appendicis, qualia sunt Epithalamium Laurentii, Laus Liberi, De Isidis navigio et alia, futurum fuisse ut in Vindobonensi extarent. Qui liber num quam relationem ad Cuiacianos habuerit vel ad Claverium, mihi incompertum est.

Quibus omnibus pensitatis tandem aliquando archetypus anthologiae ipse quamnam formam habuerit animo formare conceditur. Et primum quoniam series 𝔇 prorsus aspernanda est, ex duabus vel tribus partibus constitisse anthologiam est exploratum; certissimum autem etiam hoc: nempe pars *A*, sic ut hodie legitur et qualem primum ex 𝔄 cognovimus, ipsius olim fuit archetypi; recurrit enim ea in libris reliquis fere omnibus, neque codex *V* contra facit quippe in quo tota fere neglecta sit. Haec itaque editori curiose retinenda fuit. De partibus *B* et *C* optio datur estque ambiguum utrum magis 𝔄 et 𝔅 approbare velimus an potius ℭ an denique 𝔈. Atqui de 𝔈 et ℭ quid in iis suspiciosum videri debeat supra dixi; et semper valebit aliquid magna illa qua fruitur liber *E* auctoritas. Sequitur ut etiam partes *B* et *C* sic ut in 𝔄 extant conservari tutissimum iudicemus. Atque non male etiam in *C* Phoenicem affinem Nilo factum esse video, quippe cum utrumque Aegyptiaci argumenti carmen sit, nec hercle minus apte Deprecationem ad Hadrianum post carmen De Theodoro et Hadriano scriptam videmus; nam etiam sic condita sunt a poeta, ut tempore huic illa arte succederet (cf. p. XII sq.).

Totum carminum minorum corpusculum quale edidi versus continet numero 1425; qui numerus maior aliquanto est ambitu eo, quem libri singuli poetici saeculo Claudiani habere solebant[1]). Examinentur vero partes eius quas modo discrevimus; continet pars *A* (carminum I—XXV) versus numero 462; pars *B* (carminum XXXI—LIII) versus numero 418; denique pars *C* versus numero 545; quo in versuum computo inscriptiones carminum omnino neglectas esse moneo. Ipsi vero numeri bene habent; aequabilitatem modo vide eorum; atque partes hasce paene dixeris etiam plenorum trium librorum vicem agere. Certe ita a collectore dispositae ac definitae sunt, ut singulae praecise ambitum unius libri aequiperent; sunt enim in Claudiano hi numeri quos ponam usu recepti: comprehendit liber In Rufinum prior versus 387, secundus 527, Belli Gildonici liber prior 526, In Eutropium prior 513, secundus 602, Laudis Stilichonis primus 385, secundus 476, tertius 369[2]). Denique parilitatem quandam etiam in eo sentio, quod in *A* omnino 25 poemata leguntur, in *B* 23; et potest adeo in *B* unum vel alterum intercidisse (cf. cap. VI).

Quo disputandi curriculo permeato iam in eo sumus ut metam tangamus. Nisi quod etiam una cursura vel munus etiam unum exsequendum nos postulat. Quaeritur enim — id quod gravissimum est — quatenus observata in variis manuscriptis varietas

1) De re libraria p. 301 sq.. 2) In comparationem ea tantum opera Claudiani vocavi, quae monobibla non sunt, sed partitionem et librorum et argumenti ostendunt; nam in his potissimum operibus ambitum librorum ad consilium scriptoris certo referre licet. Ceterum numerum 600 raro et vix excedebat Claudianus (Eutr. II versus 602, Bellum Poll. 647, de IV cons. 656, de VI cons. 660). Paulo minores libellos in Raptu Proserpinae constituit: l. I habet versus 286, II 372, III 448.

ordinis librorum ad ipsas classes vel stirpes eorum discernendas sese adplicari concedat. Stirpes autem duae ex archetypo *Ω* germinaverant, *x* et *y*; ex *y* rursus duae, *z* et *w*; ad *x* et *z* et *w* accedebant libri duplicis naturae in quibus simul et *x* et *w* (vel *z*) suas scripturas confuderant, quales sunt *P* et *Π*. Iam vero perspicietur quae classium divisio ex sola ponderata scripturarum diversitate emerserat, eandem etiam in ordine carminum comparere.

Et series quidem 𝔉 in solo catalogo *M* detecta; eadem denuo in Vindobonensi; horum testium singularem conexum etiam mirus in titulis concentus corroborat; carmen de b. Pollentino *Bellum Pollenciacum* audit in catalogo *M*, *de bello Pollentiaco* inscriptum habet in Vindobonensi; item utrobique et *In gildonem* et *De balneis Quintilianis in uia* et *Excusatio pro se ad* vel *apud stiliconem* et al. Vindobonensis ex *w* dependet; indidem seriem 𝔉 deductam esse conicitur.

Series 𝔄 in *z* extiterat; nam gravissimum testem ac vindicem habet *E* etiam eo praeclarum, quod solus hic praeter *V* c. min. 52 asservavit quod abest a serie 𝔅. Idem testis *E* etiam seriem I, quae est carminum maiorum, antiquo apographo *z* vindicare videtur (cf. p. CXXIX); ergo etiam haec in *z* inventa fuit. Ordinem autem quem in *z* etiam in *y* fuisse facile est ad suspicandum.

Ab hac ordinatione recepta abhorrent libri qui ex *x* derivantur plerique. Et primum unius optimi *V* propriae omnino sunt series IV et 𝔈; ei cognatus in carminibus minoribus *M*. In iis vero codicibus qui aliqua parte tantum cum *x* faciunt, nova series effecta est; scilicet in *P* et *L* carminum maiorum series III invenitur eademque in *Ars* et *ϱ* et *Ve* et *Θ* et Matritensi; non longe abest etiam *Lb*; hanc vero seriem III cognatam maxime esse cum ipsa IV demonstratum est (cf. p. CXXXII). Adde seriem ℭ carminum minorum: hanc quoque ecce oggerunt soli *P* et *L*, porro *Ve* et *Θ* et Matritensis; praeterea Riccardianus 718 in quo desunt panegyrici; denique etiam *ϱ* habet quod cum ℭ comparari debeat (p. CXXXVIII). Minus feliciter fortasse libros *T* et *Ξ* classi *x* adiecimus: nam uterque in cc. maioribus, *Ξ* etiam in minoribus continuandis potius cum *w* eunt; sequuntur scilicet seriem I et seriem 𝔅; item de *St* monendum, eum librum in minoribus non multum a serie 𝔅 distare, in maioribus adoptasse seriem VI.

Artiorem nexum intercedere inter ℭ et 𝔈 docet ordo ille in utraque inventus quem numeravi VIII. Iam utra series in ipso *x* apographo exhibita fuit? 𝔈 eo commendatur quod adest in ea c. min. 52; idem nempe in *E*: ergo iam in *Ω* adfuerat; ℭ eo, quod ratio qua ordinat carmina multo propius abest ab serie 𝔄 illa quam etiam in *y* fuisse vidimus; siquidem partis quam *B* vocavi pari modo participant et 𝔄 et ℭ. Sed enim ex 𝔄 etiam 𝔅 suspensa est: huius autem 𝔅 cum ℭ id commune, quod praetermittunt carmen 52; ergo ℭ potius ex 𝔅 ordinibus nonnullis mutatis ortum esto, ita tamen, ut in ℭ simul etiam exempli *x* ratio haberetur (cf. in ordine VIII congruentiam). Quod si haud improbabiliter sumpsi, credi potest iam in *x* ipso eam seriem exhibitam esse quae in *V*, adfuisse iam in *x* quae spuria habet *V*; denique valde dubium est, num carmina minora quot quidem desunt in *V* (desunt autem c. m. 1—19 et 21) omnino in *x* recepta fuerint; eadem scilicet etiam de panegyricis De III et IV consulatu ambiguitas fuit (supra p. CXVIII). Ceterum verae adornationis quae in *Ω* fuerat imaginem non in *x*, sed in *y* repraesentari satis superque comprobavi; nec incognitam librario *x* fuisse seriem 𝔄 nescio num eo prodatur, quod quam in 𝔄 agnovimus partem *B* totam ac plenam proponit etiam *V* (habet enim ad unum omnia carmina 31—53 praetereaque totam partem *C* et ex *A* carmina 20 et 22—24); unde iam librarius *x* distinctas habuisse partes illas videri potest.

Ad *y* sive ad *z* et *w* gressum refero. Ex *z* defluxit codex *C*: qui ad ipsam seriem I pertinet neque ab *E* teste primario seiungi potest (cf. quae dixi p. CXXIX sq.). Ex *z* etiam

codex *R*; huius propria series 𝔇: haec vero minime genuina neque sic ut est ex *z* aut *y* ullo modo repeti potest; immo 𝔇 ex 𝔄 temere et ad libidinem conficta est. Porro fortasse ad *z* trahendi *F* et *Pa* et *Ca*, quorum priores duo servant seriem I, tertius ad seriem VI transiit: sed etiam *Br* defecit a sociis: est enim eius series III.

Contra libri *w* cum libris *x* mira concordia et in maioribus carminibus seriem I et in minoribus seriem 𝔅 ostendere assolent. Id vel de iis constat qui sicut *H* indolem miscellam habent. Extat itaque series I in libris, quorum mixtus typus sicut *H*, hisce: *Ho, Ox, Σ, Bo, Vr, Bx, Pm, Ptr, He, Ai, Ut, Ab, Lt, Gl;* item series 𝔅 in hisce: *Bo, He, Bx, Vr.* Libri qui pure ad *w* redire videntur servarunt seriem I hi: *A, J, Kr, M, γ, Vp, Nt, Ar, Trl, Bu, Hl, Oy, Co, Er*[1]), *Bg, At, Tu, Ps;* item seriem 𝔅 hi: *A, J, Kr, γ, Hl, Oy, Co, Bg, Ps* nec non et *Vo;* similitudinem ostendunt etiam *En*[2]), *Rl, Nt.*

Denique intra stirpem *y* vel artiorem *w* in carminibus maioribus etiam plurifariam variatum est. Ex serie I primum quidem orta est series II quae extat in codice *Bs* quem codicem ad mixtum typum rettulimus; ex eadem originem cepit etiam series V quae cernitur in *Gu* cuius libri typus ab *Bs* haud multum differt. Postremo vero ad seriem VI memorabiliorem illam quidem, quippe in qua temporum ordinis ratio habita sit, devenimus; reperta autem ea est in sola fere stirpe *y*, nempe in libris mixti generis qui sunt *Fl* et *Ct* et in libris ab *w* pure derivatis qui sunt *B, δ, Vo, Cl, W, κ;* nec multum abiacet liber *Ca* quem magis ad *z* trahi posse putavimus; sed enim etiam in *St* inrepsit series VI cuius cum *x* propinquitatem aliquam fuisse coniectavimus. Iam vero is qui testimonia sive codicum auctoritatem disparilem ponderat, tantum aberit ut ex his seriem VI in ipso *y* et *Ω* regnasse concludat, ut librorum *E* et *C* similiumque securus fiduciam habere pergat (cf. quae disputavi p. CXXXIII).

Atque sic longae huius et flexuosae quaestionis orbem permensis reditus paratur ad id unde profecti sumus. Datur enim etiam de carminum minorum archetypo *Ω*, qua tandem aetate conscriptus sit, suspicio quamvis tenuis et cui diffidi possit. Attestantur series 𝔄 et 𝔅 incepisse minorum gregem ab Fescennino tertio quod pro primo iusto iure numeravimus; nec veri dissimile est hunc eius locum iam fuisse in ipso archetypo. Atqui in *E* — is autem testis etiam his in rebus approbatissimus, quippe qui solus cum *V* in c. m. 52 religionem suam probarit — inscriptum est adeo carmini primo: *incipit ad stilichonem* (cf. supra p. CXXXVI). Ne hanc contemnamus inscriptionem, licet desit in codicibus reliquis. Certe auctor horum collectaneorum, eo non contentus quod in fine partis *A* vel in Palladii epithalamio Stilicho nominatur (v. 93) vel quod magnum quoque eiusdem praeconium legitur in fine partis *C* vel in Laude Serenae, etiam in fronte sylloges sive in prima pagina gloriose ostendi voluit summi ducis nomen; cui consilio cum reliqua minora parum faverent, non sine animi simplicitate iteravit illud de socero principis Fescenninum, decerpens ex Nuptiarum Honorii volumine. Quodsi Stiliconis rationem habitam esse iam in magno panegyricorum complexu sensimus atque inde collectos ipsos esse vivo Stilicone sive inter annos 401 et 408 conclusimus (p. LXXVIII), de minorum corpusculo ecce eadem opinio subnascitur. Sic factum est ut hoc loco reprimam ea atque coerceam quae de originis tempore decurrente disputatione indicavi p. LXXVI et CIV et CXXXVI. Quin etiam sic facilius intellegetur spurium carmen nullum intrusum esse in istud corpusculum (cf. p. LXVII): simul vero multo plura scripsisse poetam quam quae servata sunt etiam confirmatius negabitur.

Atque iam satis diu membranarum sulcavimus oceanum obruti fluctibus exemplorum et fluctuatione argumentorum; iaciatur ancora et portum teneamus: terra enim

1) Desinit in Bell. Poll. v. 343. 2) Hic est Laurent. Leopold. CCIII; cf. p. CXXXVIII.

incognita quo tetenderamus quamvis ex longinquo apparuit recuperata archetypi Ω imagine. Neque habeo quod subnotem nisi iam de his quoque libris indicium patere, qui pariter et seriem I et seriem 𝔅 obtulerunt: Vossianus 126; Vossianus 385[1]); codex Musei Britannici Egerton[2]); Rodomensis 1040: seriem 𝔅 fere Vindobonensis 3186[3]). Descenderant igitur hi quoque ex *y*, possunt descendisse ex *w*.

Explicit de traditione Claudiani maioris: incipit de Raptu Proserpinae.

1) Sed finitur c. min. 30, 35; hunc versum excipit Rapt. III 19 sqq. 2) De quo cf. supra p. CXXV. 3) De quo cf. supra p. CXXXVIII.

IV. DE CLAVDIANI MINORIS CODICIBVS.

Claudiani Raptum Proserpinae usque ad sextum p. Chr. n. saeculum in manibus fuisse litteratorum hi ipsi produnt et maxime quidem poetae quorum imitationes contuli. Vacasse his studiis Merovingorum tempora constat; neque ego aevo Carolino huius carminis lectionis testimonia certissima occurrere vidi[1]. Nono saeculo et in codicis Sangallensis cuiusdam catalogo librorum sub numero 331 exhibetur *Claudianus de proserpina I* et codex Santenianus saepius ille mihi laudatus nescio cuius bibliothecae Francogallicae sui temporis catalogum offert, ibique notatur sexto loco: *Horatii Flacchi ars poetica explicit. Incipit glaudiani deraptu proserpinae lib. III sic Inferni raptoris equos adflataque curru* (cf. supra p. LXXXI). Potest hoc memorabile videri cum propterea quia de tituli conformatione *De raptu Proserpinae* hoc vetustissimum testimonium habemus (neque vero Heinsium probabimus qui praepositionem aegre ferens nominativum restitui maluit), tum propter librorum partitionem; nam codices manuscripti antiquiores plerique qui extant in Raptu librorum inscriptiones eiecerunt[2] tresque libros fuisse eo potissimum indicant quod non solum ante secundum, sed etiam ante tertium praefationibus locum dederunt; eum numerum firmat liber Santenianus; quodque potius quattuor fuisse olim sivi mihi persuaderi, nunc id reiectaneum puto. Incidisset fortasse poeta ante versum III 332, si opus incohatum continuasset; quia reliquit imperfectum, incidere ibi operae pretium non fuit; qui enim placuisset quartus liber 117 tantum versuum?[3]).

Separatum a carminibus reliquis per medium aevum Raptum iisse notum est, eamque separationem iam constituisse videtur antiquitas. Rari codices saeculorum quidem XII vel XIII, in quibus scribae Raptum cum ceteris Claudianeis conexuerint, et in iis additamentum eum esse neque desumptum ex exemplari eodem quo reliqua saepiuscule etiamnum cognoscitur[4]. Gravem sane exceptionem regula habuit antiquissimam eam membranam de qua testis est Santeniani ille quem dixi catalogus: ubi post Horati artem poeticam Raptus scriptus fuit, post hunc autem *Ad rufinum lib. II Claudii in eutropium lib. III Debello Gothico Debello Gildonico;* sed haec ultima quattuor opera sic disposita quia membranae nostrae Bruxellensi *C* accurate respondent, duos ibi con-

1) cf. exempla allata sub margine locorum I 214, II 234, III 99. 2) Frequentius libri infimae aetatis inscribunt ut Reginensis 1428: *Secundus liber* etc.; Reginensis 1369: *liber tercius;* item Urbinas 657, Laurentianus XXXIII 8, Florentinus bibliothecae aedilium Flor. ecclesiae CCIII chart. saec. XV, Cheltenhamensis 3390 saec. XV; inter quos Corsinianus col — 43 — F — 5 saeculi XIV—XV paullo antiquior est, antiquissimus *D* meus Musei Britannici saeculi XIII, si quidem inscriptiones hic primae manui debentur quode nil testatur Liebermannus, item Parisinus lat. 8080: *Claudi Claudiani de r. Pros. primus liber incipit* cum quo consentit fere Parisin. 8295 saec. XIII. 3) cf. supra p. LXXVI adn. 1 4) Apertissimum id est in Vaticano 2809 de quo cf. p. XCIV. Vaticanus 2807 = *d* „librum" parvi Claudiani a „libro" maioris ipse distinguit. In Vatic. 2808 saec. XV alia manus Raptum adiecit. In *H* numeratio quaternionum Raptum excludit (supra p. XCVII); et mirum est quattuordecim folia initialia etiam in *Ox* perinde atque in *H* Raptui separatim esse destinata, sequi paginam unam quae vacat scriptura; quaternionum in *Ox* compositionem parum dispici posse mecum communicavit Robinson Ellis (de hoc *Ox* quem deinceps *A* vocabimus cf. infra p. CLIII). Similiter etiam res se habet in Parmensi, de quo (*P*) mitto ad CLX, et in Laurentiano XXXIII 4 (= *St*) de quo vide CLIX. Laurentianus S. Marci CCL saec. XIII cum maiora Claudiani carmina librorum numeris ab I ad XIV insigniverit, Raptum, quem habet in fine, a numeratione eximit; ceterum cf. L. Jeep. in Actis soc. phil. Lips. I p. 351 sq.

sarcinatos vel codices vel foliorum fasciculos fuisse proclivis coniectura est. Hinc etiam illis temporibus usus invaluit quo Claudianus maior et Claudianus minor (vel parvus) certa distinctione vocabantur[1]). Solet autem hic minor coniunctus legi in libris miscellaneis cum aequi fere ambitus operibus diversis, Horatii arte poetica, Statii Achilleide, Maximiano, similibus[2]).

Manuscriptorum quae aetatem tulerunt nullum saeculo XII antiquius. Priore autem tempore id acciderat ut duae maxime carminis sive recensiones sive conformationes existerent, plenior altera, altera decurtata.

Prior quidem classis plenum carmen servavit usque ad versum III 448, sed etiam prave ampliavit ante tertii libri initium iniecta praefatione quae ad VI consulatum pertinet (*Omnia quae sensu* eqs.). Multi autem libri classis prioris etiam eo abundant quod versum II 118 *Huc elapsa cohors gaudet* (vel *gaudent*) *per florida* (vel *florea*) *rura* inhabiliter interpolatum exhibent; ita ut classis haec in agmina duo dissipetur et eorum qui eum versum non norint et eorum qui tradiderint.

Classis altera contra non solum praefationem *Omnia quae sensu* plerumque recte praetermittit, sed eiecit etiam ex libro I versus 139 (vel 141)—213 (vel 214: itaque certe ab *Aethera deseruit* ad *extendit ad oscula turres*) et ex libro III cum versus finales 438—448, tum vero versus 280—360 (ab *Virginitatis honos* ad *dubitat prosternere cedros*) et his quidem quos dixi versibus III 280—360 haud raro hunc unum plane adulterinum substituit: *Omnis honos recti nobis; sic fata recedit.* Denique ignorat tota altera classis versum spurium II 118.

Itaque classis prior ipsa praestat integritate; sed etiam altera suum habet meritum; commendabilis enim est et eliminata illa tertii libri praefatione et versu II 118 omisso, id quod genuinam antiquitatem redolet. Ceterum in altera consilium diorthotae contrahentis carmen et paene excerpentis facile recognoscitur. Nam et in libro I demptis versibus 140 (141)—213 optime continuat versus 214 versum 139, et versus III 438—448 neglegi haud inepte possunt cum ipse III 437 narrationis interruptae pausam indicet etiam graviorem, et illum quoque locum III 280—360 molestum visum esse lectoribus plane patet, ad conexum autem reficiendum vicarius versus *Omnis honos* satis bene fictus est.

Unde etiam hoc redactor lucratus est — neque hoc casu factum esse crediderim —, ut, cum classis prioris versuum numerus 1198 computetur (scilicet una cum praefatione *Omnia quae sensu*), qui numerus paullo amplior debito, altera classis versus habeat non plus 1006. Vides simplicem millenarium numerum bene rotundatum; est autem is proprius fere librorum antiquorum poeticorum[3]). Unde suspicio suboritur hanc alteram classem ipsam quoque sic ut priorem in ipsius antiquitatis exitu constitutam esse. Certe neutra carere velis[4]).

1) cf. supra p. LXXVII. 2) In codice antiquo anteiisse Artem poeticam Horati docet Santeniani catalogus. In Vaticano 1663 saec. XIV: disticha Catonis, Avianus, Maximianus, Achilleis, Raptus, similiterque compositi sunt Reginensis 1556 et Palatinus 1573 (pars II) saec. XIII et Barberinus VIII 41 saec. XIII et Cantabrigiensis colleg. S. Petri 210 saec. XIII et cod. Musei Britann. 15 A VII saec. XIV et cod. Mus. Brit. 21, 213 (Prosper, Anselmus Cant., Cato, Avianus, Physiologus, Maximianus, Raptus, Statii Achill.). In Reginensi 1410 saec. XIII: Bernardus Silvestris, Claud. Raptus, Seneca de paupertate. In Dresdensi Achilleis fol. 1—24, Raptus fol. 25—50. In Ottoboniano 2859 saec. XIV–XV Raptus, Horati Epistulae. Quod in Ambrosiano J 26 sup. saec. XV post Raptum extat „Ovidius de vocibus apropriatis avibus“ etc., idem iam occurrit in codice illo qui tradit excerpta Monacensia. In Vaticano 1661 saec. XV Epistulae Sidon. Apollinaris Raptum excipiunt. 3) cf. De re libraria p. 293. 4) In codice Leidensi 386 (Geel) membr. saec. XIV, qui ad alteram classem pertinere videtur, adnotationes quae extant marginales dignae fortasse sunt quas hic repetam (cf. Geel catal. p. 110): versus III 280–360 omissi et in fine separatim exarati sunt ibique adnotatum: *sunt qui habeant istos versus cum non sint de mente auctoris sed qui compositi fuerunt istius tempore auctoris. post mortem ipsius positi fuerunt in hoc opere, et sunt qui habeant ipsos intermedios istis duobus versibus „omnis honos recti nobis. sic tanta recedit“ et tunc sequitur „Virginitatis honos“ continuando omnes istos versus hic positos et postea habent „exploratque abiens“, cum non spectet ad libri materiam.* Et ad v. 279 adscriptum: *hic sequi debet illud quod infra sequitur, seu „Virginitatis honos“, si de opere isto fuit,*

Sed ad has duas classis etiam media in paucis tantum libris servata accedit; mediam dixi: nam etiam in ea desunt libri III versus 280—360 et 438—448, deest praefatio *Omnia quae sensu;* deest etiam commenticius ille versus II 118: quibus omnibus indiciis huius mediae classis cum altera nexum artissimum esse evincitur; conservant tamen codices hi locum integrum I 139—213 sic ut prima classis; possitque hac re classis media magis etiam quam altera genuina videri. Procedente autem sermone hanc mediam ego tertiam classem nominabo.

Libros qui classem primam servaverunt primo loco enumero, ita tamen, ut in ordines duo distribuam: praevalent inter eos qui versu interpolato II 118 carent; plures sunt tamen qui habeant. Et illos sub signo *Ia,* hos sub *Ib* comprehendi scito.

Ia:

Florentinus bibl. St. Crucis pl. XXIV sinistr. n. 12, membr. saec. XII (*F* meus)[1].
Vossianus n. 294 saec. XIII (*Voss.*).
Antverpiensis nr. 71 membr. saec. XIII (*V*)[2].
Parisinus lat. 15005 membr. saec. XIII vel XIV (*S*).
Gudianus 228 membr. 4⁰ saec. XIII—XIV (*Gd*).
Monacensis 597 membr. saec. XIV.
Vaticani 2809 pars tertia saeculi XV (*V III;* cf. p. XCIV).
Vaticanus 2808 saec. XV (*z*).
Reginensis 1369 membr. saec. XV (*ψ*).
Laurentianus pl. XXXIII, 8 anni 1404 (*Ω*)[3].
Corsinianus 43 D 36 saec. XV (*N*)[4].
Ambrosianus J 26 sup. chart. anno 1463 scriptus (*Bro*).
Parisinus 11321 membr. saec. XV (*Ri*).
Vindobonensis 3087 membr. et chart. saec. XV (*VC*)[5].
Monacensis 15740 chart. saec. XV[6].

Laurentianus Ashburnhamensis 977 membr. saec. XIV ineunt.[7]), cuius tamen haec proprietas quod versu III 440 *(detestata locum . . viarum)* finitur. Accedunt ad Ia Laurentianus XXXVII 14 membr. saec. XV (*Au*) et Vindobonensis 3198 chart. saec. XV et Musei Britannici 10,091 chart. saec. XV (*Sm*) qui cum habeant versus III 280—360, tamen inserunt etiam inter 279 et 280 vicarium illum *Omnis honos* eqs.; itemque fecit Laurentianus XCI sup. 4 (bibl. Gaddianae) chart. saec. XV (*T*) quem patet vv. 280 sqq. omissurum fuisse, sed statim errorem correxisse.

Ib:

Barberinus VIII 41 (olim 2590) saec. XIII (*K*).
Cantabrigiensis collegii S. Petri n. 2—1—0 saec. XIII (*Pt*).
Dresdendis De 157 membr. 4⁰ saec. XIII, fol. 25 sqq.[8]).

---

quamvis plerique dubitaverint quod Claudius non composuit versus illos, eo quod non videntur aliquibus tam sacro spiritu afflata tamque sonoro et mellifluo poemate carmina reddimita. Exaravit librum Martinus quidam de Vicomercato. Et ita quidem de re deliberavit homo seri temporis.

1) Versum II 118 habet in mg. suppletum a manu ut videtur recentiore, certe singulari et a manibus librarii et correctorum diversa. 2) Item in hoc versum II 118 suppl. m. rec.; sed etiam inter v. 280 et 281 insertus est falsus ille *Omnis honos recti.* 3) Habet *habiles* III 361 et 431 *rotarum.* 4) Habet *habiles* III 361. 5) Praef. *Omnia quae sensu* in hoc propterea deest quia duo in eo folia cum vv. II 350—III 176 interierunt. 6) In Monacensibus 597 et 15740 versus II 118 a manu posteriore iniectus est et in illo quidem ab ea, quae etiam scholia in ora perscripsit. 7) De quo cf. Stangl Philol. XLV p. 210; nonnulla de eo mecum benigne communicavit vir doctissimus G. Vitelli, idemque etiam de Laurentiano S. Marci 250 desiderata mihi subministravit. 8) cf. Schnorr de Carolsfeld Catal. I p. 325; exaratus in Italia: fuit quondam Laurentii de Papia. Post III 279 etiam iniectus est v. suppositus: *Omnis honos* eqs. Lectionis specimen comiter mihi impertiit Otto Stange vir doctissimus.

Vaticanus 1663 membr. saec. XIV (η)[1].

Cod. Musei Britannici ex bibl. regia 15 A. VII membr. saec. XIV (*Mb*).

Ambrosianus H 73 sup. membr. saec. XIV (*As*).

Reginensis 1556 (olim 1733) membr. saec. XIV? (ω)[2].

Laurentianus pl. XCI sup. 34 (bibl. Gadd.) saec. XIV—XV (*Ur*).

Monacensis 391 membr. saec. XIV.

Monacensis 631 membr. saec. XIV[3].

Corsinianus col = 43 = F = 5 saec. XIV—XV (*O*)[2].

Barberinus VIII 68 (olim 2690) saec. XV (*A*).

Ottobonianus 2126 saec. XV (*E*; ubi in tertio libro ordo versuum mire turbatus est).

Vaticanus 2795 chart. saec. XVI (π).

Corsinianus 43 G 25 saec. XV (*M*).

Angelicanus T 4, 10, saec. XV (*P*)[2].

Perusinus 15349 membr. saec. XV (*Pr*; versuum ordo turbatus in l. III).

Ambrosianus S 66 sup. membr. saec. XV (dictus *A* in Claud. maiore)[4].

Marcianus class. XII cod. 11 saec. XV (*Mi*).

Patavinus cod. universitatis Pat. 1561 saec. XV (*Pa*).

Patavinus capituli cathedralis C 62. 77 saec. XV (*Ps*).

Bononiensis bibl. universit. capsulae 401 chart. saec. XV vel XVI desinens in v. III 23 (*Bg*).

Borbonicus V D 53 chart. saec. XV (*Na*).

Parisinus 7892 (olim Puteani) saec. XV (*Rs*).

Parisinus 8081 chart. saec. XVI (*Sin*).

Accedunt ad Ib: Reginensis 1428 membr. saec. XV (χ) et Erlangenses duo 861 saec. XV et 857 saec. XVI et Laurentianus bibl. aedilium Flor. ecclesiae CCIII chart. saec. XV (*En*) qui ut habent versus III 280—360 ita tamen inserunt post v. 279 vicarium *Omnis honos*.

Praeterea ad primam classem pertinent etiam Musei Britannici 12,021 membr. saec. XIV exeunt. (*Rf*), Harleianus 5198 chart. saec. XV—XVI (*Hr*) et Cheltenhamensis 3390 chart. anni 1469 (*Cm*; cuius habitus prorsus idem atque codicum χ et *En*) qui utrum versum II 118 exhibeant necne certior factus non sum; denique etiam Petropolitanus Caesareus A. O. sect. CL N. 7 chart. saec. XV qui desinit certe in versu III 418.

Accedit etiam fragmentum Raptus Vindobonense saeculi XII in foliis tribus superstes: insunt tertii libri versus 280—312, 313—346, 347—378, 410—444[5].

Alterius classis hos testes in conspectu propono:

II:

Cantabrigiensis collegii corporis Christi 228 membr. saec. XIII (*C*).

Reginensis 1540 membr. saec. XIII vel XIV? (Σ).

Vaticanus 2807 membr. saec. XIII—XIV (δ)[6].

Bononiensis 2221 membr. saec. XIV (*Bo*)[7].

Bernensis 389 (Petri Danielis) membr. 4° saec. XII (*Br*)[8].

Ambrosianus Z 73 sup. membr. saec. XV (*Ao*).

1) Habet *rotarum* III 431. 2) Habet *rotarum*. 3) De Monacensibus mihi rogatus comiter rettulit L. Traube vir doctissimus. 4) Ex hoc descriptus est Ambrosianus O 74 sup. chart. saec. XVI. 5) Folium unum fuit agglutinatum in tegumento codicis Vindob. 1245 (Salisb. 84) saeculi XIII, alterum et tertium sunt agglutinata tegumento codicis Vindob. 1258 (Salisb. 163 B) saec. XII. 6) Habet *habiles* III 361. 7) Praefationem *Omnia* suppletam habet in mg. a manu antiqua, tamen alio atramento. 8) Decurtatus in initio depertitis foliis compluribus, ita ut insuper absint I praef., I 1—115, I 258 — fin.; II praef., II 1—44; cf. H. Hagen catal. p. 364.

Accedunt hi libri in quibus versus vicarius *Omnis honos* eqs. non adest:

Laurentianus pl. XXXIII, 1 saec. XIII [1]) (*St:* in paneg. Olybr. et Prob. adhibitus).

Oxoniensis 2077b vel Bodleiani Auct. F. 2. 16 membr. saec. XIII pars tertia (*B*).

Vaticanus 3290 membr. saec. XIV (*ζ;* mutilus, et praepostere ordinatis foliis; initium in fol. 16—22; tum sequi debebant fol. 1—7. tum alia; monitum Schwartzii).

Laurentianus pl. XXXIII, 1 saec. XV—XVI (*T;* codici *St* simillimus)[2]).

Vaticanus 1661 saec. XV (*μ;* in hoc desunt vv. II 91—147).

A classi altera Urbinas 657 (alias 16 aut 826) membr. saec. XV (*Θ*) non differt nisi eo quod praefationem habet *Omnia quae sensu*, non habet v. II 118 nisi ab alia manu in mg. suppletum. Similiter Laurentianus S. Marci n. 250 membr. saec. XIII et Oxoniensis 2077a vel Bodleianus Auct. F. 2. 16 membr. saec. XIII (*A* meus) et item Harleianus 2753 membr. saec. XIII [3]) et Parisinus lat. 8080 (Telleriano-Remensis) membr. saec. XIII (*Trl*)[4]) et Parisinus 8082 membr. saec. XIII (*H* meus) differunt eo tantum quod habent praefationem *Omnia*.

Cum his libris classis secundae libri tertiae classis pauci arte cohaerent qui quidem sunt hi:

III:

Musei Britannici 6042 saec. XIII ineunt. (*D*).

Antverpiensis III 59 membr. saec. XII—XIII (*W;* deest praef. *Omnia*).

Parisinus 8295 (olim Colbertinus 1051 vel Regius 6165) membr. saec. XIII (*Tt;* habet praef. *Omnia*).

Parisinus 8296 (olim Puteani) membr. saec. XIV (*Ut;* non habet praef. *Omnia*)[5]).

Ottobonianus 2859 saec. XIV—XV (*Z;* habet praef. *Omnia*).

Riccardianus 718 membr. saec. XV (*Rr;* habet praef. *Omnia*).

Quibus fortasse etiam adnumerandus est Escorialensis S. III 29 membr. 8° saec. XIII. de quo sane mihi non constat nisi finem ei esse in v. III 137, deesse III 280—360, adesse suppletorium versum *Omnis honos*, adesse praefationem *Omnia*.

Ceterum pro tanta sedulitate librariorum mirum non est etiam inveniri codices quamvis paucos qui ne his quidem tribus quas descripsi classibus oboediant. Ita Vaticano-Palatinus 1573 (olim Gruteri) saeculi XIII (*H*) in parte altera Raptum continens habet versus III 138—448, habet versus I 139—212, habet etiam II 118 et praefationem *Omnia quae sensu*, non habet versus III 280—360. Consentit cum hoc codex Oxoniensis 2 195 saec. XII—XIII (*Xo*) nisi quod deest in eo II 118.

Nullum autem exemplum indagavi in quo integrum carmen et inviolatum appareat eatenus ut solus finis desit versuum III 138—448; nam Reginensis 1110 membr. saeculi XIII (*Γ*) omnino recedit a reliquis in quo adsunt I 139—202, desunt I 203—211, deest II 118, deest praef. *Omnia quae sensu*, desunt III 438—448, denique habet III 1—279 (usque ad *tantumne relictus*). sequitur vicarius *Omnis honos*, deinde v. 362 *(Stipitis et certo)* et sqq. Separandus etiam Marcianus class. XII cod. 10 saec. XIII

1) Ex hoc exscripti sunt codices Palatinus 1714 membr. saeculi XV et Laurentianus pl. XXXIII 3 membr. saec. XV. 2) Variat tamen; ita I 138 *St: flaua ceres raptusque timens heu ceca futuri*, dein 213 *Jupiter at ueneri* eqs.; *T* inter hos uersus exhibet *Infidis laribus natam commisit itura commendat siculis furtim sua pignora terris.* 3) Saeculi XIII eum esse asseverat qui contulit Vogel. 4) In hoc nonnulla supplevit m. altera. 5) Post v. 279 hunc interpolatum habet: *Haec ait et lectura faces intrat nemus altum.*

(*Mc*) ubi casu accidit ut iam in versu III 401 carmen desinat: est itaque hic classi primae adscribendus. Laurentianus XXXIII 2 saec. XVI (*Ξ*) habet III 438—448, desunt I 139 sqq. et III 280 sqq., deest praef. *Omnia quae sensu*, adest II 118; post finem supplevit etiam m. 1 locos I 139 sq. et III 280 sqq.; itaque videtur liber hic ex exemplo esse descriptus quod ad classem alteram pertinuerat[1]) et in quo etiam defuerant II 118 et III 438—448.

Adde cod. Musei Britannici 21,213 (*Bm*) membr. saec. XIII, in quo de II 118 mihi non constat, ceterum adest praef. *Omnia*, contra desiderantur III 438 sqq., sed post v. III 279 primum versus ille *Omnis honos*, deinde III 361 scriptus est, exinde vero sequuntur ipsi versus III 280 sqq. continui: item post I 138 scripti I 206—232, deinde vero I 139, 141, 143, 144, 142, 145 et sequentes.

Codex pessimus Senensis ex Burmanni editione p. 1027 sqq. innotuit mihi; qui ut scatet interpolamentis ridiculis, ita tamen ex tali exemplo profectus est quod lectiones librorum *F* (et *S*) praecipue assectabatur itaque ad classem primam pertinuerat[2]).

Ex classi Ib nullum codicem, ex Ia in textum conformandum assumpsimus codices duo:

F = Florentinus bibl. St. Crucis pl. XXIV sinistr. n. 12 membr. saec. XII. In foll. 1—18 Sedulius saeculo XI exaratus; inde a fol. 49 incipit manus saeculi XII quae scripsit Statii Achilleidem foll. 49—69; inde a fol. 70r in novo quaternione tertia manus eiusdem fere temporis deinceps Raptum dedit; folia litteris *a b* cqs. numerata sunt inde a fol. 70; paginae versus continent numero vicenos senos. Deest inscriptio: neque libri (et praefationes) separantur interstitiis, sed initialibus litteris rubricatis. Scripturae genus planum nitidum. Contuli ego.

S = Parisinus lat. n. 15005 membr. ex multis partibus consutus scriptis a manibus diversis multis. Folia 1—302v libri sacri et ecclesiastici et philosophici compleruut: postea etiam adsuta sunt folia ultima 303—319 in quibus Raptus exaratus est a manu saeculi XIII exeuntis vel XIV ineuntis: qui duo sunt quaterniones. Inscriptum est rubro *Claudius Claudianus;* versuum in paginis numerus inter 34—37 fluctuat. Scriptura angustissima, compendiis innumeris impedita. Manus 2 quam notavimus non multo post primam rem egisse videtur. Contuli ego.

Addidimus tertium qui notatur:

V = Antverpiensis N. 71 membr. saec. XIV. Inest foll. 1—18r Statii Achilleis, foll. 18v—37r Raptus; huic inscripsit m. 3: *Claudii Claudiani de raptu proserpine. primus liber incipit,* subscripsit m. 1: *Explicit lib' claudiani.* Fol. 37 olim codicis postremum fuit; postea folia 38—43 adiecta sunt quae commenta

1) Schwartzius de hoc mihi libro referebat: „Nach Abkürzungen, Orthographie und dem ganzen Habitus zu schliessen, ist die Handschrift direkt aus einem alten Cod. des 12.—13. Jahrhunderts abgeschrieben“.
2) Vaticanus 2864 chart. saec. XV—XVI nil nisi versus praebet III 305—448. Parum mihi constat de codice bibliothecae universitatis Paviae C XXX B 8 chart. saec. XV (nisi quod versu III 448 finitur); item de libris Hispaniensibus Escorialensi III. O. 25 membr. saec. XIII (nisi quod finem habet in v. III 437, adest praef. *Omnia*, desunt I 139—212); Toletano Caj. 102, 18 saec. XIII asservato Matriti et Toletano Caj. 102, 17 saec. XV exeunt. asservato Toleti. Nec magis de his qui sunt: Vossianus 385 membr. saec. XIII; continet Rapt. III 19—437 omissis vv. 280—360. Leidensis 105 membr. saec. XIV. Leidensis 87 (Gronovianus, olim Rottendorfii) membr. saec. XIV. Romanus codex bibliothecae Propagandae n. 6 membr. saec XV (Parthey in Serapeo XXX, Intelligenzblatt p. 35 sq.).

ad Ovidium continent. Achilleis et Raptus scatent scholiis[1]). Contuli ego. Hic tamen liber adhibitus non est nisi ubi profuit.

Ex classi altera codices consului tres *ABC*:

A = codicis Oxoniensis Bodleiani auct. F. 2. 16 pars prima membr.: codex duplex vel adeo triplex qui olim Oxoniensis 2077ᵃ et 2077ᵇ signatus est: in plagula praefixa Claudiani operum index anno 1590 scriptus non enumerat nisi ea quae pars prima amplectitur: hinc efficitur tum quidem nondum conpactas partes fuisse a bibliopego. *A* in foll. 1—103 Claudianum totum, foll. 1—11ʳ Raptum servavit cui subscriptum est *Explicit libellus Claudii Claudiani:* fol. 11ᵛ vacuum: deinde opera reliqua. Scripsit librum manus saeculi XII teste Haverfieldio, saeculi XIV teste Vogel; medio fortasse tutissimus ibis. Manus correctrix et adnotatrix 'saeculi fere eiusdem vel proximi'. Contulerunt librum I R. Ellis, libros II et III Haverfieldius.

B = eiusdem codicis pars tertia (signata etiam 2077ᵇ). In codice duplo vel triplo partem primam excipit foll. 104—168 Gualteri Alexandreis quae est pars altera. Deinde foll. 169—272 denuo plena opera Claudiani extant. quam tertiam partem diximus et foll. quidem 262—272 ipse Raptus legitur scriptus circa saec. XII fin. (Haverf.) vel saec. XIII (Vogel): correcturas fecit manus saeculi proximi. Hunc librum partim contulit Haverfieldius neque nisi passim a me adhibitus est[2]).

C = Cantabrigiensis coll. Corporis Christi n. 228 membr. saec. XIII (Vogel) vel XIV (Haverf.); olim Danielis Rogeri. Insunt Claudiani maiora carmina disposita ex serie I (cf. supra de *Co* p. CXXIII et CXXIX), deinde carmina minora ex serie 𝔅 quorum postremum Gigantomachia; denique Raptus. 'Codicem optime scriptum correxit scriba paulo recentior necnon nescio quis longe recentissimus.' Contulit Haverfieldius.

Ex classi tertia codices duo elegi, *D* et *W*:

D = codex Musei Britannici 6042 membr. saec. XIII ineuntis foliorum 114: inest Claudiani Raptus foll. 1—11ʳ: sequuntur Rufin., Fescenn., Nupt., bell. Gildon., consul. Stil., de VI cons., Eutrop., de III cons. de IV cons., paneg. M. Theod., bell. Pollent., carmina minora (cf. supra de *Br* p. CXX et CXXXI sub serie III). 'Liber perpulchre scriptus': in paginis singulis columnae binae versuum 40. Ita quidem Vogel. Contulit vero Liebermannus.

1) Fol. 37ᵛ fin. et fol. 38ʳ glossator vitam Claudiani et commentarii partem intulit qui quidem incipit: *Titulus huius operis talis est: claudii claudiani de raptu proserpine primus liber incipit. Sunt autem tres;* eqs. 2) *A* et *B* iidem sunt nimirum quos *Ox* et *Oy* nuncupavi p. CXXI et CXXIII. Sic autem per codicem triplicem disposita carmina esse scito (de quo roganti mihi benevole rettulerunt vv. doctissimi R. Ellis et J. Madan): pars *A* fol. 1—14 continet Raptum, qui tendit usque ad v. III 437: is versus in folio 14ʳ in quarta linea positus; ceterum et fol. 14ʳ et 14ᵛ scriptura vacant. Sequuntur in fol. 15—103 carmina maiora observantia seriem I (cf. p. CXXIX et CXLV); fol. 15 incipiens a Ruf. I praef. ornatum est littera initiali *P* grandissima et splendide illuminata; extenditur enim a capite ad pedem paginae; nec aequalem initialem iterum habet liber totus. Iam prorsus eadem ratione *P* illud ibidem exhiberi in libro meo *H* attestor; unde augetur suspicio quae fuit et in *A* et in *H* a fol. 15 primitus scribere incepisse librarium, eundem postea adiecisse fol. 1—14 (cf. supra p. XCVII). Subscriptum est in fol. 103ᵛ *Explicit Claudianus Magnus;* fol. 104 vacuum. Pars *B* fol. 105—168: Gualteri Alexandreidos libri decem. Pars *C:* fol. 169—245 Claudiani carmina maiora eodem ordine quo in parte *A* (in Eutr. liber II mutilus; desinit in v. 554; post quod deficit folium; eadem de causa desunt Fescenn., Nupt. praef. et Nupt. 1—12; fol. 199 inc. a Nupt. 13. Laus Stil. desinit in III 319; etiam ibi excidit folium; et propterea in fol. 231 VI cons. incipit a v. 37 nec extat praefatio). Exinde fol. 246—261 carminum minorum sylloge legitur sequens quidem seriem 𝔅 nisi quod deest c. m. 32 (cf. p. CXXXVIII); ultimum c. m. 53 desinit fol. 261ᵛ in v. 91; dehinc deest folium. Denique fol. 262—272 Raptus perscriptus est: incipit a v. I 28, praecedentia enim cum folio illo abolita; desinit in v. III 137. Omnia sine titulis decurrunt.

W^r — Antverpiensis III 59 membr. saec. XIII: inest Claudianus fere totus foliis 1—96^r exaratus a manu una perpetua hoc ordine (quae quidem est series VI; cf. p. CXXXII): in Ruf. (deest praef. II), paneg. Ol. et Prob., III consul., IV consul., Fescenn., De nupt. Honor., pan. Manl. Theod., bell. Gild. (cum praef. *Pandite*), Eutrop., consul. Stil., bell. Pollent., VI consul., Raptus. In fol. 96^v aliena adiecta leguntur. Adhaerent folia 97—117 chartacea in quibus manus saeculi XV vel XVI carminum minorum corpusculum scripsit. In foll. 1—96 manus quas distinguo 1 et 2 fere eiusdem aetatis sunt; titulos librorum ubique m. recens addidit; glossae multae maxime in Raptu. Raptus ipse in medio quaternione, quin immo in media pagina incipit. Contuli ego.

Sequitur de pretio librorum et cognatione disputatio.

Et primum in classium una quaque consensum lectionum propriarum extare et a reliquis dissensum expectatur. Talis consensus nexos habet libros *FS(V)* his locis et aliis: I 16 *hyaeus* (et *V*), 81 *Ceptra,* 102 *cingunt,* 107 *thetim* (et *V*), 127 *vitulum .. qui* (sed *S* habuerat *que*)[1], 128 *praeterit* ex corr., 145 *interfluit* (item *V*; sed *S* ex corr.), II prol. 42 *Nec,* II 27 *leuis,* 79 *hibla* ut 112 *sycani* et III 17 *Nayades,* II 138 *textos* (et *V*), III 48 *idro* (= ε, item *V*), 62 *cum* (et *V*), 145 *pateat,* 213 *deorum,* 234 *axe* (et *V*), 430 *terreue marisue* (et *V*). Etiam orthographica talia velut *inmensus* cum amet *F*, est ubi *S* conspiret, cf. II 187. Hinc etiam I 163 *indignos* vel *indigenos* et II 80 *abneget* et II 228 *missus* in *F* scriptum fuisse colligitur. Et illi quidem loci omnes vitia communia ostendunt; laudem *FS(V)* communicant in hisce: I 95 *num* (et *V*), 215 *pandit* (et *V*)[2], III 81 *ingesta* (sed ita etiam *W*), 88 *rubor.*

Item plana in tertia classi unanimitas; ita *WD* soli explodunt vv. I 203—214, scribunt autem I 135 *rodopē,* 215 *at,* II prol. 24 *Orpheis,* II 62 *aduncis*[3], 131 *iacincte,* 168 *tenebrosa*[4], 187 *hyatu,* 228 *W uulso,* quod etiam *D* pro altera lectione, 338 *titius,* 353 *peribent,* III 27 *nec,* 388 *thiesteis.* Praeter corruptiores hosce locos insuper sat multi sunt in quibus a solis *WD* genuinas Claudiani scripturas accepimus: sunt hi: II 57 *crinisc,* 96 *fucantur,* 135 *retusa,* 148 *Nec,* 253 *nihilumque*[5], 317 *properi*[6], III 37 *Qui,* 58 *naturumre,* 170 *ibi*[7].

Pauciora lectionum exempla sunt quibus codices meos secundae classis *AC* (et *B*) artius cohaerere demonstretur. Inter quos unus *A* inserit praefationem *Omnia quae sensu;* vel inde huius mixtam indolem esse indicatur. Itaque inter *C* et *B* convenit I 35 *minanti,* 47 *flumina,* 54 *conclamat,* 58 *modos,* 66 *illicitas,* 83 *Horrorem,* 98 *et,* 105 *Te cum sanguineo,* 118 *voluptat* pluraque eiusmodi quae enumerare longum est. Ex quibus placuit nobis I 72 *Disrumpit*[8], praeterea unice verum II 148 *parthenium.*

Infrequentiores scripturae in quibus *A et CB* et soli quidem concordant: I 103 *thalamis* (sive *talamis*), 108 *natorum te felix*[9], II 158 *fundunt* (sed *A* correxit), 205 *Gorgonos;* denique I 113 *dicto,* quod placet[10], et II 216 *tua,* quod ut unice verum est[11], ita etiam in *S* scriptum fuit.

Item *AC* (dissidente *B*): falso III 85 *Non,* 141 *superatque,* recte vero II 66 *tanaim,* II prol. 45 *tethis,* et quod optimum est, II 350 *Amsanctus A, Iam sanctus C,* ubi reliqui turpiter vitiati. Hinc est quod etiam I 122 *Ennee* mihi arrisit (cf. adnot. ad II 72); *Henna* autem pro *Aetna* ubi legitur, tradi praecipue videtur in libris secundae classis[12]). Nunc ego Aetnae ubique nomen refecerim.

Item *AB* (dissentiente *C*): I 79 *solio fultus,* II 17 *gemina.* 173 *caterue,* III 371 *in,* 397 *herere:* plausibiliaque haec sunt: III 424 *phrygios* vel *phrigios* (*frigios q*), III 375 *Astant,* I 284 *Orineus,* fuitque cum etiam II 6 illud *uoluere* mihi complaceret conferenti locum Statii.

1) Praefero femininum *vitulam . . . quae,* quia cum femina, Proserpina, animal comparatur. 2) Hoc praevalere putavi adlitterationis gratia quam nuncupant. 3) Hoc haud scio an placere possit. 4) Possit hoc verius esse; nam consonant consonantes *Saturni tenebrosa.* 5) Nisi mavis *nihilumue;* ita *S;* certe *nullumue* tolerari nequit. 6) Nam *ministri* sibi exigit adiectivum positum ante caesuram primariam. 7) Hoc toto versu *F* plane interpolatus est. 8) Videtur enim illud *Flare cupit* in rell. a librariis ex proximo versu *Flamine* antecapiendo fictum esse. 9) Perperam; nam spondiacam vocem in quarto pede collocare vitavit Claudianus scripsissetque *natorum felix te;* cf. corollarium. 10) Nam unum iussum Iuppiter dedit Mercurio idque per singularem fortius exprimitur; et cf. indicem. 11) Non potest praeferre *tuae* nisi qui sensum non curat; id si legeretur, vox *sede* eo epitheto egeret quo abundaret *Eumenides;* et bene fuit indicari cuiusnam sedes diceretur, et, si Eumenides „tuae“ vocatae essent, insulsa interrogatio fuisset: „quae Eumenides?“ 12) Sed etiam *F Henneos* I 160.

Cave autem librarios illos ea simplicitate usos esse credas ut solummodo unum quisque exemplar exscriberet: ea enim via genera codicum sane discreta pura et inpermixta dignosci possent: quam illi abstinentiam eo usque non noverunt, ut ex compluribus exemplis plerumque textum componerent, cuius rei vel lectionum variantium in codicibus adnotatio satis testimonii est. Hinc primum quidem factum est ut saepe etiam codices classis primae aut *F* aut *S* modo cum secundae[1]) modo cum tertiae classis[2]) libro aut uno aut pluribus eundem errorem propagent, quin etiam ut per tres classes error[3]) vagetur: deinde, ut etiam saepius vera scriptio non classi uni, sed uni tantum cuiusvis classis codici debeatur, cum gemellus liber a gemello desciverit et in alienam classem transierit. Quod cum ad codicum singulorum aestimationem plurimum valeat, adferemus quamvis per electionem quae fere libri singuli singularia offerunt.

Videbimus autem nulli libro sua merita deesse neque vero ullum esse in quo non luxuriaverit molestissima sciolorum interpolatio.

Primum *F* sua Minerva carmen saepissime deformatum tradit; tradidit nonnumquam audacissime I praef. 6 *secreto*[4]), I 10 *celum*(!), 11 *Cycorpidum*, 53 *adducunt*(!), 64 *que* om., 90 *lumen*, 98 *uacuas*, 118—119 *rolutans* .. *ducebat*(!), 129 *cornua* (item *V*, apertissimum glossema), 136 *delion*, 137 *huic* (item 136), 150 *Hic*, 156 *flagrandi*, 157 *Cum*(!), 160 *Henneos* (hoc est illud de quo dixi pg. proxima), 163 *monet*, 174 *rimata* (et *V*), 189 *scindunt*(!), 196 *uri*, 213 *extendit*(!), 222 *purpureos* ex corr., 226 *ueteri*, 237 *manebant* (!), 240 *Castra*(!), 269 *suprema*, 282 collocatio verborum[5]), 285 *morpheus*(!) quod temeraria suppositione ex eo quod est *motheus* factum est (et *motheus* etiam *V*), II prol. 9 *aruis* (! et *V*), 14 *repetens*, II 3 *ardentes*(!), 22 *parte*[6]), 45 positio verborum inelegantior, 109 *nuncia*(!), 180 *cum*, 212 positio verborum. 217 *infestare*, quod idem et *V* et *ε*, 275 *detersit* (idem *ε*)[7]), 311 *tartara* (cf. *S*), 369 *colla* (! et *V*; interpolatio Ovidiana). III 115 *num me*(!) quod tam prave habet quam 116 *certis*, 185 *alcinois*.

Idem *F* quae verissima solus suppeditat non multa sunt: I prol. 11 *irrumpit*, I 82 *dire*, 147 *trisulcam* et *ruptum*[8]). 278 *auras*, II 56 *Naides*, 74 *meatu*, III 415 *ferebar* (?; item *V*), II 80 *hortos* olim in *F* scriptum esse videtur, III 105 *tua nata*[9]); III 380 *comas* (et *V*); denique I 284 siquis in *F* *oreneus* corruptelam leviorem esse contendat quam *orineus* in *AB*, cum ortum sit utrumque ex *orfneus*, nolo pluribus contra agere[10]). Item in orthographicis tenuem laudem meruit ut *hymeneus* III 410 scribit soletque inhibere consonantium adsimilationem in *inmersus* atque similibus; adde II prol. 49 *tyrinthius*.

Codex *S* eiusdem familiae quae solus peccat non hercle pauciora sunt, neque vero in vitiis exscribendis pergam[11]). Idem tamen correctiores servavit lectiones hasce:

1) Prima classis peccat cum secunda: *FA*: II 281 *inmersum*, 256 *non*, III 12 *sedes* (sed *A* ex corr.), 40 *transire*, 43 *frangant* 124 *infecta*, cf. 201 et 248. *FC*: I 34 *consumpserit*, II 278 *vario*, 368 *unanimis* (*F* ex corr.?), III 8 *iussit* (sed *F* corr.), 37 *Cur*, 152 *timor*, 160 *multas*; ita III 231 *campos C*, idem *F* pro varia lectione. *FAB*: II 84 *primordia*. *FSA*: II 80 *abnegat* vel *abneget* (*F* corr.). *SA*: I 4 *coniesta*, II 307 *tenera*, III 130 *gemescunt*, 202 *lumina*, 263 *queritur*, 364, 399, 402. *SC*: I 3 *prodere*, 40 *Thesiphone* (item *B*), 93 *tantum tibi ne* (item *B*), 104 *amphitritem* (item *B*), II 317 *leta*, III 16 *unde* (cf. *W*), III 82 et 361 (ubi cf. *B*). *SB*: I 137 *virum*, 285 *motheus*, III 388 *properat*. *SAC*: III 101 *cernor*. 2) Prima classis peccat cum tertia: *FSW*: II 242 *pharetras*, 347 *alie*, 297 *cedunt*. *FSD*: II prol. 14: *Dissuete*, II 306 *sic fatus*. *FW*: I 103 *thalamos*, II prol. 52 *ab orbe*, II 16 *Ydalia*, 109 *Ylex*, 318 *reuocat*, III 240 *nil*, 430 *ille*. *FD*: I 143 *etas*, III 98 *fuluos* .. *leones*, 127 *exsudat*, 156 *cognoscit*, 198 *quam*. *SW*: I 147 *sociam* .. *trisulca*, II prol. 11: *Duraqꝫ*, 37 *Solus*, II 350 *anxantus* (cf. *F*), III 25 *ne* duplex, 59 *ille*, 182 *tytanes* (cf. 254), 368 *malo*. *SD*: I 74 *in auras*, 157 *detrectat*, 265 *telam*, II 162 *de(di)labitur*, 218 *diue*, III 38 *et*. *FDW*: II 216 *tuc*, III 375 *Ex(s)tant*. *SDW*: I 16 *lenis*, II 171 *siculaque*, 249 *rumpit* (an recte?). 3) Ita *SAW*: III 251 *subrepsit* et 400 *Tunc*; *FWC*: III 38 *nullisque*; *SDA*: III 267 *haustura*; *FCD*: II prol. 34 *non*, III 168 *ad illa*; *FAW*: II 342 *Arreptusque*, III 362 *uisu*. I 216 *S* et *W* et *AC Curarum secreta tibi cytharea*, contra recte et *F* et *D* et *B*: *Curarum citarea tibi secreta*: ita miscentur familiae! 4) Sic etiam cod. *Mi*. 5) Nam *tranquillae* epitheton ante caesuram ex more ponitur quippe ad *Lethes* pertinens. 6) De hoc I. Kochii fere iudicio subscribo. 7) Praesens requiritur, sequitur enim *solatur*. 8) Quamquam de *ruptam* dubitari possit, quia iam v. 144 *rupit* adest. 9) Huius lectionis iucunditas sentiatur, ne explicetur; vulgatam *tu nota* ex illa profectam esse vix quisquam negabit. 10) Fortasse etiam *Induit* II 93 ex *F* assumere debebam; cf. supra p. LXV adn. 1. 11) Vide locos hos: I praef. 5, I 13, 28, 31. 46 (*alto* etiam *V*), 59—61 contracti, 85, 87, 94, 103, 106 (*referam*, quod tamen per se

I 99 *grati quod* (cf. *W*)[1], 195 *cui* (?), 208 *timidas*, 253 *legit* (cf. *W*[2]), II 337 *et tantulus invenit undas*[2]), III 150 *consudit* quod proximum vero est, 267 *timidumque*, 288 *atqui*, 342 *cumulis* (?), 431 *rotarum*; orthographiam *lycei* II 18, *phlegeton* II 315.

Codicem *V* fere non exhibui nisi ubi in sola classi prima tota salus carminis posita est; in quo vitia etiam magis increbruerunt; sumpta ex eo sunt III 302 *indulgete*, 319 *Hiberae*, 332 *praefert*, 348 *Ophion*, cum quae in eo m. 2 adiecit *fato* II 84, *miseras* III 293, pro nihilo habenda sint; contra *habiles* III 361 felicissimum remedium loci desperati, idque etiam pluribus libris, quos hic non adhibui, firmatur.

Iam quid valeat etiam tertiae familiae propago, ostendam.

Et primum *D* praeter spuria[3]) aut dubia[4]) haec sibi deberi voluit: I 157 *onus*, 172 *amnis*[5]), 192 *oborto*, 226 *crinis*, 242 *flumine* (sic enim D^1 scripserat), II prol. 25 *molossi*, 37 *stimphalidas* (cf. *F*), II 364 *sancit*, III 39 *genitrix*[6]), 129 *Iniussque*, 246 *cyanen*, 248 *subito* (?) ibidemque *et casus scitamur*, 177 *infusa*[7]).

Porro liber *W* quamquam et crebrioris et procacioris interpolationis vituperio plane obnoxius est[8]), habet tamen etiam haec peculiaria quibus sincere fidem facere oportet: I 205 *modulatur*, 286 *alastor*, II 19 *pandionias* (cf. *B*), II 25 *habet*[9]), 174 *lipare*, III 140 *absconderit*, 390 *ad undam*, III 236 *cursu strepituque* quod veri certe vestigium praebet. Et anorthographiam aevi barbari huic deesse gaudemus multis locis ut I 152 *tyrrena*, 240 *pyragmō*, 238 *Cyclopum*, II 244 *taygeti*, III 185 *Alcioneus*, et inspice I 14, II 76, 79, 119, 175, 204, III 274. Recepi etiam ex libro *W* *magna* I 143, quamquam eo vulnus magis fortasse tegitur quam sanatur, confidentius *famulatur* I 20 (cf. *S*)[10]); estque etiam illud *seuumque* II 243 et *lurida* III 11 quod perpendi debeat[11]).

Violentiam minorem passi sunt libri secundae familiae[12]), bonas scripturas ex singulis has Claudiano restituimus:

ex *C* I 12 *triptolemi*, 16 *lenis*[13]), 19 *maeonius* (cf. *D* et *S*) et *firmat* (cf. exempla ad l.), II 64 *Hipolite*, 66 *Thermodontiaca* (cf. ε), 368 *discite*[14]), III 233 *albet* (cf. ε); de aliis dubitavi[15]).

ex *B*: II 11 *concita*[16]).

ex *A*: I 89 *tegeaee* (cf. ε)[17]), 250 *iussis*, II 350 *Amsanctus*, III 38 om. *que* vel *et*, 144 *decusserit*[18]),

---

placet), 108, 115, 121(!), 122(!), 141, 146, 156, 158, 186, 202, 203 (*opacat* non male), 215, 231, 234, 238(!), 251, 262, 265, 273, II prol. 10, 16, 30 om., II 207(!), 211 (*effudit* non male), III 125(!). De collocatione verborum II 150 dubitari possit; et III 193 *cessit* possit placere.

1) Solet enim Claudianus si post incisionem semiquinariam vocem spondiacam cum voce monosyllaba coniungit, illam praeponere, hanc postponere, ne pedem quartum spondiaca vox expleat; cf. corollarium. 2) Praevalet nempe toto hoc loco tempus praesens. 3) I 19 *fulcit*, 54 (cf. *CB*), 64, 87, 93, 144 *situs* (?), 163, 167, 180, 233, 250, 278, II prol. 10(!), II 8 *henna*, 14, 26 *obumbrat* (cf. Vergil.), 33, 97, 184 *subitoque* (?), 220, 222(!), 233, 253, 308(!), III 38(!). 4) Rectene I 62 *mutantur*? II prol. 5 *leonum*? II 2 *uibrauit*? I 128 *nondum* omisit; possis inde commendare *nondum quae*. 5) *Vulcanius ignis* bis idem esset, *Vulcanius amnis* oxymoron quale decuit poetam. 6) Hoc quam necessarium sit unus quisque intelleget; in reliquis *ge* post *que* interierat, deinde ex *netrix* factum est *rectrix*. 7) Hoc loco *comas* ferri nequit quia *canos* sequitur; quodsi *genas* recipiendum est, tamen nemo dici poterit „effusus genas", poterit „infusus", infunditur enim lacrimis. 8) I praef. 3, I 10(!), 50 (cf. *V*), 70, 99 bis, 144(!), 171, 185(!), 213, 222, 248, 275(!), 277, 279(!), 281, 284(!), 288(!), II prol. 42(!), II 15, 64, 69, 86(!), 98, 107(!), 180 *negarent* (?), 193, 288(!), III 24 *granesceret* quod ut elegans sane acumen praestat, antiquo tamen poetae non vindicabitur nisi ab audacissimo, 245 *undis* quod placuit Heinsio. 9) Verum hoc esse confido et *erat* lectionem repudio; in vicinia enim praesentia leguntur *viget* et *inumbrat*; cf. exempla ad l. adscripta. 10) Proprium enim Claudiani est, ut verbi numerus singularis ponatur, pluralis vitetur ubicumque et sensus et metrum concedat; neque iuxta collectivae notionis substantiva (ut *vulgus*) pluralem ille praetulit; cf. corollar. 11) Minus probatur *sederit* III 164. 12) *B* praetereo. De *C* vide I praef. 1. I 4, 12, 24 bis (!), 40, 41, 66, 74 bis (!), 218, 219, 227(!), 232, 244, 246(!), 251(!), 254, 264, 266, 270, 271, 280, 283(!), II prol. 13 (*stilico*!), II 26 (*gorgonos*), 83(!), 84(!), 105(!), 226, III 61(!), 62(!), 335(!). De *A* vide I 119, 126, 234, II prol. 26(!), II 20(!), 88 (*madefactas*: itaque insolens illud *madidare* scribam offenderat), III 14; II 73 *Henna* quod iniuria recepi. 13) Certe etiam *tenis* in *SDW* ex *lenis* ortum videtur. 14) cf. etiam Heinsius ad l.; in apparatu nostro per errorem sub v. 369 varia lectio adscripta est. 15) II 23 ex *C* emendationem repetiit Koehius; II 196 *temptant*? 106 *modico*? (cf. ε); III 237 *estus*? 16) I 46 *uincto* B^2; recipere non ausus sum. 17) Potest tamen facile errasse v. d., qui librum contulit, ut etiam in *A* *tegee* extare suspicer. 18) cf. Aem. Baehrens, diar. litterar. Ienens. a. 1875 p. 132.

145 *pateant,* 121 *oris,* 189 *es*[1]), 214 *procul amandaverat* quod veritatem proxime attigit, 264 *achemenio* (cf. ε), 403 *phethon* (cf. ε). Alia laudabilia esse concedo, non assignavi tamen poetae[2]).

Iam vero postquam et classium librorum singularum et ipsorum librorum unius cuiusque naturam et indolem descripsi, consequens est ut fateamur classium nullam reliquis duabus multo praestare aut antecellere. Cumque auctoritas inter eas fere aequalis distribuatur, cui in singulis versibus maxime parere velimus, sensus ipse summus ubique iudex diiudicabit. Eae autem lectiones paullo maiorem auctoritatem sibi arrogent necesse est, de quibus inter classes binas (vel inter classium binarum singulos libros) convenit atque consensio est.

Et quandoquidem tertiam et secundam maior affinitas coniungit (id quod etiam ex eo cognoscitur, quod ut *FSV* codices sunt miscelli, ita in *ACBDW* aequaliter Raptus ad Claudianum maiorem adiectus est), plura exempla ex iis promuntur. *W* et *V* verissima haec dederunt: I praef. 11 *pelagus*[3]), I 220 *perugi.* II prol. 28 *Massilam* (cf. *A*) II 190 *bootem,* III 124 *infausta,* 134 *subicit,* 163 *castumque* (cf. Val. Flaccus), 185 (*C* proximus ad *W*), 201 *infensior* (cf. *S*)[4]). *W* et *A* haec: I 61 *certisque,* 285 *nictheus* (cf. *C*), II 22 *tiphona* var. l. in *A*, *tritona* *W*[5]). *W* et *B*: III 430 *Qui.* *D* et *C* haec: II 7 *Praesagum,* 176 *coercet,* III 159 *tantum*[6]). *D* et *A*: II 13 *dirum,* III 140 *idam*[7]). *WDB*: III 430 *terrene marisne.* *WDA*: III 190 *si(y)renas,* 163 *pressat,* 206 *cautique.* *WDC*: II prol. 36 *erimantei,* II 149 *choros,* III 200 *cognatae*[8]). *DAB*: II 63 *arcton,* III 430 *ipse*[9]).

Prima classis cum secunda haec praestitit: *FC*: II 241 *partheniis.* *FB*: I 112 *stagna* (*B* ex corr.; cf. *S*). *FA*: III 103 *frigias uel nunc interstrepis*[10]). *FCB*: I 53 *fusis*[11]). *SC*: III 161 *attritos;* 189 *Heu*[12]). *SA*: I 97 *ciclopia,* III 374 *frontibus* (item *B*), 393 *aduersa.*

Prima denique classis cum tertia plurima: *FW*: I 15 *Hecate,* 157 *detractat,* II prol. 43 *rubuit,* II 174 *lip(h)are,* 295 *uerrunt.* *FD*: II 177 *latiis,* 229 *fulminis.* *FSW*: I praef. 1: *primus qui.* *FSD*: I 103 *nereia glauco,* II prol. 52 *placidos.* *SD*: I 8 *limina,* ipse versus I 139 quem cur desiderare non possim ad l. dixi, II 288 *(h)alant,* III 11 *reuerendaque.* *SW*: I 20 *famulatur* (*S* ex corr.), 245 *cyntho,* III 11 *phorei,* 159 *plangitue,* 230 *nymphe.* *SWD*: II 183 *Dissiluit,* III 177 *genas.*

Haec omnia ex libris congesta qui sedulo et comparaverit et ponderaverit, iam locum primarium et principatum inter manuscripta codici *F* a viris doctis recte tributum esse infitiabitur. Immo non magis ille vincit ceteros quam ab ipsis vincitur. Hi autem supersunt versus de quibus denuo iudicium instituamus. II 11 *tanti conscia voti*[13]) vel propterea incommodum est quia *conscia fati* praeivit v. 7; sed agnosco ego interpolatorem qui ex corrupto *conscia voto* sensum tolerabilem nancisci temptaverit. III 102 *precor* non minus falsarii est quam quae p. CLV congessi neque habebimus cur inde ad lectiones novas excogitandas (velut *premor*) concitemur. III 137 *uidetur* inanis et quasi sterilis scriptio est, cum contra *ruenti* sensum amplificet imaginem nobis offerens Cereris adeo ruentis, ut mobilitatem suam nullam esse lamentetur[14]). II 300 *fastigia* in *F* tradi testis sum; tamen quis dixit 'venire sub fastigia alicuius'? Latinum fuit 'esse vel iacere sub pedibus' (cf. Ovidi met. XIV 490): ergo *uestigia* amplexus sum. Neque I 171 sq. coniunctivos *rotent* et *glomeret* aut I 74 *obiceat*[15]) praeamabis, neque II prol. 25 *leporem blandi*[16]); II 217 *infestare* (item ε) elumbe est, *incestare* et fortius

1) Hoc loco *ministrae* et *Cyane* vocativos esse evincit illud *vestra* v. 191; itaque vel ipsum *nata* non potest accipi nisi pro casu eodem. 2) Velut I 127 *astrepit,* III 108 *saltem;* item II 148 lectioni adhuc receptae fere *quae Parthenium canibus scrutatur odoris,* maxime *A* favet in quo est *odores;* sed enim videtur *odores* pro *odorem* facili errore esse exaratum; *odorem* autem etiam pulchram explicationem admittit (cf. ad l.). II 359 *Implexam* defenditur coll. Consol. ad Liviam 224. 3) Neque enim Claudianus *irrumpere* construxit nisi cum accusativo obiecti. 4) Conspirant etiam I 46, II 96, 132, 144, III 19. 5) Iidem III 373 *anapis*(!). 6) cf. III 40, 65. 7) cf. I praef. 1, III 76, 215. 8) cf. II 85, III 145; adde III 103 (!). 9) cf. III 390. 10) III 138 *ire iugules* etiam Dracontius; hoc tamen loco mihi obscurius dictum visum est. 11) Hoc illud est de quo tot verba fudit Jeepius. 12) Nempe iniuria L. Muellerus *Heus* legi maluit in solo hiatu defixus. 13) Ita etiam *V* m. 2 et codd. *z*, *Ur*, *Pr*, *Ri*; *tanti conscia facti* *As*, *tanti c. furti* *Mi*, *Pu*, *Ast.* 14) Ita Kochius: an potius intellegendum: mobilitas draconum ruenti nulla est? 15) Hoc *obiceat* in nullo alio omnino codice extat omnium quot novi: nisi quod *obicat* *Gd*, *obicit* Vindob. *C.* 16) Immo *blandi* caesurae antecedat, quia respondet *molossi.*

atque audacius dictum et tamen ita ut exemplis defendi possit. I 71 *gelida* otiosum, nam anteit *glacies* quod idem valet. Denique II 229 *Paciferas* Claudiano ignota vox, *pacificis* offert Stil. III 154.

Verba poetae in variis manuscriptis quam varie contexta sint et grassante interpolatione quam mixta facta sit et Protei instar species carminis, pluribus copiis firmare nolo. Libri sex quos repraesentavi historiam eius propagationis per saecula XII et XIII et XIV pro specimine sufficienter atque abunde illustrant; nec poteram in paucioribus codicibus me continere nec vero debebam ineptias ex pluribus excerpendo dilatare hoc opus, quod et prodesse vult et evitare taedium. Hoc submoneo, ab ς, id est a manuscriptis ceteris quotquot extant, vix ullam lectionem praestari quae cum in meis desit, recipi debeat in textum carminis[1]).

Restat ut excerpta illa Gyraldina (ε) eadem, quae in maiore Claudiano curiose adhibuimus, ad Raptum quoque singularia nonulla attulisse memorem. Membranam quae Gyraldo Raptum obtulit aliam fuisse atque quae carmina reliqua, non habeo unde confirmem. Quoniam vero excerptorem *E* in codice suo Lucensi Raptum non invenisse consentaneum est, Gyraldi membrana, siquidem ea ex ipso Lucensi Claudianum maiorem repetiit, simul tamen Raptu adaucta esse videtur aliunde descripto (cf. supra p. XCI). Quod utut est, certe respici ea vel consuli hoc in negotio non meruit. Sufficiat dixisse ε classi primae cum probabilitate adscribi posse; nam lectiones praestitit etiam in iis partibus quae desunt in tertia et secunda; cf. III 299 ubi cum *S* scripsit *furores;* et praeclare cum *F* facit II 217 *(infestare)* et 275 *(detersit);* item I 144 *interfluit* = *FS;* II 229 *fulminis* = *F* (et *D*); III 48 *ideo* = *FS:* III 60 *aegide* = *FS;* praeterea cum *AC* legit *ennaee* I 122 et *Ansauctus* II 349; cum *W* *glaucum* I 103; cum *C* *modico* II 106 et *albet* III 233. Singularia nec semper utilia haec praebet ε: I 281 *ethonque* (sed *ethonque* ipsa Aldina), quod an Claudiani sit nescio; potest haec esse scriptura arbitraria. I 52 *fatali,* I 116 *aer* (ita etiam codd. *θ π ψ β P V* III et pessimae notae *Ri* et *Sin,* denique infimae aetatis Vindobonenses). III 105 *et te non,* 129 *maerentia* (= Voss.) quod omne loci perdit acumen, 192 *timori* (item var. l. in *A*), 238 *permansit,* 265 *marino* (sed *marito* ut exquisitissimum, ita verissimum; tigridum patrem Zephyrum dicit Oppianus cyn. III 354). I 19 *figens* (item codd. *A, Ur; figiens Pr, fingens Bm*); sed participium hoc totius loci destruit structuram. II 371 *perferte;* III 132 var. l. *somnia;* 238 *herbis.*

De libris autem excusis vetustioribus quatenus auctoritatem exaratorum secuti sunt disceptavimus in capite VIII.

Explicit de Claudiani minoris codicibus; incipit de panegyrico Aniciorum.

1) Dictum est de *odoris* II 148; neque quisquam nisi gravissima auctoritate adstrictus *Taenara* scribere ausit II 307, neque *Henna* II 289. Ad defendendum *clusos* II 165 parum valent quae attulit Stoeckerus; neque II 365 *tum* intulerunt nisi ii qui *cum* non intellexerant. De *addita* III 44 vide ad l.; III 66 *motu* contra *nutu* tutatur vel Ovidi comparatio. II prol. 16 ebur festo die *nobile* quam *mobile* vocari malo. Adblandiri possit quidem illud *Ultro* III 262; satis tamen defensionis ipsum *Vultu* habet quod scriptum est; et cf. corollarium. III 238 *luror* an in ς ullo extiterit praeterquam in Parrhasii libris incertum; ea vox sicut *lurida* III 11 num copiae vocabulorum Claudianeae addici possit dubito. Minoris etiam pretii, quod I 113 Voss. et alii *neges,* III 422 cod. *Ut fecunda* pro *secura,* et sim. Codex *Bo* I 15 *ternas . . figuras* pro varia lectione; id placuit Heinsio. I 50 *uultu* cod. Ashburnham. in mg.: id placuit Heinsio. I 67 *ille* fere omnes; *illa* ζ *N,* et in *β* m. 2 *puto illa;* quod absurdum est; *animus* enim, id quod sequitur, cuius tandem animus sit, scilicet Plutonis, non capitur nisi *illė* praeit, i. e. Pluto; ne itaque falsa specie seducamur comparato c. min. 25, 99. I 46 *vasto* quod proposuit Goetzius iam in Vindobonensi *C* extat nec tamen id fidem auget lectionis. — Ceterum ducibus lectionum exemplis quae ex multis codd. mihi in promptu sunt, magnam similitudinem observavi librorum *π* et *ψ;* his propinquus *Bg* videtur et *En, Na* et *P;* item in multis consentiunt Voss. et *Γ* et *Σ* (et *St* et *Bo*); *A* cum *κ:* *U* cum *Ω;* *Au* cum *N* et *H;* *Rr* cum *Θ* et *Z;* *Pr* cum *Ur.*

V. DE PANEGYRICI DICTI PROBINO ET OLYBRIO TRADITIONE.

Panegyricus dictus Probino et Olybrio in antiquioribus et melioribus membranis non legitur fuitque hoc opus quasi erraticum ut in corpus maioris Claudiani numquam certo loco reciperetur[1]), minus etiam Raptui adnecteretur. Cumque antiqui amatores Claudiani Apollinaris Sidonius, Licentius, Merobaudes alii[2]) etiam hoc sibi poema aequo ac reliqua studio imitandum proposuissent, medio aevo pro magna Claudiani librorum copia debito pauciores sunt, in quibus huic ipsi transcribendo monachi vacaverint. Extant exempla haec:

R = cod. lat. bibliothecae Atrebatensis n. 348 (ab aliis dictus 438)[3]) membr. in 8⁰ saec. XII—XIII (mihi olim *Ars* audiit, p. CXXI); continet foliis 1—64^v fin. Claudianum maiorem; foll. 65^r—67 hunc panegyricum inde a v. 61; sed initia superiora foliorum 65—67 abscissa sunt; itaque ne huius quidem versus 61 nunc quidquam legi potest praeter syllabas *mere* in fine. Inter folia 64 et 65 folium unum interciderit necesse est. Versus paginae continent quadragenos octonos. Contulit Alfredus Schoene.

W = cod. Antverpiensis III 59 membr. in 8⁰ saec. XII; idem est cuius ope Raptum edidimus; descriptus est p. CLIV. Hoc carmen inde a fol. 11^v, post librum II In Rufinum et ante paneg. De III consulatu exhibetur. Contuli ego.

B = cod. Neapolitanus IIII E 47 membr. saec. XIII; idem est quem in corpore carminum maiorum adhibuimus; descriptus est p. XCVII. Hoc carmen interpositum eodem loco quo in *W* inde a fine folii 11^b ad fol. 14^b paene extremum exhibetur. Contulit Georgius Wissowa.

L = cod. Laurentianus plut. XXXIII cod. 4 membr. in 8⁰ maiore saec. XIII foliorum 157 (in folio extremo Petri de Medicis nomen legitur); supra allatus est sub siglo *Sl* p. CXIX et CLI; folia 1—134 Claudianus maior inde ab Rufino usque ad ipsam Gigantomachiam occupavit, ubi carmina interstitiis parvis vel singulis versibus vacuis relictis disterminantur. Contra folii 134^v maior pars expers scripturae est, fol. 135^r init. incipit carmen de quo agitur, absolvitur in ipso fine folii 139^r. Fol. 139^v et totum 140 rursus vacant scriptura; denique in foll. 141—157 Raptus legitur. Et scripsit quidem omnia manus eadem et una; tamen tria haec corpora fuisse separata et in unum codicem coagmentata cum paginae illae produnt

1) Modo enim fini adhaeret velut in libro *Fl*, modo in altero Claudiani maioris loco post Rufinum insertus est, quod non accidisse nisi in serie VI, hanc vero ipsam noviciam esse evicimus p. CXXXIII. In aliis denique hic panegyricus medius adeo inter libros In Eutropium inculcatus; id vero quantum distet a pristina consuetudine ipsa res clamat. 2) Ad v. 12 adde Alc. Avitum c. V 445: *Mutavit natura vices.* ad 229 Luxorii c. 350, 1 Ries.: *ardua culmina.* 3) cf. Catal. des mss. des Dép. IV p. 141 et p. VI.

quas scriptura vacare dixi, tum ipse fasciculorum nexus vel compositio; nam Claudianus maior scriptus est in sedecim quaternionibus et ternione uno cuius quidem folia sunt 129—134; quem ternionem quia satis ibi esse putavit librarius, tum quidem nihil adiecturus fuit; panegyricus Prob. et Ol. ipse quoque separatim ternionem unum foll. 135—140 obtinuit; denique Raptui rursus concessi sunt duo quaterniones et unum folium singulare. Ceterum codex hic ab initio ad calcem inscriptionibus omnino caret et scholiis. Scripturae genus planum iucundum. Versus paginae continent tricenos singulos. Contuli ego.

F = cod. Florentinus bibl. nationalis VII 114 membr. in 8° forma oblonga saec. XIII foliorum 92, supra inductus nota *Fl* p. CXXII sqq.; foll. 1—88ᵛ Claudianus maior; ibi finis fuerat; adiectus est foliorum binio 89—92, in quo hic panegyricus exaratus est, desinens in initio folii 92ᵛ. Et scripsit omnia una manus; vacuum autem spatium folii ultimi 92ᵛ eadem manus complevit carmina minora 32 et 50 inferens. Versus quadragenos in singulis posuit paginis. Scholia admodum pauca, in hoc panegyrico nulla. Correcturae omnes fere manui 1 debentur praeter illam in v. 259. Contuli ego.

P = cod. Parmensis bibl. regiae n. 2504 (olim n. 516) membr. 8° saec. XIII, supra appellatus *Pm* p. CXXII sqq. Inest foliis 1—11 Raptus (quaterniones duo, dein tria ff. iniecta; itaque Raptum postmodo praefixum esse apparet); foll. 12—92ʳ Claudianus maior: finis est in medio fol. 92ʳ; pars eius folii inferior vacua relicta, dein a m. rec. repleta est; foll. 92ᵛ—95ᵛ med. complet Panegyricus Prob. et Olybr. scriptus a m. eadem qua Raptus et Claudianus maior. Fol. 96 et novus quaternio et membranae species incipit magis candida; in foll. 96—115 manus illa recentior carmina minora adiecit. Addo fol. 91 ultimum esse sui quaternionis et folia 92—95 inter se non cohaerere, sed agglutinata esse. Denique ipsi panegyrico Prob. et Olybr. manus prima inscripsit (id quod nusquam alibi inveni): *liber tertius;* vides tria corpora diversa habita esse Raptum, Claudianum maiorem et istum panegyricum. Unde hoc verisimile fit, eum pro supplemento accrevisse codici olim breviori. Ceterum scholiis caret. Versus in paginis numerantur 42. Contuli ego.

T = cod. Turicensis Carolinus n. 10 membr. saec. XIII.

Vo = Vossianus n. 294 membr. in 8° saec. XIII; panegyricum ipsum eodem loco carminibus maioribus insertum praebet quo liber *W*.

l = Leidensis n. 116 membr. in 8° saec. XIII; in quo panegyricus ipse inter libros in Eutropium primum et alterum interpositus [1]).

Accedunt inferioris aevi Vaticani 2809 pars altera saeculi XIV; Ambrosiani M 5 sup. pars altera inde a fol. 14ᵛ, saeculi XV; Vaticanus 2808 saeculi XV (simillimus Leidensi); Laurentianus pl. XXXIII, 1 saec. XV—XVI (artissime cum *L* iunctus); Erlangensis 861 saec. XV; Vindobonensis 3216 saec. XV [2]).

Ego adhibui libros *R W B L F P*, Orellius olim in huius panegyrici editione [3]) codicem *T* exhibuit, Ieepius et alios codices et *Vo* et *l*.

Qui libri ut solitam interpolationis libidinem passi sunt omnes, libros tamen *BRW* paullo meliores atque tales esse demonstrabo, ut in iis propemodum editor et emendator carminis acquiescere possit; invicem enim pro vitio verum offerentes alius liber alii succurrunt.

1) Ieepii ed. I p. XXXIX. 2) Codices Palatinus 1714 et Mediceus pl. XXXIII, 3 ex *L* descripti. 3) In indice lect. Turicensi anni 1813.

Et primum libri *L F P T Vo* et *l*, cum unus quisque suos errores multifarios commiserint[1]), nullam paene veram et genuinam lectionem tradidere quae non in illis quoque vel uno illorum scripta sit; nisi quod *P* v. 132 *coros*, reliqui *choros*, *L* v. 145 *onus*, reliqui fere *honus*, 108 *F tyrannis*, reliqui *tirannis* et, quod sane gravius videatur, 135 *meroen LF*, ubi *B meroe;* 110 *tumulum* in *L* incertum; v. 13 *requires*, quod *TVo* et *l*, minime verum esse credo[2]), neque v. 102 verius illud *in Haemo*. Denique *P* de titulo operis et inscriptione testis antiquissimus est quem noverim, quem ibi dedit manus prima.

Aliter *BRW*, qui, quamquam ipsos quoque, et maxime quidem *R* et *W*, scioli infideles perverso ludibrio omnia pervertentes nimis deformaverunt[3]), nonnulla tamen eximia servant, de quibus reliquos omnes quod videam frustra consulas. Soli *B* debemus v. 41 *rigorem*, 119 *fatale*[4]); soli *R* v. 237 *spartane*, 189 *gerens*, 161 *rhenus*, 137 *laborant* (neque mirer si cui arrideat *agentem* v. 78); soli *W* nihil quidem nisi orthographiam *inluxit* v. 265: solis *RW* v. 125 *ter;* solis *BR non* v. 61. Item *Graia* v. 198 commendant *BW*[5]).

In aliis sane adsunt etiam peiores libri qui concinant vel succinant; ita 101 *strident R* cum *F*[6]); 259 *marice R* cum *P*[7]); 83 *triumphatis R* cum *l;* 99 *Fingunt R* cum *Vo* et *l;* 159 *haec B* cum *L;* 11 *fauorem* et 41 *seruare* et 267 *anne B* cum *F* (cf. *P* et *W*); 113 *exacto B* cum *LF*[8]); 210 *arrectis B* cum *T;* 225 *Ilia B* cum *Vo* et *T;* 127 *meroe B*, *meroen LF;* 8 *auchenium* et 24 *aucheniis W* cum *P*, 274 *ambiat W* cum *FT*, 179 *tondent RW* cum *Vo* et *l* (?); 218 *niueos* iidem cum *l*, 167 *vindice BW* cum *l*, 246 *pinum* iidem cum *Vo* et *l* (?); denique 261 *celebrabitur undis BRW* cum *Vo*.

Quae cum ita sint, cur, inquis, codices *LFP* ex criticis subsidiis tuis non exemisti? nonne regnat, sicut debet, in Claudiani partibus ceteris electio fontium et parsimonia? Ita est. Sed in uno saltem carmine placere velit eruditis codices saeculi XIII et omnes et ad verbum cognoscere, ut experiatur, quisquis volet, quousque dissideant unius aevi antigrapha vel quanta libidine scribae suum quisque verborum contextum sibi struxerint. Neque piguit chartae in tam exigui ambitus opusculo.

Quae autem supersunt artis criticae factitandae adiumenta leviuscula sunt et parvi ponderis.

Primum ex excerptis Florentinis (*E*) ad huius carminis lectionem paucula tantum et vilia redundant; scilicet exarescunt iam in eius v. 25 (cf. v. 4, 8, 11, 13, 21, 25). Cur ibi desierit excerptor, ex variis causis coniectando repeti possit.

Plura praestat Gyraldus in excerptis Leidensibus (ε), neque differt eius opera aut multitudine lectionum aut indole ab iis quae praestitit in Claudiano maiore. Num plures codices inspexerit certo diiudicari non potest (*alius* adfertur v. 39); ceterum eius lectiones, id quod iam in maiore observatum est (p. CXV sq.), prae ceteris plane cum *B* faciunt: cf. 8 et 21 (ubi etiam *E*), 39, 41, 121, 141 (ubi tamen in *B* mancus versus

1) Quos omnes enumerare longum est; vide de *L* vv. 2, 8 (cf. 21), 17, 42, 52, 55, 62, 91, 93, 95, 96, 103, 107, 108, 121, 129, 138, 161, 167, 168, 191, 192, 193, 207, 214, 217, 239, 245, 257; de *F* vv. 8 (cf. 21), 18, 47, 51, 54, 80, 84, 94, 95, 100, 103, 119, 132, 138, 139, 145, 147, 167, 187, 237, 242, 247, 249, 256, 260, 262. 2) Immo pravum est; nam verba quae sequuntur *certum est nasci* tempus praesens servant. Ceterum v. 99 *Fingunt Vo* et *l*, sed idem et *R;* v. 83 *triumphatis l*, sed idem et *R;* v. 225 *Ilia Vo*, sed idem et *B;* v. 231 *iunctos Vo* plane corruptum est et nil valet. 3) *R* nonnumquam audacissime 64 *tulit*, 79, 80, 82. 86 *cruento*, 96, 106 *coniectis*, 113 *miles*, 136, 142, 157, 162, 168, 172 *ad*, 173, 175. 189 *phetone*, 205, 208, 210, 217, 218, 224, 233, 245, 250 *Melle fluant silue!*, 251 *Mutantes*, 273 *floribus*. Item *W* 2, 16, 32, 41 *intactumque iuvat!*, 42 *alis*, 43, 50, 52, 55, 56, 63, 76, 83, 87, 89, 97, 168, 205, 219, 239, 241, 245, 257. Rarius *B*, 28, 35, 53, 62 *attigit*, 146 (!), 151, 156, 174 *arem*, 187, 199, 215, 218, 231, 237, 239, 256, 259. 4) Contra 32 *quam* recipere non ausim. 5) Nec non v. 216 *gramina collo* fortasse accipiendum ex *RW*. 6) Contra 137 *Quam* reiectaneum; de *quod* cf. indicem gramm. 7) Contra 239 *Norint* Claudianeum non est; vide ad l. 8) *Exhausto*, quod *WRP*, recipere dubitavi.

est in quo *precor* intercidit), 167, 225, 267; discrepant B et ε v. 99 et 101; v. 253 in Gyraldo lapsus aut oculorum aut calami statui possit.

Ultimo loco etiam reputandi sunt huius panegyrici versus quattuor 201—204. Hos una ignorant et respuunt membranae quotquot memoravi universae: et ignorasse illa quoque videtur unde Gyraldus decerpsit lectiones; vix enim hic animum non advertisset. Primus et solus ex libro scripto accepit et edidit Isengrinius in Bentini recognitione. Unde facile suspiceris librum Isengrinianum vel antiquiorem fuisse vel ex archetypo magis integro manasse quam eos quibus utimur. Quod ut probabile sit, tamen ne confidentius concludatur dehortor. Certe eo quod Isengrinius in panegyrico de IV consulatu solus servavit versus 315, 432, 509, 636 (cf. p. CXVII sq.), hisce de quibus res est vix quidquam auctoritatis adicitur; neque enim Claudiani maioris textus historia cum Probinorum panegyrico cohaerebat, neque constat in eodem tomo Bentinum et hunc et Quartum consulatum invenisse. Estque etiam hoc alicuius momenti, quod quos in Quarto consulatu suppeditavit versus tales sunt ut deesse non possint, quattuor illi de quibus disputatur si expungerentur, vix quidquam quo sensus expleretur desiderares. Ceterum bellus adprime versus 201, atque frustra agitata quaestione obelum destrictum recondere praeplacuit quaeque adferri possint in utramque partem adnotavi ad locum ipsum. Plura vero de Isengriniana disserentur in cap. VIII.

Explicit de panegyrico Aniciorum; incipit de carminum minorum appendice.

VI. DE CARMINVM MINORVM APPENDICE.

Carmina viginti et duo aut spuria aut saltim suspecta sub Claudiani nomine variis locis tradita accepimus: ea exhibuimus in paginis 397 sqq. ita disposita, ut librorum quibus debentur antiquitatem a maiore ad minorem sequeremur.

I.

De carminibus I et II. Haec duo quibus inscribitur *eiusdem in Sirenas* et *eiusdem laus herculis* librorum mss. solus servat liber Veronensis *R* saeculi IX, de quo disputatum est p. XCII et CXII sq., ignorant reliqui. Claudiani esse attestatur ille et eo quod in collectionem Claudiani recepit et ipsa voce *eiusdem* titulis adiecta. Spuria esse iam sensit Scaliger[1]).

Praeter *R* est etiam inter editores principes qui in membrana aliqua Claudiani invenerit ea et posteritati mandaverit. Primus D. J. Camers carminibus minoribus ea subiunxit in foliis postremis 186—188 Claudiani excusi Viennae Austriae a. 1510; qui unde sumpsisset reticuit[2]). Post eum Franciscus Asulanus in Aldina anni 1523, ubi extant in foll. 148—150, adnotavit haec fol. 1ᵛ: *complures lusus elegantissimi, quorum primus est de Herculis laude, secundus de Sirenis, quos duos nunc primum a nobis e uetustissimo codice in medium afferuntur* (sic), et iterum fol. 2ᵛ: *huc adde, quod in Herculem carmen nō inelegans, et de Sirenis epigrāma nos primi ex fragmento quodā uetustissimo in medium protulimus.*

Postea omiserunt quidem Iuntina anni 1519 et Colinaeus Parisiis a. 1530, repetiit vero Isengrinius e Camerte Basil. 1534 fol. 162 sqq. et 200; et Seb. Gryphius ex Isengrinio in ed. Lugdunensi (a. 1548) pag. 299 sq. et 367; item Pulmannus in Plantiniana anni 1571 (item 1596).

Ultimus nominandus est Stephanus Claverius editor anni 1602, apud quem *Cl. Claudiani Laudes Herculis* fol. 217ᵛ sqq., *In Sirenas* fol. 269ᵛ leguntur; qui eum ad

1) Qui sane *in Sirenas* p. 246 inter genuina locavit, sed p. 255 inscripsit: *anonymi poetae laudes Herculis.* 2) Nusquam ab eo unde sumpta haec carmina sint indicatur. Neque enim huc pertinet locus ille gravissimus in fol. G III vel 193ᵛ; ubi multa editionis errata corrigens, varias lectiones adiciens procedit ad versum Bell. Poll. 18 *teneri Iouis;* ad hoc lemma adscriptum est: *Correximus ex uetusto exemplari toto* (i. e. *toto,* non *teneri* edidit Camers): *in alio uetustissimo codice quem apud Aldum Ro. reliquimus: legitur Tonari: quod et Ianus Parrasius primo de Raptu Poserpi. obseruauit.* Itaque plus unum codicem Camers vidit: unum et vidit et „reliquit" apud Aldum. Iam vero hoc loco non agitur nisi de lectione Belli Pollentini neque vero in codice apud Aldum relicto carmina spuria I et II extitisse indicatum est. Itaque si quis ex verbis quae attuli efficiat cc. I et II adeo in ipso codice Veronensi *R*, quem apud Aldum fuisse probabimus, a Camerte reperta esse, is in harena aedificat. Certe codex *R* Bellum Pollentinum nec hodie continet nec continuit anno 1523 quo ipso „fragmentum" fuit sicut nunc est (cf. p. XCIII) neque vero tum continuisse videtur cum integer esset (cf. p. XCII). Ergo Camers carmina spuria I et II aliunde expressisse dicendus est neque vero ex *R*.

Laud. Herc. 91 in adnotationibus scriberet *alii codices 'armantem uulnera'* codices impressos intellegi voluisse potest; idem vero ad Laud. Herc. initium haec: *hoc poemation e vet. manuscr. multis locis emendavimus* et ad Siren. 1: *ita vetus liber,* 6 *sic in vet. codice;* speciem itaque prae se fert Claverius quasi non solum in editionibus, sed etiam in uno librorum mss. Cuiacianorum quibus usus est haec duo carmina invenerit[1]).

De aestimandis his carminum auctoribus ampliore disputatione actum est a Ludovico Schneidero, quam propediem vulgaturum se promisit: mihi haec paucioribus profliganda sunt. Quaeritur utrum proprio quodam manuscripto hodie deperdito usus sit Camers, item Asulanus, item Claverius, an ex Veronensi solo et uno salus universa dependeat.

Et primum Camers in multis inque gravissimis cum *R* facit; quibus differt, ea fere plurima ex emendationis officio, quod editoris fuit, emanasse sane possint; et profitetur sibi commercium fuisse cum Aldo Romano et aliquem Claudiani codicem se apud eum vidisse[2]); in Aldina autem *R* adhibitum esse videbimus. Quae quantumvis adblandiantur, obsunt tamen verba II 75—76: *nemeae per lustra leonem Ipsa chimaeraea,* quippe quae desint in *R* solique debeantur Camerti. Haec quandoquidem efficta a Camerte esse nequeunt, non *R* nostrum, sed alium fontem huius *R* simillimum adierit ille necesse est.

Contra Asulanus in Aldina tam presse sequitur lectiones *R*, ut primo loco ipso Veronensi usus esse dicendus sit, ubi ab eo discrepat, ex Camerte medellas recepisse; quod autem 'primum' se haec poemata edere simulavit, hoc ad Italos suos scripsit quos Viennensem illam editionem non novisse confidebat. Ceterum iam Asulanus Veronensem decurtatum habuisse videtur sic ut nunc est (cf. supra p. XCIII).

Claverio fides semper fere sublesta iam paene omnis detracta est: his certe in carminibus cum sua vel aequalium inventa pro veteribus lectionibus venditasse equidem firmiter mihi persuasi. Et primum in eius Cuiaciano defuisse carmina inde effici credas, quod Ambrosiani *M* operum catalogo saepe mihi laudato et quocum consensisse illum Cuiacianum probatum est[3]), hi tituli desunt. Deinde interpolationis procacissimae exempla manifesta sunt et ridiculum illud *gravidato* laud. Herc. 112 et *volans* v. 118, ubi *celer* quod traditur propter ipsam singularitatem pretiosissimum est.

Itaque tuto is procedet qui verba quae *R* offert quatenus fieri potest diligenter conservet. Atqui vitia multigenera insunt. sed ea vitia, quae propria fuerunt artis poeticae cadentis nihilque produnt nisi mensuram exactam syllabarum dedidicisse cum aequalibus suis etiam hunc poetam quamvis coronatum[4]). Quodsi haec omnia in *R* culpa librarii orta credas, unde factum putaris, quod librarius idem in genuina Claudiani opera peccata aut eadem aut similia non cumulavit? Immo propriae artis declinantis productiones syllabarum hae sunt: 112 *gravato* (vox defenditur Vergili exemplo; productionem in thesi post penthemimeren etiam alii ostendunt velut Exodi poeta v. 163, 208, sim.: ceterum ridiculus essem si ex huius generis litteris plura comportarem velut *dâret* carm. Contra paganos 11, *impêritus* anthol. Lat. Ries. 201, 4; *crescîture* 207, 1), 18 *canis,* 128 *siluâque,* 79 *quantâque* (sufficiat quod *utrâque* ipse Ausonius epist. 1, 22, epigr. 95, 2 ceterum; cf. Seelmanni Aussprache des Latein p. 40); item tolerabiles atque tum quidem legitimae correptiones hae: II 119 *crŭdeli,* I 8: *ŏtiumque,* I 1: *sirĕnae* (cf. ut aliqua eligam, Damasi exempla supra p. LXVII adn. 2, vel *fascias* anth. lat. Ries. 381, 4; *tĕrtio* 382, 5; *cum stăret in medio* 204, 5; *ŏris* 195, 2)[5]). Sed etiam *tum* quod est II 87 sensum iuvat;

1) cf. Kochius de codd. Cuiac. p. 7. 2) cf. p. prioris adnot. 2. 3) Kochius l. l. p. 47—52.
4) Coronatum se esse tradit vv. 7—9. 5) *Copulamque* ipse Licentius ad Aug. 103, de qua prosodia audiatur Rossberg in Archivo lex. IV p. 45; Parthenius (Baehrens. poet. Lat. fragm. p. 420) I 6 *mutuis* pro anapaesto; idem II 1 *galea* pro dactylo; notum autem est praeivisse iam versificatores in script. hist. Aug.; ita *Lătinus* in Macrino 11, *ĭrasor, lĭvore* in Alexandros Severo 38.

ergo positio consonantium ibi neglecta (cf. et alia et illud *diceretque* carm. Contra paganos 49): contra in v. 2 *Phoebê precor* admissa positio durissima: quae productio in vocativo comparetur velim cum illo *Bromie* anapaestico in huius appendicis c. VI v. 1 (cf. *Ariadnaeê* ibid. v. 3). Haesitantius de v. 90 stabilitur iudicium: *Vadis inmensae scrutatus invia silvae* ubi miramur sane bis in thesi produci syllabas finales barytonas vel atonas; sed ridiculum est *et* insarcire post *vadis;* aliter etiam *scrutaris* reficiendum foret.

Exinde videamus quid valeant quae Camers praestitit; nec nisi graviora adfero; II 2 ordo verborum mutatus; correcturam credo, vide supra; II 5 *Hippocrenaeon* genitivus in *R;* Cam. accusativum, vix recte; ibid. 6 *Me famaque;* correcturam credo; 12 *Semper in* violentior mutatio; 14 *principiis* non habet quo praestet; 18 *mollis amas* apertissima interpolatio; 32 *tardantur* possit placere; 51 *timorem,* sed cf. Ovidius; 52 *habebas* falso; 56 *tantam* prave; 58 *teneris* vix recte; 59 *illidens prensos:* fortiorem mutationem sibi concessit in loco difficillimo; 60 *volet;* sed et coniunctivus propter concinnitatem desideratur et *volit* forma suam dignitatem habet quamvis plebeiam; 64 *hic inermis* audacius scriptum; praetuli *et inermis* quod Asulani inventioni deberi videtur; 66 *Dira* prave; 72 *in aethereas* prave; 73 *uiolenter* non habet cur praeferatur; 79 *heu quanta* (vide supra); 84 *quocunque:* sed enim imperium Eurysthei fuit, quo *cuncta* levabat Hercules; 87 *at* (vide supra); 90 *et* (vide supra); 90 *devia* fort. recte; 92 *iuba* certe falso; 97 *Tunc* falso sine dubio; 102 *nullis,* quod tamen displicuit poetae propter sigmatismum; 104 *steriles raro;* 108 *suos . . colonos* vix recte; 109 *trifidis* falsissime; 114 *Extemplo:* immo Herculi virtus facta est *exemplo* vel in exemplum, quod alii sequantur; 118 *cruento* (cf. supra); 125 *uictus* prave; immo sol, licet etiam hieme *victor* sit, nunc vincatur et iubar claudat; 128 *siluaeque* (cf. supra). Denique I 9 duplex lectio *color a. l. dolor;* hic Camers quoniam duo manuscripta habuisse non potest, alterutrum ipse coniecit; id *color* fuisse suadet *R.*

Correctiora de quibus dubitari non queat Camers haec dedit: II 41 *defendet;* 43 *miseroque furore;* 52 *natum quae;* 58 *Et;* 62 *Quod;* 71 *tremendis;* 72 *ludis;* 79 *Naturam;* 91 *armantem;* 94 *Infremit;* 96 *prosternis;* 116 *lumina;* item 127 *Lumina* et *ignifluo* et *tepescat;* 126 *iubar.*

Has probas scripturas Camertem ita in libro suo repperisse non est quod negemus licet omnia eiusmodi sint ut etiam coniectando potuerit adsequi; ubique modo lectiones *R* conferas.

Denique de Claverio, qui textum Camertis ab Isengrinio acceptum expressit, sed nonnulla novavit, Kochio duce iam etiam confirmatius iudico. Commendat eum unus locus II 72 *et aerias;* sic etiam *R;* et tamen *R* Claverio ignotus fuit. Accedit *creasse* v. 45 (*creasset φ*); sed haec coniectura non melior quam facilior fuit. Ceterum *putat* v. 89 falsum; de *germana* v. 10 vide ad l.; *animasti* v. 91 subabsurdum; *me fac namque* v. 6 etiam interpunctionem creat turpissimam; item *supinato* v. 116 reiectaneum, item *furentes* Siren. 6; *habeto* v. 52 non male, *tecum iunge* v. 3 etiam blande excogitatum, sed verum neutrum. Itaque in his quidem carminibus Claverii et temeritatem et simulationem impudentissimam agnosco.

Superest, quod iuvat adnotasse, Aldhelmum illum sub saeculi VII finem nonnullas inexpectatas memorias offerentem[1]) etiam hoc carmen de Hercule legisse videri: nam inter eius Aenigmata hexasticha quartum est De Leone; ibi haec sunt:

Setiger in silvis armatos dentibus apros . . . Contero.

Hinc ecce tradita lectio in II 80 quam omnes fere editores inquietavimus iam salva erit.

Carmina quae numeravi I et II expressa inveniuntur etiam apud Riesium sub Anthologiae Lat. numeris 880 et 881; et cf. Aem. Baehrens in Fleckeiseni annal. t. 105 p. 52 sq.

II.

De carminibus III—X. Horum carminum testis est primarius *V* = Vaticanus optimus 2809 saeculi XII quem contulit A. Mau (cf. p. XCIV sq.): extant ibi dispersa et Claudiani carminibus variis locis interposita, ordine tamen eo quo edidi; nam huius optimi libri ordinem sequi mihi fas fuit. Itaque legitur carmen III in fol.

1) cf. supra p. LXXX, infra p. CLXVIII.

26^r col. 2 sub finem post carm. minor. 42 cum carm. minor. 24 in unum contractum, inscriptum autem est *De dulcio de lucusta*. Carmen IV post carmen minor. 48 et ante 45 scriptum est in fol. 27^r col. prima. Carmen V extat fol. 37^v post libros in Eutropium et ante c. min. 51. Carm. VI—VIII eo quo edidi ordine extant fol. 38^r col. 1 post carm. min. 51 et ante c. min. 33. Carm. IX et X hoc quo utor ordine in fol. 39^v post carm. min. 25, in iisque ipsis desinit codex (cf. supra p. CXXXV et CXL).

Subvenit deinde alter testis M = codex Ambrosianus M 9 sup. saeculi XIII, Vaticani in carminibus minoribus gemellus (cf. supra p. CXVIII), qui tamen vitiis maiorem locum concessit. Ordo fere idem. Nam in hoc quoque carmen III extat inter carm. minor. 42 et 24, carmen IV post carm. minor. 48 et ante 45; carmen V post c. min. 44 et ante 51; carm. VI et VII post c. min. 51 et ante 33; carmen VIII deest, sed post c. VII quattuor versuum spatium vacat; denique carm. IX et X leguntur post c. min. 25 et ante c. min. 24 hic iterum scriptum, quod excipit c. min. 21 (cf. supra p. CXXXV et CXLI). Contulit Ambrosianum J. Koch.

Tertius accedit codex Parisinus lat. 5719 membr. saec. XIV qui inter Claudianea ipse quoque habet rarissima carmina duo III et IV.

Iam codices VM a Claudiano scripta esse et carmina V—VIII et III, IV, IX, X pari auctoritate auctores sunt. At vero illa cc. V—VIII cum indignatione abiciet qui sermonem artem metricam totam denique observaverit indolem. Contra cc. III, IV, IX, X non nisi suspecta dici possunt: nam neque in re neque in forma habent quae nimis abhorreant a Claudiano; dubitationem autem hoc solum movit, quod desunt in codicibus reliquis omnibus et a pristino carminum minorum corpusculo aliena fuisse videntur (de quo cf. maxime p. CXLIII). Ita enim de carminibus minoribus arguimus; stabile et circumcisum corpus eorum fuisse constat, plura tamen offerunt et Veronensis et Vaticanus; atqui quae illi plura offerunt, ea certo spuria sunt omnia praeter cc. III, IV, IX, X; ergo et haec spuria.

Sed nescio an rem recogitans malis arguere hunc in modum; carmen III adeo minusculum est ut, si in corporis de quo agitur archetypo Ω legebatur ante carm. min. 24, facillime in y intercidere potuerit; idem fere etiam de parvis illis cc. IX et X credi possit, idem denique etiam de c. IV propter argumenti similitudinem carminis min. 48 cui in V adhaeret. De carminibus maioribus huius appendicis I vel II vel V sqq. similes causas, quibus, cur ex y exciderint, explicem, imaginari non possum. Hinc pronus sum ad existimandum illa quidem fortasse quattuor poematia olim genuini corporis partem esse potuisse, haec minime. Et conferantur quae suis locis p. XXXIX et XLI maxime de carmine IV indicavimus. In hac vero editione cum mihi Claudianum talem monstrare propositum sit, qualem tradidit medium aevum, a sollemni minorum corpusculo haec poematia separare officium fuit, suntque propter proventum suum cum suspectis aequo loco habita.

Quibus absolutis de aliis hac in parte subsidiis disputandum erit.

Et primum Claudiani operum catalogus in Ambrosiani M foliis extremis exhibetur exaratus ille quidem manu prima saeculo XIII, sed quo non ea recensentur quae habet M, sed quae liber alius habuit nescio quis. Quem catalogum detexit excussit Kochius p. 17 sq. Et primum quidem ibi praetermittitur carmen IV; deinde post carmina minora sollemnia (ultima sunt ibi cc. 15, 16 et 2) hi etiam tituli comparent, sed ita, ut librarius poemata ipsa non ante oculos habuisse videatur (cf. Kochius p. 19): *Panagiricus aniciorum* (hic est paneg. Probini et Olybrii: cf. supra p. CXLIII), *de lanario, de dulcio, e thalamium laurentii, Laus liberi et laus martis, De iunonalibus, De ippopotamo et cocodrillo, De aquila, de cethera, de ysidis navigio, De irundine, de mergo, de cerco, de vitulis marinis, de paupere singulari, de ape* (cf. supra l. l.).

Ecce adsunt carmina III, V, VI et VII (haec duo in unum iuncta), VIII, IX, X eodem ordine quo ea edidimus librum maxime Γ secuti. Sed adsunt plures etiam tituli, de quibus nunc videndum: sunt autem carminum quae numeravi XIV, XI, XVI, XVII, XV, XVIII, XIX.

Ambrosianum *M* alterum fuisse librorum Cuiacianorum quibus Claverius editor usus est satis constat. Claverius vero in folio editionis paenultimo titulorum fere eundem indicem publicavit his verbis praemissis: *erant praeterea in vet. codice et Schedis Gnosianis multa et varia opuscula neque bella satis neque genuina, meo iudicio, qualia sunt haec praecipue.* Sequuntur et aliorum carminum tituli[1]) et horum quorum numeri sunt XII, III, V, VII, XIII, XIV, XI, XVI, XV, XVIII, XIX. Denique Claverius ibidem carminis V versus 7—8 *(patris),* dein plenum c. X, inde VI v. 1, 4, 5, denique c. IX exprimenda curavit[2]). Cf. Kochius p. 50.

Itaque catalogum libri *M* paullo mutavit: plura habet cc. XII, XIII, desunt ei in primis cc. VIII et XVII.

Iam quin aut in 'codice vetere' Claverii aut in 'schedis Gnosianis' (nisi forte adeo in utroque) praeter titulos etiam carmina plena extiterint nullus dubito. Cumque duo ille codices adhibuerit, videatur in altero (*M*) catalogum titulorum invenisse, in altero ignoto atque deperdito carmina ipsa. Ex hoc autem supersunt carmina quae duplici via servavit doctorum sedulitas. Et primum β = in codicis Vaticani 9135 inserto folio 262 ex bibliotheca Barberina oriundo extant haec: *Ex veteri cod. Cuiacii, Quae reperi etiam apud Gnosium. (inquit Stephanus Claverius in suo Claudiano). Incerti auctoris;* deinde sequuntur ibi plena carmina XI, XII, XIII, XIV, XV, X, VII (sed unus tantum versus 1), VI (vv. 1, 4, 5 sicut apud ipsum Claverium), IX, denique carm. minor. 11 *(ad Maximum)* et hoc: *De Dulcio: Suave* (sed haec vox virgula traiecta) *tibi nomen, sed si te talia tangunt, Moribus atque animo postea dulcis eris* (cf. adnot. ad c. III). Hae autem sunt schedae illae Peiresceianae de quibus rettulit Mommsenus CIL. I p. 412, Hermae t. 1 p. 133 sq. Carmina transcripsit mihi A. Mau.

Accedit *H* = Codex Heidelbergensis 358, 44[c] recentissimus ('Catalecta et epigrammata vetera') compositus ex variarum manuum variis schedis vel foliorum massis. Quorum foliorum novus fasciculus incipit fol. 73; ibi inscriptum est: *Epigrammata antiqua ex Codice Diuionensi descripta;* mox eadem manus pergit: *Hunc eundem esse codicem Diuionensem non dubito, atque eum, quem uetustissimum, et quadratis literis exaratum, laudat Gudius ad Phaedrum pag. 39 et 41;* eadem in eodem folio verso: *communicauit haec mecum Cel. Dorvillius, ad quem ex Gallia ea misit Vir. Nob. Josephus de Bimard la Bastie, Baro montis Seleuci;* hanc autem manum fuisse constat Petri Burmanni; contextum carminum, qui ibi sequitur, alia manus (fortasse Josephi de Bimard?) conscripserat, eumque Burmannus commodante Dorvillio accepit. Inest anthologia (fol. 73 sqq. liber primus: de Diis Heroibus; fol. 86 sqq. liber secundus: amatoria et al.; fol. 109 sqq. liber tertius: epigrr. Luxori; fol. 121 sqq. liber quartus: christiana); atque hae illae schedae Diuionenses sunt a Burmanno in anthologiae Lat. editione frequenter adlegatae; quarum plurima pars transcripta est ex cod. anthologiae clarissimo Salmasiano idque non multo post annum 1652 factum esse conicitur[3]). Admixta autem

1) Hi duo: *panegyricus amicorum* primo loco, *de paupere singulari* paenultimo; cf. cod. *M*. 2) Plura habuisse Claverium et omisisse ne credas; quod enim in fine addit *plura non libuit addere*, haec „plura" non „codicem veterem" respiciunt; pergit enim *ut neque Claudiani Mamerti carmen contra vanos poetas, de quo alicubi egimus.* Hoc anno 1602 scribendum sibi esse putavit Claverius, quia anno 1571 et iterum 1596 in Plantiniana p. 348 sqq. Claudianum Mamertum a Pulmanno loco appendicis additum esse vidit. 3) cf. A. Riese in annal. philol. a. 1868 p. 698 sqq. Adde Luc. Muellerum ibid. a. 1867 p. 802 sq., Riesium in anthol. edit. I p. XVI adn., Aem. Baehrens poet. lat. min. III p. 293 sq. et IV p. 5.

ibi et alia leguntur et carmina haec de quibus maxime agimus: VI, XIII, VII, XIV, deinde versus de Dulcio illi quos in β extare vidimus, porro Claudiani carm. min. 14 *(ad Maximum),* denique IX, XII, XV, atque descripta ea esse ex uno Cuiacianorum Claverii vel ex schedis eius Gnosianis etiam tunc in Gallia extantibus probat magnus ille inter β et *H* consensus. Contuli ego.

'Schedae Gnosianae' nomen tulerunt a P. Gnosio 'vicario speciali praesidis Biturigum apud Issodunum', 'inter tribunalis Gallici iudices viro litteratissimo'; descriptas ab eo ex ipso 'veteri cod. Cuiacii' fuisse verisimillimum est[1]); ergo et huius et illarum una auctoritas est. Et ex utroque fonte puto sua hausisse Claverium, ex Gnosianis tantum β et *H*. Certe ordinem carminum veriorem a Claverio servari commendat catalogus in *M*. *H* et β quod una et mutant ordinem et carmina nonnulla praetermittunt quorum titulos offerunt *M* et Claverius, id ex schedis Gnosianis explicatur, modo iam in iis hoc accidisse statuatur. Ex his utrum praeter β etiam *H* defluxerit, an *H* ex β, diiudicari non potest.

Ceterum lectionum βH ubicumque a *V* discrepant fidem nullam esse atque etiam ab *M* facile superari scito. Modo videas lectiones VI 1[2]), VII 1, IX 1, X 2; *M* cum βH peccavit VI 4 *(uerbis)* et in toto v. 5. Etiam *necat* IX 2 descriptioni minus inservit quam *vorat*. Hinc etiam *Florentis* illius V 8 mirum quantum decrescit auctoritas[3]). Nec minus ea denique, quibus *M* a *V* discrepat, ubique fere librarii ludibrio tribuenda sunt, et pauca admodum ex *M* recepimus (cf. V 17; VII 6).

Codex Vindobonensis 3246, de quo relatum est p. CXLII sq., quamnam cum Claverii libro rationem habuerit non liquet.

Aldhelmum exemplar plenum Claudiani habuisse non satis certum est: paucae enim Claudiani memoriae sunt, quas in versibus eius percepimus (cf. p. LXXX et CLXV); contra carmen spurium V Aldhelmus legit et versus duo inde adfert 75 et 82, quod ad locos ipsos monitum est; cf. de iis Manitius in Relat. session. acad. Vindob. tom. 112 (1886) p. 572. Sed plura ecce aucupari licuit; nam etiam Aldhelmi carminis VIII p. 115 Gil. v. 54: *Psalterii melos fantes modulamine crebro* ad eiusdem carminis v. 56 adsonat, magis etiam De laud. virginum p. 168, 1 *Nempe tenax scripti fuerat veloxque legendi* ad v. 38; denique De octo princip. vitiis p. 212 v. 27 *sicut folligenis respirant organa flabris* ad v. 62 et 63 ita, ut *folligenas* hic quoque recte rescriptum esse appareat. Quae cum ita sint, utrum tamen in Claudiani corpore an in libro diverso c. min. V inventum sit ab episcopo, quis diiudicaverit?

Carmina V—X recepta sunt etiam in anthologiarum editiones Burmanni et Meyeri, carmina IV—X in Riesii Anthologiam, III—X in Baehrensii Poetarum Latinorum minorum collectionem. Extant c. III apud Baehr. III p. 305 n. 12; c. IV apud Riesium c. 759, Baehr. ibid. n. 13; c. V apud Burm. VI 87, etiam apud Wernsdorfium f. IV 2 p. 188 sqq., Ries. c. 742, Baehrens. III p. 295; c. VI apud Burm. I 21, Meyerum 571, Ries.

1) Locos quibus schedas Claverius allegat collegit Kochius p. 2; inspexerat eas Claverius „ut placitum" et ex iis „auctarium satis amplum repraesentare" potuit „ni temperies obstitisset", i. e. edere ex iis potuisset carm. spuria V—IX si operae pretium visum esset. Ceterum memorandum etiam quod scripsit Claverius in Coronidis cap. X: *talis* (sc. episcopus subrogatus) *fuit Claudianus iunior quem episcopum Viennensem credidit Lilius, cum in v. c. doctissimi viri P. Gnosii (ubi Achilleis Statii cum annotatis et initio Raptus Proserpinae) dicatur episcopi Mamerti frater;* sed videtur hic alius liber fuisse atque schedae Gnosianae. 2) Nempe cum cc. VI et VIII non sine fructu Orphici hymni comparabuntur. Et hic enim et illic in invocatione paene tota res continetur. Ad c. VIII conferatur hymnus 16. In c. VI v. 1 et 2 sic defensionem habebunt lectiones *Lenaee* et *Bromie* et *bimater;* nam *κοῦρε διμήτωρ* de Baccho legitur hymn. 52, 9, plenius etiam *ἐπιλήνιε Βάκχε διμήτωρ* et *ληναῖε* et *βρόμιε* hymn. 50 v. 1 et 5 et 8. Hinc mihi iudicentur lectiones in *H* et β. 3) Immo *Florenti* curiose retinendum; nempe genitivum huius modi ex *Florentii* contractum ne ab illis quidem saeculis abhorrere abunde docent tituli et inscriptiones, ne ad Claudianum ipsum provocem qui habet *Abundanti* Eutr. I 154, *Olybri* paneg. Prob. 30, *Faroni* 1, 272.

c. 751, Baehr. p. 301; c. VII apud Burm. I 26, Meyerum 585, Ries. c. 719, Baehr. p. 303; c. VIII (apud Burm. ed. Claud p. 1008), Ries. c. 750, Baehr. p. 301; c. IX apud Burm. V 116, Meyerum 1082, Ries. c. 752, Baehr. p. 305: c. X apud Burm. V 117, Meyerum 1083, Ries. c. 718, Baehr. p. 303.

III.

De carminibus XI—XIX. Carminibus suspectis librorum *VMβH* ea primum subnexui quae soli nunc habent *β* et *H;* haec sunt XI—XV. De libris *βH* disputatum est ad carmina III—X. Codicis *M* catalogus titulos servavit carminum XI. XIV et XV. His titulos addidi carminum deperditorum, qui ipsi quoque in *M* catalogo (et apud Claverium) exstant, distinctos numeris XVI—XIX. Omisi hunc *panegyricus Anicioram,* quo Olybrii et Probini panegyricum signari patet (cf. p. CLXVI), et inter XVIII et XIX insertum titulum *de paupere singulari* cum dubitarem an Claudiani carm. min. 15 vel 16 *(de paupere amante)* intellegi deberet. Repetere denique fortasse debebam ex *βH* carmen alterum illud *de dulcio* inscriptum (cf. supra p. CLXVII, Ries. anth. 753):

Suave tibi nomen; sed si te talia tangunt,
Moribus atque animo postea dulcis eris.

ubi Burmannus *post ea.* Quod distichon non cohaesisse cum c. III, quidquid Baehrensius deliravit, certus sum. Et eo mentem mihi abiisse fateor ut *Suave cibi nomen* rescribendum esse suspicarer. At vero *tibi* illud sicut *te* ad ipsum lectorem derectum esto ('suave tibi videtur nomen'): cf. Claudiani Rapt. III 100: *certe Proserpina nomen dulce tibi.*

Ad c. XVI et XIX ne id quidem omittam, etiam Aldhelmum, non alienum illum ab horum fere carminum lectione, inter Aenigmata enneasticha primum scripsisse *De hirundine* et inter Pentasticha tertium *De ape;* sed enim nihil inde concludimus: nam etiam *De locusta* eius aenigma extat quartum inter heptasticha; huius tamen Claudiani c. min. 24 similitudinem nullam paene prae se fert.

Artem criticam in cc. V—XV exercuerunt Lucianus Muellerus Mus. Rhen. XXII p. 83 sqq. et XXIII p. 126 sq., 323 sq., A. Riesius l. l., Eldikius in Relat. acad. litter. Neerland. II (1873) p. 161; huius inventa cognovi ex Baehrensii editione. Meliora Buechelero debentur in Riesii ed. prolata, alia eiusdem summi viri placita, quae mecum proximo anno communicarat, ego in adnotatis exhibui.

Poeticam artem in carminibus maxime V—XV aequabilem non esse sentio. Semovenda primum sunt cc. III, IV, IX, X quae a Claudiano fortasse scribi potuisse concedendum putavimus. Seiungenda deinde quasi unius et paene barbari characteros cc. VI, VII, VIII[1]); in quibus de carminum I et II licentiis monemur. Castigatiora cc. XI—XV sunt atque talia, ut non absone quis haec omnia uni retribuat scriptori. Tamen in c. XIII idem fere vitium metricum quod in c. XXII v. 9. Omnibus autem his cc. VI—VIII et XI—XV id commune est, quod quamvis regnante fide Christiana tamen ad deos gentilium et ad cultum ipsum deorum spectant. Sunt itaque fortasse propterea Claudiano adscripta, quia hunc paganum esse clamaverat occaecata ecclesia, cum Claudianus ipse adeo non gentilis fuisset, ut dei antiqui nullam aut invocationem aut adorationem versibus conditam relinqueret, sed solam Christi. De cc. autem VI, VIII et XIII id quod in adnotatione monui hoc loco replicabo. Constat de carminum VIII et XIII titulis *De Iunonalibus et De vinalibus;* sed etiam c. VI *De Liberalibus*

1) Durissimum c. VI; sed etiam in c. VII v. 7 *(galea)* et in VIII v. 1 *(domina)* prave producitur syllaba.

optima fide inscribitur. Nihilominus de festis deorum haec interpretari vetamur; neque enim aut de Iunonis aut de Liberi sacris neque vero de vinalibus, quae vocabantur, Veneri et Iovi maxime dedicatis poeta exponit. Aliud subest; excerpta Claudiani Monacensia inscribuntur *de libro Claudiani* (cf. p. CLXXV); ecloge quaedam epistularum Epiphanii in Mediceo St. Crucis plut. XV dextr. cod. 13 inscribitur *De epistolis Epiphanii* [1]); qualia omnino tritissima ei qui excerpta volvere consuevit; clarius exemplum P. Rutilius Lupus rhetor Latinus; cuius *schemata dianoeas* quae non extant nisi abbreviata subscriptum habent sub libro altero in codd. Mediceis (et Vindobonensi) *de libro secundo.* Denique praepositio *de* delectum significat sive excerptionem. Legebatur ergo totus libellus unus continens *Iunonalia* sive carmina ad Iunonem scripta, alius *Liberalia* ad Liberum itidem pertinens, alius *Vinalia* complectens carmina ad vinum respicientia. Quos poetas Iunonaliorum, Liberaliorum, Vinaliorum comparare aliquatenus cum Mariano illo Lupercaliorum poeta licebit, de quo videndus est Philargyrus ad Vergili ecl. 1, 20.

Superest monere carminis XIII auctorem fortasse ad Mincium vitam egisse (cf. v. 8). C. XII potest Romae scriptum videri propter balnei descriptionem; Florentem, quem ibi adloquitur poeta, eundem esse atque Florentium in c. V 8 non efficies nisi si hic pessimam auctoritatem Claverii sequeris (cf. supra p. CLXVIII). Ceterum c. V si quis Romae scriptum putet, vix est quod contra adferas; certe v. 22 *Italum* 'Romanae linguae' oppositum adeo displicuit ut meliori acumini cedere deberet.

IV.

De carminibus XX et XXI. Haec duo carmina ecclesiastica servavit Camers editor anni 1510 neque adhuc in manuscripto ullo comparuerunt. In Claverii Cuiaciano ea extitisse credi nequit [2]). Ipse Camers in 'Claudiani vita' vel editionis fol. F III (= 189) verso haec adnotat: *Carmina quoque Claudiani. 48. quae ex uetustissimo codice addidimus: quae Laus Christi: et miracula Christi inscribuntur: ostendunt quid Claudianus de Christo: et eius fide sanctissima senserit.* Claudiani esse nimirum non possunt. Tamen sub nomine Claudiani reperta esse ab editore constat, minus, utrum in Claudiani codice coniuncta invenerit cum aliis Claudianeis, an in codice miscello dispersa ita fere, sicut Gigantomachia Claudiani sola legitur in antiquo Sangallensi *G*. Mirum autem est quod Camers in contextu his duobus poematorum titulis expresse nomen ipsum Claudiani adiecit. Qua de re hoc observavi. Camers Claudiani nomen ipsum non adicit titulis nisi carminum maiorum et his cunctis quidem, velut *Claudiani Prologus in Panegyrim Manlii Theodori consu.* vel *Claudiani praefatio tertiae Panegyris in laudes Stilichonis;* item in Raptus titulo poeta nominatur. Raptum sequuntur fol. 158 carmina minora; quorum primum est *Claudiani deprec. ad Hadrianum,* deinde vero in cc. minoribus semper Camers illud *Claudiani* supprimit velut legimus *De senatore ueronensi, de Foenice* et ita porro. Semel contra legitur fol. 166 *Claudiani Gigantomachia,* quod factum esse videatur propter carminum maiorum et Gigantomachiae similitudinem;

1) cf. Bandini catal. t. IV p. 485. 2) Claverius ad c. XXI de lectione vel de libris mss. nihil monet, in c. XX v. 29 fideliter recepit lectionem Camertis, haec autem solita ambitione fol. 251ᵛ adnotat: *Quid nisi. Haec est antiqua lectio* (!). *Excusi omnes eam secuti aliter habent, nempe: Qui nisi praestares;* deinde hoc ut reiciat suas nugas addit. Itaque ne hic quidem de vetere codice quidquam testatur. Lectionem Camertis quam recepit „antiquam" dicit, quia Camers eam ex libro antiquo hauserat. Deinde illud *excusi eam secuti* significare non potest „qui eam lectionem probarunt vel receperunt" (nam in ipsa lectione eos differre contendit), sed „qui tempore eam secuti sunt", id est: excusi post Camertem qui antiquam lectionem publicaverat. Hi vero excusi in quibus *Qui nisi praestares* legatur quinam sint, ego nescio; certe neque Basileensis est neque Gryphiana neque Plantiniana editio Pulmanni; nihilque relinquitur nisi lectionem illam ab ipso Claverio temerarie fictam esse, ut haberet quod refelleret. De difficultate submonitus sum a Kochio.

deinde rursus sine nomine *De Christo Salvatore;* sequuntur contra adiecto nomine carmina ipsa duo de quibus disputamus fol. 168 *Claudiani laus Christi* et *Claudiani miracula Christi:* porro deinceps fol. 169ᵛ sqq. semper nomen deest ut legamus *De mulabus Gallicis, In Curetium* eqs. usque ad fol. 186ʳ. Tum demum rursus ecce adsunt *Claudiani Laudes Herculis* et fol. 188ᵛ in ipso fine *Claudiani in Syrenas.*

Iam Camers ea ratione recognovit poetam, ut editionem Ugoleti et in ordine carminum sequeretur[1]) et in multis lectionibus; idem tamen, ubi lubuit, etiam manuscripta inspexit (cf. huius praefationis caput VIII). Concluditur Camertem in carminibus minoribus *Claudiani* nomen titulis tum adiecisse, si carmen ipsum ex alio fonte adsumebat et ordini ex Ugoletina recepto inserebat. Ipse itaque hac ratione quamvis invitus sese indicavit et *Laudem Herculis* et *in Sirenas* et *Laudem Christi* et *miracula Christi* traditae collectioni aliunde adspersisse. Quodsi *Laudem Herculis* et *In Sirenas* ex libro Veronensis *R* gemello adsumpsit (cf. p. CLXIV), indidem haec duo christiana sumpta esse consectarium non est[2]); certe in Veronensi ipso ne tum quidem exstiterant; quo qui usus est Asulanus in Aldina, non casu duo illa priora exhibet, christiana omittit; nempe hic liber iam tum 'fragmentum' fuit (cf. supra p. CLXIII adn. 2).

His cognitis concidunt omnes eae coniecturae quibus carmina XX et XXI a Camerte una cum carm. min. 32 De salvatore in codice antiquo artiore vinculo ligata inventa esse conici possit. Accedit quod hoc carmen 32 ut carminum minorum corpusculi absoluti pars insolubilis, quod sciamus, semper fuit, ita illa ne potuerunt quidem pars esse eius corpusculi; in eo enim non nisi indubitata Claudianeae Musae plasmata collecta leguntur idque inter illa argumenta est, quibus etiam carminis De salvatore Claudianeam originem sustinemus (cf. supra p. LXVII et CXXXV—CXLV). Docent contra imitationes, quas sub margine editionis repraesentavi, Claudiani carmen paschale iam a carminis spurii XX auctore esse lectum[3]). Quod ille si legit, legit sine dubio in carminum minorum collectione.

Sed de carminum horum traditione nondum ad umbilicum adducta est enarratio. Nam G. Fabricius editor 'operum poetarum veterum ecclesiasticorum' (a. 1564) inter haec opera ecclesiastica et illud carmen Claudiani De Salvatore p. 773 sq. et carmen spur. XX p. 765 sq. impressit, in commentario autem p. 87 de c. XX haec adnotat: 'Merobaudis Hispani Scholastici carmen de Christo transscripsimus e libro antiquo, quem ad nos Oporinus misit'. In eodem 'manuscripto cuius nobis copia facta ab Oporino nostro' carmen De salvatore invenerat (ibid. p. 43), quem librum manuscriptum 'antiquissimum' vocat p. 35. Denique monet p. 43 carmen spur. XX Claudiano falso inscriptum esse a Camerte. Hoc de Merobaude Fabricii mendacium esse vix quisquam contendet. Sequitur ut carmen spurium XX etiam saeculo XVI bis exstitisse dicamus, et in Claudiani codice, quo usus est Camers, et in membrana antiqua aliqua quam non Claudiani codicem, sed miscellaneum fuisse patet; ibique ei Merobaudis nomen inditum fuit. Ergo Merobaudem saeculi V nobilissimum panegyristam hoc carmen scripsisse credimus[4]). Nam etiam metricam artem similem eius esse sentio: velut in Aetii panegyrico saepissime hexametri formam tripertitam (quam F III signare consuevi) intexuit Mero-

1) Nisi quod ante Raptus librum III Ugoletus praefationem De VI cons. iteravit, quam ibi omittit Camers. 2) Jeepius sane confidenter Camertem et haec et illa ex Veronensi *R* sumpsisse hariolatus est Mus. Rhen. 28 p. 299. 3) Vides quid valeat sententia quam tulit Niebuhrius (ed. Meroband. p. XI, repetiit Jeepius Mus. Rhen. 28 p. 302) et carmen minorum 32 et carmen spurium XX unius et eiusdem scriptoris esse. Immo alter alterius imitator. Atque etiam differentias metricas et grammaticas facile quis observabit qui animum intenderit. Ex errore autem hoc manifesto magnum illud de Merobaude primo Claudiani editore somnium subnatum est. 4) cf. Niebuhrius ed. Meroband. p. X. Dubitat A. Ebert hist. litt. medii aevi I² p. 418 colorem hunc Christianum ab eo alienum esse indicans. Sed quatenus et gentilia et ecclesiastica ab uno poeta proficisci potuerint, explicavi p. LXIII sqq.

baudes, nempe quinquagiens quater in 195 hexametris, hoc est semel fere in hexametris $3\frac{1}{2}$; eadem forma in carmine XX deciens quater deprehenditur vel semel in 2.

Ne vero quis nimia superstitione codicem illum prosequatur, quem 'antiquissimum' dixit Fabricius (sic enim solebant loqui illi etiam de mss. saeculorum XIII—XV), ad lectiones carminis XX attendamus velim, quibus differt Fabricius a Camerte, ut quanto melior liber fuerit, ex quo Camers hausit, clarescat. Edidit ille vitiosissime v. 5 *corporis artus*, 8 *crearcs*, 9 *iniquos*, 15 *auctorem sciucre deum te*, v. 21 deest, 22 *Mundus et ad manes*, 23 *adis; tibi tantum non fuit uni*, 25 *In coelum ad patrem scandis;* quibus indignis sordibus inhibemur, quominus v. 24 *finisue* tamquam mundiorem lectionem ab eo recipiamus aut v. 29 *Quis;* hoc enim si verum videatur, granulum, ut dicunt, caeca gallina invenit. Inquinatissimus ergo vixque ullius pretii ille antiquissimus fuit qui in Fabricii manus incidit.

Contra c. spur. XXI Fabricius ignorat, neque igitur in codice illo, de quo referre eum vidimus, extitisse videtur. Minus etiam id poema Merobaudis esse tradidit. Nulla igitur idonea de causa adscribi Merobaudi potest nisi forte propterea, quod apud Camertem carmina XX et XXI sese excipiunt et iuncta sunt. Accedit quod etiam mirum in modum ars carminum discrepat; nam in c. XX hexametri formae tripertitae, ut dixi, quattuordecim exempla occurrunt vel unum in altero quoque versu, in c. XXI exemplum omnino unum est, i. e. unum tantum inter novem huius carminis hexametros [1]). Minus premo licentiam in vocis *paralyticus* mensura v. 17.

Hoc autem Claverius de suo non inscite adnotavit ad c. XXI: 'Non dubito quin haec in totidem disticha separanda sint, mihique persuaserim libens ea singulis miraculis a pictore expressis subiecta fuisse aut subiicienda'; non inscite; immo verissime: cogitemus modo *Ἐπιγράμματα ἐν Κυζίκῳ* quaeque similes sunt ecphrases. Ex picto Christo infante explicabatur in v. 3 quod *tibi* quasi per allocutionem scriptum est cum tamen deesset vocativus. Attamen intellexisse hoc sufficiebat nolebamque etiam oculos lectoris eo offendere, ut disticha singula spatiis vacuis dirimerem; errassent enim in charta tamquam in oceano insulae.

Carmen XX (nec vero XXI) ex Fabricio repetiverunt Bibliotheca patr. maxima tom. XXVII p. 526 et Migne in Patrologiae Lat. tomo LXI p. 972; utrumque carmen Riesius sub n. 878 et 879.

V.

De carmine XXII. Hoc epigramma (vel duorum potius, ut videtur, epigrammatum par atque coniugium) Bineto soli deberi in adnotatione dictum est [2]). Deprompserat Binetus ex 'vetere codice Cuiaciano'. Hunc eundem esse codicem, quo etiam Claverius praeter schedas Gnosii usus est (cf. supra p. CLXVII) facile est ad suspicandum [3]). A Claudiani stilo aliena haec esse docet et illud *ci* iambicum v. 6 et versus 4 satis inhabiliter inmissus et in v. 9 pes tertius inertissimus.

Expressum hoc carmen est in anthologiis apud Burmannum III 233, Meyerum 998, Riesium 760. Baehrensium t. III p. 306.

Explicit de carminum minorum appendice: incipit de excerptis et scholiis.

1) Ceterum etiam auctor carminis append. II hexametri tripertiti amantissimus fuit; 39 exempla habet in 137 versibus, acceditque v. 101 si ante *que* caesuram admittimus; praeterea in vv. 19, 27, 40, 43 semiquinariae vis frangitur elisionibus. Parcior auctor carminis V, ubi noviens tantum F III, id est semel fere in decimo quoque metro. 2) Idem Binetus Petroni epigrammatis subnectit: „Ista quae subiiciuntur uel ex V. C. manusc. Clariss. I. C. Iacobi Cuiacij uel ex munere Ios. Scaligeri habui", sequuntur deinde varia poemata interque ea hoc quod est XXII. 3) Ita Riesius, Annal. philol. t. 97 (1868) p. 702 adn.; cf. tamen quae monui p. CLXVII adn. 2.

VII. DE EXCERPTORVM[1]) CODICIBVS; DE SCHOLIIS.

Coenobiorum et ordinis ecclesiastici animus non minus rerum moralium cupidus vel mirabilium curiosus quam barbarus et a veris Musis abalienatus in transcribendis et multiplicandis poetae libris minime se continuit. sed excerpendi libidini illi, qua paucis poetis parcebat, tradidit eum et quasi immolavit formam dilacerans et ossa tantum legens vel intestina. A qua tamen libidine exemptus semper fuit panegyricus Probini et Olybrii. Codices et plurimi eius generis et maximi asservantur Parisiis quos ibi in usum meum partim descripsit partim contulit diligentissime Gustavus Eskuche Casselanus. Genera autem excerptorum compluria distinxi et artissima relatione tradam lectoribus.

Quo in recensu id recoquere non placet, praefationem De VI consulatu excerptam transiisse in codicem Vossianum Ausonii et anthologiae Latinae saeculi IX (cf. p. LXXXI). neque in eo immorandum, quod in florilegio Gottingensi nuper edito distichum Claudiani unum comparuit VI cons. praef. v. 1 et 2[2]).

I. Genus primum maximae amplitudinis ex historiarum vel rerum praecipue studio natum id praestitit, ut narrationes sermonesve poetae in brevius comprimerentur. Tale studium vel cum de Raptu Proserpinae disputarem in multis libris cognosti, iis scilicet. quos ibi tertiae et magis etiam secundae codicum familiae adnumeravi: hi enim ipsius Raptus ambitum detrahendo lectioni festinantiori accommodarunt (cf. p. CXLVIII sq.). Excerptus vero potissimum est Claudianus maior.

Ita codex Parisinus Lat. 7647 membr. saec. XIII. florilegium Gallicum, praeter alios variorum operum flosculos haec tradit foliis 35ʳ—46ᵛ med.[3]) primo loco inscribens *Claudianus in libro contra Ruphinum:* Ruf. I 21 *(Iam non)* — 23 *(ruant)*; 25—117 (om. 80); 164 et 165 *(pascitur intuitu)*; 176—247 (om. 241). 251—258; Ruf. II 7 *(numquam patiuntur)* — 8; 49—74 (om. 56); 78—88 *(licet)*; 231; 280 *(sensu)* — 281; 300; 320 sq. *(multis delicta — amicitiae)*; 336—340; 343—356; 359—365; 367 (*Tunc prior alloquitur quo fallere* eqs.) — 375; 384—386; 391—393; 407—417; 421—453; 466—490; 494—501 *(Venditor)*; 504 *(an manifesta negas* eqs.) — 527 (om. v. 515). Gild. 7—8; 97 *(quem semper)* — 98; 162 *(distantibus)* — 198; 262—264 *(erit)*; 266—268 *(tamen)*; 384—387 *(acies)*; 451. Eutr. I 1—10; 24—25; 27; 29—57; 78—102 *(heri)*; 105 *(consulque)* — 150 (om. 145); 157—158; 162 *(Sic cecidit)*: 160; 165; 163—212 (om. 172, 175, 180); 220—232 *(gerit)*; 231 *(sed)* — 281 *(viris:* om. v. 248, 249, 256, 263—268, 277—280); 281 *(gestis)* — 298 (*est:* om. 291, 292); Eutr. II 58 *(exquirite)* — 77 *(vias)*: Eutr. I 298 *(exempla)* — 311; 320—355 (om. 327—330, 354); 417—427 *(Vilior)*; 461 *(en nostros habitus)* — 474;

1) Nunc excerpta alio sensu accipio atque illa Florentina et Gyraldina. Neque enim iam de lectionum variarum adnotatione, sed de locis plenis electis et in unum corpus collectis sermo est. 2) cf. Florilegium Gottingense in Romanische Forschungen Vollmoelleri t. III fasc. 2 p. 305 sub n. 256; codex iste anno 1366 exaratus, ipsi flores lecti antea. 3) In fol. 46ᵛ Claudianum excipiunt Vergili Bucolica.

494—498. 501 *(quo turpior)* — 502 *(cadit)*; Eutr. II praef. 61; Eutr. II 5—8 *(lerant)*; 10—19; 50—54; 149 (— *morent*); 154 *(parrae)* — 155; 204 *(quem)* — 208 *(subit)*; 211 *(pridem)* — 214 *(eget)*; 227 sq. (ita: *Multi sepe timent ammiranturque nocentes Quos sprevere pios*); 325—424 (om. 349, 361, 413, 415, 416), 432—444 (436—37 in unum contracti); 452—461; 478—480 *(dominis)*; 470 *(geminantur)* — 471 *(ingenio)*; 485; 487; 489; 494—495 *(occurrunt)*; 499—501 *(gemunt)*; 518—520 *(oculos)*; 545 *(pro)* — 546 *(gaudia)*; 596 *(suprema)* — 597 *(culpae)*; 547 *(quis)* — 548; 561—562 *(gerit)*; 580—581 *(ducum)*; 584—588; 594—595; Fescenn. 4, 7—11; Nupt. 313 *(quis)* — 334 (om. 333); III cons. 22—24; 29—32; 39—49; 13; 93—98; 184; 183; 185—188; IV cons. 46—48; 72; 75 et 76 contracti; 78; 83—90; 101—103; 98—100; 104—105; 109—121 *(fides)*; 124; 125; 139—141; 151—154 *(dies)*; 214—227; 257 *(Tu licet)* — 305; 316—317; 319—352 *(labor)*; 396—400; 403 (— *nimius*); 374 *(fertur)* — 377; 434—438; 446—447; 453—454; 488—524 (om. 509); 527—531; 539—541; 544—553; 620 *(praemissa)* — 621 *(fidem)*; Manl. Theod. praef. 3—4; Manl. Theod. 1—21; 23; 33—36; 48—53; 56—57; 61—77; 79; 81—112; 141—146; 183—188; 190—197; 205 *(nec te)* — 233; 237—245; 248—255; 261; 264; 262; 263; IV cons. 241—256; Stil. I 25—35 *(tenes)*; 39 *(mens)* — 50; 69—83; 89—94 *(fuit)*; 109 *(quem non stridor)* — 111; 116; 118—121 *(galeam)*; 122 *(quotiens)* — 128; 138—145; 148—154 *(populus)*; 155 *(mixtis)* — 169; 274—311 (om. 304 et 309); 335; 341—353; 379 *(graviorem)* — 380 *(morent)*; Stil. II 1—2; 5—36; 38—51; 100—169; 173—183; 220 *(bona mens aliorum)* — 222; 55 *(iustos)* — 78 *(socero)*; 79 *(nec)* — 85; 96—99; 326 *(plus)* — 327 *(novum)*; 424—450; Stil. III 26—29; 36 *(nulli)* — 53; 56—58 *(populo)*; 106 *(cani)* — 111; 113—124; 130—168; 206—207; 215—222; 233—236; VI cons. praef. 1—10; VI cons. 55 *(nil)* — 68; 76—80 *(amor)*; 145 (— *pavor*); 235—237; 248—249; 305 *(violentior)* — 307 *(latet)*; 397 *(quisquamne)* — 398 *(putat)*; 401—402; 578—586; 592—594 *(abnuit)*; 604 *(flagrat)* — 610; Pollent. praef. 11—12; Pollent. 14 *(omnia)* — 15 *(ferunt)*; 62 *(nec)* — 63 *(habent)*; 67; 72—73 *(diu)*; 91 *(ignoscere)* — 94; 111—113; 391—399; 552—553; 114—123; 160—162 *(seges)*; 196 *(rerum docet exitus)* — 197 *(tegi)*; 205—208; 225—226; 223—224; 227 *(plurima)* — 228 *(timor)*; 262—263 *(via)*; 271—277; 294—295; 340—363 *(casae)*; 375; 376; 386—399; 552—554 *(fides)*; carm. min. 6 totum; 8, 1; 9, 28 *(debetur in armis)* — 34; 11, 1—2 *(ruunt)*; 22, 11 *(concede* sq.); 22, 27—40 (v. 33—34 in unum contractis); 25, 81 *(magnum)* — 82 *(probat)*; 30, 36—37 *(erit)*; 225 *(teritur* sqq.); 32, 8—15; 40, 5—6 (valde mutatum); 41, 9 *(Fors — audentes)*; 43, 5; 48, 11; 43, 9—10. Novum initium inscriptio haec indicat: *In libro de raptu proserpine*: I praef. 9 *(Paulatim praeceps)* — 10; I 79—82; 122—126; 238—241 *(opus)*; 242 *(nec)* — 265; II 1—3; 40—54; 88—93; 101 *(currata)* — 111; 128—136; 163—167 *(viros)*; 198 *(torrentius)* — 201; III 29—32; 197 *(levius — langunt)*.

Omnia haec per capita distribuit librarius et conexui rerum inserviunt capitulorum inscriptiones plurimae; versibus Ruf. I 25—117 inscriptum est *Poeticum figmentum eiusdem de concilio furiarum infernalium in quo deliberatum est quod per tyrannidem ruphini* eqs., vv. ibi 176 sqq. *De tyrannide ruphini* et eadem ratione deinceps. Traditus ordo et carminum et versuum fideliter plerumque servatus: sic historiae filum servabatur. Multi tamen versus et alii et qui carm. minoribus debentur propter sensum moralem potius aut philosophicum recepti sunt; et id quoque inscriptionibus librarius indicavit: sic ad Ruf. I 164: *De avaro qui delectatur aspectu pecuniae*, ad 280 *De his qui accepta contumelia differunt vindictam usque in tempus* et ita porro. Idem verba poetae saepe liberius mutavit ut solet fieri in excerptis.

Iam eidem generi excerptorum adscribendus est florilegiorum codex Parisinus 17903 membr. saec. XIV eadem continens quae Parisinus 7647: et in Claudianeis, quae exstant foliis 3ʳ—15ᵛ, alter cum altero et de ipsa copia versuum et de inscriptionibus et de lectione ac verborum mutationibus ita consentit, ut hunc ex illo defluxisse credi possit.

Accedit codex Escorialensis Q I 14 membr. saec. XIII: et hic quoque, quatenus perspicere possum ope Pauli Ewaldii, qui ex his excerptis excerpta mihi praestitit, omni numero et fortasse verbis singulis conspirat cum Parisino 7647 [1]).

Vel hinc paullo antiquius saeculo XIII esse hoc excerptorum genus concluditur. Observatur autem in iis is ordo carminum Claudianeorum quem antiquissimum esse mihi persuasi (cf. p. CXXX sqq. et CXLIII).

1) cf. de eo etiam acta acad. Vindobon. tom. 112 p. 224.

II. Genus alterum excerptorum eo differt a primo quod et multo magis decurtavit poetam et magis sententias et clare dicta quam argumentum vel historiam sectatum est. Dispositionem autem habet sicut primum ex ordine carminum. Hic recenseo

A. 1. codicem Cheltenhamensem 1531 membr. saec. XII de quo rettulit Vogel. Continet Senecae epist. ad Paulum et alia eiusdem scriptoris. In foliis tribus postremis adnexae sunt proverbiorum collectiones duae, prior aliena. ex elementorum ordine disposita, altera Claudianea. Huic rubro inscriptum est *Claudianus uir illustris.* Insunt Ruf. I 20—23 *(ruant);* 30; 35—38; 97—99; 110 *(non plus)* — 111; 199—200 *(capit);* 215—219; II 19—20 *(dabit);* 49; 85—86; 140; Ruf. II 231; 300; 440—441; Gild. 300; 385; 451; Eutr. I 8 10 *(anus);* 140 *(pro)* — 141; 181—184; 287—288; 297; 359—361; 496; 501 sq.; Eutr. II praef. 12; 16; 20; 31; 37—38; Eutr. II 18—19; 50—51; 149; 421; 393 *(grav.)* — 394; 452—454 *(iaculi);* 575; Nupt. 331; III cons. 96—98; IV cons. 110; 220; 259—262; 290; 267—268; 276—277; 302; 305; 336; 125; Manl. Theod. 66; 142—143; 185—188; 217—222 *(domas);* 227 *(diis)* — 229 *(potest);* 232—231; 239—240; 263; Stil. I 299; 335; 340 sq.; 385; Stil. II 15 (immutatus); 326; Stil. III praef. 6; Stil. III 113—115 *(pio);* 161; 165; 221 sq.; 281; VI cons. praef. 1—2; VI cons. 145; Stil. III 36; VI cons. 307; 351—353; 452; Pollent. 72 sq.; 120—123; 180; 225—226; 270—273; 291—295; 372; 375—376; carm. min. 3, 3; c. min. 1 totum; 11, 1 et 2; 17, 47—48; 18, 9; 22, 27—29; 35—40; Rapt. III 29—31 (om. *Provocet ut segnes animos*); 197. Sequitur *Willelmus signiacensis de tribus dicendi generibus* (versus 23 a m. poster.).

2. Oxoniensem collegii Exoniensis XXIII 7 membr. saec. XIII, ubi fol. 181: *Incipiunt Claudiani proverbia.* Insunt Ruf. I 12 *(res)* — 14 *(pios);* 205 sq.; Ruf. II 85; 88 sq.; 440; Gild. 101—106 *(opibus);* Eutr. I 129; 142—144; Eutr. II 227—228 *(pium);* IV cons. 259—263; 271 *(cognoscas)* — 280; 282 *(non)* — 283; 290—291 *(convenit);* 303 *(Non fastid.)* — 305; 517; Manl. Theod. 116; 212; Stil. I 25—27 *(mores);* 286; Stil. II 149 *(scis)* — 150; 103; Stil. I 168; Stil. III praef. 6; *Pollent. 72—73 *(diu);* *VI cons. 308 *(quis)* — 309; Stil. II 122 *(lectos)* — 123; 45; 33; 330 *(corrumpi)* — 331 *(queas);* III 110—111; 150—159 (*sumus;* sed om. v. 158); VI cons. 592—594 *(abnuit);* Pollent. 67; 225—226.

B. Codex Monacensis (Frisingensis) lat. 6292 membr. in 1° forma maiore, saec. XI: inest fol. 1—83 *Exhortatio Alchuini Levitae ad Vvidonem Comitem:* et hactenus olim codicem pertinuisse nec fuisse ampliorem quaternionum ordo ostendit; addidit manus eadem in foliis 84—162 excerpta varia sententias comprehendentia primum prosaicas, deinde ex Persio, Iuvenale aliis desumptas; quae exarata sunt litteris perpulchris planis largis; post Lucani versus leguntur *De LIBRO CLAVDIANI* haec in foliis 116ʳ—117ʳ: Ruf. I 215—216; 198; 178 (— *nasci*); 179 (— *dari*); 29—36; 249 (— *exsul*); Ruf. II 85; 113; 140; 245 (*mundum* eqs.); 268 (— *nihil*); 300; 319 *(quos)* — 320 *(nihil);* 314 (— *tumens*); 134 (— *caput*); 410; 446—447 *(gerat);* 464 (— *patriam*); Eutr. I 29 *(discrimina)* — 31; 128 *(archana)* — 129 *(uetat);* 172; 187; 350 *(si)* — 355 *(iunctos)*[1]*);* 382; 394; 406; 498 (— *uiri*); Eutr. II 40 *(oma)* — 41 *(nasci);* 77 *(rius);* 134 *Mussant;* 137; 211 *(pridem)* — 214 *(eget);* 380; Pollent. 271 *(nil)* — 273 *(Planctibus);* 369; 457 (*mentem* eqs.); 581 (*ibat* eqs.); 632—633 *(domat — Pauperies);* Gild. 284—285; 372 *(adveniat)* — 374; cui versui adhaeret in fine minusculum vocabularium hoc: *Orion* (Gild. 498), *Dedita* (Gild. 452?), *profanas* (Ruf. I 116), *mapalia* (Gild. 360), *ergo* (ibid. 260?), *ligura* (Pollent. 554), *criniger1* (ibid. 481), *Norica* (ibid. 365), *Macedo* (180), *Strimona* (170), *Ca'nuat* (35)[2]), *Redimita* Eutr. II 185?, 528), dein totus versus Eutr. II 459, *Gliscere* (ibid. 395), *Potit* (218), *Pactolus* (172), *Incudibus* (71), *Caligo* (Gild. 492), *Suffragia* (Eutr. II 49; I 438), *Saxone* (Eutr. I 392); *Semiramis* (ib. 339), *Thoraca* (Ruf. II 260), *Thessalonica* (280), *Spelea* (Pollent. 351). Quae excerpta Monacensia imprimenda dedit Jeepius Mus. Rhen. XXIX p. 78 sq. Contuli ego.

Patet inter *A* 1 et *A* 2 et *B*, quamquam nonnumquam in iis versuum numeri iidem compareant, tamen originis communitatem nullam fuisse. Ceterum duabus rebus distat *A* ab *B:* primum enim illic magis ethica studio philosophico collecta invenies, hic magis studium deprehenditur grammaticum et rhetoricum[3]). Deinde in *A* ordo car-

1) Verba *In cordis homines iunctos* om. Jeepius l. l.; adesse testor. 2) Falso legit Jeepius.
3) Multa enim et maxime in fine vocabularii vel glossarii speciem habent; praeterea Ruf. I 29—36 afferri solitum esse propter adiectivorum observationem infra videbimus (item Ruf. II 85); et a quo tales flosculi exscribi poterant velut *iam regale tumens* aut *prodigiale caput* aut *rimosam patriam* ex Ruf. II 314 et 131 et

minum ille vulgaris regnat[1]) quem etiam in genere primo vidimus: in *B* eadem fere series carminum, sed decurtata, talis scilicet quam habet bonus codex Bruxellensis *C* saeculi XI vel X quamque vel nono saeculo vindicat codex Santenianus (cf. p. CXXX). Quin etiam in lectionum varietate Monacensis constanter cum *C* facit: unde vel hoc explicatur quod ex laude Stilichonis et ex reliquis panegyricis qui ad consulatus pertinent nihil promit Monacensis; desunt hi in *C*, defuisse testatur Santenianus.

Denique Monacensia maxime venerabilia si quis libro, in quo extant, vetustiora atque saeculo X vel adeo IX orta dicat, non contra sim. Anceps de *A* iudicium est: quae excerpta fortasse non antiquiora libris esse videantur quibus continentur: tamen certe in carminibus minoribus consuetudinem satis stabilem electionis obtinuisse docet codex Cheltenhamensis cum genere primo excerptorum idemque cum genere tertio comparatus; et antiquiorem fontem produnt etiam lectiones de quibus infra disseram.

III. Superest enim tertium genus excerptorum cuius doctum consilium id effecit ut ipse ordo carminum neglegeretur. Nam moralia capita compositurus auctor sub titulis variis philosophicis varios sibi Claudiani locos undecumque arcessivit, ut corpus poeticum Claudiani in speculum doctrinae abiret. Exempla sunt

1. Codex Parisinus lat. 15,155 (olim S^{i} Victoris 756) membr. in 8^{0} saec. XIII; excerpta ex variis poetis, fol. 10^{r}—14^{r} ex Claudiano continet. Frustula ibi haec leguntur[2]): Ruf. I 21—23 *(ruant)*; 27—38; 110 (*nec plus* eqs.); Rapt. II 302 *omnia mors aequat;* Rapt. II prol. 5; Rapt. III 227; 290—291; IV cons. 304; Theod. 142—143; IV cons. 501; Ruf. I 199—200; 215—216; Ruf. II 7; I 236 sq. II 17; 19—21; 48—49; 85; 134—136; 152; Gild. 436 immutatus; Ruf. II 166—168; Eutr. II 213—214; 221—222 *(socios)*; III cons. 13—14; 157; Eutr. I 193; III cons. 185—188; IV cons. 99—100; 220; 257; 259—263; 267—277; 295; 300—302; 305; Theodor. 1—6; Stil. I 25—31; 168—169; 340—341; Stil. II 33—34; 36—37; VI cons. praef. 7—8; Pollent. 72—73; Gild. 182; Pollent. 196; carm. min. 48, 11; VI cons. 611—613; Ruf. II 231; 249—250; 298 dimid.; Eutr. I 281 dim.; Ruf. II 300; 440—441; 446; 320—321; 415; 447 dimid.; Gild. 262—265; 320; 385; 384; 451; Eutr. I 6—8; 72—73; 331; 96—97; 75; 128—130; Eutr. II 13—14; Eutr. I 181—185; 187; 233—234; 287; Eutr. II 227 sq.; I 423—424; 495—496; 500 dimid.; 501—502; II 319 dimid.; II prol. 32; II 494 sq.; Nupt. 14; Eutr. II 499—501; IV cons. 401 dimid.; Eutr. II 594—595; Eutr. II praef. 37—38; 61; Eutr. II 7—8 *(lavant)*; 18—19; IV cons. 222—224; Eutr. II 50—53; 149; 224—215 *(dies)*; 453; 545; 584 dimid. — 585; IV cons. 334 *(multis)* — 335 *gaudia;* 621; Theodor. praef. 3—4; Theodor. 187—188; 227—228; Stil II 103—109 *(geras)*; Stil. II 13; Theod. 239—241 *(quies)*; Pollent. 62—63; Poll. praef. 11—13; Poll. 14—15; Stil. II 220 *(bona mens — favori)*; 326—327; VI cons. 248—249; IV cons. 220; VI cons. 305—307; 402; 586; Pollent. 208—209; 62—63 (sed rursus del.), 67; 93—94; 262—263; 295; carm. min. 6, 3; 8, 1; 9, 32—34; 11, 1—2 *(ruunt)*; 22, 31 *(rumpit)* — 32; 25, 81—82; 30, 225; 40, 5—6; 41, 9; 43, 5 et 9; iterum 6, 4 et 2; 13, 10; Stil. II 132—136; Pollent. 647; Stil. II 157—158; carm. min. 48, 11 (idem ut supra); Stil. III 113—115; VI cons. praef. 1—5; 8; IV cons. 336; VI cons. 249; 585; 586; 610; Stil. II 125; Eutr. II 155; 244—245.

Loci ordinantur sub notionibus moralibus; ita aliis adscriptum est *mors*, aliis *avaritia*, deinde *fortuna ceca*, rursus *avaritia*, dein *virtus, fama, eunuchus, iudex bonus* et lemmata eiusmodi plura.

2. Codex Parisinus lat. 3318 membr. in 4^{0} saec. XIV; codex ipse doctrinae ecclesiasticae collectanea diversa continet: cum quibus non cohaerent alligata eius folia ultima 157 sqq. quae Claudianeam sapientiam prae se ferunt. Incipit fol. 157^{r}: *Claudianus de virtute;* sequuntur loci sat multi: fol. 157^{v} *De exaltatione malorum;* adscripta sunt Ruf. II 440—453, I 21—23; *De diversis donis:* adsunt Stil. I 25—28; 31—32; *De adiectivis:* affertur Ruf. I 28—38 ita ut hoc loco artem grammaticam et rhetoricam usam esse appareat. Sequuntur quasi exempla moralia historiae ipsae abbreviatae

164 nisi a phraseologo et rari sermonis curioso? Rhetorico studio placuit ille locus Eutr. I 350—355 qui in nullis aliis excerptis occurrit.

1) In Oxoniensi coll. Exon. duo illi loci turbant ordinem quibus asteriscum adpingi iussi; tamen ordo perspicuus est. 2) Haud raro versus quos indico non totos, sed particulas tantum eorum extare scito.

Rufini maxime atque Eutropii. Manus clerici atque magistri eo detegitur quod adsunt vv. Ruf. II 140—153, sed omisso versu 141 ubi dei memorantur; Stil. I 101 pro *Communes* interpolatum est *Coelestes*. Addo conspectum locorum: IV cons. 200 (*virtute* eqs.); Theodor. 1—6; Stil. II 32—36; IV cons. 222—227; 255—268; 271—283; 290—302; Stil. I 168—169; Stil. III 110—111; Stil. II 16—21; 25; 299; IV cons. 303—305; Stil. II 160—162; 113—115; 131—138; 145; 102—109; Ruf. II 440—453; Ruf. I 21—23; Stil. I 25—28; 31—32; Ruf. I 28—38; 89—93; 97—111; 176—182; 186—192; 196—219; 297—300; 220—221; 230—240; 241—245; Ruf. II 11—21; 166—168; 49—53; 46—48; 137—140; 194—198; 199—204; 228—231; 235 et 231 contracti; 238—239; 246—247; 261; 266—268; 276; 275; 285—290; bell. Gild. 21—25; 238—240; 260—261; 271—274; 277—278; 284—285; 270; 380—387; Eutr. II 50—54; Stil. I 15; Eutr. II 327—332; VI cons. praef. 1—5 et 8; Eutr. I 181—186; IV cons. 265; Eutr. II 7 sq.; 10—14; 19.

Iam in genere tertio[1]) exemplum 2 ex exemplo 1 pendere nemo contendet. Vides igitur quam multos pratum Claudiani ad florilegia semper nova allicuerit. Ceterum communia satis multa sunt Parisini 15,155 cum Cheltenhamensi qui est generis secundi, ut etiam in libertate valuisse consuetudinem negari non possit.

Quam consuetudinem electionis ipso saeculo XII firmat etiam Ioannes Saresberiensis; is enim Policratico suo locos Claudiani hos inseruit: Ruf. I 35—36: *Est* (sic) *luxus populator opum cui . . . egestas* (Policr. III 12 Claudiani nomine non adiecto): IV cons. 296—302: *In commune iubes . . . cum principe vulgus* (Pol. IV 4 'celebre est illud versificatoris egregii sensum et verba magni Theodosii exprimentis'); IV cons. 282—283: *non extorquebis . . gratia donat* (Pol. V 5 'Autore Claudiano Theodosius ait') et IV cons. 276—283: *Sis pius . . . . gratia donat* (Pol. V 7 'Inde est illud imperatoris aut si mavis versificatoris egregii dum tamen idem eos sensisse non ambigas'): IV cons. 257—268: *Tu licet extremos . . . . respectus honesti* (Pol. V 8 'tale est illud quod sub nomine Theodosii praecipit Claudianus'); IV cons. 290—295: *Qui terret . . . . sed publica vota*[2]) (Pol. VIII 23 'hoc quidem apud Claudianum astruit Theodosius: ait enim'): denique in vitae S. Anselmi c. 7 invenitur locus IV cons. 299—301: *componitur orbis . . . quam vita regentis.* Elucet similitudo locorum illa quam dixi; tamen si qua anthologia magnus clericus usus est, amplior illa fuit libris generis secundi, potest hausisse ex genere primo.

Magis etiam huc pertinet Vincentius ille Bellovacensis eruditionis saeculi XIII compilator giganticus, qui varia aliorum florilegia recolligens novum inde pratum composuit, maluit tamen vocare speculum doctrinale. Hic primum quidem libri XVIII capite 104 quod inscripsit *De Claudiano poeta et flosculis eius* anthologiam hanc inseruit de qua referam. Sic ibi praefatur: *Tempore theodosii claudianus gentilis poeta romanus claruit. In duobus libris metricis claudiani maiori scilicet et minori multa sunt proverbia notabilia de quibus hic pauca subieci.*

Sequuntur loci quibus inscribitur *Claudianus in maiori:* Eutr. I 424—425 (*tenero — maiestas*); II 18 sq. (*trunc.* etc.); II 50 (*— amor*); Ruf. II 326 sq.; Eutr. II 7; IV cons. 259—262; 264 sq.; Ruf. I 21—23; IV cons. 294—295; Eutr. II 591; IV cons. 299—300; Stil. II 132—133; IV cons. 302; 305; 267—268; 227—229; c. min. 43, 9—10; Stil. II 326—327; Stil. III praef. 6; VI cons. 608 sq.; Pollent. 208. 262 (*— metus*); VI cons. 145 (*— pavor*). Sequitur *Idem in minori:* Rapt. II 302—303; III 28 sq.

Praeterea Vincentius in aliis quoque operis partibus Claudiani proverbiis prout res tulit usus est, et multa ex eis quae modo enumeravi repetens et alia non pauca adiciens[3]). Itaque occurrunt ibi praeter illos locos etiam hi sine ordine: Eutr. I 181; II 7;

1) Cui etiam accensendus esse videtur codex Atrebatensis bibl. urbis 64 saec. XIII quem similem esse Parisino 3348 indicavit Maass. 2) Ibi v. 293 *artes* pro *arces*. 3) Extant Speculi doctrinalis libri V cap. 13: IV cons. 501, Theod. 1—3, VI cons. 610, Pollent. 208; ibid. cap. 15: IV cons. 259—261; Eutr. II 7; IV cons. 336; Stil. II 326—327; ibid. cap. 64: Eutr. II 594, Theod. 224—226 (*canducrint*): 227 (*diis*) — 229 (*potest*); ibid. cap. 78: IV cons. 336; cap. 82: Eutr. II 18—19; cap. 90: IV cons. 267—268; cap. 94: IV cons. 336; cap. 109: Eutr. II 50, VI cons. 610; cap. 111: Pollent. 208;

IV cons. 276—277, 299—301, 336, 501; Theodor. 1—3, 224—226 *(canduerint)*: 227 *(diis)* — 229 *(potest)*; 239—241 *(quies)*; Stil. III 114 *(numquam)* — 115 *(pio)*; VI cons. 305, 610; Pollent. 262—263 *(via)*; c. min. 40, 6; Rapt. II 294—302 *(equat)*; 302—304; Rapt. III 227 (*teneris* eqs.), 290 *(rabiem)* — 291 *(potest)*.

Haec Vincentius; qui quidem aliquod florilegium expilaverit necesse est; id tamen nullum fuit eorum quae noverim generis secundi vel tertii; nam in his desunt e. g. versus Eutr. I 124—425, Rapt. II 294—302. Sed ne primi quidem generis codice tali qualis est Parisinus 7647 vel Escorialensis Q I 14 usus est; nam etiam in his desunt vel deesse videntur Raptus versus illi II 294 sqq. Nihilominus plerorumque locorum delectus is est ut conexus Vincentii artissimus cum excerptis I et III et II A statui possit; id quod etiam scripturarum singularium comparatione infra firmabitur.

Iam vero in hanc vilissimam operam monachorum qui nimium temporis et accurationis impendere perget, semper verebitur ut operae pretium faciat, orieturque ex paenitendo poenitentia. Mihi excerptorum libros hos qui supersunt neglegere placuit: codex Laurentianus plut. XC sup. 87 membr. saec. XIII[1]), codex bibl. Lambethanae n. 121 saec. XIV[2]), Bruxellensis 10101 saec. XIII[3]), Parisinus 13,582 saec. XIII[4]), cod. Musei Britannici 18459 saec. XIII[5]), Bernensis 688 saec. XIII[6]), quique inferioris aetatis sunt, Parisinus 8818 saec. XV[7]), Bernensis 576 chart. saec. XV[8]), Barberinus VIIII 19 saec. XV[9]), cod. Musei Britannici Tit. D 20 saec. XVI[10]), Chisianus J IV 96 saec. XVII[11]). In codice Rawlinsoniano n. 5528 qui habet 'flores auctorum' adesse Anticlaudianum, contra deesse Claudianum testatur Vogel. Denique hic locum habeat nomen Camertis, cui sub finem editionis anni 1540 fol. F III 'aliquot sententias excerpere placuit', vix tamen excerpsit ipse[12]).

Iam ad textum poetae emendatius retexendum si quid lucri ex hisce florilegiis capi putasti, spes fere tota fefellit. De qua re haec teneas velim.

Pretium singulare florilegii minusculi Monacensis hoc est: inde enim quod cum

cap. 112: idem; cap. 113: VI cons. 115; cap. 121: Eutr. II 50, VI cons. 608—609; cap. 122: IV cons. 305; cap. 131: Rapt. III 290—291; cap. 137: Theodor. 224—226; cap. 145: c. min. 43, 9—10; cap. 164: Stil. II 132—133; Rapt. III 28—29; cap. 169: Eutr. II 594; libri VI cap. 2: IV cons. 276—277; Theod. 239—241; Stil. III 114—115; cap. 3: Stil. III praef. 6; cap. 6: IV cons. 299—301; cap. 9: Eutr. I 181; cap. 13: Rapt. III 227; cap. 17: IV cons. 261—265, 267—268; cap. 18: Eutr. II 50; cap. 32: IV cons. 305, Stil. III praef. 6; cap. 53: Stil. III praef. 6; cap. 58: c. m. 40, 6; cap. 73: idem; cap. 75: c. m. 13, 9—10, Rapt. III 28—29; cap. 84: VI cons. 610; cap. 85: Ruf. II 320—321; cap. 92: idem; cap. 112: Rapt. II 291—302; cap. 118: Rapt. II 302—304; cap. 125: Rapt. III 28—29. Omnia fere fragmenta ita inducit Vincentius ut *Claudianus in maiori* (vel *in maiori volumine* V cap. 15) supra scribat, nisi quod Raptus locis omnibus *Cl. in minori* praescriptum est.

1) Rhetorica Ciceronis; in folio uno excerpta ex Iuvenale Ovidio Horatio Claudiano Seneca a m. recentiore; loci sunt Eutr. II 211—214 *(eget)*; Stil. II 114 *(gurges)* — 118; denique Ruf. I 1—19 ubi memorabiles lectiones v. 5 *maris* et *amnisque*, 13 *Conspicerem*. 2) Nonnulla ex cc. de IV cons. et in Eutr. 3) Nonnulla ex III et IV cons., Manl. Theod., Stil., Ruf., Eutr., Nupt., carm. min. 32 (?). 4) Habet fol. 165^b Eutr. I 181—188 *(timet)*; 190—193; II 50—52; 149 (— *movent*); Pollent. 262—263 *(via)*; carm. min. 43, 5; 48, 11; 43, 9—10 (et ibi *peius*). Patet hoc excerptum pertinere ad genus tertium. 5) „Flosculi Claudiani poete"; Eutr. I 123, II 18 sq., alia ex IV cons., Manl. Theod., Stil., Pollent., VI cons., Raptu: similitudines habet cum cod. Cheltenh. 6) In quo sub n. 6 excerpta ex Rufino; cf. H. Hagen catal. 7) Fol. 24: incipit Ruf. I 200 sq., plura ex Ruf., Eutr., IV cons., Manl. Theod., Stil., Polleut., VI cons., rursus IV cons. 8) Magnum florilegium; ibi sub n. 53; cf. Hagen l. l. 9) Insunt librorum in Ruf. excerpta. 10) Fol. 136 Ruf. I 45 sqq. 11) Continet in initio et in fine flores ex Raptu I, III cons., IV cons., Rufino, quae nullius nimirum pretii sunt. 12) „Multiplices ex intimo phylosophiae sumptae sententiae. Ex quibus aliquot excerpere placuit: videlicet"; sequuntur loci Ruf. I 22, 86, 200; II 7, 131 sq., 506; Gild. 264, 270; Eutr. I 56, 130, 138, 181, 188, 443; Eutr. II praef. 12; Eutr. II 5; 50—51; 52; 53; 149; 155; 213; 245; Fesc. 4, 11; 13; III cons. 188; IV cons. 100; 110; 222; 273; 277; 295; 296—301; 302; Manl. Theod. 1; 5; 6; 190; 227; 239; 240; Stil. I 25; 168; II 132; 133; 149; III praef. 6; III 111; VI cons. 64; 609; Pollent. 62; 72; 72—73; 91; 92; 272; carm. min. 22, 10; 30, 149; 41, 9; 11, 2; Rapt. III 197. Apparet haec non ipsum collegisse Camertem, sed ex manuscripto sumpsisse, cuius similis indoles fuit generi II A 1 et III 1.

Bruxellensibus lectionibus *C* plane concordat, eam carminum conformationem, quam Bruxellensis ille repraesentat, decimi saeculi esse etiam magis probatur: unde pensitata libri Santeniani affinitate iam etiam ad nonum facile ascendere dabitur. Propriae autem florilegii lectiones cum paene nullae inveniantur [1]), in hac eius laude acquiescendum est.

Ne in ceteris quidem florilegiis Claudiani maioris textum correctiorem tradi scito quam in codicibus iis Claudiani quos in apparatum transcripsi.

Genus excerptorum primum maxime differt a libro *C*, item ab *E*, fluxit ex libro libris *VP* non absimili sed ita, ut magis cum *P*, exinde etiam cum *H* et *BA* conveniat [2]).

Genus tertium illustrabunt hae scripturae: habet Parisinus 15,155: Ruf. II 135 *metullis*, Eutr. I 287 *fedum est* (= *CHPB*), II 19 *secure vivere*, Pollent. 295 *geminant* cum plerisque et bonis, VI cons. 611 *muneris* (ita ς); Parisinus 3348: Stil. II 35 *permittere*, IV cons. 274 *nil* (= *HP*) et *tenebrasque*, 275 *obstrusos* (= *PA*), 298 *retat* (= *PAB*), Ruf. I 234 *perimit* (= A^2*VC*), Eutr. II 19 *secure degere*; uterque liber IV cons. 259 *si pura cupis*; singularia Parisini 15,155 haec vide: Gild. 263 *asportet*, 451 *melius* pro *satius*, Eutr. II 61 *lenonum*, Pollent. praef. 13: *in tanto studium cessare laborant* (cf. *E*).

De generis secundi codice Cheltenhamensi ex his iudicari potest: Ruf. I 218 *fremerent*, II 49 *Heuheu*, Eutr. I 287 *fedum est*, 502 *cadet*, IV cons. 259 *si parua cupis*, Eutr. II 19 *securum uiuere*; quem melioribus libris propiorem ostendit maxime Ruf. I 97 *demonio tradente dolos artesque nocendi*; illud *demonio* excerptor adiecit, ceterum alienus hoc loco fuit a librorum *HPB* interpolatione. Denique singulare habet Ruf. I 111: *scelerum quicquid*.

Sed etiam diversorum generum communia sunt; et primum nonnullos versus in florilegii usum liberius immutatos una offerunt, ut ab uno auctore has immutationes profectas esse appareat. Ita in Parisinis 7647 et 17 903 et 15 155 sic scribitur carm. min. 48, 11:

Augescit doni brevitas donantis amore;

item in iisdem c. min. 43, 5:

In prolem dilata ruunt peccata parentum;

in iisdem etiam c. min. 9, 34:

Ipsa suum doctique regit;

porro in Parisinis 17 903 et 15 155 et Cheltenhamensi sic pari modo scribitur b. Pollent. 72:

Non habet eventum nimius furor (vel *faror*):

denique in Parisinis 17 903 et 15 155 sic Stil. II 220:

bona mens aliorum prona favori.

Indidem explicandum quod etiam carm. min. 22, 31 lectionem singularem *rumpit* pro *secuit* praebent et Parisinus 15 155 et 17 903. Veritatem in his et similibus frustra anquires, nec vero in hac lectione quae sequitur: carm. min. 43, 10 Parisinus 7647

1) Affero omnia, etiam orthographica, quibus differant haec excerpta a verbis poetae quae edidi: Ruf. I 215 *beatos*; 198 *Iungantur solium croesi cyriq; tiarę*; 178 *Illicet* (*C Ilicet*); 29 *herebi*; 31 *locto*; 33 *merens*, 35 *adherens*, 249 *exsul*. Ruf. II 85 *merent* et *pelito*; 113 *pnitior* et *garunnę* (*n* alterum a m. 1, sed ex corr.); 320 *Illicitum*. Eutr. I 31 *conditionis* et *uno* (cum plerisque); 128 *archana*; 129 *inuida* (sic pro *infida*); 353 litterae *iuga fru* in ras. m. 1; 355 *assuetum*; 356 *cocleis*; 383 *sicābria*; 406 *pirineiq;*; Eutr. II 212 *inpacatisq;*; 213 *ac* (pro *at*); Gild. 284 *massilas* et *romouete* (sic); 373 *sicābri*; 374 *affrica*. Vides orthographiam plerumque plane emendatam, velut Poll. 81 *dicionis*, Gild. 374 *rhenum* sim. 2) Habet Parisinus 7647 e. g. Ruf. I 43 *tunc*, 44 *rabidis*, 47 *corrumpit*, 55 *delapsa*, 65 *laxare fidem*, 69 *tuetur*, 95 *Oscula* (pro *Ubera*), 96 *ora* (pro *membra*), 97 *artemque*, 101 *tarchesiacis* ut *H*, 113 *perducam*, 165 *intuitu*, 204 *angustior*, 205 sqq. *tibi* et *mihi*, 218 *fremerent*, 224 *ex tantis*, 227 *partus*, 231 *mittit* (*perimit* ibi corr.), 253 *Chiron*, 256 *omnes*, II 51 *dicitur*, 72 *abnegat*, 74 *potestas*, 346 *nudum*; peculiaria in eo haec vidi: Ruf. II 84 *latii mutare togati* (vel *togeti*?); Ruf. I 178 *Protinus* pro *Ilicet*: c. min. 22, 31 *rumpit* pro *secuit*: de peius illo quod habet c. min. 43, 10 vide supra.

tradit *Has sepius* (sed *sepius* linea traiecit et *peius* supra scr.) *nati dextra refundit opes;* Parisinus 15 155 ingenue hoc: *Has peius nati* eqs.: item *peius* Vincentius [1]), item Parisinus 13 582 (de quo cf. p. CLXXVIII adn. 4): contra in omnibus Claudiani libris quos novi legitur potius: *Has eadem nati.* Ibi corruptelam subesse videri monuit Kochius: corrigere conatus est Buechelerus.

Ceterum ex Vincentio Bellovacensi haec enotavi: versu IV cons. 259 bis tradit *si plura cupis* et l. V cap. 15 et l. XVIII cap. 101; ibi genus tertium *si pura cupis* offerre vidimus; potest illud ex hoc ortum esse; idem Vincentius, ut per neglegentiam peccata omittam [2]), praebet Eutr. II 7 *errores,* Theodor. 2 *fascibus,* Eutr. II 19 *secure vivere,* Eutr. I 181 *tendit* pro *surgit,* Rapt. II 304 *Impia* pro *Improba.*

Sunt quae proprio Marte mutasse videtur eo consilio ut proverbium rotundius evadat, ita IV cons. 268 *mentem domitet.* Sunt eodem consilio mutata, in quibus consentiant cum eo etiam alia florilegia. Ita Theodor. 227 *ille est* Vinc. et Parisin. 7647, in Parisin. 15 155 *est* supra versum additum, om. Cheltenh.; Eutr. II 18 *truncentur* et Vinc. et Paris. 15 155; Eutr. II 50 Vinc. et Paris. 3348 et 7647 *Heu* pro *Sed,* Paris. 15 155 *Ha,* Cheltenh. *O;* carm. min. 43. 5 et Vinc. et Paris. 15 155 *Quas male collegit fallacis!;* c. min. 40, 6 iidem ambo *Magnas ingenii* [3]) *copia vincit opes;* Eutr. II 594 pro *Nec adeo* Vicentius *Nec,* Paris. 3348 et 7647 *Ne;* Ruf. II 320 *multis delicta fuere Nexus amicitie* et Vinc. et Paris. 7647 et 17 903; Pollent. 262 *Est malus* pro *Sed malus* Vincent. cum Paris. 15 155 et 7647 et 13 582; Rapt. III 227 *teneris est* pro *teneris heu* Vinc. cum Paris. 15 155; Rapt. III 291 *nulla quies placare potest* idem cum eodem.

Emendationes ex Vincentio expiscari se posse quis sperabit? Adferri ex eo nihil possit nisi forte versus IV cons. 301, ubi modo *quam* tradit (VI cap. 6), modo *ut* (XVIII cap. 101), quorum illud tutantur libri boni omnes; hoc in deterioribus vix duobus (Moreti uno) inveniri testatur Clercq neque ibi deberi videtur nisi facili coniecturae grammatistae.

Et haec quidem de excerptis Claudiani. De scholiis brevissimus ero. Excessit enim et concessi temporis et virium modulos munus scholiorum et collationis et collectionis; idque, quod fere intactum reliqui, si quis vel acrior animo vel otiosior sustinebit, operae pretium eum facturum esse non prorsus nego. Sunt autem pauci omnino libri, ni fallor, saeculorum XII—XIV, in quibus glossator verborum explicatum maxime interlinearem non dederit, sat multi etiam, qui scateant scholiis marginalibus perpetuis partim paraphrasticis partim historicis vel fabularibus. Et specimen parvum quidem Clercqius ex Heinsii copiis apud Burmannum p. 805 expressit desumptum de cod. Oxoniensi Heinsii primo, ubi Gildonis historia enarratur; ampliora ex eodem libro (Oxon. Bodleiano Auct. F 2, 16) edidit Haverfieldius in diario philol. Angl. XVII p. 271 sq. quae pertinent ad Ruf. l. I et Raptum l. I. Ceterum etiam in commentarii continui formam scholia quamvis raro redigebantur, cuius tamen rei exempla omnia destructa videntur: unius frusta extant in cod. Vaticani 5157 membr. 8° saec. XIV integumento interiore quae ibi scripta sunt a manu non satis antiqua: item in Florentini bibl. nationalis VII 111 membr. 8° saec. XIII tegumento interiore scholiorum Claudiani continuatorum relliquiae extant: tertium exemplum in involucro cod. Parisini biblioth. universitatis s. II, 2 saec. XIV repertum est, ubi quae extant contulit C. Pret, edidit E. Chatelain in revue de philol. VIII p. 81 sqq.; etiam hoc fragmen est, scriptum autem a manu antiquiore quamque saeculo XII adiudicavit editor.

Ceterum scholiis maxime abundare memoro in Claudiano maiore libros hosce:

1) Bis ita exhibet versum: VI cap. 75, XVIII cap. 101, cum V 145 per errorem *penis* impressum sit.
2) Ita ille IV cons. 501 *Perdurat*] *Producit,* Theodor. 2 *nitet*] *vitet,* 3 *plausu nec petit;* Eutr. II 7 *puppe*] *quippe* aut *puppi;* Stil. II 326 *repertum*] *quaesitum,* Rapt. II 297 *cedunt,* II 302 *(a)equas* (VI cap. 118; *equat* recte XVIII c. 101); IV cons. 267 *quid* bis] *quod* bis; IV cons. 228 *ira*] *ita.* Pollent. 208 *inopina* recte praebet V cap. 111 et 112, falso *inopia* V cap. 13, XVIII c. 101; Stil. II 326 semel falso *serrare* (V cap. 13), semel recte *serrasse* (XVIII cap. 101). 3) *Ingenii* Vincentius VI cap. 73, *ingenia* ibid. cap. 58.

H = Parisinum lat. 8082 saec. XIII (etiam in Raptu) ubi et carminum ipsorum breviaria praemitti solent et in rebus historicis et fabularibus Vergilius, Livius, Fulgentius al. adferuntur; *B* = Borbonicum IIII E 17 saec. XIII; Cheltenhamensem 16304 saec. XIII; Cheltenhamensem 9155 saec. XIII (pars scholiorum a m. 1); Florentinum bibl. nationalis VII 141 saec. XIII; *W* = Antverpiensem III 59 saec. XII—XIII (etiam in Raptu); Burneianum 167 saec. XIII (in quo tamen pauciora); Vaticanum 2807 saec. XIII—XIV (etiam in Raptu); contra sola paraphrasis interlinearis in Parisino lat. 8295 saec. XIII et aliis;

in Claudiano minore praeter Parisinum *H* et Vaticanum 2807 et Antverpiensem *W* etiam hosce: *S* = Parisinum 15,005 saec. XIV, Marcianum class. XII cod. 10 saec. XIII, Antverpiensem n. 71 saec. XIII, Vaticanum 1663 saec. XIV, Barberinum VIII 41 saec. XIII, Ottobonianum 2859 saec. XIV—XV (cod. Musei Britannici 10,091 saec. XV).

Contra Panegyricus Probini et Olybrii scholiis fere carere videtur: certe caret in Parmensi 2504, Florentino VII 141, videtur carere in cod. Atrebatensi 438 et Antverpiensi III 59, Laurentiano pl. 33 cod. 4, Neapolitano IIII E 17.

Iam commenta ista et interpretamenta antiquioribus saeculis orta esse non videntur. Vix enim casu evenit ut libri antiquissimi eis vacarent. Vacat non solum Gigantomachia in Sangallensi *G* saeculi IX, sed etiam Veronensis *R* eiusdem aetatis[1]; pauca temptamina leguntur in Bruxellensis *C* saeculi ut videtur X primis foliis; incipit in eo Claudianus fol. 11ᵛ, scholia rara usque ad fol. 43ʳ tantummodo nec plura leguntur. Sed etiam ex Vaticani optimi *V* prima parte de scholiis nemo rettulit; convenit quod etiam in Parisino *P* satis rara sunt. Claudiani legendi et describendi zelos mirum quantum increbruit librariorum manus occupans a fine saeculi XII per saeculum maxime XIII. Illius aevi studium atque doctrina etiam interpretandi enarrandi explicandi Claudiani munus suscepisse videtur; cuius rei non solum libri cum scholiis supra enumerati testes sunt; sed etiam tum maxime excerpta illa Claudianea composita, quibus historia Rufini, Gildonis, Eutropii simil. in brevius contrahebatur (cf. p. CLXXIII sq.); tum maxime ipse ordo carminum historica ratione ita mutatus est, ut rerum gestarum tempora et anni in eo respicerentur (cf. p. CXXXIII). Quae studia illustrantur vel breviariis satis accuratis, quae in *H* carminibus singulis praemittuntur; eorum unum introducitur ita ad carm. de IV cons. v. 1: *Circa finem huius libri aperte exprimit quod de quarto consulatu hic loquitur. praemissis laudibus innumeris, a natura, a conuictu, a factis parentum et propriis et ceteris locis quos facile est notare. tandem circa finem libri explanat qualiter consul factus fuerit honorius. hoc ordine agit;* tum sequitur ipsum carminis breviarium.

Historici ex scholiis his nova doceri vix poterunt. Magnum illud codicis Oxoniensis de Gildone scholium ex Orosio VII 36, 2 sqq. sumptum esse apparet[2]. Specimen quod Haverfieldius edidit quid valeret ipse fere sensit; citantur ibi ut fit Vergilius, Lucanus, Fulgentius, alii. Dignius quod hic inseratur hoc scholium puto, quod solum et unum

---

1) Nisi contra quis adferat quod *R* in Laude Herculis numeros II III IIII ad vv. 75, 103, 119 adscriptos exhibet quasi actorum Herculis indices. 2) Sic Clerequius dedit apud Burmannum: *Mortuo Theodosio Iuniore* (erravit; nempe apud Orosium Gildo inducitur post *Theodosii parvi* mentionem) *Gildo comes Africae arbitratus parvam in parvulis spem fore se. Honorio et Arcadio, Africam viribus propriis coepit usurpare. Huius frater Mazelzer* (nempe *mascelzer* cod. Orosii 𝔅) *germani perfidiam perhorrescens in Italiam rediit. Gildo duos eius filios, quos pater reliquerat, circumventos occidit. Mazelzer sciens a Theodosio quantum omnino homines in rebus desperatis per fidem impetraverint. Scapanam* (ita pro *Caprariam*) *insulam adiit, inde secum sanctos viros abducens, cum quibus dies aliquot ieiunium continuavit ante triduum quam hosti contiguus fieret. Vernit nocte beatum Ambrosium paullo ante defunctum, quo victoriam caperet, diem sibi indicantem et locum. Ac tertia die hostes suos et Gildonis auxiliares sine bello dei nutu in deditionem accepit. Gildo ipse fugam arripiens adscensa navi Africam rediit et ibi post aliquot dies strangulatus interiit.*

excerptor Florentinus *E* ex codice quo usus est vetusto transcribendum sibi existumavit. Sic igitur ad III cons. 63 *(Interea)* adnotatum est in excerptis *E: In codice vetusto inveni: Eugenium Tyrannum significari quem Arbostages* (sic) *Comes aput Viennam dolose strangulato Valentiniano imperatore mox imperatorem crearit Titulo tenus ipse* (?: scriptum est *upe;* an *rei publice*?) *imperium gerens barbarus homo et romanis barbarisq; copiis subnixus. Theodosius constantinopoli Honorium filium designauit imperatorem profectusq; in hostem ventis et hymbribus adiutis* (sic) *Eugenium cepit et occidit. Arbostages ipse gladio incubuit. De h° et Augustinus in L. de ciui. dei.* Multa vero eiusmodi extitisse in codice illo vetusto equidem non spoponderim; nam *E* certe nusquam alibi inde aliquid sibi repetendum esse vidit.

Rem metricam brevissime attigit librarius Vaticani *V* in inscriptione primi carminis Fescenninorum. De reliquis Fescenninis conferatur si otium sit Chisianus II VII membr. saec. XV. ubi haec: *ode secunda prosphonetice ad loca et gentes de connubio imperiali hexastrophos tetracolos: — Ode tertia monocolos epenctice* (sic) *ad Stiliconem socerum carmen anapaesticum: — Ode quarta fescenninus coniugalis Carmen choriambicum asclepiadeum monocolon.*

Ex Parisini illius commento quod edidit Chatelain paucas lectiones in apparatum criticum admisi, neque vero inde fidem lectionibus aut valde corroborari opinatus sum aut omnino derogari.

Explicit de scholiis et excerptis; superest de editionibus disputatio.

VIII. DE EDITIONIBVS NONNVLLIS CLAVDIANI.

Medio aevo exeunte quanto opere apud litteratos homines adaucta sit Claudiani poetae gratia atque auctoritas, libri servati declarant multi multorum in usum nec pauci docta manu exarati. Et scriptores quidem eorum temporum quatenus eius artem sectati sint inquirere supersedi; pro exemplo ponatur et nomen eius et versus ipsos excitari in Fontibus rerum Bohemicarum[1]). Item eius aevi poetae quales sunt Michael Marullus Tarchaniota, Sanazarius, Hercules Stroza, aut egregie fallor aut alieni non sunt a Claudiani memoriis[2]). Primum autem excusus est anno 1482.

---

1) cf. tom. III (1882) in „Concione Adalberti Ranconis de Ericinio in Boemia, scolastici ecclesiae Pragensis, quam ordinavit pro die deposicionis seu sepulture Karoli N Ro. imp.“, p. 434: *cum Claudiano in secundo libro quem in Ruffinum scripsit sub titulo regni Boemiae dicere possum . . . quanam ratione tuebor* eqs. (Ruf. II 11 sqq.); ibidem: *quis tamen populi vultus erat in morte scilicet Caesaris teste Claudiano . . . que murmura furtim* etc. (Ruf. II 86 sq.); ibidem: *egregius poeta Claudianus in primo libro quem scripsit in Eutropium vel secundum alios de laude Stiliconis qui incipit: quem populi plausu . . . adspice Roma virum* (De consul. Stil. III 1 sqq.), *de ipsa Roma pangico stilo loquens et Stiliconem Romanum consulem alloquens sic dicebat: proxime diis consul* eqs. (Stil. III 130—161); denique p. 437: *Qua igitur te o cesar laude feram qui pene ruenti . . . iam ceca magistro; Claudianus libro I in Rufinum* (v. 273 sqq.). De his monitum debeo Gualtero Friedensburgio.

2) Marullum primum inspexi; in cuius hymni qui Soli inscribitur initio haud pauca leguntur ex Raptu Pros. delibata; manifestius etiam Marullus in carmine De princ. institutione vestigia premebat Claudiani (cf. Belisarii Aquini „aliquot aurei libelli“, Basil. 1578 quibus carmen Marulli adnexum est p. 201 sqq.): ibi est p. 207 *exceptum de matre cadentem*, cf. Ruf. I 92, p. 209 *respectus honesti* cf. IV cons. 268, p. 210 *Interea studiis musarum adsuescere debet* cf. IV cons. 396, p. 212 *marcentes epulis passim luxuque fluentes* cf. IV cons. 217 et Eutr. II 434, p. 215 *pulmonis anheli* cf. Ruf. II 415, p. 221 *veterum quid ego exempla revolvam* cf. Eutr. I 474, p. 216 *mandatricem operum media procul arce locato* cf. IV cons. 236; et a paneg. de IV cons. perlecto potissimum profecta esse videtur Marulli meditatio. Ad alios huius generis me misit Ivo Bruns; et Sanazarius De partu virginis non immemor fuit, ni fallor, Raptus Proserpinae; in carminum codice Pontani (ed. Basil. 1531) Claudianeas memorias non sensi nisi forte in „Eridani“ libro I p. 333 *Ticinus et Addua fonteis* et *Mincius* compositi (cf. VI cons. 196) vel in „Uraniae“ libro I p. 83 *redolentibus auris* (de papilla; cf. c. min. 30, 87) et p. 87 *deciesque rotatum aera per vacuum patriis allisit in arvis . . . trahit icta gravi de verbere hiatum Terra* (cf. Eutr. II 168 sqq.). — Memorabile puto quod Gigantomachiam illo saeculo scribere aggressus est Hercules Stroza, quam tamen et hic perinde atque Claudianus imperfectam reliquit (cf. „Strozii poetae, pater et filius“ ed. Aldina incerti anni fol. 97 sqq.); Cybelen ibi contra Jovem inducit declamantem, Mercurium Jovis legatum, gigantas Enceladum, Typhoeum, Echionem, denique p. 98r adest nomen *Caci:* flosculos nonnullos, pauculos tamen ex Claudiano ipso decerptos puto, ut v. 14 *Imperat acciri* ex Rapt. I 77, v. 49 *cum subiit* ex Gild. 60, v. 101 *velabant tempora quercus* ex Stil. III 72; item nescio an illo *animorum elanguit ardor* de Rapt. I 35 admoneamur; nec non sumptum est ex Claud. VI cons. praef. 19 sq., quod ille v. 5 sibi canendam proponit *Laetitiamque deum domitae post praelia Phlegrae.* — Procedente vero aetate promum quasi et condum dictionis Claudianum sibi elegit e. g. Frischlinus, cuius opera epica prodierunt Argentorati a. 1598; ibi habes De astronomico horologio p. 75: *Non mihi ahena soneut centum si vocibus ora Perque mea insinuet totus se pectora Phoebus Omnia percurram* (videtur igitur *resonent* legisse in paneg. Prob. et Ol. 55) et p. 76 *syncera bonorum Congeries, in quo veteris vestigia recti Agnosco et mores ductos meliore metallo* (ecce fur impudentior; cf. enim Theod. 135 sq.) et *licet aere vetusto*

Atque editionum Claudiani vetustiorum recensum obtulerunt Jo. Alb. Fabricius in Bibliothecae Latinae tom. III ed. Ernesti p. 199sqq.[1]) et Matthias Gesnerus in editionis p. XVIsqq. et p. XXVsqq. et A. A. Barbier in Artaudii editionis tomi III appendice. Hoc loco de editionibus iis tantum per electionem disputandum erit quae ad veras lectiones Claudiani instaurandas aliquid utilitatis habere videantur sive inniti videantur in manuscriptis. Ex quibus una eminet indole qua utitur singulari, in auctoritatum aestimatione locum haud infimum sibi vindicans. De Ugoletina, Viennensi et Aldina copias inspexi Ludovici Schneideri iuvenis diligentissimi, qui quae hac in scrutandi provincia eruit, propediem se in lucem editurum promisit.

Primum typis expressus est poeta anno 1482[2]) forma magna Vicentiae apud Iacobum Dusensem studio Barnabae Celsani. Haec ea editio est quam in apparatu notat notula *Δ*; de cuius usu expositum est supra p. LXXXIV. Desunt carmina minora: incipit ex Raptu; sequuntur maiora reliqua disposita per seriem I (cf. p. CXXIX); haec denique excipit paneg. Prob. et Olybrii. Liber scriptus, unde est expressa, ad gregarios *w* sive ad ϛ aggregandus; nisi quod potius duo fuisse videri possunt, ut aliunde Celsanus Raptum sumpserit atque panegyricum de VI cons.: certe praefationem *Omnia quae sensu* eqs. etiam ante Raptus tertium librum iterum exhibet, bis itaque accepit.

Sed honor principatus etiam alteri editioni tribuendus est, quam paravit Thadaeus Ugoletus Parmensis; eius usus sum exemplari formae quadratae impresso Venetiis per Christoforum de Pensis anno 1500 die XXIII m. Maii. Quae exemplaria anni 1500 recusa credo ac repetita ex eiusdem Ugoleti editionibus quae fuerunt annorum 1493 et 1495. In praefatione haec ille tradit: *Col(l)atis igitur antiquissimis tribus codicibus et presertim quodam uenerandae vetustatis: quem ex germania attuleram: inversa redegi: errata castigari . . . . Addidi praeterea Epigrammata: Epithalamion palladii* eqs. Primo loco disposuit Ugoletus carmina maiora eaque, ut *Δ*, ex ordine vulgato I, deinde paneg. Probini et Olybrii, tum carm. minorum corpusculum, denique Raptum. In minoribus autem memorabile est quod eum ordinem ex parte offerunt quem Vaticanus liber *V* (cf. p. CXL); neque omittit Ugoletus ipsum c. min. 52 et post 18 habet c. min. append. 4 quod incipit *Stamine* et versum De dulcio cum c. m. 24 contraxit sub titulo *De Bucusta* (de titulo cf. *P*); desinit vero hic consensus post c. min. 30; exinde enim ponit Ugoletus cc. min. 33—39, 40, 41, 51, 10, 11, 12, 2, 3, 4, 5, 6, 7, 8, 9, tum iterum 24 inscripto titulo *de eodem*, denique 13, 14, 15, 16, 17, 19, 21, 25; c. min. 14 ad titulum adiectum habet *ut scribat sibi* (cf. ε). Tres codices se contulisse fatetur editor; possis statuere in uno infuisse carmina maiora cum paneg. Probini, in altero minora, in tertio Raptum. Certe etiam hic sicut Celsanus praefationem *Omnia quae sensu* ante Raptus librum tertium iteratam habet. Et in cc. minoribus lectiones maxime praebet quas *x* (*VP*, etiam *M*); in maioribus ita differt, ut modo cum *VP* procedat (Gild. 368 *hortator*, Nupt. 49 *coum*, 60 *rura*, 128 *heu quis*), interdum cum *w* (Ruf. I 97 *Me tradente dolos gestus*, 256 *amens*, Gild. 184 *canorum*). De paneg. Probini attulisse sufficiat cum *W*(*PR*) praebere Ugoletum 245 *dominantibus*, 248 *niveos coetus*, 225 *Illi*, 267 *annus*, cum *PR* 239 *Norint*. In Raptu denique ipsa Vicentina usum esse vix est quod negemus.

Ugoleto ex parte successit Ianus Parrhasius cuius Mediolani comparuit 'Raptus Proserpinae cum notis J. P.' anno 1500 forma maxima. Sic etiam postmodo saepius

Floreat (paneg. Prob. 18) et *Pierio polles studio dulcique redundas Eloquio* (ibid. 150); idem in Nuptiis p. 87: *Sic tua Dorothee crescat: sic paruulus aula Luduuicus ludat: patrioque arrideat ori* (cf. Claud. Nupt. 340) et p. 90 *Non regum more piorum* (an *priorum* voluerat Frischlinus?) *Quaesiui uultum thalamis: ut dulcis imago Vinceret . . . Nec venio praeceps alieni in foedera lecti* (cf. Claud. Nupt. 23—28; et quidem v. 24 ille *thalamis* in textu agnovit).

1) cf. Claudiani ed. Bipontinam p. XV sqq. 2) Nisi quod etiam priorem fabulosam Venetam editionem memoravit Thomas Dempsterus; cf. Heinsii ed. alt. praef. fol. 8; Burmanni praef. p. 21.

separatim Raptus editus est[1]). Adnotatorum ibi tam vastus Oceanus, ut paginas totas inundarint, carminis ipsius laciniae in iis quasi trabes mersae in profundo decrrent. Nec tamen immerito respectus olim habitus est Parrhasii. Qui quidem praeter Vicentinam et Ugoletinam, quas cognitas habuisse videtur[2]), etiam manuscripta compluria volvebat, nec ita tamen ut in commentariis ad lectionum dissidentium mentionem, nedum aestimationem nisi ex fortuito vel ubi animus ferebat accederet; adnotavit e. g. ad Rapt. II 24 *Gyro*] *quidam codices habent, Ferro;* ad II 122 *doloris*] *nonnulli cum Politiano veterem lectionem interpolant. et scribunt Cruoris . . . plus tamen apud me antiquorum codicum fides et auctoritas valet, in quibus Doloris ubique scriptum;* ad III init. *Hic elegiam alienissimo loco librarius male sedulus inseruerat. arbitratus huic etiam libro addendam praefationem. sed in antiquis codicibus Panegyrico VI. Consulatus Honorii praeludit;* ad III 238 *Iutor . . .*] *sunt qui Liuor emendent. Nos antiquam lectionem tuemur. nec improbamus quod in aliis exemplaribus Luror legimus;* ad III 347 *Zaneli*] *melius ita quam Caci . . . . alii codices habent Cri;* ad I 71 *gelida*] *scribitur et getica;* ad I 66 *incestis*] *sunt qui scribant ablatas.* Sed enim tacite Parrhasius membranorum ope plurimis locis impensa cura emaculavit Claudianum multaque novavit saltem, ut prorsus mutatus hac ex parte poeta existeret; primus nempe edidit I praef. 10 *dedidicere,* I 16 *iacchus, 22 perit, 90 ius, 98 uanas,* 106 *latonia,* 116 *axis,* 128 *nondum,* 145 *sociae raptam,* 166 *niuibus,* 200 *aedes,* 284 *Orphnaeus* et *Aethonque* et ita deinceps. Ubi etiam in notis nonnumquam priorum editorum reiectas lectiones memorat velut ad 116 *aer* refutat, ad 200: *quidam codices habent sedes.*

Iam apud Celsanum et Ugoletum principes editores quot et quantis mendis 'denigratus' Claudianus sordeat dici non potest; Parrhasius siquidem emaculatum candorem eius praestitit, tamen et ipsum textum contexerat et obscuraverat notarum nube nec totum ediderat Claudianum. Duo proximi Joannes Camers et Antonius Francinus castigationi poetae et emendationi et elegantiae curam omnem pariter impendendam censuerunt. Et primum Camers rem sic egit ut Ugoleti exemplum prelo iterum mandaret Viennae Austriae anno 1510 et ipsum ordinem carminum ex eo fideliter servaret, nisi quod Raptus libro tertio subtraxit praefationem (cf. adnotationem Parrhasii) interiecitque carmina spuria De Sirenis et Laudem Herculis, c. min. append. 1 et 2 (cf. supra p. CLXIII sq.), adnexuit etiam Laudem Christi et Miracula Christi, c. min. append. 20 et 21, de quibus adeas p. CLXX sq.; haec ex quibusnam scriptis libris Camers prompserit non liquet. Certe non in una acquievit Ugoletina; nam etiam margines typographus eius variis lectionibus conspersit, et in appendice fol. G 1v—G 4r lectionum delectum etiam largiorem effudit, cuius pars certe aliqua ex scriptis libris affluxerit necesse est. Qua tamen in varietate praecipue praedam cepit ex Vicentina. Ex lectionum quas in textum primus recepit numero has vide: Ruf. I 92 *quem,* Gild. 246 *at hic,* Nupt. 2 *primoque,* Gild. 428 *agit,* in paneg. Prob. et Olybr. 209 *Tyberinus* (ubi *Tribunus* priores), 210 *En.* In Raptu vero paene omnia debuisse eum video Parrhasio, quippe quem despoliaverit et aliis et hisce: I praef. 10 *dedidicere,* I 16 *iacchus, 22 perit,* 98 *ranas,* 90 *ius,* 106 *latonia,* 116 *axis*[3]). Ita Parrhasii merita per Camertem potissimum ad posteriores propagatae sunt. Denique vero Camers nova ex mss. etiam margini assignavit velut Gild. 16 *perdidit* (= V), 136 *passim,* Ruf. I 193 *rapinas*[4]), nova etiam appendici quam dixi velut Ruf. I praef. 12 *rotat,* I 98 *iungatur* (= E), 256 *omnes,* 349 *fugatas,* paneg. Prob. 83 *triumphatis.* Ceterum ipse de manuscriptis suis nihil omnino nisi haec verba fortuito iniecta in fol. G 3v ad Bell. Poll. 18: *correximus ex uetusto exemplari 'toto': in alio uetustissimo codice quem apud Aldum Ro. reliquimus: legitur 'Tomari';* unde haud scio an quidquam colligi possit; cf. supra p. CLXIII adn. 2: adde quae tradit de 'uetustissimo codice', supra p. CLXX.

Mox anno 1519 Florentiae apud Iuntam Claudianum cum bona cura levigatum

1) Ita repetitis Parrhasii commentariis Mediolanii a. 1505, Parisiis a. 1517, Basileae a. 1534. Ego usus sum editione Mediolanensi. Ceterum Raptus separatim editus est Parisiis a. 1511 impr. per Ant. Bonnemere impensis Pontii le Preux; nec non Erphurdiae a. 1514, Coloniae a. 1520. 2) Habet cum *A* Rapt. I praef. 11 *irrupit,* I 3 *audaci,* 8 *lumina,* 16 *lenisque,* 142 *rapuit,* 144 *cognatas,* cum Ugoletina 22 *lucentibus,* 39 *Furiae,* 52 *seriem,* 61 *neuitque,* 133 *pariter,* 181 *nolucrique per auia,* cum utraque et alia et I 13 *astricta,* 36 *et,* 61 *cunctis,* 66 *incestis* (?), 71 *gelida,* 94 *habes,* 115 *lucem.* 3) Pergi enim potest I 128 *nondum,* 145 *sociae raptam,* 166 *niuibus,* 200 *aedes* et ita porro. 4) *Zaneli* illud quod ego ad Rapt. III 347 ex Aldina atque Claverio attuli, iam Camers offert in mg., sumpsisse vero videtur ex Parrhasio.

prodire iussit Antonius Francinus Varchiensis; apud quem ipse poeta personatus in prolusione gloriatur: *parce igitur mutilum, lector, deflere poetam; non sum qualis eram, sed decus omne redit.* Francinus de lucubratione sua haec tantum fol. 1v: *collatis ergo in unum multis antiquissimis exemplaribus quae potuimus uulnera Claudiano sanauimus ad hoc acri Daxii iudicio usi.* Docet collatio exemplorum et Ugoleto et Camerte eum in lectionum electione uti calluisse, nonnumquam etiam Vicentina. Ordo hic: carmina maiora, paneg. Probini, carmina minora, Raptus. Et in minoribus mirum est quod servatur quidem adornatio Ugoleti, praetermissa autem sunt *De lanario*, *De dulcio* et illud *Stamine* (c. min. append. 4). In maiorum serie omnino illius exemplum deseruit, sed observat seriem quam dixi tertiam (cf. p. CXXXI) nisi quod Gildo post Rufinum et ante Fescennina consedit. Codicem igitur secutus videtur eius fere prosapiae qualis est *P*. Et propriae lectiones non paucae sunt quas primus ex suis mss. intexuit: ita Ruf. I 138 *petens,* 151 *germine,* 167 *reuinctos,* 168 *uidit,* 198 *Croesi Cyrique;* item in paneg. Probini 55 *resonent,* 128 *adiuncta,* in Raptu I 16 *laetusque,* 61 *certisque.* Ceterum orthographiam accuratiorem Camertis sedulo retinuit, primus intulit *Theudosius* Ruf. I 51.

Francinum excepit in Aldina anni 1523 Franciscus Asulanus. Hic in prooemio praeterquam de Laude Herculis et de carmine in Sirenas nullam rationem reddit operis sui. 'Disposuisse' se carmina monet 'iucunditatis' respectu habito; et ecce violentia qua seriem eorum innovavit; extant *Ruf.*, *Gild.*, *Eutr.*, *Laudes Stilichonis*, *Bell. Get.*, *Nupt. sine Fescenninis*, *III cons.*, *IV cons.*, *VI cons.*, *paneg. Prob. et Olybr.*, *paneg. Theodori*, *Raptus* (sine praef. *Omnia*); deinde minora, ita quidem: carm. min. append. 2 et 1, dein carm. min. 22. 20. 27. 31. 30. 25 (sine praefatione!), *Fescennina*, carm. min. 40. 41. 51. 10. 11. 12. 2—9. 13—17. 19. 21. carminis min. 25 praefatio, tum 33—39, 29, 26, 28, 23, 53, 32, 18, 43, 44, 50, 42, 24, 49. Hic ordo nimirum ex scripto libro derivari non potest. Ceterum Asulanus 'multa quae perverse legebantur restituenda' curavit; ita tamen, ut in primis Iuntinae editionis vestigia legisse videatur. Inde habuit illud *petens* et *germine* et *reuinctos* et *vidit* et *Croesi Cyrique* et *Theudosius* et *resonent*, *adiuncta* et *laetusque*, *certisque*, quae ex Iuntina supra adnotavi, atque etiam multo plura eiusmodi. Nihilominus novis quoque scripturis neque contemnendis Claudianum suum distinxit et concinnavit, unde etiam manuscripta praesto ei fuisse apparet; talia sunt Ruf. I 5 *mari* (= *CH*), 16 *currere semina*, 19 *veri* (= *P*), Gild. 287 *Deprecor* (= *B*), Nupt. 68 *platanus platano* (= *B*), 103 *multifidum*, 128 *heus* (= *HB*), 169 *Lotho*, et in paneg. Prob. Olybrii 111 *immersa*, 117 *creberque*, 176 *plausibus*, 179 *condent*, 215 *infecta*, et in Raptu I 13 *attrita*, 71 *getica*, 95 *num* (= *FS*), 115 *solem*, et ita porro. Denique carmina min. append. 1 et 2 ex ipsa antiqua membrana Veronensi *R* recensuisse Asulanum supra p. CLXIV sq. demonstratum est; hanc nobilem membranam quatenus in reliquis minoribus consuluerit quaeritur; nisi quod apertum certe est ex *R* extracta ab eo esse haec: c. min. 23, 18 *soplum*, 27, 24 *prolisque*, 27, 31 *lapsa*, 27, 37 *Signis*, 27, 86 *aequum* (pro *equum*), 27, 108 *cladis*, 31, 55 *syrtis*, 40, 15 *Macroe*, 18, 13 *cursum*.

Abhinc Simonis Colinaei editionem sicco pede transire licet Parisiis mense Maio anni 1530 emissam; quae, quamquam etiam de veterum codicum collatione auctor eius submisse mussitat[1]), tamen fere tota pendet ex Iuntina[2]); scilicet ne ordo quidem carminum immutatus, nisi quod Raptus ex fine in ipsum primum locum, panegyricus Probinorum inter VI consulatum et Eutropium translatus. Meritum hoc Colinaei collaudemus, quo non solum interpunctionem curavit, compendiorum impedimenta expedivit, sed magis etiam faventibus Musis sermonis poetici decursum in articulos discriminavit et suis locis intervalla lectionis stabilivit ad dextrum remoto hexametro.

Recognitionum Claudiani usque adhuc recensitarum virtutes ut suo saeculo commendabantur, ita hodie oblivioni secure tradi possunt; certe facile exsuperatae sunt

1) Gloriatur in prologo fol. 2 Claudianum „diligentiori quam fieri potuit lima expolitum, non sine veterum codicum collatione, qui plurimum ad emendationem iuuerunt". 2) Quatenus examinare vacavit, presse sequi Colinaeum vidi Iuntinam; nisi quod Rapt. I praef. 11 Iunt. *irrupuit* (sic), Col. *irrupit;* paneg. Prob. 9 Iunt. *doctoribus*, Col. *ductoribus;* Ruf. I 151 et 152 Iunt. *gramine pollens* et *germine rupes*, Col. ex ludibrio transposuit *germine pollens* et *gramine rupes;* ibidem v. 155 Iunt. *hecatê*, unde falso *Hecatem* Colinaeus.

proxima Basileensi sub 'palma Bebelii' anno 1531 promulgata; cuius indicem hunc mihi vide gloriosiorem: *Cl. Claudiani poetae celeberrimi omnia quae quidem extant opera, ad ueterum exemplariorum fidem quam fieri potuit emendatissime excusa: uersibus etiam aliquot, eorundem beneficio, supra omnes hactenus editiones sparsim locupletata.* Praefationem ad Carolum Utenhoveum prolusit Michael Isengrinius typographus. Ibi nomen Michaelis Bentini qui hanc recensionem coeperit elaborare primum quidem tacetur, mortuum esse indicatur, mox vero etiam nomen ponitur; excerpsimus haec: .... *necessitudo quae tibi cum eo intercessit qui mihi huius poetae emaculationem, animam agens, ... testamento ea lege mandauit, ut studiosis quibusque meis typis communicarem ..... An non hunc ipsum* (Claudianum) *ante hos annos aliquot Jo. Camers ..... tanquam ab inferis reuocauit? quem equidem fraudare laude sua improbum plane duxerim ..... Atqui sic fiet, ut Michael Bentinus .... iure optimo celebrandus sit. Fac collationem et uidebis, quid passim lucis ex huius* (Bentini sc.) *restitutione Claudiano nostro accesserit: quot ubiuis locorum uerba natali sensui restituta: quot uersibus sparsim auctus, qui dum desiderabantur, quanta obscuritate uates laborauerit, facile studiosus quiuis deprehendet.* Hic locus eodem tendit quo et titulus editionis: locupletatam eam esse versibus aliquot tum quidem incognitis; sunt autem hi octo: IV cons. 315, 432, 509, 636[1]), paneg. Prob. et Ol. 201—204. Sequuntur Isengrinii verba haec: *Usus fuit* (Bentinus) *exemplaribus ueneranda uetustate commendabilibus: quorum alterum suppeditauit Capito, qui et ipse .... Contulit uero ita* (sc. Bentinus), *ne ambiguis in locis lectori nasuto fraus fieret: tolerabilem enim utcunque lectionem marginibus assignatam lectoris supereiliosi arbitrio reliquit integram. Cui castigationi utpote posthumae successit alia, ... postremam siquidem manum adjecit Jo. Honterus Coronensis, qui ... munus tanta fide curauit, ut non facile ... diem illi male obitae functionis quisquam dicere possit.*

Unde haec colliguntur. Bentino ad apparandam recensionem praesto fuerunt manuscripta non plus duo: duo, inquam: nam 'alterum' ei suppeditatum a Capitone[2]) legimus. Horum duorum exemplorum in propatulo est unum minoris emolumenti visum esse Bentino, siquidem de altero verba tantummodo facta sunt. Itaque fieri potest ut nova quotquot Bentino sive Isengrinio debentur, ei libro qui fuerat Capitonis soli fere et uni retribui debeant; possis vero etiam ita statuere, in altero codicum Claudianum maiorem una cum panegyrico Prob. et Ol., in altero vero generis fortasse miscelli perscriptum fuisse Raptum solum. Neque vero Isengrinii praefatione indicatur ipsis Claudiani carminibus lectiones singulares ex mss. insertas esse; sed hoc tantum, lectionem quamlibet tolerabilem 'marginibus assignatam' et ibi 'arbitrio lectoris integram relictam' esse. Hoc qui lectiones excusserit non nimis abesse a vero facile pervidebit. Denique mortuo Bentino Joannes Honterus succedaneus quae ille incohata reliquerat in ordinem redegit et prelo praeparavit, mandavit prelo Isengrinius.

Atque iam his relatis cautum est ne nimis operosum fuisse opus Bentini putemus. Haud frustra scilicet ex tanta priorum editorum caterva solius Camertis nomen in praefatione appellatum est, nec id sine magna reverentia. Sed enim editor primum quidem

1) Brevitati consulens dixi versum 636 cum agatur de verbis *fluctus Alpinos genitor rupit te consule.*
2) Hic ille fuit Wolfgang Fabricius Capito clarissimus religionis reformatae propugnator et conditor Argentoratensis qui quidem diem obiit anno 1542. De vita eius scripsit Jo. W. Baum (Leben u. Schriften der Väter der reformirten Kirche tom. III a. 1860); quae dum perlego, studiorum humaniorum auctorem Capitonem fuisse minus inveni, at tamen toto animo iis deditum, Erasmi ipsius asseculam, Beati Rhenani, Bonifacii Amerbachi amicum (de hoc cf. Baum p. 58), ipsum linguae Hebraicae sospitatorem, denique praedicatorem Basileensem annorum 1515—1520. Qui etiam postmodo Basileam itineribus adiit annis 1531 (Baum p. 484) et 1535 (ibid. p. 501 et 503) et 1536 (p. 505). Isengrinius autem in Claudiani prolusione non solum Erasmi recordatur, sed de ipso Capitone haec: *qui et ipse praeter syncerioris Theologiae professionem, humanitatis studia tam iuuat assiduo, quam sedulam in illis operam semper collocauit.*

carmina maiora hac ratione qua neque Camers nec alius quisquam disposuit: *Raptum* (omissa praefatione *Omnia* quam etiam omiserat Camers), *Ruf.*, *Eutr.*, *B. Gild.*, *B. Geticum, III cons., IV cons., VI cons., Theod., Stilich.*, deinde *paneg. Prob. et Olybr.*, tum ex minorum sylloge praesumpta *Laudem Serenae* (c. m. 30) et *Laudes Herculis* (c. min. append. 2), denique iunctim et *Fescennina* et *Nuptias Honorii* et *Epithalamium Palladii et Celerinae* (c. min. 25, hoc tamen omissa praefatione); hunc autem ordinem libero arbitrio institutum esse nec vero defluxisse ex exemplis vetustioribus non est quod pluribus muniam. Iam vero his maioribus carminibus Bentinus minora plane omnia ex ipso Camerte adseruit, incipientia apud utrumque a c. 22, desinentia apud utrumque in c. min. append. 1 *(In Sirenas)*, nisi quod in hac sequella omisit cc. mm. 30 et 25 et c. min. append. 2, quippe quae iam inter maiora allata fuerint. Ex Camerte etiam post c. m. 32 spuria c. m. append. 20 et 21 recepit. Denique Epithalamii Palladii praefatiunculam quae suo loco interciderat (cf. Ald.) in ultimo folio inter 'Errata' suffecit.

Nobis potissimum liber scriptus Capitonis, quo usus est Bentinus, qualis fuisset et quatenus pertinuissent lectiones eius, investigare cordi fuit. Teneas igitur editorem in diorthosi ea via incessisse, ut textum Camertis iteraret, sed ita, ut ex suo libro interdum emendaret, plerumque vero huius lectiones marginibus reservaret. Ita autem Camertem secutus est ut simul etiam eius marginalia pleraque inter sua marginalia repeteret; velut Camers Ruf. I 40 *Toruaque*, in mg. *Tota*, Isengrinius prorsus item; 69 Camers *ueretur*, in mg. *tuetur*, Isengr. item; 158 Camers *stare*, in mg. *flare*, Isengr. item; 159 Camers *lapsu*, in mg. *cursu*, Isengr. item; et ita porro. Imprimis moneo quod Ruf. I 193 *rapinas* Isengrinio tribui in critica adnotatione, id quoque promptum esse ex Camerte, unde lectionis plane deminuitur auctoritas. Ergo qui ab Isengrinio Camertem detraxerit, aut egregie fallor aut habebit fere librum Capitonis: nisi quod nonnumquam quamvis raro etiam alias editiones consuluisse videtur Bentinus: sic Ruf. I 253 *Scyrion* ex Aldina, 260 *solus medioq;* iudidem vel ex Junt. vel Colinaeo itemque 198 *Croesi Cyrique*, item 51 *Theudosius;* 80 *artus* et 109 *rabidoque* ex *A*.

Proficiscendum est a panegyricis De III et De IV consulatu Honorii. In his enim nostri aevi editor membranis melioris notae omnino destituitur, ut contineamur fere libris quales sunt *PIIBA*. Atqui Isengrinius eo praeclarus habetur quod in ipso IV consulatu solus servavit versus 315, 432, 509, 636; quos ex ipsa cera Claudiani revera oriundos esse confido atque a suspicione vindicavi p. CXVIII. Itaque panegyricorum quos dixi lectiones Isengrinianas et Camertinas hoc loco accurate composui, sepositis differentiis levioribus, plerumque orthographicis[1]: Isengrinianae ubi differunt, Capitonis fere liber agnoscitur. Asteriscis vero eas scripturas illuminavi, quae in nullo quod sciam manuscriptorum recurrunt.

Camers in textu	Isengrinii textus	Isengr. margo[3]
III cons. praef. 8 *Naturam* (= ς)	item[2]	*Natorum* (= ω)
9 *Degeneres* (= ω)	*Degener et* (cf. *E* qui *Degenerem*)	*Degeneres* (ex Cam.)
17 *aures*	item	*arces**
III cons. 2 *Terque tuas* (= *BA* et *A*)	item	
2 *Roma* (= *A*)	item	*pompa* (= ω)
7 *patrium* (= ω)	item	*Latium**
14 *regimen* (= ς)	item	*regnum* (= ω)
17 *cunabula* (= P^2H^2)	item	*uenabula* (= ω)
22 *signa* (= *PHB*)	item	*scuta* (= *EA*)

1) Quam arcte suspensus alter sit ex altero, probat vel IV cons. 32 quod uterque falso imprimendum dederunt *Pictonum*. 2) Item, i. e. ut Camers. 3) Ubi nil attuli, nihil extat nimirum in mrg.

Camers in textu	Isengrinii textus	Isengr. margo
22 recentes	feroces*[1])	recentes (ex Cam.)
26 patrem (= HB)	item	partem (= q)
45 transnare (= PB)	item	
49 portare (sic ω fere)	item	
52 memorabat	numerabat (= ω)	
55 uago	item	uagum (= H^2)
59 ludum	laudum (= ω)	
72 Nyphatem	Nyphaten*[2])	
81 pari	patri (= ω)	
85 pietas rudibus (= B)	item, quamquam vitium subest metricum; recte contra Aldina rudibus pietas.	
92 reuulsi	reuulsis (= ω)	
133 feruet (= ω)	item	floret (= E)
146 suadente triumpha	item	sudante (sic ω) trophaeum (sic PH)
148 Dalmatuas	Dalmaticas (= ω)	Sarmaticas (= E)
157 dilige	item	dirige, idem etiam Camers in mg.
160 Vndis prosiliat (= ω)	item	vinclis (= E)
164 relinquit	reliquit*	
165 Arcados (= E)	Arcadis (= ω)	
176 lassum (ita plerique)	item	lapsum (= A)
180 ignes	ignem (= ω)	
190 quicunq;	quodcunq; (= ω. differt E)	
201 Iam uideo	item	Iamque uidet*, sed cf. P qui Iam uidet
IV cons. 3 passi	item	passim (= PA)
20 unda	item	uula*
27 medios	medio (sic exc. Laeti)	
34 obsisti	obsistit (= ω)	
54 operirent	reperirent*	
68 rursusque (= ω)	item	currusque (= E)
82 haud	aut (= ω)	
90 Marte (= ω)	item	arte, idem etiam Camers in mg.
101 sui	suis (lapsu typographico pro sui)	sibi, idem etiam Camers in mg.
117 catenae	item	cateruae, idem etiam Camers in mg.
126 temerata (= BA et A)	item	uiolata (= PH)
140 Tyriis ... toris	Tyrios ... toros (= ω)	
188 luceret et in mg. lateret	lateret (ex Cam. mg.)	luceret (ex Cam.!)
212 tecum	item	secum (= P)
214 dedisset	item	tulisset*
216 orbe (= B)	ore (= q)	
221 ulterior fato et in mg. utilior (ita utilior fato ω)	utilior facto (cf. facto in A)	ulterior fato (ex Cam.)
226 incertos (= ω)	item	incestos, idem etiam Camers in mg.
230 patri (= ω)	item	patrio (= ς)[3]
232 fingi	item	flecti*
244 stupefacta (= H^2)	tepefacta (= ω)	stupefacta (ex Cam.)
246 fluenti[4])	item	furenti (= ω)
253 dolet	item	silet*

1) Ita excerpta Laeti teste Heinsio. 2) Ita „duo Vaticani“ apud Heinsium. 3) Pricaeanus et Moreti secundus apud Heinsium. 4) Ita Claverius, fort. ex Camerte vel Isengrinio; cf. p. CXCVII.

Camers in textu	Isengrinii textus	Isengr. margo
259 *parua* (= A)	item	*praua* (= q)
265 *tum*	*tunc* (= B)	
266 *consulitur*	*consulimus* (= PB)	*consulitur* (ex Cam.)
274 *nil* (= PH)	*nihil* (= q)	
275 *obstrusos* (= ω)	item	*abstrusos* (= E)
284 *qui* (= B)	item	*quod*[1]) (= q)
291 *inuideat*	*inuideant* (= ω)	
298 *uetat* (= PBA)	item	*negat* (= EH)
versum 315 om.	habet	
318 *fractis*	*stratis**[2])	
330 *protectaque* (= ω)	*praetectaque* (= ς)	*proiectaque* (= H^2), idem etiam Camers in mg.
338 *non*	*neue* (= ω)	
353 *subis* (ita plerique)	*subit* (= P)	
386 *Venerem* (= Pε)	*iuuenem* (= EHBA)	*Venerem* (ex Cam.)
403 *despue* (ita plerique)	item	*despice* (= B)
405 *Vir*	*Vel* (= ω)	*vir* (ex Cam.)
407 *perfringat*	*perficiat** (ita excerpta Laeti)	*perfringat* (ex Cam.)
412 *in* (ita plerique)	item	*hinc* (= H)
417 *collectae* (= ω) et in mg. *consectae*	*collectae* ex Cam.; illud *consectae* om.	
425 *inuida*	*infida* (= ω)	
versum 432 om.	habet	
438 *syrtibus undas* (ita plerique)	item	*nauita Syrtes* (= H)
448 *iuratur*	item	*miratur**
450 *duces* et in mg. *truces*	*truces* (ex Cam.)	
460 *Limitis*	item	*Militis**
469 *exutaque*	*nudataque* (= ω)	*exutaque* (ex Cam.)
483 *aduerso* (= PB)	*auerso* (= HA)	
486 *fraude* (ita plerique)	item	*pelle* (= EA)
498 *auidis* (= BA)	*auidas* (= HP)	
500 *laudis* (ita plerique)	item[3])	*largis* (sic; *largi* H)
versum 509 om.	habet	
515 *quae* (= B)	item	*quam* (= q)
518 *torua*	item	*parua* (= P)
540 *sinuare*	item	*simulare**
570 *Memphis*	*nymphis** (sic sola ed. A!)	*Memphis* (ex Cam.)
583 *stipatur*	*stipauit* (= ω)	
598 *Gremia*	*Germina* (= ω)	
603 *proferret*	*praeferret* (= PB)	*transferret* (= EA; cf. et H)
614 *herilis*	*herili* (= ω)	
623 *Crutunni*	*Gothunni*	*Grutunni* (ex Cam., ut videtur; cf. v. 635)
624 *tibi*	item	*ter* (= EH)
632 *pares*	*parens* (= ω)	
635 *Grutunnorum*	*Gothunnorum*	*Grutunnorum* (ex Cam.)
versus 636 et 637 contraxit	plenos habet	
639 *erit* (= PA)	*eris* (= q)	
644 *prodiderit*	item	*protulerit* (= E)
654 *maiore*	item	*meliore**.

Excusso hoc indice quam nobili loco natus sit liber Capitonis quotque exsplendescat lectionibus nemo est quin videat. Palmares enim vel bonas saltem hasce cum

1) Sed v. 286 *qui* in utraque ed. 2) V. 320 Isengrinius *tonant* (= B) ex Camerte. 3) In eodem v. 500 Isengrinius *non es* ex Camerte.

solo *E(ε)* participat: III cons. 133 *floret*, 148 *Sarmaticas*, 160 *uinclis*, IV cons. 68 *currusque*, 275 *abstrusos*, 611 *protulerit:* etiam III cons. praef. 9 *Degener et* pro *Degenerem (Degener ē)* per errorem legisse Bentinum conicio: differt ab *E* solo *Arcadis* III cons. 165. Porro cum *EH* egregie habet IV cons. 298 *negat*, 621 *ter*, cum *EHA* 603 *transferre(t)*, cum *EA* III cons. 22 *scuta*, IV cons. 486 *pelle*. Atque hinc fatendum est plane augeri honorem libri *H* ubi cum Capitonis libro facit: quod in his evenit: 112 *hinc*, 137 *nauita Syrtes*, 500 *largi*[1]): quibus ter subvenit etiam *P:* III cons. 116 *trophaeum*, IV c. 126 *uiolata*, 498 *auidas*, semel *B* 639 *eris*, semel *A* 183 *auerso*. Nec non cum solo *P* haec communia praebet: III cons. 201 *Iam (que) uidet*, IV c. 212 *secum*, 353 *subit*, 518 *parua*, cum *PA* III c. 26 *partem*, IV c. 3 *passim*, cum *PB* IV c. 266 *consulimus*. In paucissimis denique solis *BA* adstipulatur[2]). Restant vero scripturae eius solitariae quaeque nusquam aut paene nusquam alibi extant: quas adeo viginti esse numero non sine animi turbis apprehendes: adeas locos III cons. praef. 17, III cons. 7, 22, 164, IV cons. 20, 27, 51, 211, 232, 253, 318, 330, 407, 418, 460, 540, 570, 651: cuncta haec a vero alienissima sunt: approbari potest accusativi forma *Nyphaten* III cons. 72, deliberari de *patrio* IV cons. 230 et *stratis* 318.

Iam hac cum *E* maxime affinitate perspecta non ex *x*, sed ex *y* quod vocavimus exemplo librum Capitonis deducendum esse consentaneum puto; neque vero ex ipso *y*, sed ex vetustiore y^1 (cf. p. CXVIII): nam in *z* sicut in *w*, id est in *y* defuisse versus IV cons. 432 et 508 et 636 sq. satis constat ex *E*. Idem comprobant, ni fallor, lectiones ex aliis carminibus congestae, ex quibus et ipsis quam strenue eximendus liber sit e grege vulgarium, dilucide apparebit. Et primum ubi *V* (et *P*) cum *E* vel *C* conspirat contra vulgares, conspirat saepissime etiam liber Capitonis:

ita habet Ruf. I praef. 10 *nitidis* (= *VCHA*), I 97 *Meque etiam* eqs. (= *VCA*), 218 *gemerent* (= *VA²C*), 232 *excindere* (= *VA²ε*), 234 *Nec perimit celeri* (*perimit VA²ε*), 261 *Haec* bis (= *VPCH*), 318 *impius ille Proditor* (= *VA²C*), 272 *circumtonat* (= *VC*), 325 *turpes* (= *VA²ε*), 333 *aciemque* (= *VεC*), 357 *renouataque* (= *VA²CH*), 363 *noctis* (?, ita *C*, *V* corr.), 369 *tuus dabit iste* (errore typothetae, voluit quod *VA²C*), II 63 *spectacula* (= *VEC*), 96 *primum* (= *VECB*), 103 *relictis* (= *VC*), 109 *Herbida* (= *VE*), 128 *locata* (= *VEH*), 141 *rabiem* (= *Vε*), 216 *casibus hostem* (*casibus orbem VEC*), 262 *spernes* (*spernis VEC*), 345 *iactabat* (= *VCH*), 376 *immissa Venetos indagine saltus* (quod vitiosissimum; sed *saltus VPEC*), 404 *meritumque* (= *VPE*), 416 *uictor* (= *VE*), 427 *obuia* (= *VPE*), 433 *flagrant* (= *VPEC*), 437 *fraudes* (= *VEC*), 416 *quisquis* (= *VPE*).

Ubi discrepant libri *x* ab libris *y*, saepius quidem a librorum, quos ex *y* vel ex ipso *z* derivavimus, partibus stat; ita

Ruf. I praef. 2 *rogo* (= *C*), 13 *docti* (cf. *ducti* in *C*), I 16 *currere semina* (differt *V*), 65 *uexare* (= *A²CH*), 121 *ubi* (= *A²C*), 133 *urna* (= *A²εB*), 142 *debent* (= *εC*), 154 *leuaui* (= *A²*), 158 *fulmina* (= *C*)[3]), 201 *opulentior* (= *A²εC*), 205 *ibi* (= *C*), 327 *frontemque secari* (= *A²*), 381 *adunco* (= *A²*), II 25 *urbes* (= *Eε*), 85 *polluto* (= *C*), 298 *poscere* (= *Eε*);

nonnullas vero scripturas singulares accepit quas etiam *x:*

ita habet Ruf. I 96 *ora* (= *VP*), 343 *trepidos* (unde idem voluisse *V* conclusi), II 76 *stipatur* (= *V*), 303 *interfluat* (= *V*), 335 *sensit praesagia diri* (unde iterum de *V* conclusio dabatur), 150 *creditur* (id proxime abest ab *creditus*, quod *VPH; credidit C*)[4]).

Etiam haec facit observatio, ut Capitonis librum magis ex *y* vel y^1 quam ex *z* prodiisse aiamus; propius enim ab *x* abest quam libri *z*.

Admodum rarus concentus eius cum inferioris notae codicibus deprehenditur[5]). Ingens autem me stupor defixit cum quot et quales peculiares lectiones solus ille suggereret animadverterem. Haec ex libris In Rufinum exempla habeto:

---

1) *Largis* aperto errore Isengrinius; *s* irrepsit ex *laudis* illo quod est in textu. 2) Cum *BA* IV cons. 274 *nihil*, cum *A* III cons. 176 *lapsum*, cum *B* IV cons. 265 *tunc*, 403 *despice*. 3) 203 *tenebas* (= *C*) ex ed. Camertis, 198 *Croesi Cyrique* (= *C*) ex Iuntina vel Ald. vel Colinaei assumpta esse possunt. 4) Ruf. I 312 in textu posuit Bentinus: *patriamque bibens Maeotin Alanus*, quod habet *A*, sed idem quadam tenus voluerunt *V* et *P*. 5) Ita Ruf. I 71 *flumine* (= *HP*), 278 *quondam* (= *P*; etiam *A²*?), 301 *diffundit* (cf. *PB* et *A*), 314 *conlata* (cf. var. l. *H¹*), 348 *cursu* (= *PHB*), II 232 *tela* (= *H* et *A*).

I 18 *censet* (pro *sensu*), 19 *Ambigua*, 57 *e carcere*, 90 *uelocius*, 104 *qua*, 120 *angusto* (pro *ambusto*), 151 *carmine*, 151 *latices* (pro *manes*), 159 *repressi* (pro *curuaui*), 180 *auditos*, 185 *littore* (pro *gurgite*), 201 *regis* (= ς? edd.?), 208 *signantur*, 222 *miscet* (pro *nectit*), 232 *notis*, 234 *perimit celeri* (pro *celeri perimit*), 237 *Portenti* (pro *Parcendi*), 252 *Cyclops hamata* (!), 270 *uertitque*, 270 *postesque*, 280 *tegit*, 310 *defendit*, II 28 *lustra*, 33 *montes* (pro *tractus*), 75 *funeris* (pro *foederis*), 117 *petulans animis* (!), 160 *Spartem* (!), 304 *consule* (!), 376 *immissa Venetos* (!) *indagine saltus*, 402 *heu* (pro *hac*), 366 *Arcadius* (cf. ad l. et ad v. 382).

Ecce mihi vilium inanium insulsarum scriptionum thesaurus: ecce praeclari parentis y^1 nepos hic degener suisque immane quantum inferior natalibus. Certe ex manuscripto sumpta illa esse quis negare audebit? nisi forte hic vel illic sua quoque stupida inventa Bentinus sciolorum more importuno pro Claudianeis venditavit; quod adeo nescio an non omni pignore contendere velis de locis talibus velut I 252, II 117 et 160. Praetermisi vero has sex lectiones paullo, si dis placet, utiliores:

I 27 *tactra*] *saeua*; 53 *negatur* (sic in textu; inde habuit Claverius)[1]; 91 *refluis*, 321 *ablaturus*, II 413 *confinia*, 438 *receptus*.

Quae quidem primo obtuitu forsitan aliquam speciem veri sibi adrogare videantur, altera inprimis in I 53. Is vero qui sordem reliquam cognoverit, qua lege has maxime pro ipsis verbis Claudiani proponere sustinebit? Atque id ipsum omnino mihi impedimento fuit neque a me impetravi ut tandem huius editionis adnotationem tot futtilibus Isengrinianis varietatibus onerarem: immo non adscripsi nisi locis desperatis vel ubi doctos acutiores fortasse veritatis umbram ex iis nancisci posse putaveram. Denique eatenus imponunt hae lectiones quatenus vindicem habent adsensum librorum *V* vel *E* vel *C*, ceterum summa lex erit in ista materie diffidentia.

Sed enim fortasse salutem ex Isengrinii meritis in Bello Pollentino peti iubes, quippe ubi *V* officio desit? Audio: attamen ne ibi quidem ex luto hoc et caeno puram Musarum lympham destillare contigit. Modo haec vide gustetque cui placeat:

v. 4 *munera*, 18 *monitu*, 36 *uirum* (= *B*), 113 *fauoris* (= *CPBA*), 115 *simul* (= *M*), 118 *tumidus* (cf. *P* in mg.), 119 *modum* (= ω), 122 *largius* (= ω), 125 *Aeacidem*, 143 *superare* (= ς), 145 *praelia* (= ς), 175 *lustra*, 177 *Hebrus* (sic fere ω), 181 *gemit* (= ω), 182 *cautibus* (= *C*), 190 *claustra* (= ω), 218 *Sardoniosque* (= ω), 226 *excita*, 231 *Ausonias*, 265 *repetunt*, 278 *nisi* (*si* in mg. ex Camerte), 300 *capiti* (= ω), 302 *causa*, 311 *vincula* (= ω), 334 *superante*, 340 *qua*, 347 *tepidis* (= *ECPB*; *trepidis* in mg. ex Cam.), 350 *raros*, 365 *castra* (= ς unus fere), 370 *reuinxit* in textu, *reuexit* in mg. (= ω; Cam. *reuixit*), 383 *nequeant*, 385 *facti* (= ω; *fati* in mg. ex Cam.), 387 *socio*, 395 *regis* (sic plerique), 415 *Vindelicis* (= *CA*), 418 *exangues* (= ς), 427 *principe*, 442 *uera* (= *B* et *A*), 471 *promittit*, 501 *eludere* (ita plerique), 514 *regis* (hic error; voluit *rogis*, ut plerique), 515 *Graios* (= ω), 521 *mensibus* (in mg. *sensibus* ex Cam.), 545 *clara* (= ω), [554 *sera* ex Cam.], 580 *edicta*, 623 *tunc* (ita plerique), 628 *parabat* (= ς unus fere), 643 *Geticae gentis*.

In quibus exquisitiora parcissima, cf. v. 115, 234, 387, quodque boni consulamus, unum, cf. v. 182.

Haec de Bello Pollentino. Quodsi quis iam concedi putat conquiescere, fallitur; necdum praetendi volo defatigationem. Etenim usque adhuc soli Claudiano maiori operam navavimus; supersunt, qui per se stant, iudicemque reclamant Claudianus minor et panegyricus Probini et Olybrii. Attamen cum in neutro Isengrinium laudem maiorem consequi viderim, confestim utramque paucis profligabo quaestionem.

Et in panegyrico Prob. et Ol. praeter versus 201—204, quos nusquam alibi indagavi, haec sunt quae ad codicem manuscriptum de quo agitur referri debeant:

Primum a plerisque libris scriptis non distat his exemplis: 2 *motu*, 61 *Sed*, 70 *lanugine*, 75 *grates*, 105 *Augustant*, 111 *immersa*, 112 *turbantur*, 153 *Arripit*, 176 *Plausibus*, 187 *certis*, 208 *omina*, 222 *per*, 223 *repectit*, 254 *quicunque*, 269 *procedat*.

Deinde cum *FPB* offert 58 *fastigia*, cum *FW* 271 *ambiat*, cum *R* solo 83 *triumphatis*, cum *P* 132 *coros*, cum *L* (?) 110 *tumulum*, cum ε 80 *Hidaspen*, cum edd. Iunt. Ald. aliis 128 *adiuncta*, 261 *refecta*.

1) cf. infra p. CXCVII.

Restant propriae scripturae non minus octo: 4 *rubeant*, 29 *fata*[1]), 33 *obscura*. 50 *rimatur*, 81 *mittit*, 117 *crebroque*, 125 *aeri* (pro *atrum*)[2]), 272 *fauori*.

Haec omnia in maiorem Musarum gloriam furcillis ex Claudiano extrusi, neque excepi vel illud *rimatur* v. 50; cautionem enim in his normam esse supremam et reliqua docuerunt et Raptus Proserpinae quae superest comparatio.

Raptum Proserpinae non in Capitonis libro, sed in altero suorum invenisse Bentinum supra coniectavi[3]). Ex quo has delibare sufficiat lectiones:

Primum plerorumque communionem non deseruit his: I 115 *solem*, 149 *Respuit*, 155 *terga*, 181 *qui peruia*, 202 *augusta*, 236 *urbibus hostes*[4]), 256 *iamiam*[5]), 265 *contristat*, 278 *superas*, II praef. 19 *rupes*, 45 *stupuere* et *maxima Tethys*, 52 *in orbe choros*, II 24 *ferro*[6]), 56 *caterua*, 83 *extremis*, 84 *optato repetens exordia*, 90 *rubor*, 93 *Imbuit*, 106 *medio*, 168 *latebrosa*, 210 *uiscera*, 211 *uulgi*, 217 *coelum*, 230 *socerum*[7]), 308 *uiolentior*, 323 *timores*[8]), 348 *flumen*, 359 *frontem*, 369 *uota*, III 3 *illapsa*[9]), 17 *taciti*[10]), 105 *(Si tu) nota* (contra *FC*), 105 *me*[11]), 138 *dracones* (contra *FA*), 166 *Cui pecus*, 236 *(strepitu) pulsuque*, 238 *liuor*, 244 *nusquam*, 250 *laesa*, 285 *aut*, 291 *quies*, 292 *sententia*, 301 *nota*, 305 *foedere*, 320 *uallata*, 360 *dubitat*, 431 *uiarum*.

Deinde cum *WDS* I 16 *lenisque* et 189 *condunt* et III 177 *genas*, cum *WDSF* I 156 *uulnere*, cum *WSFA* I 242 *flamine*, cum *WD* II 62 *aduncis*, cum *WC* II 132 *germina*, cum *WC(S)* III 201 *infensior*, cum *DFSA* I 226 *inaccensum* et III 163 *carum*, cum *FDBA* I 46 *aucto*, cum *DSA* III 267 *haustura* (in textu). cum *FA* II 135 *recussa*, cum *SA* II 307 *Taenara*, cum *DC* III 159 *tantum*, cum *FV* III 299 *dolores*, cum *F(S)* III 335 *Qua licet*, cum *AB* II 6 *uoluere*, cum *CB* I 66 *illicitus*, cum *W* II praef. 12 *sanguine* et 32 *Nessum celeres* et III 140 *absconderit*, cum *D* III 78 *Querentique*, cum *F* I 278 *aures* et III 331 *informatura* et 352 *lassam*[12]), cum *C* I 270 *simulare*, II 368 *discite*, cum *A* II 359 *Implexam*, cum ε I 116 *aer*, cum *S*² I 156 *uirus*, cum ς I 61 *ortus*, 157 *deiectat*, 163 *uomit*[13]), 189 *culmi*, II praef. 16 *mobile;* II praef. 43 *maduit*[14]); II 46 *uices*, III 114 *externaque*.

Restant propriae scripturae non minus triginta et una: I praef. 11 *exultat;* I 151 *Littora* et *moueri*, 186 *leues* (pro *spiris*), 223 *Falle* (pro *Coge*), 226 *Corpus* (pro *Pectus*), 232 *Canduit*, 243 *fornace*, 256 *curuantia*[15]). 257 *alnos*, II praef. 14 *reparat*, 52 *placidus*, II 13 *domitura*, 83 *Sabaeis*, 84 *busto*, 99 *picto*, 165 *clusos*, 171 *solita(que)*, 290 *Auerni* (pro *opacis*), III 11 *(et) caerula*, 76 *stirpe recisam*, 135 *sumat*, 152 *ex*, 213 *uetito*, 234 *institit altior axi*, 248 *scrutamur*, 262 *Multum in*, 267 *inhiatque*, 278 *cudit*, 297 *deiectaque*, 359 *seu* (pro *etiam*), 425 *onerata*.

Solus denique pure habet illud *patriis procul amandauerit* III 214[16]) cui proximus *A*.

Sic tandem in Raptu quoque in utramque partem disputandum est: nam Isengrinii membrana cum probarum scripturarum amplum obtulisse videtur spicilegium, in quo modo *D*, modo *F*, modo alios, adprime vero *W* sibi suffragantes habet. tum vero propria illa librariorum noviciorum ac sciolorum securitate, levitate, procacitate inculcata ei sunt plurima, quibus favere non potest nisi indiligentior. Denique qui *fornace* I 243 vel *uomit* I 163[17]) vel II 83 *Sabaeis* festinantius receperit, cogitet mihi etiam de *leues* I 186. *Falle* 223 quaeque eiusdem splendoris sunt. Sic nempe pessumdatur Claudianus.

Et hactenus de editione Basileensi. Quae quot vulnera huius Musae sanavit, tot nova ei ipsa inflixit. Is vero successus operis ut aevo proximo summa omnino auctoritate floreret. Et exceperunt Basileensem editiones diversae Lugdunenses apud Seb. Gryphium anno 1535 et apud Beringos anno 1551 primum excusae; mox Antverpiensis

1) Item excerpta Laeti. 2) Item excerpta Laeti. 3) Sed etiam aliunde sua sibi promsit; ita ad II 122, ub Cam. *doloris*, ipse *eruoris* in textu, adnotat: *cruoris, non doloris Politianus legit Miscellan. cap. 11.* Item II 350 Camers *Anfractus*, Isengr. *Amsanctus*. hic vero adnotat: *Omnia fere exemplaria Anfractus habent* (!), *at Parrhasius ex Vibio amsanctus edidit.* Ceterum II 57 Camers *Erasine* et in mg. *Crimnise;* Isengr. *Crimnise* et in mg.: *Sunt qui Erasine legant.* Item II 94 *donis* ex Cam., quod fugit me cum adnotationem ad l. scriberem. 4) In textu; *nubibus ignes* in mg. ex Cam. 5) *subter* et Isengr. et Cam. in textu. 6) *gyro* in textu ex Cam. 7) *generum* in textu ex Cam. 8) *dolores* in textu ex Cam. 9) *transgressa* in textu ex Cam.; itaque non Isengr. adferre debebam ad l. 10) *placidi* in textu ex Cam.; cf. notam quae praecedit. 11) *Et te non* ex Cam. in textu, *me* in mg. 12) *lapsum* in textu ex Cam.; itaque non Isengr. adferre debebam ad l. 13) cf. ed. Burmanni p. 911. 14) cf. ed. Burm. p. 947. 15) cf. Heinsius ad Sil. Ital. p. 317. 16) Item Vaticani tertius et quintus Heinsii. 17) Hoc Kochius commendabat, cf. ad l.

Plantiniana Theodori Pulmanni primum emissa anno 1571. Et Gryphiana et Plantiniana saepius recusae. Beringiana autem prima 'M. A. Delrii notas' ad Claudianum exhibuit quae Notae postmodo inde ab a. 1572 etiam receptae sunt in Plantinianas. Et Gryphiana, cuius exemplum anni 1548 mihi suppetiit, nulla dote gratiosa est; expressa fere ex Basileensi. Contra neque Delrio in Notis[1]) neque Pulmannus in Plantiniana, cuius exemplaria consului annorum 1571 et 1596, sine librorum calamo exaratorum suppellectile ad munus impositum accesserunt[2]). Pulmannus marginem maxime poetae hac ope ditavit; quam petiit ex libris quinque[3]); Delrii membranarum duarum altera ad emendatiorum virtutes nonnumquam adspirabat; quae etiam in panegyrico Prob. et Ol. duas fere lectiones impertit quas ponderare non dedecet[4]).

Editionum veterum, quarum nobis compositio, origo conceptioque disceptanda visa est, agmen clauditur famosa illa Stephani Claverii lucubratione, cui haec in fronte inscripta leguntur: *Cl. Claudiani poetae in suo genere principis opera. serio emendata, neque non aucta. ex fide vett. codicum qui olim in Bibliotheca Cuiaciana. Cum Annotationibus perpetuis St. Claverii in supr. Curia Advocati. Ad Sereniss. divinaeque originis principem, Franciae Delphinum*'; prodiit liber Parisiis anno 1602. Hic advocatus Francogallus et umbra magni Cuiacii, elegantiarum captator magis quam cognitor, ingenii festini ventosi ac paene subdoli, quot aerumnas Hercule dignas iis paraverit, qui verum a falso secernere curent, et spes quantas idem et suscitaverit et fefellerit, stomachum ego erumperem si effari conarer. Scilicet indigestas ubique commiscuit lectiones occuluitque magis quam aperuit, multis falsam auctoritatis speciem praetendit.

1) cf. Delrio ad Rapt. I praef. et III 438 (apud Pulmannum p. 76 et 88); Burmanni praef. p. 2 sqq.
2) Pulmannus in praef. p. 7 haec: *usus sum libris aliquot calamo exaratis: quorum singulos suis notis indicaui.* Et notis huiusmodi *B, C, G, P, L, J* sane ora eius editionis inundata est; ad quosnam libros attineant nusquam indicatum. Opitulatur N. Heinsius qui in ed. alt. praef. fol. 7^v tradidit in collecticiis schedis Pulmanni sub notula *C* repraesentatas esse lectiones codicis Pameliani, sub *J* Plantiniani, sub *G* Gentiani, sub *L* Leodicensis, sub *P* Pulmanniani, praeterea vero sub *V* lectiones Susiani oblongi, sub *A* Susiani alterius, *S* Susiani tertii in quo Raptus deerat nec non etiam Susiani quarti in quo Raptus, sub *M* Plautiniani in quo Raptus, sub *P* Pulmanniani in quo Raptus. Hi sunt libri numero undecim; denique vero ad augmentandam varietatem lectionis subserviisse Pulmanno editionem Basileensem video; eius enim scripturae in editione notantur nota *B.* Eodem autem Pulmanni collationum apparatu manuscripto tum etiam Caspar Barthius usus est in ed. altera, ubi propria sua magniloquentia de quindecim Belgicis membranis referens etiam numerum auxit codicum; itaque Belgicas lectiones Barthii Pulmannianas esse scito. Tantis ecce apparatibus illo aevo ornatus Claudianus vix tamen quidquam lucratus est; nec enim inter has membranas optimae fuere nec sufficienter vulgatae lectiones sunt a Pulmanno et Barthius in lectionum sublectione susque deque processit, libros distinguere non vacavit. In ora editionis Pulmanni omnino exhibiti non sunt libri *VASM;* ceterum hacc ora decet editorem in panegyrico Prob. et Ol. non nisi *C* et *J* in usum vocasse, in Raptu *PCGL,* in Claudiano maiore non nisi *PCJ* praeter carmina minora, in quibus solum *C.* Nescio vero num proprietatibus aliquanto emineat liber Plantinianus *J,* in quo teste Pulmanno et alia et haec erant: Eutr. I 49 *inguen* (cf. var. l. in ε et *B*), 60 *posset* (cf. *H*), 82 *in* (cf. *EHA*), 129 *negat* (= *H*), 155 *primoque* (= *BA*), 250 *assyriis* (cf. omnes praeter *BA*) et *seruit* (= *EBA*), 272 *sacui . . campi* (= *ECHA*), 300 *pulcer* (cf. *A*), 325 *Terra* (cf. omnes praeter *BA*), 374 *laboris**, 393 *strato* (cf. Isengr.?), 496 *pulcrum** (pro *plenum*), II 62 *refert,* IV cons. 226 *incastos,* VI cons. 302 *Rettudit,* Stil. III 71 *Poenus*, Nupt. 19 *Eoum Cypri praeruptus.*
3) Vide quae dixi in adn. priore. 4) Vide lectiones Ruf. I 97 *Meque etiam tradente dolos* (cf. *VC*); 109 *rapidoque* (ita ω); 154 *litatis* (!), 232 *exscindere* (cf. *VA*²), 260 *medio sese sed* (cf. *PHA*), 314 *collata* (cf. var. l. in *H*), 327 *frontemque secare* (= ω), 381 *obunco* (cf. *VC*), II 394 *montes nuper dimisit* (cf. *PBA*), 396 *uulneribus* (cf. *B*), 406 *librauerit* (cf. *VPHBA*), 453 *nusquam* (= ω), Stil. II 331 *Posse queas* (= *BAA*) quo de loco coniecturis indulget Delrio p. 65; Nupt. 2 *pronoque* (cf. *AHA*), 7 *in uultus quos pinxit* (cf. *V*), 19 *pectebat* (cf. *HBA*) et *pollice* (cf. *EVPA*), 25 *Lena* (cf. *HA*); at vero Eutr. I 20 sic interpolatus: *quo diram iugulo pacabimus iram,* et plura eiusmodi. In Raptu (ubi praeter suos etiam Victoris Giselini librum msc. inspiciebat) I 3 *promere,* 4 *congesta,* 11 *Cecropium,* 19 *firmat,* 61 *certisque,* 87 *Tartara* (pro *Atria,* item Guelf. apud Gesnerum et cod. Gevartii apud Heinsium), verum etiam alia multa futtilia atque nullius pretii. Sed enim attendere interest ad has fere in paneg. Prob. et Ol. scripturas: 8 *Ancherium,* 9 *Auniadae* (cf. *B*), 23 *recusso* (cf. *WL*), 55 *patcant* (= ω), 57 *numerare queam**, 66 *lento** (pro *longo*), 120 *in Haemo* (cf. *T*), 131 *uapores* (cf. tamen quae dixi ad l.), 187 *certis,* 237 *Spartane* (ita; cf. *R* et *WL*), 275 *ambiat* (= *WFT*).

digerendi munus laboriosum divinationi atque industriae reliquit posterorum. Eius muneris magnam partem in se suscepit Julius Koch disserens 'De codicibus Cuiacianis quibus in edendo Claudiano Claverius usus est'[1]): qui omnes paene Claverii lectiones superstitionis infelicis idola in lucem traxit, excussit, ventilavit. Cuius quidem operae dispendio nobis compendium factum est. Itaque paucis hoc loco de re referam, pauciora adiciam.

Usum se esse testatur Claverius Claudiani exemplaribus duobus antiqua manu exaratis quae ei se obtulissent apud Cuiacium[2]). Eorum lectiones passim atque promiscue in commentariis posuit, discernere non curavit; nonnullas nec eas meliore ratione interposuit etiam in 'Coronide miscella ad Claudianum' quam eodem anno emisit titulo separato, sed cum editione coniunctam. Discernere eas in Claudiano maiore contigit Kochio qui haec demonstravit: alteram partem harum lectionum manifesto eandem collectaneam lectionum copiam esse quae ab ipsius Cuiacii manu (hanc certe esse credunt) orae adpicta extat in Isengrinianae editionis exemplari nobilissimo Gottingensi quod olim in possessu Cuiacii fuerat, mox et ad Gudium et ad alios transiit, unde excerpta Gudiana ista vocitata sunt; easdem autem lectiones Cuiacianas paene universas suggeri in codice Ambrosiano *M* 9 sup., quem *M* vocavimus supra p. CXVIII, ut hunc ipsum codicem *M* alterum eorum fuisse appareat quibus se usum Claverius gloriatus est. Atque hic etiam spuriorum carminum catalogum communicat in fol. 271; similem etiam *M;* qua similitudine ad eandem conclusionem propellimur (cf. supra p. CLXVI sq.). Et hactenus de una parte lectionum Claverii: quibus iam, quia ex *M* provenerunt, honor omnis detrahitur. Alteram lectionum partem in p. 44 sqq. congessit Kochius[3]); atque ex his tandem Cuiacii liber alter — quem ille *X* vocavit — qualis fuerit deduci posse videtur. Non possum autem non subscribere Kochii iudicio et eius ope hanc normam mihi stabilivi; haud dissimiliter nempe codicis *X* imaginem adumbrandam esse atque libri Capitonis quo usus est Isengrinius; licet enim *X* haud raro plane insignia atque ea asservaverit quibus ipsa membranarum *V* vel *E* vel *C* praestantia continetur (ita Ruf. II 406 *libauerit,* Nupt. 183 *Lanigeri suis,* IV cons. 498 *avida sector*), simul tamen saepe suffragatur libris peioribus, peculiaribus autem et prorsus solitariis scripturis adeo abundat atque exuberat, ut non sine magna mentis consternatione conspiciam neque subtrahere me possim sententiae quae est 'interpolatorem simul doctissimum simul audacissimum in *X* scribendo grassatum esse'. Vide quae adnotavi ad locos Ruf. I 154; II 399; Bell. Poll. 483 et 583 et 586 et 218; Eutr. II 317 et 255, I 20 et 23; carm. m. 4, 12; 8, 3; 18, 18; 42, 4; 25, 2 et 5 et 72; 23, 20; 31, 1; 37, 8; 30, 25 et 193; 27, 95; 32, 16; nec non ad c. min. 30, 87. Recepi ex *X* ut debui in Claudiani contextum *Valentis* Bell. Poll. 610 et *tellure* c. min. 32, 19. Quodsi quis incredulus tot mirabilia coniuncta in ulla Claudiani membrana unquam exhiberi potuisse infitietur, sumat ille Claverium neglegentiorem, cum in schedis una et veterum codicum lectiones et sua ipsius sive Cuiacii commenta exscripta teneret, haec saepenumero cum illis confudisse, dum in eo esset, ut carmina poetae raptim adnotationibus instrueret.

1) Libellus saepius laudatus, editus Marpurgi 1889. 2) Hi duo Claudiani codices bibliothecae Cuiacii inerant usque ad annum eius emortualem 1590; catalogus bibliothecae inventarius ipso anno 1590 factus servatus est et nuper editus ab H. Omont in Nouvelle revue historique de droit anni 1888 p. 632 sqq. quod mihi significavit Mommsenus; ibi adest sub numero 177 *Claudianus; ms.* et sub numero 332 iterum *Claudianus; ms.;* alter autem hic codex 332 non in ipsam bibliothecam receptus fuisse videtur, ponitur enim ibi sub titulo „autres livres trouvez non inventariez". Ceterum etiam Anticlaudianus ibi adest sub nr. 72. 3) Omisit ibi v. d. versus In Jacob., c. min. 50, 7 et 8 defuisse in *X*, id quod ipse memoravit p. 13. Addere poterat quae Claverius fol. 271 in titulorum recensu iniecit: ad De Raptu Proserpinae. Libri III] *Quartus in v. cod. desideratur tanquam amissus,* ad In Eutropium. Lib. II] *Tertium designat antiquus liber sed frustra* (habuit itaque *X* eam numerationem quam *V*), denique ad De bello Gildoniaco (sic). Lib. I] *Secundum requirit v. codex non bene.*

Superest ut quid utilitatis ex Cuiacianis Claverii in reliquo corpore Claudianeo percipiatur breviter exponamus.

Et de Cuiacianis quae ad appendicem carminum minorum pertinent supra p. CLXVI transactum est.

In panegyrico Probini et Olybrii lectiones Claverius non suppeditat nisi septem[1]; quae quidem nihili sunt.

E contrario plurimas rursus in Raptu Proserpinae. Nec desunt indicia quibus has quidem non ex uno manuscriptorum, sed ex duobus promptas esse effici videatur. Qua de re subtile impeditum et infructuosum mihi iudicium visum est. Sed ipse Kochius ecce exoptatissime mihi succurrit: qui de Claverio etiam haec ad me dedit quibus uterer, eiusque disputatiunculam haud infructuosam magno cum commodo hoc loco inserui:

'Magnopere gaudeo, quod quae iam pridem animo formavi ad Claverii recognitionem eiusque pretium rectius aestimandum spectantia, hoc ipso loco in publicum edere mihi licet ita, ut ipse quae de re eadem olim scripsi nunc temperi emendare possim vel potius ad finem perducere etiam magis ut spero consentaneum.

'Cum igitur disceptatione mea 'De codd. Cuiac.' eo devenerim ut incuriam ac temeritatem editoris demonstrarem omnemque fere auctoritatem et fidem ei detrahendam esse existimarem, tamen me quoque nimis credulum fuisse nunc suspicor et libere fateor. Id enim imprimis agens ut codicum illorum duorum quibus Claverius se usum esse gloriatur vestigia quam diligentissime persequerer, editionum priorum, quas ille 'omnes delibavit' fortasse non satis rationem habui. Quibus respectis iam tenebras quas consulto ausus est obducere doctis lectoribus, aliquantulo magis dispellere posse mihi videor. Quod enim scribit in titulo 'ex fide vett. codicum qui olim in bibl. Cuiaciana', fieri potest ut hoc ex parte tantum verum sit; qua de re mihi suspicio est aucta cum Raptus lectiones accuratius retractarem.

'Demonstravi Claverium paucissimis locis ad varias lectiones Cuiacii libros nominatim afferre, sed tanta significationum varietate et obscuritate ibi uti solere, ut saepenumero vix sit quomodo inter codices manuscriptos et impressos distinctio fiat[2]). Quodsi *veterem librum, codicem,* sim. citat, fatendum est *codicis* voce etiam impressum librum appellari posse (sicut ipse Claverius in praefatione 'codicem Gryphianum' memorat intellegens Gryphii notissimam editionem); porro non nescius fuit Claverius lectiones in editionibus prioribus velut Parrhasii, Pulmanni, Isengrinii et ipsas desumptas esse ex 'veteribus libris'; ergo si dicit *vetus lectio,* id ad Cuiacii membranam potissimum referatur omnino necesse non erit; sed hoc nobis cum magna cautione uno quoque loco reputandum, unde 'vetus lectio' illa de qua agitur maxime fluxisse videatur, utrum ex Cuiaçiano an potius ex apparatibus editionum priorum.

'Praeterea hunc dolum Claverii agnosco, ad quem magisne gloriandi an decipiendi studio incitatus sit nescio; scilicet 'omnes' quae tunc erant editiones in usum se vocasse prae se fert; nominat Camertem, Parrhasium, Pulmannum, non tacet Gryphium; revera autem sine pudore ex ea editione copias exhausit Claverius, quam nominare supersedit: dico Basileensem Isengrinii.

'Isengrinianam neglegere vix poterat is qui illa aetate editurus erat Claudianum; tanta enim auctoritate tum illa floruit. Eius rei indicium primum apud Claverium est, quod prorsus eundem carminum ordinem quem habet Isengrinius fideliter recepit; quamquam iam Pulmannus in suo Claudiano ab eo ordine recesserat; receptus erat etiam a Gryphio ex quo tamen nullum fructum capere licebat. Alterum est, quod catalogus carminum quem in fine adnexuit Claverius fol. 271, ita congruit cum catalogo quem eodem loco Isengrinius dedit, ut illum ex hoc repetitum esse appareat[3]). Tertium quo

1) cf. Kochius p. 7. 2) cf. p. 3; 6; 7. 3) cf. l. l. p. 49.

proditur expilator, hoc est: Claverius ad paneg. Prob. v. 201—204 adnotat: *hi quatuor versus aberant a quodam manuscripto idque ante me notavit Del., sed in alio sic se habent*[1]): hic alius manuscriptus nonnisi Isengrinii esse potest nimirum, cuius recensio sola hos versus asservaverit. Vides igitur, quanta socordia ille usus sit, qui apertissime hoc loco editionem pro libro manuscripto advocaret.

'Basileensem optimorum codicum auctoritatem sequi notissimum fuit neque Claverium latuit. Itaque ubicumque hic *veterem librum* pro teste ponit, incertus haereo: potuit enim ab eo haud iniuria ipsa Basileensis *vetus liber* vocari, quippe quae annis fere septuaginta ante Claverianam in lucem prodiisset: potuit porro sic vocari etiam manuscriptus, quo Bentinus in Basileensi usus fuerat; denique etiam ubi *manuscriptum* distincte nuncupat Claverius, inexploratum est utrum Cuiacii an potius Isengrinianae manuscriptus respiciatur. Iam vero magna consensio in ipsis scripturis inter Claverium et Isengrinianam observatur: ergo quae quidem olim de Cuiaciano Claverii libro *X* deperdito rettuli[2]), sic restringere debebo: de omnibus eis lectionibus, quas p. 44 sqq. bona fide libro *X* attribui, quatenus quidem congruunt cum textu sive marginalibus Isengrinii, abhinc in incerto relinquendum est, utrum ex *X* sumptae sint a Claverio an potius ex Isengrinio; non mirabor autem si quis de Isengrinio cogitari malit.

'Sunt autem hae lectiones, quae nonnisi magna cum dubitatione codici *X* adiudicari possunt, concinentes cum Isengrinianis[3]): Ruf. I 65 *vexare* ('e veteri cod.'; *Jm*). ib. 198 *solium Croesi* ('vetus membrana non repugnat'; *J*). Ruf. II praef. 12 *et geticam* ('ita optimus cod.'; *Jm*)[4]). II 109 *herbida* ('reposui veterem lectionem'; *Jm*). ib. 358 *hamatur* ('lectionem antiquam retinui'; *J*). ib. 396 *verberibus* ('sic in v. cod.'; *Jm*). Eutr. I 35 *nudatus* ('optime vetus codex ut notavit Cuiacius'; *J*). ib. 110 *lassata* ('sic habet quidam vetus liber'; *J*)[5]). ib. 136 *demisit* ('sic vetus liber et Gryphius'; *J*)[6]). ib. 301 *onerare* ('sic v. cod.'; *J*). ib. 478 *fastus* ('ita manuscriptus'; *J*). ib. 513 *addictus* ('sic in opt. ac vet. codice'; *J*). ib. II 416 *ancirani* ('ita vet. cod.'; *J*). Bell. Gild. 518 *sulcos* ('ita v. cod.'; *Jm*). Bell. Poll. 77 *Aspice* (nisi quod *Adspice* Clav.). ib. 220 *diffusa* (*J*). ib. 274 *pectore* (*J*). ib. 463 *delectus* ('ita v. cod.'; *J*). Nupt. 7 *finxit* ('sic opt. liber et excusi'; *J*). ib. 25 *lacera* ('sic uno vet. c. et excusis'; *J*)[7]). ib. 108 *quodcunque* (*'ita v. liber'; J*). ib. 151 *toris* ('ita veteres cod.'; *J*). III cons. 48 *perducere* ('ita etiam v. liber'; *J*). ib. 112 *cunctos* ('secutus sum vet. codicis scripturam quae et in omnibus excusis'; *J*). VI cons. 4 *reparatur* (*Jm*). ib. 12 *annus* ('ita v. cod.'; *J*)[8]). Laud. Stil. I 252 *Gir* ('in opt. codicibus'; *J*). De muner. [c. min. 46], 15 *urgens* ('in omnibus cod. praeter unum scriptum reperi'; *J*). Ad Olybr. [c. min. 40], 24 *Et tibi dedecori scribere? Musa vale* ('ita vet. liber et omnes excusi'; *J*)[9]).

'Hunc frequentissimum lectionum consensum casu ortum esse dubito: ita autem fingi potest Claverium recensuisse carmina, ut Isengrinium omnino pro fundamento poneret, alios excusos cum eo conferret, satis multas lectiones 'veteres' vel 'veteris et optimi libri' ex Isengrinio sedulo adnotaret, denique his etiam scripturas ex Cuiacianis libris excerptas adspergeret.

'Et haec quidem in suspicione et coniectura posita fuerunt: illud quod superest

---

1) cf. p. 6. 2) De quo Claverius ad Rapt. III 332: „in uetustissimo codice qui nomen Saletani praetulit"; tamen ex hac nominatione fructum capere non possum. 3) In his quae sequuntur notam *J* textum Isengrinii, *Jm* eius marginem significare quaeque praeterea uncis inclusa dedi ad Claverii notas spectare scito. 4) Ut apud Isengr., ita apud Claverium haec praefatio Bello Gildonico praeposita invenitur. 5) Claverius adnotat: „sic habet quidam vetus liber. est tamen qui habet *Laxata*". Cum autem codex *M* olim Cuiacianus lectionem *lapsata* praeberet, in libello meo p. 44 n. 1 in ambiguo reliqui, utrum *laxata* an *lassata* codici *X* esset attribuendum. Nunc igitur docemur *lassata* ex Isengr. sumptum esse a Claverio cum in *X* extaret illud *laxata*. 6) Eutr. I 250 *Flos Syriae ferret spoliis*, ita ambo, nisi quod *ferrit* Claverius. 7) Quamquam duobus his locis ac nonnullis qui sequuntur Claverius libros manuscriptos ab excusis distinguere videtur, tamen ei rei diffido; apparuit enim quantam apud eum auctoritatem habuerit editio Basileensis; et potest ille sub „optimo libro" vel „uno vet. c." de membrana illa Capitonis cogitasse qua usum fuisse noverat Bentinum. 8) cf. l. l. p. 15. 9) Ad Isengrinium etiam referre licebit quod habet Claverius in textu Bell. Poll. 18 *monitu* (item *J*); nam quod in adnotatione eius legimus „*monitus* sic in vet. codice", hoc nihil nisi typographi errorem esse pro certo habeo; cf. l. l. p. 44 n. 2.

gravius et satis manifestum esse puto. De Raptu enim Proserpinae, quem alter Cuiacianus *M* non habet, magna mihi difficultas relicta erat, cum Claverium etiam in edendo hoc carmine saepius duorum testium mentionem facere atque lectiones ex duobus contrarias praebere viderem [1]). Quam difficultatem iam totam sublatam esse videmus, modo statuatur editorem etiam in hoc carmine editionem Isengrinii pro antiqua auctoritate nobis obtrusisse. Omnibus enim eis locis, quibus duos codices citat quosque p. 3 comprehendi, certe aut alteram lectionem aut adeo utramque Isengrinii esse comperimus [2]). Sunt igitur depromptae ex ipsa huius editione lectiones hae, quae sequuntur: I 225 et *iamiam currantia* (*Jm*) et *suptercelantia* (*J*). ib. 274 *tinxerit* (*J*). II 84 et *optati* (*J*) et *optato* (*Jm*). ib. 364 *cum voce* (*J*). ib. 358 et *impexos* (*J*) et *implexam* nec non et *frontem* (*Jm*) [3]). III 140 et *absconderit* (*Jm*) et *ascenderit* (*J*). ib. 214 et *absentaverit* (*J*) et *amandaverit* (*Jm*) [4]). ib. 347 *Zancli* (*J*).

'Quibus demptis sive recte iudicatis lectionibus iam plane apparet, id quod magni momenti est, etiam in Raptu Proserpinae unum tantum codicem a Claverio adhibitum esse eum, quem dixi *X* Cuiacii.

'Iam vero septuaginta fere lectiones in Raptu offert Claverius quas ego p. 4 sqq. ex adnotationibus eius composui; sed cave ne omnes has septuaginta ipsi libro *X* attribuendas esse censeas. Cum enim dimidiam fere partem earum etiam in Basileensi ita extare videam ut nullo apice differant cumque modo comprobatum sit nonnullas certe in Raptu lectiones revera promptas esse ex Basileensi, non est quod negem fieri posse ut ex ea etiam plures lectiones vel omnes omnino fluxerint de quibus conveniat inter Claverium et Isengrinium. Sic igitur factum est — atque hic finis est huius quaestiunculae —, ut ad Cuiacianum *X* in Raptu eas tantum scripturas tuto liceat referre, in quibus alter editor cum altero non concinit; sunt autem hae: I 4 *congesta*, 19 *firmat*, 27 *ulsit*, 35 *nudasque marite*, 72 *bella cupit*, 116 *fulgidus*, 119 *diverso*, 140 *Sicula*, 149 *despicit*, 151 *dedignuta teneri* (?) [5]), 253 *legit*, 265 *penetralia* [6]), II pr. 7 *eduri*, 18 *adfectis*, 37 *solvis*, 52 *placito*, II 11 *callida voti*, 26 *inumbrat*, 97 *volucer*, 229 *fulminis*, 253 *nihilumne*, 295 *salis*, 306 *sit factum* (ubi tamen *J: sic factum*), 323 *doloris*, 363 *omina*, III 3 *inlapsa* (nisi quod *J: illapsa*), 16 *unde*, 117 *pulvere cano* (sed *J: pulvere canos*), 233 *albet*, 237 *mortifer estus*, 248 *subito et casus scitamur*, 262 *multum ad* (sed enim *J: multum in*), 267 *iamiamque hausura*, 332 *flurum Acin* [7]), 346 *fronde*, 347 *mimantis*, 359 *peritura*, 403 *iuvencas*, 443 *quaecunque it in aera sylvis*. Praeterea in *X* defuisse versus III 195 et 312 Claverius testis est.

'Concludo lectionibus eiusmodi velut *fornace* I 243 ex Claverio iam paene nihil auctoritatis accrescere; deductae enim aut sunt aut esse possunt ex Isengriniana.'

Et haec quidem Kochius. Cuius ratiocinationi nisi refragabimur — at vero ego magnam ei vim inesse persuadendi sentio —, scripturis libri *X* hac tandem ratione deminutis iam minus etiam nobis imponi sinemus, licet illud *Legit* I 253 (item SW^2) et *Coei* III 347 contextui inseruerimus [8]).

Ceterum *X* in Raptu maximam similitudinem prae se tulit libri *C*; vide lectiones in I 19, III 16, 233, 237, 248 nec non II praef. 37 (*soluis* etiam *C*) et III 267 (*hausura* item); alia magis cum *S* communia, cf. I 253, II 26, 97, 253, III 16 [9]).

1) Vide quae de ea re olim conieci p. 42. 2) Ea quae l. l. de locis I 95 et III 105 rettuli, non ad rem spectant; nam duobus his locis revera non nisi unam lectionem Claverius praebet, codicem igitur unum tantum consuluit. Et quidem III 105 *Si tu nota* ad initium versus pertinet; item *si tu nota Jm; et me* ad medium versum; item *et me Jm*. 3) cf. l. l. p. 62 in Addendis. 4) In textu Claverius *amandaverit* recte, in adnotatione *amendaverit* facili lapsu aut calami aut typothetae. 5) Claverius adnotat: „*Dedignata teneri*] utraque dictio variat in antiquo libro"; cum autem apud Isengrinium tantum pro *teneri* variantem lectionem *moveri* in ora inveniamus, quid in *X* extiterit iure dubites. 6) Claverius adnotat: „in ora libri"; Isengrinius contra hanc lectionem habet in contextu. 7) Claverius ita: „in vetustiss. codice vix est ut aliter legas". 8) Nisi forte etiam hic fraus subest; potest enim hoc furatus esse Claverius ex Notis Delrii; sicut etiam Eutr. II 153 *grutungis* nescio an ex eodem Delrio attulerit, fortasse etiam *Doto* Nupt. 169; nisi quod hanc lectionem Colinaeus quoque exhibebat. Sed enim illud *Coei* Rapt. III 347 iam Parrhasius offerebat (cf. p. CLXXXV); quod autem ibi *caci* in meis codicibus est, id facillimo errore ex *caei* ortum est; ita revera *Caeum* hunc Gigantem vocat Stroza poeta in Gigantomachia (cf. supra p. CLXXXIII adn. 2). 9) Ceterum I 4 cum *FDW* facit, II praef. 52 cum *B*, II 229 cum *FDε*, III 347 cum *FV*, II 248 cum *D*, II 177 cum *A*.

Restat ut quae in adnotationem criticam, quam apparabam, praepostere sive saltem praepropere de Claverio intuli, hac data facultate in rectum corrigam, ne de fide lectionum eos fefellerim qui adnotationem secure consulant. Scilicet cum opinarer, quae Claverius aut in commentariis aut in contextu offert, ad Cuiacii libros referri sive posse sive debere, sub eius nomine has quoque scripturas apposui infelicior[1]): Rapt. I 3 *prodere,* 226 *inaccessum,* 242 *flumine,* 256 *subter,* II praef. 4 *Lugebant,* II 57 *crimnise,* 84 *optati* et *secli,* 135 *retusa,* 230 *generum,* 359 *Impexos* et *crines,* III 105 *et me non,* 140 *absconderit,* 244 *nulla est,* 265 *auexit,* 297 *deiectaque;* haec omnia iam duce Kochio ad Isengrinii potius nomen transcribenda erunt; nisi quod hic quoque non pauca prioribus debuit, imprimis Camerti. Ubi vero in apparatu simul et Claverium (vel veterem Cuiacii) et Isengrinium citavi velut ad Rapt. II 226 vel III 102, iam uter auctor vere habendus sit ita percepisti, ut verbis parcam.

Sic qui Claudianum curat etiam in editionibus veteribus perlustrandis detinetur. Quae cum ex manuscriptis repetitae essent maximam partem disperditis, ipsae autem notitiam eorum crassis tenebris obduxissent, conandum fuit num ad tenebras dimovendas idoneam facem accendere liceret. Adserendus vero hoc loco etiam Claudianus sine editoris vel emendatoris nomine anno 1603 typis officinae Plantinianae Raphelengii expressus (*Cl. Claudiani quae exstant: ex emendatione virorum doctorum* in 24°), quo quidem libello paene omnium quos noverim minutissimo ad grandissimum nomen illius aevi producimur: constat enim hanc recognitionem esse J. J. Scaligeri[2]). Haec autem venerabilis illustrissimi viri opella suspensa iam est ex copiis Claverianis; codices scripti non adhibiti: coniecturas suas fecundissimum ingenium sat multis locis importavit. Itaque quas ego Scaligeri emendationes attuli, huius editionis scripturas esse teneas[3]); nisi quod alias quoque Scaligeranas lectiones, quae quidem in schedis tantum traditae fuisse videntur, ex Heinsii Burmannique larga suppellectile delibavi.

Qui vero secuti sunt editores quoniam de suo quisque opere rationem reddiderunt sufficientem, in examen non revoco, sed ad ipsos in transitu lectorem delego. Nullo enim tempore Claudianus ab eruditis litterarum antiquarum amatoribus temptari et frequentari cessavit. Inter quos immortalem laudem consecutus est Nicolaus Heinsius editionum suarum altera[4]), elegantissimus ille elegantiarum Romanarum cognitor vatumque praeteritorum et Rhadamanthus et resuscitator, etiam huius quod floret saeculi criticis usque quaque consulendus, licet venam eius in suspectando fertilissimam et illicite libidinantem iusto iure ipsam suspectam habeamus; ita est enim; et ex sexcentis inventis Heinsii vix unum et alterum cum summa evidentia ac necessitate Claudiano restitui fatendum est. Ex admirabilibus eiusdem studiis provenit etiam opus Petri Burmanni secundi[5]) spatiosum et collecticium et ipso puta Burmanno capacius: hic de Heinsii in Claudiano subsidiis non solum rettulit in praef. p. 16 sq. et 25 sq., sed collationis quoque manuscriptorum ditissimae thesaurum, nisi congeriem vocasse malis, repraesentavit p. 739 sqq. curante Ezra de Clercq van Jever, ex quo quid fructus hodieque corradere liceat declaravi supra p. CXXVI sq. Superbiae vero vanae et imprudentis is accusandus, qui cum nimio despectu prosequatur Casparum Barthium: hic enim

1) Contra I 30 *leges* solus quidem offert Claverius, auctorem tacet; interpolatum id esse supra p. XVII significavi. Neque permirum illud *infelix* Rapt. II 264 an ex manuscripto hauserit satis dignoscitur. I 157 *ceruice reflexa* et III 146 *expectatae* in textu tradit Claverius et solus quidem, adnotatione hos locos omnino non dignatus est. Denique in Basileensis editionis exemplari illo marginalibus excerptis insignito nunc Gottingensi quod olim Cuiacii fuisse memoravi, etiam ad Raptum lectiones in ora manuscriptas non paucas adesse scito; ibi ad II praef. 47 *quieuit* et ad I 159 *Vertitur* ea manu exaratum legitur quam manum alteram nuncupavit Kochius p. 10; ibidem ad II 363 *Omina* ab ea manu quam dixit ille primam. Hinc igitur derivandae illae lectiones Claverii quas ad Rapt. I 159 et II praef. 47 tradidi. 2) cf. Jacob Bernays Mus. Rhen. t. 15 p. 163 sq. 3) cf. Burmanni praef. p. 22. 4) Prima Heinsii recensio minoris formae anno 1650 Lugd. Bat. ex officina Elzeviriana in lucem data; altera in 8° anno 1665 Amstelodami ex officina eadem. 5) „Claudii Claudiani opera, quae extant, omnia“ eqs., Amstelaedami 1760; insunt notae Delrii, Claverii, Dempsteri, Heinsii etiam auctiores, denique Burmannorum utriusque.

Heinsii aequalis et aemulus in altera Claudiani recognitione anni 1650 [1]) commentariis sive animadversionibus carmina instruxit vasta et indigesta mole odiosis et in quibus ridicula qua utebatur nil nesciendi iactantia docta indocta, recondita detrita, verissima futtilissima omnino confudit atque permiscuit; legenti vero inter spinas densissimas etiam flosculi grati obvenient quos radicitus in hortos nostros transferamus. Quin etiam proprio ibi Claudiani libro scripto plenissimo Barthius usus est — manuscripta nempe coemere gestiebat —; qui liber existatne an perierit prorsus non liquet; fieri autem potest ut ex parte aggregari debeat libris melioris notae [2]).

Mox in perpetuam poetae interpretationem historicam exactissime incubuit Matthias Gesnerus [3]) lucubratione pro sua aetate palmari et incomparabili, post eum accuratione haud vulgari G. L. Koenig [4]), ut etiam hic ubi sententias dicat, audiendus sit, dolendum vero quod imperfectum laborem dereliquit. Exinde quid in lectione Claudiani historici huius saeculi profecerint, supra attigi p. XXIV; etenim inter surgentis Germaniae monumenta primaria haec esse carmina regalia et publica, refertissima rebus gestis, strepentia armis, obluctantia minaciis ingravescentibus barbarorum nemo fuit quin persentiret. Quare his tandem temporibus postquam Ludovicus Jeep vetustis exemplaribus denuo evolutis poetae verba in integrum restituere suscepit [5]), etiam ego inter Germaniae monumenta Claudiani emaculandi munus quamvis periculosum subire et scrinia bibliothecarum rursus adire non haesitavi; pervidi enim docuitque experientia a pristino scriptoris nitore conciliando quantum absimus etiamnunc.

Et in artis criticae factitandae fundamento quidem eo persistendum fuit quod

1) Hae secundae Barthii curae prodierunt Francofurti a. 1650 in 4°; primae a. 1612 Hanoviae. 2) Septemdecim codicum varietate gloriatur ille in titulo editionis; eorum quindecim ex excerptis Pulmannianis cognoverat, de quibus rettuli p. CXCIV adn. 2; et has quidem Barthius membranas Belgicas appellabat, velut p. 1068[b] et 1069[a] et passim. Decimus sextus Palatinus fuit recens et notae infimae, postremus denique „alius a nobis redemptus apud Helvetios amplioris formae“; ita Barthius in praef. „Amico lectori“; qui quandoquidem non iactat libri vetustatem, recentiorem hunc quoque fuisse satis confidimus. Specimina tamen eius scripturarum, quales tradidit, ubi conducere putabam non celavi. Continebat Barthii liber et maiorem et minorem Claudianum nec non panegyricum Aniciorum. In Raptu ad classem quam II constitui pertinuit, defuerunt enim vv. I 137—216 (cf. Barth. p. 889); lectionem ibi notabilem nullam video praeter I 68 *clanguit* quam tamen non potui non aspernari (licet hic incidat in mentem Gigantomachiae memoria quam scripsit Hercules Stroza poeta, ubi in p. 98[v] ed. Ald. haec: *animorum elanguit ardor;* cf. supra p. CLXXXIII adn. 2). Ex Claudiani maioris ambitu has selectas lectiones graviores in examen revoco: Gild. 69 *praedo* (= *HB*), 308 *numen praesensque* (= *HBA*), 113 *Nam* (= *CH*), fesc. 4, 16 *facem* et 17 *fidem* (cf. ς). Nonnusquam mira cum *V(P)* congruentia; ita fesc. 1, 21 *iret*, VI cons. 597 *ales*, c. min. 30, 73 *uellera . . ouili*, 22, 29 *calent*, 40, 19 *solaturusque*, 26, 79 *remitteris*, 32, 7 om. (37, 6 *fixit?*), conferendum etiam cum *V* c. min. 49, 3 *obnoxia natu*. Ceterum commendatur his: IV cons. 208 *simili* et 624 *ter* (= *EH*); at 628 *cecidere* (= *P*). Peculiare illud est quod ad c. min. 18, 12 adscripsi; nisi quod in talibus vilia multa velut in Hystrice, c. min. 9 (Barth. p. 1004), vel Eutr. II 202 *marito* pro *remisso;* et cf. ad Ruf. II 507. Denique in paneg. Prob. et Olybr. congruus liber Barthii potissimum cum *L;* vide exempla quae hic quidem omnia fere exhausi: habet ille cum *ω* vel plerisque v. 1 *flammigeris*, 55 *pateant*, 83 *triumfatum*, 105 *angustant*, 146 *proferrent*, 178 *cinctusque*, 187 *certis*, 213 *urnam*, 231 *iuncto*, praeterea vero 210 *erectis* (= *LWFP*), 41 *regnare uigorem* (= *LWP*), 9 *Anniade* (= *LWP*), porro 2 *sidera* (= *L*), 18 *signantia* (= *L*), 23 *recusso* (= *LW*), 129 *adducta* (= *LR*), 168 *falsasque* (= *L*), 207 *genitumque* (= *L*), denique 8 *Anthemum* (cf. *F*, sed et *L*), 112 *traduntur* (= *B*ς), 120 *in acmo* (= *T*), 250 *fluant* (= *R*), 275 *ambiat* (= *WF*); solus autem nihil subministrabat nisi forte *non . . non* v. 198; corruptissima haec: 18 *nepotem*, 82 *subiure* (vel *subiisse*), 223 *repedit*. 3) „Cl. Claudiani quae exstant varietate lectionis et perpetua adnotatione illustrata a Jo. Matthia Gesnero“ Lipsiae a. 1759. 4) Vol. I, Gottingae a. 1808; Koenigii et Gesneri adnotationes impudenter iteravit praedonis instar et plagiarii Artaud in ed. Parisiensi a. 1824 (3 voll.). Ea editio quam notis illustravit E. Doullay (2 voll., a. 1838) manibus meis se subtraxit. Denique „corpori poetarum Latinorum“ Claudianum inseruit W. E. Weber, Francofurti 1831. 5) „Claudii Claudiani carmina“, 2 voll. Lipsiae a. 1876 et 1879; idem Raptum Proserpinae separatim emiserat Turini a. 1874; accedebant eiusdem disputationes ad librorum Claudiani propagationem pertinentes quae extant Mus. Rhen. t. 27 p. 618 sqq., t. 28 p. 291 sqq., t. 29 p. 74 sq., t. 30 p. 1 sqq., in Actis Lips. t. I p. 347 sqq., denique in Begrüssungschrift der Thomasschule Lips. 1872.

olim posuit Heinsius vir hac in provincia circumspectissimus et quem in taxandis membranis veri sensus raro defecit. Nobis ubique quid antiquitus traditum esset, librorum praestantiorum testificatione confirmare, confirmata etiam conservare cordi fuit; eodem consilio et elocutionum similitudines ex scriptoribus multifariis comparandas et sub ora carminum proponendas existumavimus. quae similitudines quatenus ex imitatione ortae sunt. de ipsa lectione Claudiani fidem faciunt[1]); eodem porro

1) Ex imitatoribus locos idoneos supra p. LXXVIII—LXXXI uno conspectu comprehendi; adde Exodum (ed. Pitra) ubi v. 529 *O nimium felix celsis cui misit ab astris . . . candens cui militat aether Et coniuratae veniunt ad proelia noctes*, cf. III cons. 96 sq.; ibid. 297 (et 1227) *dominum submissus adorat;* cf. Stil. II 72; ibid. 122 *imperat acciri,* cf. Rapt. I 77; et al.; item Josuam, ubi v. 131 *totis cui militat astris,* cf. III cons. 97; v. 134 *mixta . . formidine gaudet,* cf. Rapt. I 132, II 155; in eodem Josua quod legitur v. 116 *coitura cicatrix vulnera mitificet,* hinc commendari fateor Eutr. II 15 lectionem *coeat;* ibid. v. 21 incipit *Ille citus;* sic coniecimus Eutr. II praef. 9. Inter eos vero, quorum Claudianus imitator extitit, non solum Vergilium, Statium, Ovidium, Lucanum, Silium Italicum, Horatium, Valerium Flaccum invenies, sed etiam Martialem, Iuvenalem, Persium (etiam scholia Persii? cf. ad Eutr. I 458) nec non Lucilium atque Ennium (cf. pan. Prob. 141, Ruf. II 410, Gild. 28, Eutr. I 111, 127, 276, 315, 370, 498, II praef. 7 et 8, II 519, Stil. I 257, 352, II 165, 168, 197, III 174, 220, VI cons. 249, 278, Poll. 115, 124, 125, 131, 142, 509; c. min. 26, 10; 26, 58; 30, 15; 53, 113; Rapt. I 107, III 37) et Catullum (cf. index lect. Marpurg. a. 1890 1; adde Rapt. II 167, III 282, Eutr. II 349, c. min. 30, 75, denique c. min. append. 5, 64). De Plauto et aliis scaenicis minus constat (cf. Ruf. I 2, Gild. 394, Eutr. II 358, fesc. 1, 37; Nupt. 163, Stil. I 59, II 152, VI cons. praef. 1, Poll. 528, 621; c. min. 25, 61; 26, 41; 30, 15; 30, 212; Rapt. III 414), constat de Senecae tragoediis cum spuriarum appendice (cf. pan. Prob. 271, Ruf. I 1. 22, 49, 79, 158, 214, 311, II 446, 476, Gild. 44, Eutr. I 66, Eutr. II 14, fesc. 1, 6; 4, 31; III cons. 4, 82, IV cons. 267, 279, 330, 459, 469, 550, 555, Stil. I 66, II 75, III 37, 103, VI cons. praef. 1, VI cons. 510, Poll. 323; c. min. 4, 10; 26, 87; 43, 2; 53, 74; Rapt. I 55; 100; II praef. 34; II 26, 82; adde c. min. append. 22, 3); accedunt historici Sallustius Livius Tacitus Florus et alii (de his doluit quod sero et ex parte tantum in usum vocare licuit E. Stoeckeri libellum „De Claudiani vet. rerum Romanarum scientia", Marpurgi 1889, qui plura suppeditat; ceterum cf. quae dedi ad Ruf. I 35, II 505, Gild. 247, 409, 513, Eutr. I 266, 322, 365, 431, II 147, 222, 241, 454, 489, 573, 591, III cons. 97, 208, IV cons. 57, 296, 407, 461, 641, Theod. 15, Stil. I 339, 341, II 390, III 32, 102, 146, 148, VI cons. 255, 400, 460, 571, 621, 633, Poll. 15, 82, 101, 103, 116, 155, 261, 262, 291, 340, 350, 427, 456, 532, 545, 559, 601, 609, c. min. 22, 19; 26, 47; 28, 17; 30, 153; 30, 157; 224; 230; Rapt. I 119; 167; 173; II 224; III 56; 226; 257; 298). Noverat Claudianus panegyricum ad Pisonem (ad pan. Prob. 47, Ruf. I 204, 218, IV cons. 9, 220, 223, Theod. 241, Stil. I 45, II 93, 123, 163, 170, VI cons. 478), minus panegyricum Messalae; sed etiam solutae orationis panegyricos Plinii Pacati aliorum, ex quibus exempla et ipse multa collegi, sunt quae mihi indicarit v. d. Georgius Weber Posnianus (cf. ad pan. Prob. 191, Ruf. I 220, 246, II 13, 87, 98, 285, 446, Gild. 13, Eutr. I 204, 348, 408, 506, II 15, 70, 134, Nupt. 325, IV cons. 89, 101, 102, 114, 118, 132, 134, 222, 269, 273, 279, 344, 413, 440, 454, 492, 518, 555, Theod. 41, Stil. I 25, 189, 341, 363, 373, II 153, 294, VI cons. 61, 445, 556, Poll. 46, 208, 250; c. min. 28, 2; 30, 54; Rapt. II praef. 29; II 310; III 56; 89). De Graecis exemplis Claudiani cf. quae composui supra p. LXXII sq., de Ammiano Marcellino p. IX adn. 1, de Symmacho p. XVIII adn. 1, de christianis p. LXIV sq.; fuit autem inter christiana exempla poetae etiam carmen De laudibus domini, ex quo hic affero v. 86 *Non ego . . si . . Ferrea vox linguaeque forent mihi mille canenti, Munera cuncta queam . . . obire,* cf. paneg. Prob. 55; 115 *et ne quid inausum restaret,* cf. Eutr. I 235; 8 *tardus Arar,* cf. Theod. 53; 89 *secreta in sede locatus,* cf. Theod. 183, VI cons. 23; 143 de Constantino *dominum meritis, pietate parentem, Imperio facilem,* cf. Stil. II 72 sq.

Sed enim auctorum quos expressit multo numerosius agmen est, et paene undique pulchellos colores suis sermonibus admiscuisse videtur Claudianus; quamquam tenendum est inter ea quae trado imitationis exempla multa sane esse quae minus certa dixeris, alia etiam incertissima; sed numero tamen exemplorum imitationis speciem augeri existumavi. Primo loco poetarum carmina recenseo, et quidem Lucretium (cf. ad paneg. Prob. 70, Ruf. I 128, Theod. 84, 108, Stil. I 301, VI cons. praef. 1, VI cons. 452, Poll. 17, c. min. 9, 27; 29, 2; 29, 51; 30, 189; 30, 216; 31, 37; 47, 8; 53, 83, Rapt. II 366, III 42, 60, 351; adde c. min. append. 5, 19), Propertium (cf. paneg. Prob. 198, Ruf. I 352, Eutr. II praef. 36, Eutr. II 11. Nupt. praef. 10, Nupt. 116, VI cons. 1, 440, Poll. 331, c. min. 29, 31; 30, 20; 30, 22; Rapt. I 19, 119, III 23, 191), Tibullum (Ruf. II 131, Nupt. 73, 123, VI cons. 153, 343, c. min. 28, 3; 29, 43; 31, 10; 53, 28; Rapt. I praef. 1, I 87; manifestiora vero Tibulli vestigia in c. min. append. 2), Catonis Diras (ad Ruf. II 209, Eutr. II 37, 298, Poll. 565) et Lydiam (Rapt. III 307), porro Moretum (c. min. 9, 13; Rapt. I 78), Cirim (Nupt. 156, Theod. 63, 219, Rapt. III 110), Culicem (? Nupt. 67), Grattium (? Stil. III 299),

consilio etiam in observatione grammatica studium collocavimus haud exiguum, qua quidem de re adeundus est et index vocabulorum huic editioni subnexus et huius praefationis quae finem facit appendix sive corollarium. Commenta doctorum coniectaneasque lectiones in contextum immittere recusavi, etiam ubi inveteratis erroribus plane convictae iacebant membranae, nisi paucas admodum easque quam maxime consentaneas; plerasque reieci sub marginem et extra limen poetae, nec illas tamen

Manilium (paneg. Prob. 39, Ruf. I 4, II 82, Gild. 474, Nupt. 65, IV cons. 258, 415, 539, Theod. 102, Poll. 374, c. min. 9, 45; 30, 27; Rapt. I 91, II 54, III 19, 32; adde c. min. append. 2, 102), Germanicum (Theod. 124, VI cons. 171), Phaedrum (? Stil. I 339, Poll. 72), Consolationem ad Liviam (Ruf. I 88, Gild. 129, Rapt. II 359), Elegias in Maecenatem (III cons. 49, VI cons. 312, c. min. 25, 82), Aetnam (c. min. 17), Calpurnium (? Ruf. I 152), Nemesianum (III cons. 84, Poll. 332, c. min. 22, 58; 27, 27; Rapt. I praef. 8; cf. supra p. XV), Optatianum Porf. (fesc. 2), Tiberianum (? c. min. 47, 5), Avianum (? Nupt. 52, III cons. praef. 5), Avienum (Ruf. I 124, 175, 185, 328, III cons. 12, IV cons. 604, Theod. 172, Stil. III 199, Poll. 223, Rapt I 6, 281, II 54, 75, 109), Ausonium (Ruf. I 107, Eutr. II 97, 490, fesc. 1, 1; IV cons. 256, 555, 598, 641, Stil. II 420, III 326, VI cons. 175, 200, 445, Poll. 631, c. min. 20; 23, 11; 29, 2; 29, 32; 30, 15; 31, 22; 32, 21; 37, 8; 43, 9; Rapt. II 116; nonnulla autem ex Ausonianis mihi monstravit C. Bluemlein); Septem sapientum sent. (Ruf. I 200); de aliis scriptoribus Claudianumne tempore praecesserint parum exploratum habeo; de quibus cf. supra p. LXXX; adde Focam (Rapt. II 147), Reposianum (Rapt. III 151, 332). Sed etiam eos prosaicorum libros qui carmina sermonibus inserta praebebant, nescio num usurpaverit Claudianus; dico Senecam maiorem (vide ad Ruf. II 245, 441, Gild. 91), Petronium (ad Ruf. I 146, II 206, 327, Eutr. I 4, 226, 344, 437, fesc. 1, 24; IV cons. 228, Theod. 312, VI cons. praef. 1 et 6, VI cons. 270, Poll. 343, c. min. 14; 25, 107; Rapt. II praef. 15), Columellam (Ruf. II 101, Theod. praef. 19, Stil. III 10, c. min. 46, 14; 53, 34; Rapt. I 142), Martianum Capellam (Ruf. II 41; fesc. 4, 3; Stil. III praef. 4, VI cons. 636, c. min. 25, 31; 25, 96; 53, 60; Rapt. II 325; et cf. quae attuli p. CCXI sq.). Iucundissima denique observatio fuit de pessumdato Statii carmine cui inscribebatur De bello Germanico; cf. adnotata ad III cons. 2 et IV cons. 155; credo enim atque huic sententiae me tradidi eamque sustinerem etiamsi nullum de illo diem tulisset testimonium, credo inquam librum ipsum De bello Germanico in exemplum potissimum sibi assumpsisse Claudianum cum De bello Gothico librum componendum sibi iniungeret; nec enim vulgare hoc propositum fuit, belli recentis prosperum eventum per monobibli ambitum et modulis panegyrici concelebrare; et auctoritatem Statii vix minus penes Claudianum valuisse quam ipsam Vergilii in propatulo est. Quae si probabiliter autumavi, titulus ipse De bello Pollentino spuriae originis etiam hac via coargui possit; certe alterum illum qui est De bello Gothico analogia tutatur Statiani De bello Germanico; cf. supra p. CVIII.

Superest ut scriptores prosaicos paucos subaddam, quorum lectionis apud Claudianum vel hic vel illic vestigia reperire mihi videbar; inter quos principalem locum habet Seneca philosophus (cf. not. ad Ruf. I 196, IV cons. 241, 269, 279, 290 sqq., Theod. 1, 6, Stil. II 12, 15, 335, III 113, Poll. 586, Rapt. I 145, II 243, III 28); sequitur Valerius Maximus (Gild. 131, Stil. I 375, Poll. 140); quibus haud scio an addere liceat Plinium maiorem (Theod. 304, VI cons. 51, 115, Poll. 54, c. min. 20; 27, 101; 49, 23), Suetonium (IV cons. 102, VI cons. 390), Scriptores hist. Augustae (Stil. I 122, Poll. 113); magis etiam dubito de Cicerone (Gild. 397, Eutr. I 57, Nupt. 78, IV cons. 9, Stil. I 5, II 116, VI cons. 410, c. min. 31, 21; Rapt. II 206) et Apuleio (IV cons. 245, Poll. 449); ex Quintiliano denique repeti saltem potuit locus ille in spurio carmine c. min. append. 5, 29. Ceterum hoc monitum volo lectorem, etiam tales me similitudines interdum sub margine Claudiani consulto exhibuisse, ex quibus de imitatione concludere nihil licebat; est enim hoc quoque quadam tenus officium editoris ad scriptoris sermonis proprietates illustrandas, ut, quas ille dictiones non primus coeperit usurpare, certis documentis indicetur quamvis fortuito arreptis; itaque quod ad Gild. 308 *ceu praesens numenque* — unum enim pro multis pono — in comparationem vocavi Quintiliani IV prooem. 5 *numen praesentius*, nimirum non ex ipsius Quintiliani memoria sua verba conformasse Claudianum contendo, sed fuisse iam ante Claudianum qui talem in modum verba sererent.

Collectaneorum autem meorum legiones (nisi censor superciliosus gloriosius id praedicatum increpet) supplementis variis explere licebat, quae quidem debebam, ne Barthii Heinsiique animadversiones commemorem, his maxime libellorum auctoribus qui sunt: St. Gramlewicz „quaest. Claudianeae" Vratisl. 1877 (cf. Jeepii ed. II praef. p. 77 sqq.); Max Kulla „quaest. Statianae" Vratisl. 1881; R. Amann „de Corippo priorum poetarum Lat. imitatore" Oldenburg 1885 et 1888; F. Trump „observ. ad genus dicendi Claud." eqs. Halis 1887; M. Hertz „Analecta ad carm. Horatianorum historiam V", Vratisl. 1882; Eugenius Geisler „de Apollinaris Sidonii studiis" Vratisl. 1885 (idem in Apollinaris editione Luetiohanni p. 351 sqq.; cf. Jeepii II praef. p. 57 sqq.; R. Bitschofsky, „de Apoll. Sidonii studiis Statianis" Vindob. 1881); Barwinski „quaest. ad Dracontium . . . pertinentes" Gotting. 1887; C. Hosius „apparatus criticus ad Iuvenalem" 1888 p. 60. Stoeckeri autem dispu-

omnes quotquot noverim, sed ea qua par est electione adhibita[1]); nisi quod erunt fortasse qui etiam maiori parsimoniae hac in re parendum fuisse censeant suscenseantque plenitudini adnotationis[2]). Denique orationem curiosius interpunctam et per cola disterminatam proponere meum esse putavi, quin etiam maioribus intervallis diligenter distinxi sermonem, nec in irritum cecidisse spero quae hac in re novata sunt. Sic itaque tardo gradu mihi prodeat Claudianus, nondum emendatissimus, si quid video, nec omnimodo sibi redditus, at potiorum emendationi apparatus.

Superest iucundissimus exitus quo gratiarum actionis officio postremo obtemperem. Nec enim Mommseni imprimis et Buecheleri, virorum clarissimorum peritissimorum, me destituerunt consilia: qui carmina Claudiani postquam typis mandavi perlegebant uterque, placita sua et monita in margine saepe utilissima in usum meum candide adiciebant; de quibus quatenus res tulit relatum est in adnotatis. Quin etiam Mommsenus operi instruendo inde ab initio consilio suo semper egregio adfuit auxilioque strenuo et incitato ad librorum scriptorum notitias parandas indefessus intercessit.

---

tatio quid praestet supra commemoravi; adirique etiam velim quae ipse exposui hisce locis: „Zwei politische Satiren des alten Rom" p. 52 sqq., 65 sqq., 112 sqq. et De moribus Christianis" eqs. p. V et XV sqq.

Et multa esse oportere quae me suffugerent, non tam animi caecus sum ut umquam negaverim vel addubitaverim cognovique vel ex libellis Barwinskii atque Stoeckeri quibus ex parte tantum uti licuit; neque ea consolatione abutar qua dictitant toto plus esse dimidium. Existant igitur qui pluribus etiam similibus accumulatis muniant mihi tradita verba Claudiani, exoptatosque atque speratos sese esse persciant. Et ego enim similia haec fere addere volebam: ad paneg. Prob. 1 cf. Dracont. X 495 *roseis sol mundum amplexus habenis;* ibid. 3 cf. Dracont. X 569 *meliore coma;* ibid. 12 cf. Alc. Avitus c. V 445; ibid. 55 sq. cf. Sili Ital. IV 527 *Non mihi . . . proferre queam quot* eqs.; ibid. 100 cf. Nemesiani ecl. 4, 14 *rapidis fugacior Euris* et Sili Ital. III 292 *velocior Euris;* ad Ruf. I 185 cf. Iuvenal. 11, 203; ad Ruf. II 404 cf. Sili Ital. II 125 *transverberat ictu;* ad Gild. 242 cf. Sili IV 42 *Romamque sub ictu;* ad Gild. 326 cf. Sil. III 28 *castumque cubile;* ad Theod. 214 sq. cf. Taciti Agric. 9 *integritatem et abstinentiam in tanto viro referre iniuria virtutum fuerit;* ad c. min. app. 20, 1 (quod est Merobaudis) cf. carmen De evangelio Hilario adscriptum (Pitrae spic. Sol. p. 167) *Salve vera dei proles.* Sed ecce ipsae chartae angustiae recalcitrabant invidebantque labori, et hercle equidem tam prolixe praefatus concitatius iam ad valedicendum lectoribus propero. Nisi quod unum etiam ioci causa apponam. Carm. min. 12 incipit *Fontibus in liquidis;* item manifesta imitatione epigramma Iuliani in anthol. lat. Ries. 527. Ecce vero initio hoc deceptus Jeepius in Mus. Rhen. t. 28 p. 292 contendit ipsum Claudiani carmen sub nomine Iuliani extare in anthologiae latinae Vossiano Q. 86. Et ex hoc errore tum ille profectus tractavit „die älteste Textesrecension des Claudian".

1) Ulitii criticae curae extant in Sylloge epistol. a v. illustr. scriptarum, ed. Burmann, III p. 735 (de paneg. Prob. 201 sq.), Alberti Rubeni ibid. II p. 750 sqq. et 756, Gevartii II p. 766 (de Theod. 279), etiam N. Heinsii ibidem II p. 140. Gronoviana dispersa leguntur in Observationum libris quattuor (ed. Frotscher 1831) et Diatribe Statiana (ed. Handius 1812). Schraderi ad Claudianum coniecturae ne usui doctorum deessent provisum est a M. Hauptio in Hermae t. V p. 326. Huius saeculi homines qui quidem aliquid profecerunt in emendatione poetae, suo quemque loco nominavi nec denuo omnes hic enumerare in animo est; sunt vero inter illos etiam hi: Th. Hertel „de nonnullis Cl. locis" Torgau 1848; Th. G. Paul „quaest. Claud." editae Glogaviae 1857, continuatae Berol. 1866; Maximilianus Bonnet in revue de phil. II p. 176; Ferd. Baehrens „Quaest. Claud." Monaster. 1885; Aem. Baehrens in Fleckeiseni annalium t. 105 p. 501 sq., 634 sqq.; Barco in Rivista di filol. class. IX p. 560 sqq.; Julius Koch in Philologo anni 1891 p. 567 sq. et 736 sq. Aponum separatim edidit, perpetuis notis instruxit C. F. A. Stinner in plagulis gratulatoriis ed. Vratislaviae 1838 nec quidquam tamen ex eo in lucrum vertere licebat. Hic denique etiam Caroli Weymanni v. d. rarae humanitatis ac sedulitatis mentionem ea qua par est observantia inicio, qui editionis Bipontinae exemplar quod ex hereditate C. Bursiani ipse redemerat, mihi utendum commisit, impletum illud quidem farragine adnotationum quas duae fere huius saeculi ineuntis manus intulerunt (nonnullas etiam Bursianus addidit); quo cognito thesauro quanto me gaudio abreptum putabis? Fateor tamen in sterili doctrina pleraque versari mihi visa esse: nec interfuerunt nisi rariusculi velut lapides in harena in quibus recto talo stare licebat. Inde desumpsi paucissima illa conamina Schottmuelleri.

2) Uberior et affluentior debito fuisse mihi videor in adportandis Heinsii inventis, in quo nimiae clarissimi nominis religioni indulsi; multa eiusmodi ex schedis eius edidit Clercq van Jever inter codicum lectiones interspersa. Semper scilicet decimari debent coniectaneorum cohortes quas illius aevi ingenia pepererunt. Idem num forte de meis quoque temptaminibus valere debeat non diiudico.

Post hos summos viros prae ceteris nominandus Julius Koch qui mihi per hos duos annos, dum sub prelo poeta laborat, assiduus adiutor ac deliberator diligentia officiosa iudicioque felici praesto fuit; quo ubi me duci sinebam rarius quidem significabam lectoribus. Denique plagularum quales typographus tradebat magnam partem non sine merito inspexit Rudolphus Ballheimer amicus Hamburgensis, aliam Ludovicus Schneider bonae spei iuvenis, errataque maxime officinae sedulo aucupati sunt. Quibus equidem omnibus nec minus iis doctis viris, quotquot sunt, qui aut codicum veterum collationibus aut aliis donis opem mihi saepe acceptissimam subministrarunt, gratias maximas et ago et publice actas renuntio.

Marpurgi mense Ianuario anni MDCCCLXXXXI.

Theodorus Birt.

IX. COROLLARIVM COLLECTANEA GRAMMATICA METRICA CONTINENS.

I. DE ORTHOGRAPHIA.

Primus quia vetustissimus est excutiatur Veronensis *R*, qui ad minora tantum carmina attinet. Id autem peculiare habet haec membrana, quod varia vitia pronuntiationis, qualis infimae fuit aetatis, scripturam eius infecerunt ita ut ex dictato quod vocant rem suam egisse librarius videri debeat. Nobis ergo inter vitiatam orthoepiam et orthographiam discernendum erit.

Et ad illam haec pertinent. Neque enim inter *c* et *g* distinguitur, ut pro sacris semper *sagra* scribatur (31, 30; 27, 89, alibi), item *lagrimis* 22, 2, *magrone* 53, 101, *trinagria* 17, 43, *liguit* 53, 107; 47, 2, *vulganus* 53, 86, *galliga* 18, 20, *iaculo* 22, 22, *cincula* 22, 51 neque ideo *negant* pro *necant* 22, 25 variam valeat lectionem; simile est *frutices* 22, 39, *taedri* (pro taetri) c. m. app. 2, 43, *strepidum* 18, 14 legiturque etiam *dablex* 53, 81 (sed *duplices* 17, 17). Magis genuinum fortasse quod in fine media cernitur vocis *inquid* 53, 98; indidem vero *quod* pro *quot* bis exaratum est 53, 57 et 64, convenitque quod *haud*, non *haut* scriptum est 17, 31. Porro iubarum loco *iurae* extant 53, 79, *favola* app. 2, 61 contrarioque modo *brebibus* 22, 35, *libor* 22, 32, *faborem* 22, 2; sequitur ut *dicabit* 17, 42 aurium errori debeatur (cf. p. XCII) itemque *acerris* pro *acerbis* 53, 19. Accidit autem ut etiam *rixa* inveniamus 9, 12, ubi *fixa* verum est.

Et haec quidem de consonantium immutatione. Ceterum *fraglantis* pro *fragrantis* habes 27, 80, in quod proni fuerunt etiam antiquiores; *n* vero spurium inrepsit in nomine quod est *Mimans* 53, 85, quin etiam bis in *anchilles* 22, 13 et 46, 2; quod vero *formunsa* scripserat 11, 3, *n* delevit m. 1.

Sed etiam in vocalibus anorthoepia verum obscurabat; praecipue *o* scribitur pro *u* genuino, rarius versa vice *u* pro *o;* talia sunt *iono* 31, 33, *volocrem* 46, 10 et passim, *troncavit* 53, 70, *famolis* et *fororem* et *iovenci* 22, 17; 22; 30, *proinis* 40, 15, *robuconis* 19, 1, *compotat* 20, 11, *potat* 13, 4, *versicolos* 13, 2, denique *telore* pro *tulere* 31, 10; *console* vero 41, 13 antiquissimae latinitati affine est. E contrario c. 48 agit *de turpidine, cognuscet* legitur 53, 17, *ignuscat* 23, 19, *ducuere* 53, 121, *rubustum* 20, 20, *nubiliore* 22, 31, *honus* 27, 18, *iure* 23, 2, *formunsa* 11, 3; itaque nihil est nisi soni confusio, quod *puro* pro Poro invenimus 22, 19 et *conditur* pro *conditor* 22, 20 et iure quodam *orbis* cum *urbe* semper confunditur (53, 49; 27, 90; app. 2, 118), *nomina* cum *numinibus* 31, 26; 17, 28; 47, 2; app. 2, 45, *orsa* cum *ursa* 40, 16, *locus* cum *luco* 27, 1 [1]), *muta* cum *mota* 9, 34; quin etiam accusativum in *-us* formavit scriba; nam *secundus* et *meus* scribens intellegebat *secundos* et *meos* 31, 57 et 50, 10; sed etiam *animosos horror* nominativum esse voluit 17, 13. Quo fit ut de Graecis nominibus in *-os*, quid Claudiano placuerit, ex Veronensi non discatur; habet enim hic codex et *aeolos* 22, 35 et *arctus* 53, 11. Quod vero etiam *eorum* cernitur pro *Eurum* 27, 2, id scripturarum antiquarum memoriam excitat.

Simile est in vocalibus *e* et *i;* sicut *milis* nominativus in Plauti codicibus, ita *cladis* in Veronensi extat 27, 108, *prolis* 27, 24; indidem fluxit *concide* 22, 11, *signis* 27, 37, *disponderat* et *dispicis* 31, 53 et 40, 11, *requiisce* 12, 1, quin etiam *laceris* pro *laceres* 50, 2 et 10; amabat nimirum sibilus iotam antecedentem; extat tamen etiam *stillantis* pro *stellantis* 31, 21 (cf. 27, 11) et *pinnae* pro pennis 27, 21; 9, 39. Alibi iota expulsum per *e;* reperimus enim *vigelet* 21, 4, *tegridre* 27, 83, *dedicit* 53, 108, *teteyere* 22, 9, *contegit* 22, 49, *elégit* 27, 42, *collégit* 17, 17, *flamineae* pro *Flaminiae* 40, 8; denique utrumque vitium in *filex* 27, 101.

---

1) Ubi de lectione Jeepius non recte rettulit.

Diphthongi *ae* et *oe* plerumque fere obtinuerunt, neque solum *coetu* legis 53, 2, sed etiam *foetibus* 53, 124 (cf. 27, 23), sed adeo prorsus falso illatae sunt in *praecor* (53, 31 et saepius) *praecibus* (22, 50), *praemit* (27, 61), *praetiosa* (27, 43), *calliopaea* 31, 20, *maeroe* 40, 15, *plaegram* 53, 4, *aequi* pro *equi* in c. 48, *insultaet* 22, 22, *certaraerę* 31, 3; item *coeperat* pro *ceperat* 22, 15, *poenitus* 41, 11. Memorabilius fortasse quod *coata* scriba pinxit 23, 9 volens *cauta*. Contra *e* pro *oe* nusquam scriptum vidi, pro *ae* vero in his: *letheo* 53, 46 (sed *laetalem* 22, 48), *subeum* 27, 43, *pangea* 53, 67, *aegeus* 53, 117, *pene* 53, 88, *furate* 31, 9. Praeterea neque *e* in *genetrix* obscuratum est 53, 13; 17, 10, neque *i* in *aetherius* 53, 61. Accusativus vero in *-is* cadens locis his exhibetur: *hostis* 53, 102, *insignis* 22, 53, *natalis* 27, 51, *solis* 20, 13, *fontis* 45, 1. Item *y* plerumque suo loco duravit (*syrtis* 31, 55, *tethyos* 27, 16, *odrysios* 53, 76), transpositum est in *bybacę* (pro *libycae* 31, 56) et *tytion* 53, 25; semel loco eius *u* comparet (*profurio* 53, 115), nonnumquam *i*: *pigmea* 31, 13, *gortinia* 9, 36, *chlamides* 17, 15 (sed *clamydes* 46, 8).

Sed iis quae modo tractavi ab orthoepia ad orthographica iam processisse videor. Quodsi consonantium curamus scriptionem, *urguet* et *urguere* praebet 51, 8 et 53, 20, numquam *urgere*. Simile est quod dissimilationi consonantium summopere favit librarius qui sibi concederet non solum *quidquid* 6, 4; 14, 2 et *transnare*, non *tranare* 50, 7, sed etiam *inrorat* 53, 71, *inrita* app. 2, 42, *inruat* 50, 5, *conlatis* 9, 27, *inlustrat* 17, 39, *adfari* 32, 6, *adfirmat* 9, 5, *adportans* 31, 16, *adfuit* 17, 33, *adnue* 31, 58, praeterea *inpone* 49, 11, *inprobus* 53, 116, *inpendere* 9, 31, *conplectitur* 32, 13, *inbellem* app. 2, 96 nec non et *inmerito* 17, 31, *inmortale* 27, 64, *inmensa* app. 2, 105 (simul tamen *immanem* ibid. 75 et 27, 90), quin etiam *adcelerant* 17, 6 et *subpeditat* 27, 102; porro iuxta leguntur *adsuetus* 27, 14; app. 2, 83. *adsiduo* 27, 34 et *aspectu* 53, 93; 20, 10, *aspice* 17, 1; 18, 1, *assimulat* 9, 6. Nunquam autem *n* observatur in formis quae sequuntur: *quoscumque* 53, 14 (cf. 27, 104. 50, 7. 6, 1) et *numquam* 22, 9 (cf. 22, 35. 50, 10), cum reliqui codices plerique semper fere *quicunque* et *nunquam* praebere soleant. Geminationem consonantium neque in his curavit quae sunt *expectent* 31, 35, *exilit* 53, 117, *exul* 22, 25, neque vero in aliis velut *flamas* 27, 63 (cf. 27, 94. 17, 47), *gutura* app. 2, 57, *palescunt* 53, 9 (cf. 23, 17), *telus* 53, 55 (cf. 27, 73), *reliquias* 27, 95, *solemni* 31, 37, *emolit* 22, 27, *attolit* 27, 19 (cum recte habeat *sollertia* 17, 23), *interitu* 53, 56, *autunum* pro autumno 20, 12; rectius contra scriptum est *milibus* 27, 79, *conixus* 53, 67, *conectit* 53, 81; 31, 10; sed est etiam ubi contra legem duplicatum sit velut *littora* 53, 64, *ratte* 22, 53, *consummit* 27, 60, *tyrranni* app. 2, 85 et 117, indidemque etiam illa scriptio *sagittas ferrae* 9, 48 originem duxit. Correctius vero *littera* 31, 43 et 40, 21.

Litteras *c* et *t* ter confudit scribens *coeuncia* 53, 51, *sollercia* 9, 32, *amiticiam* 19, 6; accurate contra *dicione* 27, 88; 18, 16.

Denique spiritum *h* evitavit quidem in *arcanum* et *toro* 31, 52 (*turo* 48, 8), *erilem* 27, 93, detraxit eundem in *astilibus* 9, 24, *amis* 49, 13, *alys* 48, 6, *onus* pro *honos* 17, 42; posuit contra spiritum atque retinuit in *harundo* 9, 39 (cf. 49, 21), *harenis* 49, 4, *sepulchris* 53, 59 (et semper ita), abundantius autem legitur etiam *honeri* 17, 14, *multishonora* 18, 18, *hemoniam* 53, 64, *aethna* 17, 4 et 33, *athlantis* 53, 23, *chirreaq;* 53, 35 (cf. app. 2, 16), *chonchae* 45, 2, denique etiam *anchelat* 3, 1. Graecum autem *ph* cum non sperneret scriba, nihilominus et *flaegraea* admisit 31, 27 et *frigio* 17, 38.

Inter ceteros orthographiam exquisitiorem ostendunt *E* (*Em*, *A*[2]) *C*.

Et *E* quidem in nominum flectione quartae classis accusativos ostendit *domus* (Eutr. II 577), *fastus* (IV cons. 155), *laurus* (Stil. III 59. VI cons. 120), tertiae classis accusativos in *is* praeamat sicut *R* restituitque corrigendo *tris* (b. Poll. 143), *pinguis* Ruf. II 487; II 400 *oris*, Theod. 177 *noralis*, Stil. I 270 *partis*, II 89 *viridis*, 230 *talis*, III 162 *sublimis*, 226 *imbris*, 276 *sirtis*, 277 *sterilis*, 312 *segnis*, Poll. 61 *fatalis*, 421 *omnis*; sed idem tamen restituit VI cons. 148 *ingentes*, 174 *sodales*, Poll. 546 *omnes*. Plerumque *i* adiecit tantum scriba, non delens *e* quod est in *A*; hac lege ex *E* accedunt *omnis* Eutr. I 37; 79; II 516; 583; IV c. 274; Stil. I 384; Eutr. I 454 *noralis*, II 111 *pinguis*, 133 *similis*, 275 *urbis*, 276 *facilis*, 574 *hostis*, Nupt. pr. 7 *fontis*, Nupt. 19 *crinis* (at ibid. 123 *crines* ex *crinis* strenue correxit *E*), 258 *ignis*, 301 *uallis*, 339 *similis*, III cons. 50 *glandis*, 66 *urbis*, 163 *nubis*, 173 *partis*, IV cons. 50 *gentis*, Theod. 254 *partis*, Stil. I 67 *facilis*, VI cons. 525 *uestis*.

Ceterum in vocalium scriptione diphthongum *oe* servavit (*phoebiq;* III cons. 9) et *y* velut *tyle* (IV cons. 32, Stil. III 156, b. Poll. 204; alias habet *thilen*) et *e* purum in *fecundus*, *genetrix* (*gemescunt* Eutr. I 178); contra *pinnas* sicut *R* pro *pennis* ponere solet (Ruf. II 462. Eutr. II 312. Nupt. 98. 201. Stil. III 203), recte vero sicut *R aetherium* (III cons. 175. IV cons. 229). Servavit etiam *suboles* (Nupt. 253; reliqui *soboles* fere constanter) quodque maioris pretii *saluit* III cons. praef. 3; contra *stipuere* pro *stupuere* refecit Stil. I 51 (cf. 147). Recte scribit *tingui*, sed etiam *urguetur* Ruf. II 100 sicut *R*, contra *urgerent* Eutr. II 213, *urgemur* Ruf. II 212.

In consonantibus scribendis ipsam litteram *W* admisit hic scriba in *Wandalicis*, quod tamen recipere nolui, raro *b* emollivit ut efficeret *liuauerit* Ruf. II 406, *rauidos* Ruf. II 410. Ceterum amat formas praecipue non assimilatas neque solum *quidquid* sicut *R* ubique fere ostendit (Nupt. 12, 219, 220, alias), verum etiam *adloquitur* et *adloquiis*, *adcurrit* (b. Poll. 414, contra *accelerarit* ibid. 589), *adclinis* IV cons. 139, *adlebat* (Nupt. 121), *adsibilat* Nupt. 68, *adspirate* fesc. 4, 16, *adsiduus* Eutr. II 410,

porro *inlecebris* Ruf. I 161, *inlicitus* Stil. II 42, *inrigat* Nupt. 102, *inlustret* Theod. 281 etiam in his leges easdem fere observans atque *R*; contra sequenti nasali adsimilat: *ammiscent* Eutr. I 431, *summissus* III cons. 122, IV cons. 85, *summersae* IV cons. 628, Theod. 281. Ceterum *optulit* legitur VI cons. 531.

Auxiliare *p* admittere non solet in his: *contemtus redemti pertemtas emtus temtavit* (b. Poll. 607. 618. Eutr. I 272, II 352. Nupt. praef. 18, Stil. I 149, b. Poll. 465), scripsit tamen *contemptum* b. Poll. 178.

Nasalem aliter atque *R* extrivit in *tranavit* (Eutr. I 417, Nupt. 256, III cons. 45), semel vero *formōsus* scripsit, sed virgulam rursus delevit Nupt. 321, sicut e. g. etiam apud Alcimum Avitum *formonsus* traditur carm. I 58; cf. *R*.

Doctam orthographiam magis etiam illud *virecta* prodit fesc. 2, 31; neque minus docte consonantes duplicavit in his: *anhellat, anhellam* (ita semper; cf. Ribbeckii proleg. Verg. p. 429), *querellis* (VI cons. 360. 429. b. Poll. 270), *relliquias* (VI cons. 157, aliter *R*), simplicem contra recte exhibet in *conubia, conexa* (IV cons. 285, saepius), *bucina, belua, litus, nequiquam* (non *nequicquam*, Eutr. II 358. Ruf. I 49), *sicine* Ruf. I 45 (cc in *q*); sed etiam *molosi* pro *Molossis* scribi iubet (Poll. 135), semper *Rufinus* cum reliqui plerumque *Ruffinus*; magis alienum autem *flamae* (IV cons. 69 et saepius), quod etiam *R* praetulit. Denique non *exangues*, sed *exsangues* Eutr. I 272.

In aspiratione leges has sibi imposuit, ut pure semper *umeri* daret et *erile* et *umida* (VI cons. 194) et *Histri* (b. Poll. 81. 170. 569. 603) solusque *pyton* pro *phytone* IV cons. 537; *aenam* b. Poll. praef. 7, *ahena* Stil. II 417, sed ut *h* deleret; *concas* III cons. 210, *pulcras* VI cons. 624, semper quidem *tropaea*, non *trophaea* (Stil. I 81. 247. III 205) cum reliqui codices ubique unanimi *troph(a)ea* offerant, semper contra *Bosphorus* (cf. Eutr. II 340) et *thybris* (VI cons. 641).

Ubi ante *i* inter *t* et *c* dubitabatur, solet praeferre *t* saepe rectissime, nonnumquam falso: restituit ergo *otia* (Ruf. II praef. 13 et saepius), *negotia, pretium, pretiose, mollities, servitium* alia, sed etiam *sotium* (Eutr. II 481, saepius), *delitias* (Stil. III 317), *ditio* (b. Poll. 581), *conditio* (Eutr. I 31); recte contra *condicio* IV cons. 220.

Iam vero rationem orthographicam quam *RE* sequuntur, in multis unice veram et ipsius Claudiani esse patet. Quaeritur num etiam dissimilationem consonantium velut *inlustret* et *subpeditat*, quae in illis membranis latissime patuit, ipse poeta exercuerit. Neque enim ignotum est talia a nimis doctis librariis saepe contra ingenium scriptorum et vividi sermonis inculcari. Quoniam vero eadem orthographia regnat fere in codicibus Vergilianis iis qui propemodum vivente Claudiano exarati sunt, subtrahere eam Vergili imitatori non ausus sum. Subveniuntque alia; velut corruptela *aduectum* Eutr. I 355 fidem facit scriptioni *adsuetum; inuitat* II 236 scriptioni *inritat;* quin etiam v. l. *ad tristis* (vel -*es*) Nupt. 179 ex *adtritis* explicatur; quamquam etiam temerarie sic scriptum fuisse in *Ω* vel *x* ex illo *Inlicitas* Eutr. II praef. 9 concluditur, si quidem *Illc citas* dederat poeta ipse. Denique ne a Raptu quidem olim alienam fuisse dissimilationem lectio antiquissima una *adflataque* testatur quam praestitit codex Santenianus ille saeculi IX repetens versum I 1 (cf. supra p. LXXXI). Haec vero et similia non admisi nisi ubi testimonia idonea invitabant. Neque ut talia velut *inprobus* admitterem a me impetravi; nedum illud *subpeditat*. Item accusativos in -*is* cadentes plurimos, quorum praeter *E* et *R* etiam in reliquis libris vestigia comparent, in contextu repraesentare reveritus sum, cum id curarem, ne formarum ambiguitate sensus ipse obscuraretur. Inter reliquos autem testes *C* is est qui ad merita librorum *ER* maxime aspirare videri possit.

Bruxellensis *C* in flexione nominum neque *fastus* neque *laurus* offert, rarius accusativum in *is* velut *inmanis* Ruf. II 80, *turpis* II 325. Diphthongus *ae* satis rara: *terrę cęliq;* Eutr. I 9; *pęnituit; saecula* passim. Raro *oe* servatum: *proelia* Eutr. I 262; item *poenis* I 179. Saepe *ae* falso aut pro *oe* aut pro *e*: *męnibus* Eutr. I 2, *cępit* I 44, *phębus* I 327. II 46. *fędera* I 381, al.; *fęmina*, I 72. *fęcundum* I 49, *paenuria* Ruf. II 273, *paenę* Poll. 92; simplex *e* substitutum velut *ceca* Eutr. II 429; *oe* adulterinum in *loetum* Ruf. I 88. 234. 317. II 19. Recte *aetherii* contra deteriorum consuetudinem Ruf. II 115; *diis*, non *deis* Poll. 53. Vocalis Graeca haud rara: *thybrim* Eutr. I 117, *tybris* I 436, *cybele* Gild. 120, *pyrri* Gild. 125, *stygiis* Ruf. I 62, *odrysiis* I 175, *syphacem* Gild. 91; eadem alibi prave inrepsit: *tyresias, pyratica, sydere* Eutr. I praef. 35; II 197; 330; 421; *hyrsuta* Ruf. I 352, *hystri* Poll. 81; sollemni confusione *Lybia* Eutr. I 408; et *clipeus* et *clypeus* I 412; 601; II 160. Saepissime denique vicit iota: *babilona, bizantius, olimpi, thiestes, thirsis, migdoniis, assiriis* (I 340).

Consonantes plerumque assimilatae; fere semper *quicquid: iccirco* Gild. 78; item nimirum *aspicis, immensa* (Ruf. II 68). De *summisit* I 42, *summersa* Gild. 12, *summissius* Gild. 248 convenit inter *C* et *E*. Sed etiam talia extant: *adridens* Eutr. I 304; Gild. 156; *adspicit* Eutr. I 486; *adsit* Ruf. II 338; *adclinis* Poll. 487; *adportet* Gild. 263; Poll. 456; *adpetit* Ruf. II 402; *inlaudata* Ruf. II 226; *inrcrocandus* Poll. 123; quin etiam *subfixa* Eutr. I 201, *subcumbere* Ruf. II 153; *obprobria* Poll. 522. Contra *opticuit* Gild. 128. — *transnare*, non *tranare* Poll. 489. — In vocibus qualis est *emptor* numquam fere *p* omissum; sed habet etiam *dampnat* (Eutr. II 135 et 591. saepius *damnare*), *contempno* (II 339), *tempnis*

Poll. 511, *solempnis;* contrarium vitium in talibus: *alunnae* (I 107; 385), *autunni* (Ruf. I 361); quin etiam in his quae sunt *menbra* (I 128 et frequenter), *succunbent* (I 507) *utrunque* (Ruf. I 196), *plerunque* (Ruf. II 69), *nunque* (Poll. 431), libris inferioris saeculi praeivit *C;* idem *quodcunque* Poll. 205.

Consonantium pravam geminationem vitavit in *Africa* (ubi *Affrica* sequiores), *milia, bucina, conubia, litus, nequiquam* (Ruf. I 49), *suci* (optime Ruf. I 150); nisi quod modo *oceanus,* modo *occeanus;* etiam *repulit* Poll. 149; *bachatus* 146; *s* post *x* retinuit in *exsecti* (Eutr. I 468), *exsangues* (I 301; II 165; Ruf. II 130); ceterum neglexit (*extat* Eutr. I 56; cf. I 433; 385; 169; II praef. 10; II 324; 22; 597; Poll. 77sq. 516). *Scotto* optime tradit Poll. 417, atque omnino summa merita huius membranae in nom. propriis exspendescunt. Inconstantia in aspiratione: *lacrimas* fere semper, item *coeleis* (Eutr. I 356), *coturni* (I 299), *arpyas* Poll. 22; contra et *harenas* (I 32) et *herus* (I 33), quin etiam *hostia* (I 404), *haristas* (Ruf. II 44), *hiisdem* (Eutr. I 412), *hemilios* (I 439), *heheu* (Ruf. II 49); *heridanus, herymante;* non modo *sepulchro* (I 458, II 232), *pulchre* (I 300), sed etiam *archana* (II 25 al.), *simulachra* (Ruf. I 127; II 359), *chartaginis;* denique vilissima illa quae sunt *nichil* et *michi* (Eutr. I 181; II 94; Ruf. I 342).

Inter ceteros libros *V* adprime respiciendus. Eius scriba suo tempori ita obtemperavit, ut etiam maiori Claudianum linguae deformationi traderet. Expiscari tamen satis multa possunt ex vitiorum Oceano, quae genuinam scripturam repraesentare videantur.

In diphthongis: regnat *e:* ita *phebe, pheton, celi, terre, preclare, come, turme* similiaque sescentiens; item *PIIB;* iam igitur inter *male* et *malae* discrimen nullum; atque memoro me formam adverbii sic ut traditur nonnumquam retinuisse, ubi correcturae idoneam causam non inveniebam: sic Eutr. II 2 *certe,* Nupt. 47 et fesc. 2, 38 *placide; certae* et *placidae* editiones priores. E contrario etiam perperam hamatum *e: ęcpit, pęnas, męnibus, lęto* pro *leto,* qualia tritissima. Contra Graeca vocalis nonnumquam permansit: ita *halys* Ruf. II 32; *chalyps* II 357, *rhadamanthys* II 480 quod in textum assumpsi, *syfacem, frygio* (Gild. 119), *pytagoras* Theod. 91, *ydris* Ruf. I 90, *pyrrhe* Gild. 125, *libye* Ruf. II 41, Theod. 24; plerumque tamen *olimpi, phiton, babilona, lirum.* Alibi *y* etiam falsum in locum deerravit: ita *Lybie* (Eutr. I 32; 408), *cynifias* (Gild. 9; cf. *IIA*), *chrisyppe* (Theod. 89); denique ipsum pro *i: Cilyx* Ruf. II 33, *Cynna* I 255, *tytanum* II 524, *tygride* I 89, *tybie* fesc. 4, 30. — Ceterum *aetherei* Stil. II 26; *genitrix* ubique (item *CPIIB*).

Accusativi in *is* exeuntes satis rari: *defensoris* (?) Ruf. I 80, *celeris* I 341, *terribilis* Theod. 81 (item *E*), *feralis* Gild. 124, *fidelis* Stil. II 55; *VP* una scribunt *viridis* Stil. II 89, *pinguis* 464. Denique *iucundus,* non *iocundus.*

Consonantes: *b* cum *v* confusum: *beios* Gild. 107, *labas* Gild. 119 (hinc *sudabit* ibid. 94?); cf. *P; VP uiua* Stil. I 254. Semper *urgere* sine *u.* Ubique fere *loquutus* (Ruf. II 251; Eutr. I 3; Theod. 37), item *sequutus* (Ruf. II 120), tamen *secuntur* (Eutr. I 254). — *fraglante* Ruf. II 190; item *R* supra; cf. Gild. 148, ubi *flaglantis* in *P.* — Nasalis duravit in *coniunx* Ruf. I 230; quod vero etiam Gild. 158 *atlans VP,* reieci; alibi enim *atlas* iidem; item *elefans* offert *P* Stil. III 350. — *De Karthagine* cf. index.

Dissimilationis multa exempla (haud raro concinit *P*): *inlicitum* Ruf. II 320, item Stil. II 85, *inlecebris VP* Stil. II 137, *inlaudata* Ruf. II 226, *inlustris* Stil. II 256, *inlustrat* Eutr. II 258, *conlidunt* Theod. 82, *inradias* Theod. 85, *inrupit* Gild. 139, Eutr. II 276, *adclinis* c. m. 25. 4, *inmanius* Ruf. I 89; 251, *inmunis* Stil. II 201, *inmota* Theod. 5, *inmittere* Gild. 141, *inmensis* Ruf. II pr. 13, cf. II 68; 376, sim.; item *inpensi* Eutr. I 451, *inplorantibus* I 378, *inponit* Theod. 13; 66, *inportuna* Stil. II 109 (*inplet* Ruf. II 179; *impaccata* Ruf. I 71); quin etiam triumphante barbarie *senper* (Eutr. I 480), *menbra* passim, *anbusto* Ruf. I 120, *procunbis* I 334. Porro extat quidem *adsimulat* Ruf. II 81, *adstrictos* Ruf. II 214 (in voce interpolata), *adscribis* Stil. II 81; plerumque vero ante *s* deleta dentalis: *assis* Stil. III 212 una cum *PIIB, assiduo* Gild. 220, *aspirate* fesc. 4, 16, *astitit* Nupt. 251, *assuetum* Ruf. II 34, *aspexit* Theod. 132. Semper *quicquid. Summisit V* cum *CP* Eutr. I 42, ubi *submisit IIBA,* quod non attuli in adnotatione. In his quae sunt *quodcumque, umquam, numquam* praevalet *m* sicut in *R* (cf. Nupt. 221; 130; 174; Theod. 36; 142; Ruf. I 251). Auxiliare *p: consumpta, contempta* sim.; porro *dampno, contempno, columpne, autumpni* al.; iuxta et *tentat* Ruf. II 160 et *temptat* II 305; cf. *insonnes* Ruf. I 38, *alunno* Nupt. 44, *colunnas* Nupt. 89, 211. Sibilus resectus semper fere in his: *exul, exilium, extat, extitit, aspirant, aspersis, exultat, extruxit, extinxisse, excindere, expectantibus,* quin etiam: *exanguis* (Ruf. II 130), *exurgit* (Theod. 209), *exuperabile* (Ruf. II 127); inter haec tamen *transsiliunt* Stil. II 22.

Geminatio recte admissa in *sollers, littera* (Eutr. II pr. 20), *futtile* Stil. II 108, recte vitata in *conubia* (Eutr. I 72; 494), *litus* (sed etiam *littora* Ruf. I 11), *milia* et *pelex* (I 204 et 62), *bacis* Stil. II 88. Minus recipienda *quattuor* (Theod. 199) et *opportuna* Ruf. II 313 (item *CIIB*), quamquam inveteratus hic abusus (cf. R. J. Mueller in diar. gymnas. Berol. a. 1871 p. 49) et *supplicibus* (I 364), *solemnis* Ruf. II 47, *bacchati* Stil. II 203. Exuberavit prava geminatio in his: *occeanus* (passim); *Affris, Affrica* (passim; item *IIBA;* cf. Gild. 84; 136); *rippe* Ruf. I 120, *mittis* pro *mitis* Ruf. I 254, *littore* Stil. II 210, *impaccata; haeccine* Eutr. II 140; modo *succi* Ruf. I 150, modo *sucos* Gild. 172; modo *baccari* Ruf. I 82, modo *bachari* Ruf. I 368, al.

Litterarum *c* et *t* permixtio: recte quidem *dicio* et *condicio* passim; simul tamen *precii* Eutr. I 37; 84. *laciis* II 237, *mollicies*, *canicies*, *quociens*, *milicia*, *sentencia*, *arariciam*, *serricium*, *nuncius*, *pocius*: et e contrario *sotium* Eutr. I 150, *commertia* I 58; Stil. II 115.

Spiritus asper: modo *harenas* (Nupt. 148; Ruf. I 371; II 52), modo *arenas* (Ruf. II 55); recte *eri* Eutr. II pr. 29 (cf. *P*), item *hiberus*, *hedera*; sed etiam *humectat* Ruf. II 259 (sic ω), *humentes* Gild. 213 (sic ω), *humeris* (ita ω semper), *herebum* Ruf. I 29; II 523 (cf. *PCHB*), *coheceet* Ruf. II 154, item *hiisdem* similiaque in deliciis horum scribarum sunt. Semper porro *thorus*, *trophea*, *bosphorus* (vel *bosforus*), ut *sepulchrum* ita et *archana* passim, *Archadium* Ruf. II 143 (ut plerique; at vero *Arcadium* Stil. II 79); accedunt *choris* pro *Coris* Ruf. II 221, *Nothus* Gild. 459, *Chypri* Eutr. II 52, sim.; contra et *calcedon*, et *carte*, *coturni* Eutr. I 229, *rodano* 401; modo *pulchrum* modo *pulcro* (Ruf. I 166); semel *pulcrhum* (sic) Ruf. I 328; et *Tybrī* Eutr. I 447 et *Thibris* I 436. Transpositus spiritus velut in *hanelus* Ruf. I pr. 2; II 41. Spiritus densior in *michi* et *nichil* centiens fere (*mihi* recte Ruf. II 150; saepe etiam *mͥi*).

In reliquis libris eadem atque in *V* depravationis exempla; eadem etiam in iis codicibus, quos ad Raptum et paneg. Prob. et Ol. applicavi (de quibus cf. p. CLV sq., de *F* et *W*; item p. CLXI sq.). Hoc loco missum quidem facio *A* quippe exaratum aevo renascentis eruditionis et reformatae artis grammaticae (habet ille *genetrice* Nupt. 233), neque curavi in eo nisi nominum propriorum orthographiam nonnumquam emendatissimam, quae ita prompta esse ex parte sane possit ex membrana illa unde descriptus est *A*. Memorabile etiam *A* patrocinari accusativis in *is* deflexis; ita IV cons. 540 *mollis*, item Nupt. praef. 10, IV cons. 624 *lintris*, 629 *piscis*, 639 *fascis*, Nupt. 59 *talis*, 154 *omnis*, 179 *tristis*, 181 *orbis* et sic per totum fere poetam; Stil. III 276 *syrtis* in quo cum ipso *E* conspirat. — *PHB* in plerisque cum *V* peccare scito; praeterea memorabilia

In *P*: *rendicat* (fere semper), *iocundus*, saepe *soboles*, sed etiam *suboles* Stil. I 33, II 336. — *ac* falso scriptum ut *tardaeque* IV cons. 453. — Accusativi infrequentes quales sunt *mollis* IV cons. 510, *exanguis* VI cons. 155. — *faretram*, *frygias*, tamen *prophanus* (I 75; 116); *nenacus* c. m. 25, 107; *Uela* Nupt. 150, *racis* pro *bacis* Nupt. 167, *traues* VI cons. 619. — *coniux* Ruf. I 230. — *d* in fine: *velud*, *capud*, *inquid* (ut Stil. I 286; III pr. 2, II 250). — multa dissimilata vocabula: *inrumpere* Stil. II 378, *inriguus* VI cons. pr. 10, *adfari* Stil. II 162, *subripuit* Stil. I 346, *inremeabile*, *adgreditur* Eutr. I 78, *adsiduis* Ruf. II 433. *adsuetas* Eutr. I 428, *adsibilat* Nupt. 68, *inmanis* Ruf. II 80, *inmortali* IV cons. 159, porro *inprobus*, *inpendentia*, *inperium*, sed et *inbuit* Eutr. I 161, *conpedis* Eutr. II pr. 3, *panpineos* IV cons. 603, *tenpla* Eutr. II 448, *consonpto* II 416, *unbo* II 387; denique *subfixa*, *obpressus* Ruf. I 57, *subpeditat* Stil. II 425, *adtonitum* Eutr. I 447. optime autem *rirecta* servavit *P* fesc. 2, 31. — assimilata: *assis* Stil. III 212, *iccirco* sim., melius *summisit* Eutr. I 42, item *ammonuit* Stil. III 97 (m. 2?). Prave duplicata: *connubia* Nupt. 27, *littora* Ruf. I 11; 123 (at *litora* Stil. II 416), *suppremo* Stil. I 376, *occior* II 272, *paccator*, *paccata*; *buccina* Ruf. II pr. 3; contra et *comminus* (Stil. I 66, Gild. 286) et *cominus*, *bacabere* (Ruf. I 368) et *baccata* (Ruf. I 82); denique *repulit* Ruf. I 42, *retulit* IV cons. 633, *molosis*, *opida*, sim. — Spiritus: *pulcher*, *archana*, *cathenis*, *inherti* Ruf. I 268; contra *bac(c)ari*, *baratri* Ruf. I 379, II 523; et *hanela* Ruf. I pr. 2 et *anelas* II 414; cf. *choors* Eutr. II pr. 16; *ahrenas* IV cons. 598; probe *Arcadius* IV cons. 652; *umeros* VI cons. 562.

In *H*: accusativi in *is* terminati *similis* Nupt. 339, *tristis* Theod. 166, *qualis* 180 (cum *PBA*), *renalis* VI cons. 606, al. Rarum quod *oe* scribitur in *oedipodes* Eutr. I 289; *rendicat*, *iocundus*, *soboles* et *suboles* (Stil. II 336), *robigo* (Stil. II 194); *faretra* sim., tamen *prophana* et *nephas* (Stil. II 296). — *capud* Ruf. II 425; cf. *P*. — Sicut *C* et *B* *magestas* offerunt Eutr. I 424, ita *H* idem Stil. III 99, Theod. 37 et *progecit* Stil. II 356. — *puplica* fere semper (Eutr. I 421). — Dissimilationis exempla rariora: *inmemor* fesc. 1, 34; *inmortale* Eutr. II 282. assimilatum *summissus* (II 72); *quicquid* semper fere, nisi quod *quidquid* Ruf. I 151 et ex *quidquid* correctum Theod. 90; *sonnos* Gild. 328, 354, 417. — Consonantes duplices vel simplices: et *litera* (I 293) et *littera* (II 140; 295); et *littora* et *litus* (Ruf. I 123); *paccati* sim., fere stabile in *H* *excercitus* et *excercere* (ut Stil. II 29); contra *cominus* Gild. 286, semper fere *flama*, *flameus*, passim *suplex*, *suplicium*, *opida*, *iupiter*, *religio* et *reliquiae*. — Spiritus deest in *baccari*, *pulcer* (sic plerumque, *pulcher* fesc. 1, 1); recte *erilem* Gild. 175, *arcadium* Ruf. II 113; ceterum turpissime luxuriatur spiritus; nam praeter *harenas* (Eutr. I 32) extat *heros* (Eutr. I 33; 102), *hostia*, *inhermis*, *hariste* (Eutr. I 116; 405); porro *thori*, *tharis*, *thede* (Ruf. I 83), *ithaliam* (Theod. 201), *gethis* (Gild. 37), *chatenis*, *chorusco*, *choherect* (Ruf. II 151); nec deest *hanelum* et *choortes* vel *chohortes*; *nichil* rarius quidem, tamen Stil. II 87, Eutr. I 126 et 359 invenitur similiterque *rechant* Stil. II 395.

Denique in *B* litterarum *c* et *t* confusio eo usque grassata, ut etiam *felitior* et *offitio* Eutr. I 56, 368, aspirationis ea licentia, ut non solum *thoro* legamus, *hanelat*, *inhercia*, *teuthonicus* (Eutr. I 406), *coturni* (I 299), *pentesilea*, *cartaginis*, *cocleis*, sed etiam *exorruit* (Eutr. I 317), *hisauros* (I 217), *heunuchus* plus semel, *hostia*, *honus* fere semper. Ceterum hic quoque talia ut *obprobrio* (I 57), *subpliciis* (I 45), *inpulit*, *inpensi* (I 372; 451). *Conubia* recte I 72, 492; aliter *solers*, *repulit*, *pellex*, *occeanus*, *tollerare* (Gild. 106).

Innumerabilia ista in *VPHBA* scriptionis vitia vilia et eius aevi communia in apparatu critico propagare recusavi; ibi igitur non nisi graviora exempla varietatis orthographicae praecipue ad nomina propria pertinentia recepta; nec multo plura ex *C*. Eo magis orthographiam librorum singulorum singillatim hoc loco delineare officium fuit; qua in re tenendum est consuetudinem unius cuiusque libri paucis tantum lectionibus a me illustratam illustrari potuisse plurimis.

Subnoto negationis *haut* fere ubique me praetulisse tenuem exitum: verius tamen pensitatis testimoniis *haud* edidissem in Claudiano quod sero percepi; vide Ruf. II 184, Eutr. I 90, II 54, Nupt. 130, Theod. 284. Stil. II 170, VI cons. 22, 318, 451, Poll. 601; c. min. 4, 11; 17, 31; 22, 8; 30, 207; 53, 51.

Pluribus vero de Stiliconis nomine disserendum est. *Stilico* verum viri cognomen fuisse satis constat[1]); hic tamen non agitur de veritate, sed de Romana consuetudine scribendi. Nec mirum est titubasse ea in re ipsum viri clarissimi saeculum, licet Graeci a scriptione *Στελίχων* fere non recesserint; nam sine spiritu nomen eius bis legitur in tabella aenea et in lamina aerea editis CJL. VI 1733 et 1734, cf. de Rossi inscr. christian. (1861) 491; 537; 548; idem praevalet apud prosaicos Orosium, Prosperum alios; nisi quod *ad Stilichonem* ipse aequalis Symmachus ep. IV 1 sqq.; iam vero spiritus adest non solum in lamina parvula CJL. VI 1732, sed etiam in titulis amplissimis ibid. 1188 et 1189, insuper *Flavio Stilichoni inlustrissimo viro* dedicatum est in magna tabula marmorea ibid. 1730; haec autem tria monumenta cum publicae auctoritatis sint, ita ducem ipsum publice se scribi voluisse constat; nec veri simile ab hoc usu recessisse Claudianum[2]). Quam sententiam satis confirmari video ipsis manuscriptis Claudiani. Primum enim de aspiratione inter graviores testes *C* et *V* convenit; nam in *C* nullus omnino locus, quo non sit aspiratum; in *V* omnino septuagiens septiens nomen occurrit; deest littera *h* quater tantum, his locis: Gild. 318, Eutr. II 531, Stil. II 264, VI cons. 431; in reliquis omnibus scriptam eam esse a m. 1 attestor; nisi quod VI cons. 456 omissa erat a m. 1, sed ab eadem m. 1 reposita, unde patet ad hanc rem pusillam non sine cura attendisse librarium; praeterea etiam Theod. 163 pro *consilio* falso in *V* irrepsit *cum stilicho*[3]). Quodsi *V* de archetypo *x* testimonium facit nec minus *C* de *y*, Stilichonem dictum esse iam in libro primario et archetyporum archetypo *Ω* concluditur. Auctoritatem autem libri *C* felici documento adauget tertius *R;* in hoc semel tantum nomen extat, c. min. 46, 12, nec caret ibi spiritu; eo confirmatius de *y* idem statuere licet. Ex parte contra facit *E;* hic enim in editionis Vicentinae margine perseveranter *De consulatu stiliconis* (libri I inscriptio et subscriptio, item in fine libri II), item Ruf. II praef. 13 *stilico;* quoniam vero ipsa Vicentina ubique *stiliconem* vocat, ab huius exemplo ad istum abusum pellectum atque seductum esse librarium *E* conicio[4]); certe idem *E* in Mediceo pl. 33 cod. 9 in c. min. 46, 12 ecce *stilicho* plane exaravit, plane etiam *stilicho* bis in c. min. 1, 12; item denique dedit *E* in c. m. 30 v. 83 et 179 et 185 et 207; quin etiam carmini min. 1 plane inscripsit *ad stilichonem* (cf. supra p. LXXXV); ne igitur iam Stiliconis propugnatores ex *E* auxilium peti posse sperent. Nescio autem an inconsiderantior videar etiam ad coniectaneam lectionem provocans; in illis enim quae sunt *Has tibi protendo lacrimas* Eutr. II 592 litteras *tibi pro* ex *(s)tilicho* in *Ω* deformatas esse mihi persuasi[5]); ortum itaque erit *PR* ex *CH* nec vero defuit *H*.

Denique scriptura *stilico* deteriorum librorum propria esse dicenda est videturque provenisse ex *w*. Nonagiens septiens nomen extat in *P;* semper deest spiritus praeter locos sex: Eutr. I 378 *stilichone,* item VI cons. 431, Eutr. I 500 *stilicho,* item Stil. II 58 et VI cons. 579 et c. min. 30, 83 (bis in nominativo *stilicon* Ruf. I 345 et 350). *B* consequenter sine aspiratione; *A* fere semper *sthilico.* Contra in *H* rursus plerumque accurate *stilicho* adest; sic nempe traditum scito in *H* locis omnibus praeter hosce novem numero: Ruf. I 259, 315, 350, Ruf. II praef. 13, Ruf. II 101, 171, 246, Stil. II 476; denique *stilio* (sic) Stil. II 58; in his scilicet omissa *h* littera. Itaque in Claudiano exarando ab libera omissione litterae inceperat quidem librarius *H;* post libros in Rufinum munus sibi iniunxit aspirandi.

1) cf. F. Wrede Sprache der Wandalen (Argentorati 1886) p. 49 sq. et 14 sqq. 2) Prorsus congruere videtur cum orthographia Claudianea, quod in titulo eodem 1730 scriptum est *inlustrissimo* et *adfinitatem* itemque ibid. 1731 *adfini.* — Noto quidem praeterire apud poetam unum praeter Cl. Stilichonis nomen exhiberi; dico Rutilium Namatianum II 41 et 55; cuius tamen textus recensio eo fundamento utitur quod nihil valet in quaestionibus orthographicis. 3) Ceterum in *V* littera *h* omissa Theod. 162; sed versus hic scriptus a m. 2; omissa etiam Stil. II 201 et 251; sed scripti hi versus a m. rec.; denique omissa fesc. 3, 2 et 12; sed Fescennina omnino non a m. 1 exarata sunt (supra p. XCV). 4) Ita Nupt. 34 *E* verba *stilico fateor* quae sunt in *A* transponere satis habuit, vocem *stilico* non tetigit. 5) Scilicet *protendere* vox Claudiano ignota; neque ipsum *lacrimas protendere* tale est quod scribere potuerit vel audacissimus sermonis novator; *tendere lacrimas* quam convenienter scribatur et in adnotatione illustravi et maxime firmatur comparato Rapt. II 219: *questus ad nubila tendit;* hanc enim lectionem retinui; lacrimae autem pro lamentatione interpretandae sunt.

Et haec quidem hactenus; quoniam vero de nominis clarissimi et in Claudiano frequentissimi scriptione correctiore hoc loco exemplis omnibus ex omnibus manuscriptis meis coercitis et recensitis disserere mihi propositum fuit, in apparatu critico non memoravi librorum hoc in nomine varietatem nisi raro admodum.

II. OBSERVATIONES METRICAE.

PROSODIACA.

In mensura syllabarum, si totum spectas, castigatissimus et quasi castissimus Claudianus est atque etiam a licentiis primi saeculi nonnullis recessit; non novit *cui* disyllabum, non breviat *o* in gerundivo *faciendo* quaeque similia sunt, sed ad limites fere Ovidianos artem restrinxit. Itaque *i* anceps in *mihi, sibi, tibi: fere* iambus Poll. 489. *o* anceps in *ergo* (c. m. 40, 11; 41, 17) et *quando* (c. m. 4, 6; 41, 2); in substantivis quale *praedo* satis raro correptum, *cf. Iuno* R. I 106, *virgo* II 20, *praedo* Gild. 69 (?), *testudo* Eutr. I 352, *formido* II 208, Poll. 93, c. m. 17, 11; Rapt. II 190; semper *spadŏ* nimirum, Eutr. I 296, 315, II 62, *Maro* c. m. 23, 12; *leo* Rapt. II praef. 35; etiam rarius in verbi formis, nempe: *deligo* c. m. 16, 2; *haereo* 41, 8; *laxabo* R. I 114; *commendo* I 196; denique *nescioquam* Poll. 505. adde vero *sero* trochaicum III cons. 87. — *hic* nominativus brevis semel Stil. III 39 nec id sine auctoritatibus. *potitur* ex analogia tertiae Eutr. II 218 (*potitus* legatur IV cons. 46). Genitivi *unius, illius* dactylum plerumque valent Stil. I 216; II 441, c. m. 31, 35; Rapt. II praef. 7; III 350; nisi quod *unîus* c. min. 20, 4; Eutr. I 483; *reliquo* anapaestus VI cons. 285, liberius etiam *obicis* IV cons. 365, *subicit* R. III 134 (cf. Sil. Ital. I 113). Primam longam habet *profundere* Nil. 14 (cf. Barth. p. 1026) sicut apud Catullum 64, 202. Ante *smaragdus* positio neglecta, ut fit; *Scamandri* nomen omnino vitatum. Synizesis semper in *deesse* (cf. index), *anteirent* VI cons. 377, *deprendere, isdem,* etiam *dis,* item in *Theodosius,* ubi membranis renuentibus dedi *Theudosius* (cf. Θευδόσιος e. g. CIL. III 737); genitivus contractus *Muci* IV cons. 406; plura attuli p. CLXVIII adn. 3.

At vero huic accuratissimae compositioni vitia pauca inhaerent quasi naevi in facie Adonidis, iisque tempus illud inferius proditur quo genitus est Claudianus. Ne premam quod ante caesuram bis brevem produxit (*decus* c. m. 11, 4; *ruit* Gild. 87; respuendum contra *Phoebus* Stil. II 441; cf. L. Mueller De re metr. p. 332; adde *dederis* Stil. I 238 duce *P*, qui liber ibi Vaticani loco consulendus; contra inepte Jeepius ad VI cons. 550; neque illud *Encelade* producta ultima quod attuli ad Gigantom. finem quisquam sobrius ad Claudianum referre audebit). Iam vero ter in nomine proprio peccavit; primum (nam *Sardonios* choriambicum Poll. 218 excusabile) flumen *Acin* iambicum Rapt. III 332, quocum conferatur anthol. lat. Ries. 151, 2. *Geryon* producta Graeca littera Ruf. I 294; item Sid. Apollin. carm. 13, 13; idem Apollinaris *Aethîops* carm. 11, 18; ceterum cf. Neue Formenlehre II p. 574; formam *Geryones* noluit supponere poeta, qui etiam c. min. 4, 2 *Geryoni,* non *Geryonae.* Denique *Syphacem* anapaestum scansit ille Gild. 91; nempe de emendatione huius loci desperandum; immo mendum ipse dederat; videtur autem in eo memor fuisse Graeci vocabuli σύφαξ (et συφακίζειν) i. e. γλεῦκος vel *mustum;* subest itaque lusus quidam duplicis notionis; nam hic syphax compulsus est 'venena haurire'. Contra *Darius* in c. m. 22, 17 plenus pronuntietur velim (quamquam conferri posset Ausonius epist. 5, 23 et Sedulius in carm. paschali). Sed etiam addendum *Academia* Theod. 94, *Syracusius* c. min. 51, 6 (cf. Auson. XVIII 2, 304; minus tuto adferas Remi Favini de pond. 127). Quantum vero conivendum sit huic poetae, si modo sobrie criticam artem exercere velimus, maxime docet *feritura* illud inexpectatis simum Rapt. III 359; de hac violentia adeatur adn. ad locum et L. Mueller De re metr. p. 365 et conferatur etiam e. g. Vincentius in anthol. Lat. Ries. 279, ubi v. 3 et 20 *locutura* et *rogatura* imminutis alteris syllabis effertur. Contra *repulisti* Rapt. III 104 non est quod impingamus Claudiano.

METRICA.

Lyrica metra quater adhibita in Fescenninis (cf. c. min. 1); cc. tria I, III et IV monocola. Fesc. I Alcaicus hendecasyllabus; versus 41; itaque sprevit Cl. strophicae compositionis vincula, quibus se subdidit e. g. Ennodius in hymno 17 eiusdem metri; caesura semper post syllabam quintam; quinta semper producta, prima non item (cf. v. 3. 16, 19, 23, 40); plerumque polysyllaba in fine, quod molestum; nam deciens sexiens tantum incisum est post syllabam nonam. Moleste etiam cumulata homoeoteleuta, cf. Fesc. IV. — Fesc. IV Asclepiadeus minor dodecasyllabus (tum adhibitus

e. g. etiam a Martiano Capella IX 911; pendet Cl. ex Senecae exemplo; cf. ad v. 31 et 33); semper incipiens a spondeo; semper incisus post sextam syllabam, nimis raro post decimam (sc. noviens) unde plurima polysyllaba in fine; atque quaesitae hic quoque repetitiones et homoeoptota; cf. maxime v. 33 sq.; uniformitas nimia incisionis; cf. vv. 18—21 quorum commune hoc schema: — | — — | ⏖ — | — ⏖ | — ⏑ —. Continet carmen syllabas 144 numero. Ceterum de Fesc. I et IV conferatur Th. Reichardt De metrorum lyricorum Horatianorum artificiosa elocutione (1889) p. 62 sq. — Fesc. III dimeter anapaesticus; semper in medio diremptus; arseos solutio sollemnis in vv. 1—7 sexiens admissa, in vv. 8—12 omnino repudiata. Solus ultimus versus anapaestis integris incedit. Sunt dimetri 12 numero; cur ita? an quia etiam huius dimetri schema dodecasyllabum est? et ita est ipse v. 12; itaque quot in versu syllabae, totidem etiam versus. — Strophica compositio in Fesc. III quinorum versuum generis ex parte Anacreontei; et carmina pentastropha, sed monocola, tum etiam edidit Prudentius perist. 3 et 10; adsunt apud Cl. dimetri ionici anaclomeni acatalectici tres (cf. Anacreontis fr. 64 et al.; qui versus strophice iteratur quater in Anacreonteo 11, sexiens ibid. 8), choriambicus dimeter unus, glyconeus brachycatalecticus sive Pherecrateus unus (talis qualis Sophocl. Antig. 1130 *κασταλίας τε νᾶμα;* Aristophan. Equit. 555 *μισθοφόροι τριήρεις*). Non solum Anacreontei, sed etiam choriambicus octosyllabi sunt, quintus versus heptasyllabus. Memorabile Symmachum quoque epist. I 8 Anacreonteis istis usum esse; et cf. Martianum Capellam VII 726, VIII 805; IX 917; idem Capella etiam versus 4 et 5 coniungebat; cf. adn. ad l.; nempe hi versus 4 et 5 una efficiunt tetrametrum choriambicum catalecticum in baccheum. Denique ad v. 1—4 aliquatenus contulisse iuvat Aristoph. Thesmoph. 117—119. In versu quarto incisionem post quartam syllabam quater neglexit Claudianus v. 9, 14, 19 et 44, Martianus Capella quasi consulto paene semper.

In Fescenninis nulla aphaeresis, vocales omnino nusquam elisae praeter illud I 25: *quis vero acerbis.*

De hexametro. Ne in huius quidem arte dissidet Claudianus ab exemplis nobilioribus. Ex duabus enim formis quasi ex stamine et subtemine carmina sua contexuit. Sunt eae quas vocitare consuevi F I et F III; prior, in qua regnat semiquinaria, ad quam trithemimeres et hephthemimeres aut accedunt aut non accedunt, haec est:

Sol qui flammigeris | mundum complexus habenis;

F III haec, in qua inter trithem. et hepthem. intercidituretiam post tertium trochaeum:

Sparge diem | meliore | coma | crinemque repexi.

In versu hoc tripertito intexendo toto caelo distat Claudianus a Iuvenco similibus, exaggerat etiam consuetudinem Statii et paene Valerium Flaccum aequiperat apud quem maxima fere in litteris Latinis eius formae frequentia est (cf. Ad historiam hex. Latini p. 61 et 68 sq.). Extat enim F III in Raptus l. I versibus 76, id est semel in $3^3/_4$, Rapt. II in versibus 84, i. e. semel in $4^1/_2$, in paneg. Prob. in versibus 63, i. e. semel in $4^1/_2$, in Ruf. l. I in versibus 104 vel semel in $3^5/_7$, in Ruf. II in versibus 119 vel semel in $4^1/_2$ et ita porro; in Phoenice 35 exempla vel unum in $3^1/_7$ (cf. p. LXVII adn. 2).

Patet motum exprimi hac forma; propterea in gravibus sententiis legitur ut Ruf. II 404, 389 al., vel in initio capitulorum: cf. Ruf. I 140; 176; 220 sq., 273, 297 sq., 342, II 86—88, 124, 144 sq., 197 et ita saepissime, vel in fine: cf. Ruf. I 22—24; 138—139; 163; 254 sq., 296, 356, 366 sq., II 19—21. 98 sq., 121—123 et ita porro, vel excitationem depingit, Ruf. I 363 sq., 383—386, II 67—72, 137, Gild. 339 sqq. et saepius; vitatur vero mira abstinentia F III in ultimo quoque metro librorum omnium (ne Phoenix quidem et Magnes, Nilus, Hystrix exceptionem faciunt; ceterum Laus Ser. imperfecta; item Gigantomachia). Denique haud raro accidit ut in medio versu Claudianus pausam graviorem faceret narrandi vel declamandi; ibi versus dirimi iussimus a typographo; quales versus ipsos quoque saepissime ad F III pertinere et in ipsa hepthemimeri plerumque esse diremptos scito, id quod explicatur ex supra dictis: cf. Ruf. I 65, 256, Gild. 101, 127, 139, 162, 258, 288 et ita porro; in trithemimeren pausa incidit e. g. Ruf. II 247.

In F III non saepe accidit ut trithemimeres lenissima vocutae *que* elisione obscuraretur velut Gild. 316 *Oppositoque Atlante tegat;* adde locos Eutr. I 486; IV cons. 261; Stil. II 39; 162; 347; VI cons. 264; Stil. II 39; 162; 317; VI cons. 36; Poll. 218; 241; idem in F II (de qua forma in proximis) observatur bis: Ruf. I 41; Poll. 183. Sat raro etiam evenit in F III ut primus pes laxius voce dactylica expleretur: ita Ruf. I 140 *Otia | te | Rufine iuvant;* adde Ruf. II 261, IV cons. 116, Theod. 268, Stil. III 318, IV 63, Poll. 101; c. min. 3, 3; 22, 56; 29, 38 (Theod. 279 spurius versus). Talia ut omnes fere admiserunt, ita tamen illegitimum, quod eodem loco spondiaca vox semel deprehenditur Stil. III 342 *Ultro | se volucre capi;* conieci *Ultro ipsi volucre capi* (cf. Poll. 86 *ultro ipse praeda fuit*); nisi quod ingrata sic oritur elisio. Contra VI cons. 457 *Inter me socerumque viam* veniam habet eadem lege qua Poll. 392 *Urbibus inter se* et c. min. 41, 1 *Quem precor inter nos.* Apparet ad Stil. II 136 inconsideratius coniectum esse a Paulo (progr. a. 1856 p. 3) *Ultrix | est | fucata genas.*

At vero textura simpliciore formarum I et III non sibi satisfecit Claudianus, sed ad augendam varietatem non infrequenter etiam formis II et IV, interdum etiam formis V et VI locum concessit. Et F II ubi intulit velut

Diva refert | non ulterius | bacchabere demens,

duritiem quandam ac robur adicere sermoni studebat; cf. locos paneg. Prob. 151, Ruf. I 263, 368; II 135, 154, 318, 377, Rapt. I 83, Gild. 418, Eutr. I 429, 440, II 200, 333, 386, 467, 514, 565, Nupt. 163, 209, 313, IV cons. 338, 351, Theod. 336, Stil. I 351, II 26, 58, 114, 145, 155, III 95, 166, 281, 339, VI cons. 143, 148, Poll. 308, 580; c. min. 25, 88; 32, 18; ubi reliquas, libertatem quandam appetebat et dissolutionem. Invenitur autem F IV qualis est

Impetus horribilisque || metus | qui semper agentes

locis his: paneg. Prob. 78, 255, 257, Ruf. I 128, II 8, 58, 125, 136, 267, 312, 360, 430, Rapt. I 56, II 225, 284, III 252, 336, Gild. 200, 478, Eutr. I 79, 313, 491, II 205, 221, 266, 328, 407, Nupt. 13, 91, 212, 298, IV cons. 57, 61, 68, 370, 545, 548, 633, Stil. I 2, 71, 285, 371, II 89, III 346, VI cons. 49, 61, 149, 328, 408, Poll. 227, 315, 510, 550, 590; c. min. 27, 95; 30, 194; 200. Rarior F V velut

saepe sinu | teneroque || per ardua colla volutus

cf. Ruf. I 94, Stil. II 90, c. min. 28, 35 et 39; 53, 11. Semel denique F VI, paneg. Prob. 274:

Induat autumnusque | madentibus ambiat uvis.

Ergo hanc formam VI nimis discinctam non nisi in primo poemate admisit Claudianus (frustra F IV restituere sum conatus, ad l.). Moneo in F IV et V et VI voculam, in quam tertius trochaeus exeat, semper esse suffixum *que*, nisi quod potius *re* Ruf. II 267, *ne* VI cons. 149; vera exceptio est c. min. 53, 11 *Oceanum petit Arctos;* illud autem vix casu factum; si enim *que* separatim legeretur et enclisis eius neglegeretur, ecce ubique evaderet hexameter bipartitus sive simplex F I.

De forma I. 1. Per omnia fere carmina passim metra immissa sunt, in quibus penthemimeres in F I vocalibus confluentibus obscurata est elisionis lege. a) ii loci, in quibus penthemimeren totius metri primariam incisionem esse constat; semper ubique *que* elisum in loco incisionis: Ruf. II 118; 126; 381; 475. Rapt. III 217. Gild. 423. Eutr. I 418; II 381; 493. IV cons. 447; Stil. I 282; II 249; III 129. VI cons. 109; 526; 637. Poll. 364, 585; c. min. 22, 57; 25, 142; 31. 19. b) ii loci, in quibus ad penthem. simul accedunt et trithemimeres et hephthemimeres, ita ut propter penthem. debilitatam dubites an non agnoscenda sit F II; etiam hic autem plerumque eliditur *que* in medio versu: vide paneg. Prob. 47. Ruf. II 180; 437. Rapt. III 282 *(atque)*. Eutr. II 485; 515. Theod. 190; 257. Stil. I 40; 47; 60; 316. II 153. III 128. VI cons. 104. Poll. 406; 565; ceterum *metire oculis* Stil. III 70; *cinxere Hypanin* VI cons. 337; *micuere apices* Rapt. III 398; *fulcite umeris* Poll. 572; *spelunca aeri* Stil. II 426; denique, quod magis impeditum, *bellorum alios* Eutr. I 382, *errorum artes* VI cons. 624.

2. Subtilior ars in eo cernitur quod Cl. monosyllabum ante semiquinariam satis devitavit. Vergilius sine scrupulo haec cumulaverat: Aen. I 542 *Si genus humanum et,* 549 *Paeniteat sunt et* (item 743), 582 *Nate dea quae nunc,* 616 *insequitur quae vis,* 622 *Vastabat Cyprum et,* 662 *Urit atrox Juno et,* 666 *Ad te confugio et* (item 679, 704, 739), 746 *Hiberni vel quae,* 717 *Reginam petit; haec:* haec sunt apud Vergilium tredecim exempla in versibus fere ducentis. Apud Cl. primum excusationem per se habent haec: Rapt. III 132 *ne quid,* Ruf. I 244 *ne quis* (vox una), Eutr. II 88 *si quid* (vox una), item c. min. 41, 11, Eutr. II 143 *iam iam* (vox una), Theod. 136 *in quo* (paene una), Poll. 531 *per tot* (item), Stil. II 321 *nec iam* (una vox; cf. infra de elisionibus); Stil. III 12 *hic est* (quasi una), Ruf. I 287 *tuque o* (certa formula); liberiora haec sunt: Ruf. II 13 *premor hinc,* cf. min. 30, 57 *pater hinc,* Ruf. II 90 *quis nos,* IV cons. 295 *nec tua te,* 431 *et quod,* 652 *cum tu,* Rapt. III 135 *ut non,* 420 *ego te,* Stil. II 24 *et quae,* 56 *qui cum,* 116 *nec te,* item 131, 181 *decus hoc,* 220 *et mens,* Poll. 41 *tua nos,* VI cons. 576 *vel quod,* c. min. 30, 146 *labor et;* tamen inter haec quoque pleraque talia monosyllaba sunt, quae cum vi quadam efferantur, velut *mens, hinc, hoc, tu, te, nos,* semel tantum *et* tenue illud et infirmum, idque in opere imperfecto c. min. 30. VI cons. 451 fort. ad F II trahendum; nam *haut umquam* vox quasi una. Quater autem gravius peccatum est: Theod. 183 *diu et* (!), Poll. 203 *Oceanum et,* Rapt. III 248 *subito et,* turpius etiam Rapt. III 282 *O templis Scythiae atque | hominem;* itaque in his non solum ipsa copula constitit ante caesuram, sed etiam eadem copula elisionum molestarum causa est; ad haec consulas quae de elisionibus infra disputabuntur p. CCXVII. — Adicio in F III semel simile inveniri ante semiseptenariam: *quidem aut* Ruf. II 87.

3. Minus anxius fuit Cl. in ponendis vocibus spondiacis in primo pede, spondiacis vel molossicis ante caesuram bucolicam, quamquam utrumque pigrum et lentum est; et illud quidem litterae *PPS*, hoc *PQS* designabunt; contra ut rapide fluat metrum vocibus dactylicis efficitur in pede primo — hoc esto *PPD* —, idem in quarto pede aut dactylicis aut in dactylum exeuntibus vocibus — et hoc esto *PQD*. Et occurrunt quidem *PPD* et *PQD* in hexametris formae I e. g.

	PPD		PQD	
	in versibus	vel semel in	in versibus	vel semel in
paneg. Prob.	61	$3^1/_2$	27	8
Ruf. I	62	$4^1/_2$	25	$11^1/_5$
Ruf. II	84	$4^3/_4$	26	15
Rapt. I	68	3	24	$8^2/_3$
Rapt. II	90	$3^1/_6$	33	$8^2/_3$

Maioris momenti de *PPS* et *PQS* quaestiunculae. Haec quatenus quidem gravitati sermonis vel sublimitati inserviant, hoc loco non curamus, velut in illo Ruf. II 85 (cf. II 338, Eutr. II 461):

Maerent | captivae | pellito | iudice leges.

Et *PPS* in paneg. Prob. sive in primo carminum Claudiani non minus viciens in hexametris formae I adest vel semel fere in decimo quoque (semel sc. in $10^3/_5$). Postea poeta artem gradatim eo usque expolivit ut *PPS* inter viginti eius generis versus semel extet; Rapt. I semel in 14 (15 exempla), Rapt. II semel in 18 (16 exempla), Ruf. I semel in $21^2/_3$ (13 exempla), Ruf. II semel in 18 (22 exempla), paneg. VI cons. semel in 21 (24 exempla). Itaque maiori hac in re elegantiae non studebat.

Item *PQS* ne oriretur neve moles syllabarum spondiaca existeret ante bucolicam caesuram, prohiberi potuit aut per *PQD* aut incidendo post quartum trochaeum aut inducta hephthemimere etiam in F I. Habet nihilominus panegyricus Prob. *PQS* semel in 7 hexametris formae I (30 exempla), Ruf. liber I semel in $4^3/_4$ (59 exempla), Ruf. liber II semel in $4^3/_4$ (84 exempla), pan. de VI cons. semel in 6 (84 exempla), Raptus I semel in $5^1/_5$ (40 ex.), Raptus II semel in $5^7/_{10}$ (50 ex.).

Placet autem exempla contemplari cum accuratione. Plerumque voces, quae spatium inter penthemim. et caes. bucolicam occupent, spondeo ampliores sunt, inprimis molossicae velut illud *pellito* Ruf. II 85 quod supra apposui. Contra spondiacam vocem cui monosyllabum antecedat in in eodem spatio non fere invenimus nisi hunc in modum, Ruf. II 34

Assuetumque choris | et laeta | plebe canorum;

nempe si transposuisset poeta *laeta et plebe,* metrum misere lacerasset; itaque vi coactus egit. Ceterum ubicumque spondiaca vox una cum monosyllabo adest, illa huic antecedere solet, ut nascatur hephthemimeres, e. g. Ruf. I 26 *late cum cerneret urbes,* non *cum late;* 54 *nostra de plebe,* non *de nostra* (cf. v. 74); 123 *pandit qua;* 174 *celsa qua* et ita porro; hanc scilicet legem innumerabiles loci proclamant. Qua tandem lege cognita iam multos versus manuscriptorum ope ad integrum restituere licet; cf. p. CLVI adn. 1; sic Ruf. I 93 falso edebatur *reptavit* | *parvus;* falso Theod. 9 *quaesitus* | *consul;* falso Poll. 626 *quae dudum* in ς; falso libri praeter *EC tot tandem* Poll. 195; falso varia l. Rapt. II 39 *si ferret* et Gild. 451 *quam vitae;* recte omnino *VE* in c. m. 30, 1, loco vexatissimo, *tanto cur;* Rapt. I praef. 1 iam *primus qui* unice verum esse evincitur; pravum illud *tu mittis* c. m. 14, 1 iam emendatur ex *RE;* prave *cui tanti* c. min. 47, 1 et *qui parvo* c. m. 20, 15, atque iam Corte contra dixit ad Lucan. II 150; I 110. Sic etiam refellitur scriptio Rapt. I 108 *natorum te felix;* quae si recte haberet, emendandum esset *natorum felix te.* Denique hac via fortasse etiam Theod. 232 duce *V* conieceris: *cunctis tamen omnibus extat.* Ubi vero poeta ipse legem migravit, aut metri necessitate excusatur aut causis grammaticis vel rhetoricis; tale est *cum primum* Ruf. II 101, *nunc primum* Gild. 230; item c. m. 26, 49 *sic levis* quod quasi unum est; quasi unum etiam *iam cano* c. m. 44, 5. Poll. 238 recte *Tunc anni signa prioris;* elumbe esset enim *tunc* nisi primo loco staret; itemque *sic* Rapt. I 94. Rhetorice *non illum* Ruf. I 241; sic enim *non ille!* declamare isti poetae assolent. Anaphorae paretur: Ruf. I 134 *quid fulvi,* Gild. 403 *te nudi,* IV c. 327 *quae fraudi,* 283 *hoc simplex,* c. m. 50, 1 *per cani;* qua ratione etiam tueri possis *nec brumam* c. m. 36, 3. Est tamen etiam ubi spreverit anaphoram poeta, cf. *Brenni me* Gild. 126; *laesi quod* 261. Theod. 102 si ederetur *vivat quo* ridiculum foret. Adde *iam nulli* Ruf. I 46 similiaque quae quisque quatenus defendi possint persentiet. Panegyricum Prob. talibus membranis traditum accepimus, quorum fides facile vincitur libris *ERVC;* quoniam vero in peioribus libris verba transponi saepenumero observatur, ego transponendi coniecturam periclitatus sum ad paneg. Prob. 199 et 195 et 103.

4. *PQS* ut vitaretur, post quartum trochaeum incidebatur; hoc accidit paneg. Prob. octo exemplis, Rapt. I duobus, II praef. uno, II septem, III duodecim, Ruf. I octo, II novem, Gild. novem, Eutr. I quindecim, II quattuordecim, Nupt. octo, III cons. praef. uno, III cons. uno (!), IV cons. undecim, Theod. novem, Stil. I undecim, II septem, III tribus, VI cons. viginti, Poll. tredecim; denique in carm. minoribus exempla viginti duo. Quo in computo non adnumerata sunt exempla vocis amphibrachicae quintam arsin occupantis (cf. mox sub 5). Semper autem nimirum nomen *Honorius* post quartum trochaeum collocavit Claudianus.

5. Aspernatus est Cl. duplicem post quartum et quintum trochaeum incisionem qualem amphibrachica vox in sede quinta efficit; exempla sunt duodecim tantum: Ruf. II 92 *fretumque,* Eutr. II

103 *ab usque,* 560 *aperta,* III cons. 57 *sub axe,* Stil. III 149 *in orbe,* VI cons. praef. 13 *in arce,* VI cons. 287 *ad usque,* Poll. 589 *momordit* (hoc non sine vi propria), denique c. min. 4, 5 *iuvencus;* 7, 5 *ab axe;* 17, 37 *in astra,* 30, 7 *honore:* contra Rapt. I 141 *relegat* interpolatum; item Rapt. III 150 *revellit* reieci; itaque aliena talia a Raptu; carmina minora autem etiam hac in re minus accurata; iniuria vero Heinsius ad c. m. 53, 88 commendabat *fudisset ab ore cerebrum.* — Aliter res habet in metri sede altera; ibi voces amphibrachicae crebriores; nec ea in re ceteri poetae a Cl. differre videntur; numeravi exempla plus triginta; cf. Rapt. I 271 *adesse,* II 108 *amica,* III 107 *superna,* 183 *Tonante.* 356 *et ipse,* 387 *Megaera,* Nupt. 115 *in antra,* IV cons. 59 *relicta,* 75 *uterque,* item 208, Theod. 16, VI cons. 519, c. min. 30, 204. IV cons. 466 *cruore,* Stil. II 15 *ferumque,* III 266 *ab orbe,* VI cons. 15 *tropaea,* 93 *Serena,* item c. min. 30, 118, VI cons. 132 *retexit,* 141 *ab urbe,* 245 *subire,* 259 *abire,* Poll. 506 *in ore,* c. min. 9, 26 *fragore,* 25, 42 *pudorque,* 29, 42 *anhela,* 30, 187 *et illa;* et alia paucula.

6. Clausulam hexametri legitimam efficiunt voces aut disyllabae (praecedere potest monosyllabum) aut trisyllabae. Exceptiones: a) hae monosyllabae quae facile excusantur: Nupt. 314 *in te,* Stil. I 24 *ex quo,* II 107 et 108 *ne quid,* 392 *per te,* Rapt. III 295 *si quid;* item Theod. 308; Stil. II 201 et Rapt. III 27 *fas est;* paullo liberius Ruf. II 416 *vix tum.* b) duo disyllaba, quibus monosyllabum anteit: *hoc tibi ferrum* Eutr. I 224; cf. Ruf. I 137; Poll. 9; VI cons. 533; c. min. 53, 111; c) tria disyllaba, quod violentum est, semel leguntur: Rapt. III 204 *telae labor illi;* depingit id nempe laborem ipsum; ne igitur Buechelero obsequamur proponenti ad Eutr. II 450 *aper strepit ictu* neve Jeepio ad c. m. 26, 61. d) quadrisyll. et monosyll. praecedente dactylo: *occiduus sol* Gild. 491 et Stil. I 161, *divitiis mens* Eutr. I 229, *perspicuus fons* Rapt. III 253; e) quadrisyllabae voces in fine: in F I *sic armipotens Lacedaemon* IV cons. 508, *feris Hecaerge* Stil. III 253, *moriensque Ephialtes* Poll. 75, *fluens Aganippe* c. m. 31, 61; *fluxitque Aganippe* Theod. 272; in F V: *renidentes hyacinthis* Stil. II 90; f) versus spondeuazontes (ubique autem dactylus in 4. pede): Rapt. I 104, Nupt. 175 et Poll. 337: *Amphitrite:* VI cons. 177: *Oriona;* c. min. 4, 1: *armentorum.* Vides sub c) et f) fere non comparere nisi Graecanica vocabula.

7. Totos versus dactylis refertos poeta nonnumquam cum vi propria posuit: Gild. 7, Ruf. I 94, 132, 207, II 197, 441, Eutr. II praef. 29, II 265, 466, 554, Nupt. praef. 3, Nupt. 331, III cons. 119, IV cons. 96, 208, 579, Theod. 26, VI cons. 216, Poll. 100, 629, Rapt. III 222, 354, c. m. 8, 3; 24, 1; 25 praef. 7; 30, 87; 30, 121; 30, 146; talis est etiam postremus versus in c. min. 9; item spondiacos totos usque ad quintam arsin consulto fecit velut Ruf. II 296, Eutr. II 514, Stil. I 171, Rapt. III 156; 217; 279; atque eleganter oppositi inter se Ruf. II 137 et 138:

Audit iter numeratque dies spatioque viarum
Metitur vitam. Torquetur pace futura.

8. Non sine commodo in F I etiam ad varium ambitum verborum, quibus componitur metrum, respexi. Et primum non repudiavit Cl. nonnumquam uno verbo hemistichium prius totum complere, velut *Hellespontiacis* Eutr. I 256, item IV cons. 560, Stil. II 87, Poll. 429, VI cons. 505, Rapt. II 66. Peculiari quadam numerorum iucunditate ii versus ornati sunt, qui habent quadrisyllabum et disyllabum in parte priore, pentasyllabum et trisyllabum in posteriore *(4. 2. | 5. 3):* qualis est IV cons. 161:

Maenalios arcus venatricesque pharetras;

prorsus item conformati sunt hi: Ruf. I 150, 378, Eutr. I 406, 439, 448, IV cons. 28, 159, 231, 506, Theod. 11, Stil. II 356, 361, III 293, 307, VI cons. 421, Poll. 22, 562; c. min. 31, 3; Rapt. II 149, III 331; et cf. Eutr. II praef. 15. Simile schema *2. 4. | 5. 3* c. g. Eutr. II 416. Nonnusquam etiam tale, in quo vocabula omnigenera a monosyllabo ad pentasyllabum serta sunt, velut *1. 2. 4. | 5. 3,* Eutr. I 315 (item Ruf. II 119):

Dum spado Tiresias enervatusque Melampus

vel *1. 5. | 1. 3. 2,* c. min. 27, 107:

Quis Phaetonteis erroribus arserit annus.

Sed in haec et similia pluribus inquirere non vacavit.

9. Capitulum, quod est de interpunctione, paucis tantum perstringere datur. Et est ubi in F I post tertiam thesin pausam logicam postulet sententia: post *tumor* Ruf. II 117; post *nitor* Nupt. 238. In F II logica incisio post thesin quartam Stil. III 95 (post *modo*); in F III post primum dactylum *(Nox iter)* Poll. 351; in eadem F III post alterum dactylum c. m. 25, 143; cf. Eutr. II 559 et c. min. 30, 57 (*Hinc senior, pater, hinc,* ubi eo, quod etiam proprio loco post secundam arsin distinxi, distinctio post alterum dactylum nimirum non tollitur); a quibus illud nullo pacto discrepat, quod etiam Rapt. III 189 in eadem F III eademque sede post alterum spondeum interductus quamvis lenior ponendus fuit *Heu ubi nunc es, nata, mihi;* quo loco sine auctoritate idonea scriberes: *Heu ubi nunc, ubi nata mihi.* In eadem F III in loco bucolicae caesurae distinguitur Stil. III 45 quod ipsum quoque solent praecavere. Denique in F III interductus post tertium trochaeum quamvis infrequens, tamen offensionem non habet c. g. Rapt. II 6; III 301; Ruf. I 230, Nupt. 111. — Ceterum pungitur post quintum

trochaeum: Ruf. I 179; Gild. 97; 428; Eutr. I 155; 267; II 380; IV cons. 279; 374; Stil. I 298; II 292; VI cons. 217; 489; Poll. 513; 616; c. m. 25, 99. Pungitur ante pedem sextum et ultimum: Rapt. III 99, Ruf. I 363; Stil. II 397; Nupt. 314; IV cons. 356; Theod. 87; Stil. II 107; 158; VI cons. 311; Rapt. III 295; leniora Rapt. II 219, 402; pan. Prob. 156, Eutr. I 489. Hoc denique elegantissime vitatum, ne frequentius interpunctio incidat in ipsum finem hexametrorum compluriuni continuorum (ut b. Poll. 243—248, Gild. 488—493), qua in re inertissimi alii fuerunt ut Iuvencus et Genesis auctor.

De elisionibus. Praemittantur hiatus admissi documenta indubitata tria: Rapt. III 189; Stil. III 167; c. min. 49, 10. Deinde aphaereses adsunt paucissimae; quae paucitas explicatur ex odio verbi *esse* quo odio quasi incensus est hic poeta. Locos inveni fere septem: *certumst* paneg. Prob. 14; item Stil. II 331, sed dubia lectio; *inventumst* Eutr. I 332; *tantast* IV cons. 443; *nullast* VI cons. 248; *emptumst* c. min. 17, 48; *longast* Rapt. III 367.

In elisionibus taxandis sedes diversas hexametri curiose discernere oportet. Hi sunt loci morarum:

1. 2 3 4 5. 6 | 7 8 9. 10 || 11. 12. 13. 14 | 15 16 17. 18 19. 20 21. 22. 23. 24

Liber campus dari solet elisionibus in hemistichiorum initiis sive post metri initium et proxime post caesuras; sunt loci inter moras 2 et 3, dein 4 et 5, item inter 14 et 15. Idem inter 8 et 9 itemque inter 16 et 17 non nisi sub certis condicionibus conceditur. Numquam elisum inter moras 22 et 23, numquam inter 19 et 20, bis inter 18 et 19 (in clausula quadrisyllaba per se extraordinaria bell. Poll. 75 *moriensque Ephialtes*, cf. Theod. 272), semel inter 20 et 21 (Rapt. III 341 *inmaniaque ossa*, quod vitium fortasse delevisset poeta nisi inperfectum Raptum reliquisset). Nec hoc satis; sed etiam locus inter moras 15 et 16 a contractione vocalium plane alienus; denique ne in iis quidem thesibus, quae ad penthemimeren sive ad metri umbilicum proxime adiacent, scilicet inter moras 7 et 8 et inter 11 et 12 umquam collidunt vocales confluuntve; numquam, dixi, nisi quod verba *neque enim* in moris 7 et 8 quater extant (Ruf. II 7; Stil. II 148; VI cons. 5; Poll. 611), in 11 et 12 bis (Rapt. III 27; Eutr. I 63); apparet pronuntiandum esse *nec enim;* et est quod miremur non nisi his locis omnino *neque enim* occurrere apud Claudianum. De ceteris locis haec:

Inter moras 3 et 4: hic parce vocales contraxit poeta nec nisi in primis fere opusculis; *Foedaque avaritiae* Ruf. I 37; *Undique et* Ruf. II 16; cf. II 80; *Dictaque ab* Gild. 422; *Addite et* Rapt. II 372; *Regia et* Ruf. II 196; cf. Rapt. II 321; III 21; Eutr. I 454.

Inter moras 10 et 11; hic locus semiquinariae; synaloephes exempla attuli ubi de caesura obscurata egi p. CCXIII; semper fere *que* vocali absorbetur; ubi purae trithemimeres et hepthemimeres accedunt, ad F II statuendam propensi sumus.

Inter moras 2 et 3: exempla plurima; 1. vocales breves explosae: *que* Ruf. I 43; 97; 372; Eutr. I 110; II 97; 185; Poll. 225; c. m. 48, 3; Stil. II 45; III 91; Poll. 227; 374; VI cons. 213; 558; Rapt. III 32; 295; II 4; *Tuque o* III cons. 7; *atque* pan. Prob. 233, Poll. 170, VI cons. 336; Gild. 388; Eutr. I 312; Poll. 145; 495; 556; Rapt. III 156; 385; c. m. 25, 114; 53, 82; VI cons. 310; Rapt. III 48; 170; *atque aliquis* Eutr. I 350; *utinam* c. m. 31, 49; *namque* VI cons. 401; Theod. 70; c. m. 27, 27; 30, 58; *quemque* c. m. 32, 7 (?); *quinque* Stil. III 295; *usque adeone* pan. Prob. 166; Stil. II 246; c. m. 22, 1. *linque* Ruf. I 363; *nere* Eutr. II 594; *sive* c. m. 48, 5; *quippe* IV cons. 239; c. m. 31, 5; *unde* Rapt. III 93; *anne (ego)* Poll. 31; cf. c. m. 30, 19; *ecce (autem)* Eutr. II 103; c. m. 53, 114; *ante oculos* Rapt. III 410; *ille (ego)* Rapt. II 280; cf. Eutr. II 191; *ipse* Ruf. II 78; Stil. III 20; c. m. 4, 1; *mille* Rapt. III 16; *disce, rumpe* IV cons. 228; 325; Poll. 546. — brevis *a:* in varias vocales transit; cf. Gild. 426; c. m. 31, 17; Gild. 441; Nupt. 229; IV cons. 184; Ruf. I 118.

2. sequuntur syllabae ancipites: *o: ergo(age)* III cons. 151; *(ubi)* VI cons. 265; cf. Ruf. I 170; Eutr. II 354; Stil. II 223; Rapt. III 91; *cedo equidem* Ruf. II 216; *ibo ibo* Rapt. III 432; *ambo habiles* Poll. 338; *ipsum etiam* Rapt. III 359; *unum animal* c. m. 9, 43; *numquam aliquid* VI cons. 427; ceterum talia semper longa syllaba excipiuntur: *telum ingens* Eutr. II 167, *quamquam omnes* Ruf. II 512 et VI cons. 13; item *tantum* Poll. 470, *quisnam* Ruf. II 230, *fontem* Stil. III 232, *rerum* VI cons. 147, *saltem* c. m. 31, 57.

3. rara exempla longae syllabae: *una omnis* VI cons. 631 (?), *fregi Alpes* Poll. 532, *vultu ad* Rapt. III 260 (de quo infra), *quodsi omnes* c. m. 9, 44, ubi *quodsi* vocem unam valet; neque enim apud hunc quidem monosyllaba elisionem patiuntur.

Inter moras 4 et 5. Altera arsis versus heroici semper apta visa qua vocales ex pedis prioris spatio exundantes absorberentur; Claudianus ipse haec offert: 1. breves absorptae: *que* Rapt. II 369, Ruf. I 67; 119; Theod. 321; Stil. III 67; c. m. 31, 27; *atque* Rapt. III 152; Stil. II 268; *quoque* Poll. 50; *respuere, extruite* sim. Stil. II 43, Ruf. II 99, Rapt. II praef. 41, Theod. 140, *Quid tale inm.* Ruf. I 251; item *ă: Iustitia insultat* Ruf. I 56; cf. Stil. II 103; Eutr. I 25; 481; Theod. 117; 169; 297; Rapt. III 441; Stil. III 346; Poll. 317; item *ŏ: ego* Poll. 154; *modo* Rapt. III 71.

2. ancipites syllabae: *formido* Stil. II 376; ceterum cadentia in *m*: a) sequitur polysyllabum: *foedum* Eutr. I 41; cf. Stil. II 211; *Garganum* IV cons. 106; *famosum* Theod. 158; *defectum indicat* (?) Theod. 130; *Pyrrhum* Stil. I 371; *servitium* II 325; *Nympharum* III 258; cf. VI cons. 639; *armatam* Eutr. I 511; cf. II 110; Stil. II 357; *nequiquam* Poll. 388. *ventrem* Eutr. II 329, cf. Poll. 507; *chalybem* VI cons. 569; *canitiem* Stil. II 413; b) sequitur *et* vel *aut* vel aliud monosyllabum: *ut centum* III cons. 112; *umbonum* Gild. 431; *autumnum* Rapt. II 293; *postquam* Rapt. II praef. 9; *perfidiam* Eutr. I 400; cf. Theod. 201; Poll. 291; *equidem* Ruf. II 216; cf. c. m. 17, 31; *regalem* Ruf. I 113; *semineccem* II 65; *australem* Eutr. I 403; *scribentem* Theod. 254.

3. longae: Stil. I 197 *Quem ferro, adloquiis;* Theod. 159 *Quis vero insignem;* cf. c. m. 53, 101; c. m 32, 7 *utero inclusum* (sed cf. supra p. CXIII); c. m. 51. 13 *Quid falso insontem* (sed cf. ad l.). — Adnoto in multis horum locorum vocalem *i* extare in arsi sequente.

Inter moras 14 et 15; summa omnino frequentia elisionum, quas eadem ratione qua reliquas in conspectu proponam; praemonendum voluisse Claudianum quartum pedem multo saepius spondeum esse quam dactylum sive moras 15 et 16 una longa syllaba saepius expleri. Rarius itaque hoc loco in brevem vocalis elisus traducitur. 1. breves vocales; primum *que;* ante brevem syllabam velut *ritiisque inolevit* — decies: Ruf. II 505, Rapt. III 211, 443, Gild. 397, Eutr. II 413, Stil. I 8, VI cons. 223, Poll. 99, 351, c. m. 30, 171; at idem *que* ante longam — velut *videtque Aegaeus* — invenietur locis fere centum, pan. Prob. 190, 264, Ruf. I 56 et reliquis quos qui anquirat facile indaget; item *re* Poll. 328. Accedunt *forte, inde, patiarne, commune, crine* formaeque in *-re* cadentes: Rapt. I 73, Eutr. I 453, c. m. 30, 193, Ruf. II 387, I 88, Rapt. III 150, 99, 386, III cons. 194, Poll. 107; adde *ă: nostra ad* Ruf. II 306, *dilecta hic* 95, *rara intermicat* pan. Prob. 26, *sublata audacia* c. m. 53, 107. *arma habitumque* Rapt. III 216.

2. syllabae deflexae in *m*, semper longa sequente: *nondum* Rapt. III 448, *necdum* 140, *dudum* Eutr. II 144, *etiamnum* Gild. 291, *spectatum* Poll. 243, *serpentum* Ruf. I 66, cf. genitivos Eutr. II 248, 307, 366, Stil. II 218, 304, Poll. 249, Rapt. III 87, 166, 170, 395; *nequiquam* Eutr. II 12, Stil. I 357, *fortunam (et)* Eutr. I 228, *tandem* Rapt. III 91, Poll. 556, *autem* Rapt. III 419, *victricem* Eutr. II 532, cf. accusativos in *em* Ruf. II 160, Stil. I 379, Poll. 145, Rapt. III 175; denique etiam *paulatim* ter: Rapt. III 31, Poll. 246, c. m. 9, 44.

3. longae, tribus locis: *o* in *o* consonum transfluit in *calcato obsidere* VI cons. 146 et *tenebroso obtectu* Rapt. III 84; differt *primo a limine* III cons. 10 (IV cons. 327 *A* vitiose).

Inter moras 12 et 13; numquam elisum in cc. nonnullis velut IV cons., VI cons., Nupt., paneg. Prob., in reliquis viciens ter; *tuque o* Rapt. II 367, Gild. 117; ceterum *que* Eutr. I 98, Poll. 311, c. m. 30, 99; *atque* Eutr. I 268, Poll. 368, c. m. 30, 25. *ipsa (haec)* Theod. 22; *stagna* Rapt. I 112; *capita* III 371, *sparsa* 162. — Syllabae ancipites ter in monosyllabum incidunt, Ruf. II 87 in F III: *nec flere quidem aut*, quod maxime inhabile et singulare, et *morem hinc* c. m. 9, 46, *numquam haec* Poll. 522; ceterum *tandem indignatus* Ruf. II 204, *pacem implorantibus* Eutr. I 378, *socium aversatus* 150, item *caelum* Rapt. II 217, *comitum* Stil. III 242, *pugnam* Poll. 597, *numquam* Stil. II 19; longa et adeo diphthongus semel III cons. 51 *pugnae inflammaret*. — In mora 13 saepe *i* vocalis.

Inter moras 16 et 17; hoc quoque loco ante quintam arsin synaloepha vel durior permissa ea lege, ut moras 15 et 16 una syllaba longa expleret. 1) breves: *que* undeciens Ruf. I 130; 317; Eutr. I 498; IV cons 244; Theod. 339; Stil. I 56; 124; 300; Poll. 500; 610; c. m. 17. 11; *re* Rapt. III 58; VI cons. 317; *atque* Ruf. II 509; Stil. II 79; VI cons. 129; 601; c. m. 30, 136; *namque* c. m. 25, 31; VI cons. 168. Hactenus breves; longiores vero syllabae sub ea tantum condicione idem passae sunt, si pausa gravior in semiseptenariae loco praecedebat; favet itaque hic quoque caesura sequentium vocalium imminutioni; multaque exempla ad F III pertinent. 2. ancipites: *quonam usque* Ruf. II 88, Gild. 367. VI cons. 362. Eutr. II 391, Nupt. 20; *postquam obsitus* Eutr. I 170, *quaenam ista* 21, *dextram exerit* c. m. 17. 15, *neciam amplius* Ruf. II 124: patet etiam *neciam* unius voculae vicem agere; cf. supra p. CCXIII; neque monosyllaba usquam in hoc poeta eliduntur; adde *tantum oscula* Rapt. III 159; *quorum alter* Stil. I 241. 3. longae: *sese omnibus* Stil. II 31; cf. c. m. 9, 42; *quodsi ardua* Poll. 11; hinc etiam *quod si* in unum coaluisse apparet.

Inter moras 6 et 7; magis etiam repugnat hic locus; plerumque mutum *e* breve exhibet; primum quidem *que* rarius in longam transit (Ruf. II 73; 395; Rapt. III 384; VI cons. 79; Poll. 628), saepius in brevem: paneg. Prob. 204; Ruf. I 70; II 81; 431; 457; Rapt. III 361; Eutr. I 95; 267; II 188; 371; III cons. 204; Theod. 231; VI cons. 390; 533; 600; c. m. 26, 47; *atque (alio)* Eutr. I 397, cf. Poll. 280; *(illi)* Poll. 212; *(omnes)* c. m. 30, 35; *namque (unum)* Poll. 36; cf. Poll. 431; *ante (alias)* Rapt. II 137, *(omnes)* VI cons. 16; deinde *-ne etiam* Eutr. I 373; *-rĕ avium* Eutr. I 317; Theod. 320. Porro quinquiens longiores syllabae, sed ita, ut quater notionem unam efficiant voces per synaloepham coagmentatae: *mandatricem operum* IV cons. 236, *nobiliorem uterum* Theod. 305, *arsurae urbes* Ruf. II 215, *terrorum expers* Poll. 160; accedit *maiestatem acies* Gild. 387 id quod magis asperum.

Inter moras 8 et 9; rarissima exempla; *tuque o* Ruf. I 287 et Eutr. I 453 quae certa formula est exclamandi; ceterum non eliditur nisi si praecedit trithemimeres fortiter incisa; sic in F III *iamque ora* VI cons. 495; quin etiam in F II bis adeo longae vocales extruduntur: vide *nere imbelles* IV cons. 338, *ite optati* Stil. II 455, *patrem implorant* Eutr. II 514, *campo insiluit* Ruf. I 349, *taedae ardentes* Stil. III 339. Accedit primum *ferro in tabulas* Stil. III 347; hic versus quin genuinus sit dubitari vix potest; statuatur F II ut *in tabulas* quasi vox una sit; adnotandum nusquam in Claudiano ante penthemimeren praepositionem legi praeter hunc locum et Ruf. I 11; ut hic quoque F II agnosci possit. Sed ecce accedunt etiam amplius exempla elisionis quattuor turpiora in F I; quorum primum est Poll. 203 *Terruit Oceanum et*, ubi *Terrens Oceanum nostro* reficere ego certe non ausim; alterum etiam horridius Theod. 183 *collectamque diu et;* ne hic quidem emendatio idonea suppetit; tertium Rapt. III 248 *subito et;* v. l. *tacite et;* cf. ad l.; *subito* sensu leniore 'sogleich' accipiendum esse quo hodie Itali utuntur me monet Kochius (cf. Georges s. v.); quartum Rapt. III 282 *O templis Scythiae atque hominem sitientibus aris*, ubi perperam *Scythiaeque* temptaveris.

Sic finitur conspectus elisionum; sunt quas e textu removerim; vide c. m. 53, 54 (contra *GV*), Ruf. I 86 (numquam enim *quidem* elisum praeter Ruf. II 87), II 230 (pauciora sunt exempla inter moras 14 et 15 quibus *vibrato imponere* defendi possit), Eutr. II 471 (*spectari e*, quod *V*, et hac sede et omnino analogia caret; ideo Ruf. I 57 *e* praetermisi), c. min. 22, 12 (*adsum et;* sed aliud est *sum*, aliud accusativus in *um* declinatus). Turpe illud *flavum Aein*, quod multis imposuit Rapt. III 332, improbatur re metrica; vide dicta de moris 10 et 11. Dubitandum etiam de c. m. 32, 7 *quemque utero inclusum* propter duplicem synaloepham; qualis cumulatio perraro observatur; cf. Ruf. II 216, c. m. 9, 14; etiam sic igitur commendatur quod conieci supra p. CXIII et CCXVI.

Ex conspectu supra posito etiam haec colliguntur; longe plurimis locis *que* decurtatur; ceterum vocales breves *ĕ, ă, ŏ;* anceps *o*, item *am, em, im, um;* inter longas *o* fere undeciens, *i* ter, *e* (in *sese*) bis, *a* vix semel (VI cons. 631), *u* bis (Theod. 183 et Rapt. III 260 qui loci patrocinantur invicem), diphthongus *ae* Ruf. II 215, *taedae ardentes* Stil. III 339, *Scythiae atque* Rapt. III 282, *pugnae inflamm.* III cons. 51. Nonnulla vero poemata adprime exculta sunt excelluntque vocalium finalium integritate; tales Nuptiae sunt, pars etiam altera panegyrici de IV cons. eademque in Raptus libro primo, talis etiam Phoenix et Nilus et Magnes.

Elegos Claudianus et in duodecim praefationibus usurpavit et in carminibus tribus et triginta quae sunt in minorum corpusculo. Heroici metri leges etiam in his fere eaedem obtinent; nisi quod F II deest; desunt F IV et V et VI; denique etiam F III minus frequentatur; extant enim disticha elegiaca numero 384; ergo hexametri totidem; formae III exempla adsunt omnino numero 47; ergo inter octonos quosque hexametros fere semel F III occurrit, septiens F I.

Pentametri pars posterior elisiones omnino repudiavit; paucae admodum in parte anteriore: c. m. 17, 14 *atque oneri*, 26, 34 *admisitque oculos* et 100 *pacaturque aegro*, 40, 22 *libris atque animis*, 41, 14 *Et Latiae accessit;* ad hunc l. cf. elisiones inter moras 4 et 5 supra congestas; diphtongum *ae* etiam supra quater explosum vidimus; de lectione ipsa adeatur p. VIII. Contra c. m. 26, 66 *frigora aquis* abiciendum; vix enim in hoc limatissimo poemate contrahi vocales sinemus inter moras 3 et 4. Ceterum adest etiam aphaeresis una *emptum est* c. m. 17, 48.

Pentametri clausulae plerumque disyllabae; sed etiam quadrisyllabae ac trisyllabae complures intermixtae maxime in carm. min. 4, 10, 11, 12, 13; ita *Geryoni* 4, 2; *pauperiem* 16, 2; porro monosyllabum cum trisyllabo *vel pretio* 10, 4; *qui posuit* 12, 4; denique etiam polysyllabum cum trisyllabo *castoreum nequeo* 10, 2; *cadunt subito* 11, 2; *invidiam meruit* 11, 4; *versiculos laceras* 13, 2; *putat podager* 13, 4. Ne quis vero otiosus propter hanc ipsam rem de ipsis his carminibus minoribus 4, 10, 11, 12 et 13 quasi suppositiciis suspicionem moveat, poemata etiam correctissima et quam maxime Claudianea haud rarius similibus clausulis distincta esse scito: 17, 30 *canitiem;* 23, 6 *grammatici;* 25 praef. 8 *obsequio;* item Eutr. II praef. 10; 22; 30; 68; Theod. praef. 18; Stil. III praef. 8 et 22; VI cons. praef. 20; porro 21, 4 *ut Pharius*, Stil. III praef. 16 *hanc patriae;* denique 25 praef. 2: *potui socero;* 31, 50 *solio generi;* 31, 58 *supercilio*, Rapt. II praef. 44 *nubigenis Pholoe;* quamquam fatendum est poetam carminum min. plurimam partem velut cc. 26 et 33—39 et alia explendescere voluisse elegantia.

Solent in distichis singulis plenae sententiae compleri; estque insuetum ut subiectum in alio in alio praedicatum legatur; pro exceptione adferendum c. min. 31, 49—51; c. m. 18, 16 post *tamen* fortasse pungendum fuit ut ibi *sunt* pro praedicato suppleretur; ceterum cf. etiam c. m. 26, 12 sq. et, 28 sq. et 48 sq.

De carminum compositione disserere huius loci non est; nisi quod quandoquidem tam diu inter numeros et schemata versati sumus, etiam ad ambitum sive carminum sive partium eorum animum advertere interest. Panegyricum de VI cons. in bis 330 versus divisisse poetam olim monui p. LVI. Ceterum in partitione aliquid apud eum numeri centenarii et denarii valuerunt. Aponus rotundatus habet versus 100; in Phoenice item 100 versibus argumentum absolvitur, adiecta est

clausula; panegyricus de III cons. in ipso v. 200 praecise finitur, adiectum est vaticinium vv. 201—211. Paneg. de VI cons. distincte tendit primum usque ad v. 100, dein ad v. 200; in Gildone orationes desinunt ipso v. 200; Ruf. II introductionem habent vv. 1—100; pausa aliqua etiam Eutr. I v. 300, bell. Pollent. v. 400; denique Stil. II v. 100 ad novam partem proceditur, in Nuptiis v. 300 particula finalis incipit. Adiciamne etiam Fescennini alterius strophas novem numerum Musarum prae se ferre?

Particulae inmissae denarios numeros amant; Venus Nupt. 252—281 per triginta versus orat, per totidem Rhadamanthys Ruf. II 498—527; totidem de ludis musicis agitur Theod. 311—340; et cf. Stil. I 188—217; 333—362; b. Poll. 488—517; viginti versus habentur e. g. Poll. 380—399, Nupt. 49—68, Stil. II 30—49; 377—396; quadraginta in sermone Honorii Gild. 427—466. Atque etiam ea poetae cura fuit, ut haud raro eundem ambitum continuo bis poneret, unde iucunda numerorum nasceretur responsio et aequabilitas; sic duo segmenta 10 versuum extant III cons. 63—72 et 73—82; item VI cons. 300—309 et 310—319; item Phoenicis 45—54 et 55—64; duo segmenta 15 versuum Eutr. II 376—390 et 391—405; denique 11 versuum Theod. 113—123 et 124—134. Nilus artificiose sic compositus, ut post 4 versuum prooemium per bis 19 versus distribuatur; in c. min. 22 inde a v. 13 hoc schema: 10 + 4 | 14 | 9 | 9. Conferas quod etiam carmina minora vicina 46 et 47 ambitu compari utuntur, compari etiam c. min. 50 et 51. In elegis quatenus inter se respondeant numeri facile sentitur. Praefatio VI cons. nexa habet disticha 5 | 5 | 3; praefatio Theod. 3 | 2 | 3 | 2; praefatio Ruf. II: 4 | 2 | 4; praefatio Rapt. II: 4 | 10 | 10 | 2; praefatio Eutr. II usque ad versum 32 sic: 6 | 4 | 6; ab versu 33 sic: 6 + 5 | 11; carm. min. 17 inde a v. 5 sic: 11 | 11; carm. min. 26 (Aponus): 5 | 6 | 6 5 | 11 | 11 | 6; carm. min. 31 sic: 9 | 7 | 8 | 7. Adde Fescenninum primum, in quo versus dividuntur 7 | 8 + 7 | 15 | 2.

Sed necdum exhausimus adiumenta quae ex huiusmodi observationibus peti possint. Et transeo homoeoptonon quod displicere debet velut Eutr. I 501 *fugis*, quod repudiavi; et turpe foret *mentitus amictus* Stil. II 249 (ς). Interest ad usum attendere adlitterationis, quae quidem aliquid valuit certe in uno quoque fere poeta Romano. Et Claudianus quamquam non semper videlicet eam tali affectatione venatus est qua Gild. 28 scripsit

Si mea mansuris meruerunt moenia nasci

et Rapt. II 258

Quod conata nefas aut cuius conscia culpae

(cf. etiam c. m. 26, 23 et 24), saepe tamen inter ornamenta sermonis eam esse destinavit; cf. modo bell. Poll. 291 *Senonum sanguine*, 293 *colla catenati Cimbri*, 297 *Latioque libet relicto Longinquum . . . praecingere castris;* 300 *regnum Rhodano*, 302 *me remordet*, 303 *corda recusem*, 304 *sanctum soceri;* vel Eutr. II 306 *regnique ruinas*, 308 *iactat, indice*, 309 *Vasta velut venantum vocibus*, 311 *calidus cursu*, 312 *pennis pulver.*, 313 *volat, vestigia*, 315 *ridendum revoluta* et ita porro; nolo enim hoc loco dimidiatum transcribere Claudianum. Nisi quod etiam attendas quod scripsit ille fesc. 1, 16 sq.:

Venus reversum spernat Adonidem,
Damnet reductum Cynthia Virbium;

reversum et *reductum* idem est; cur ita variavit? curve non dedit *Venus reductum* et *Damnet reversum?* auris mulcendae gratia. Iam etiam in critico negotio ut lectionem aliquam praedilectam haberemus momentum nonnumquam fecit debuitque facere adlitterationis observatio. Favit nempe et aliis et his lectionibus: quis enim iam tanget illud *novat nigras* Stil. II 194? *lento luctamine* Poll. 138? quisve *iucundo* inferet c. min. 40, 21? Adde sic defendi Ruf. I praef. 1 *decidit;* I 96 *membra* (sc. *mollia*); 128 *figuras* (εἴδωλα); II 274 *cardine caeli;* 339 *Desiluit;* Gild. 264 *reperta* (cf. *perfidiam*), 179 *capiti*, 325 *retexunt* (cf. *talia*), 469 *curris*, Eutr. II 466 *tonat*, Nupt. 19 *pectebat pollice*, 301 *premis*, 291 *curruta* (cf. *cervice*), IV cons. 126 *violata*, Theod. 130 *indicat*, 204 *tunditur* (et cf. exempla), Stil. I 90 *censet*, 231 *bipennes*, II 177 *fluerent*, 374 *colla*, 401 *culmina*, III 57 *fessis* (cf. *flamina*), 228 *pulsante*, Poll. 94 *affligit*, c. m. 30, 50 *terris* (cf. *tuis*), 112 *impendit;* c. m. 27. 74 *pergit*, 50, 1 *cani* (cf. *cineres*), 41, 11 *penitus*, 18, 13 *limite*, 22, 50 *flecteris*, 25, 40 *flatu;* Rapt. I 53 *fusis*, II 168 *tenebrosa*, 83 *colonis colligit*, III 110 *solvere*, 201 *infensior* (cf. *Phlegra*), 415 *ferebar*. Atque sic erit fortasse qui vel tueatur VI cons. 405 *fultusque*, 309 *ferat*, Rapt. II 196 *temptant*, Ruf. I 353 *sanguine*.

Denique omnino vitavit Claudianus quod purgatas aures laedat, atque prorsus singulare est illud *etiam iam tum* IV cons. 165; contra non tolerandum visum est *Theodore redi* Theod. 173: nec *te teneant* Claudianus dederat Eutr. II praef. 67 nec *propere regalibus* Nupt. 121; et cf. de Ruf. II 350 p. CX.

III. GRAMMATICAE QVAESTIONES.

De linguae usu Claudiani adeatur vocabularium, ubi et de flexura verborum et de structuris variis adnotatum est. Multa diligenter composuere Paucker in Mus. Rhen. t. 35 p. 586—606 et Trumpius in Observationibus ad genus dicendi Claudiani, Halae 1887; adiectiva in *-alis* cadentia Barwinski Quaest. Dracont., 1887, p. 64, novata a Claudiano vocabula dedit Paucker l. l. p. 588 (cf. supra p. VIII adn. 4), ubi sunt quae detrahas; adde vero *pulsatus* sbst.; item *squalescit; olorifer; ceraunia* n. pl. sbst. Qui autem cognoscere volet linguam poetae, etiam quae repudiaverit vocabula observabit; qualia sunt *priusquam, quia, etsi, olle, mi* pro mihi, *utrum* cui *an* respondeat, *rixdum, cis, citra, adversus* praep., *versus* praepos., *coram, erga, prae, secundum, exin, dein, deinde* (*deinceps* I^r^ Ruf. II 504) al., praeterea quae fortuito eligo: *celeber, generosus, commemorare, comprendere, congruere, contegere, demere, poeta, exemplar, cymba, propago, modulamen, lapilli* et plurima deminutiva, *evenire, eximere, inquirere, invigilare, obtrectare, praevertere, vadere, stultus, subtilis;* vel ut vocabula ex *A* incipientia Vergiliana graviora afferam a Claudiano aliena: *abesse, abicere, abiungere, abripere, abscessus, abscindere, absistere, abstinere, abstrahere, absumere, abundus, acanthus, accersere, accessus, accidere, accitus* sbst., *acclivis, accolere, accubare, accumbere, accumulare, accurrere, acquirere, actutum, addicere, adigere, adiurare, adlabi, admordere, adnare, adnixus, adopertus, adsistere, advocare, aegrescere, aërius, aestifer, affabilis, afficere, affluere, agellus, agitator, agnus, alatus, albescere, alibi, aliquando, aliquot, adluere, alnus, altrix, alveus, ambesus, amicire, ancile, angere, animadvertere, ansa, anser, anteferre, apium, apparare, appellare, applicare, apponere, aquosus, arbustum, arbutus, argilla, armentalis, arquitenens, asciscere, asellus, aspectare, aspergo* sbst., *aspernari, asportare, assentiri, assimilis, assultus, astringere, attondere, attrahere, aversus, augurare, avolare, auricomus, auritus, austrinus, avunculus.* Porro deest forma *ausim;* deest inf. in *-ier;* desunt perfecta breviata quale est *maluĕrunt* imperativique in *-eto* (hinc iudica c. m. 53, 35). perrara participalia in *-bundus* (falso *moribundus* Heinsius IV cons. 538). Ego hoc loco non nisi selectas quaestiones persequar eas potissimum quas cum fructu aliquo disputari posse viderim.

I. De asyndeto, copula simplici, anaphora, polysyndeto (exempla plerumque sumpta ex III cons. Honorii):

1. Copula simplex cogit vel sententias duas vel duos sententiae articulos: *Barbarus possederat sceptraque dederat* v. 66, et ita centiens.

2. Asyndeton perpetuum verborum vel sententiarum plurium: *frigora prati, non cedere, tolerare, tranare, vincere montes* 46—49; multa ex.; postremum membrum habet *que:* Poll. 56—60; 275—278.

3. Copula semper iteratur inde ab altero membro: *signavit ingrediturque limenque relinquit et advolat;* plurima exempla; frequentius *que,* rarius *et.*

4. Deest copula omnino; eius vicem agit anaphora vocis primariae: *quas lustrat Halys, quas ditat Orontes* 70; *tanta .. sic* 85 sq.; *hos, haec, haec* 59; *tu, tu* 153; *si* ter 159.

5. Ubi anaphora desinit, apparet copula nec deesse potest: *cui fundit, cui militat et veniunt* 96. *pariter foedavimus, pariter prostravimus Riphaeaque porreximus stantemque sulcavimus* 147. *iam video rapi Parthumque trepidare, iam teneri et pallescere* 201 sq. Theod. 167 asyntetou vocis *fratres* inter *ut* voculam iteratam ferri non quit; scribendum *fratresque;* hinc etiam *et spectant* edidi Stil. III 86.

6. Est ubi ad anaphoram etiam copula abundanter accedat; quae minus stricta ars est; *tertia sumant terque tuas ducat* 1; *quae rabies quantusque ardor erat* 73; cf. Stil. III 176 sq. Turpius vero illud *socer et* Stil. III 120 in *E* nec cuiquam placebit.

7. Membrum primum cum altero neque copula neque anaphorae lege iunctum, tertium per copulam rite adnexum: *succedant, ambiat et redeant* v. 5. cf. sub 2.

8. Polysyndetum amplum per asyndetum intercipi vitiosum est; IV cons. 591 ad *remorantur* supple *enim;* Stil. II 196 *agnoscit causas* pars librorum prave; IV cons. 6 *Lictori cedunt aquilae* iam non pendent ex *cernis ut* (v. 5), sed novus ibi sensus primarius incipit. VI cons. 534 post *senectus* perperam pungi solitum; similis causa fuit, qua *et volvunt* refeci Theod. 238; *ac dicta* conieci paneg. Prob. 128, Stil. II 198 *Exsectisque.* Stil. II 371 reiectanea lectio *cruentat,* per quam asyndeton illegitimum nasceretur; sequeretur enim *praecedit* sine copula. Gild. 497 *Imbrique* ni fallor pro *Imbribus* reficiendum.

9. Contra ad sententias duas per copulam rite ligatas tertia etiam dissoluta accedere potest ea condicione, ut summam faciat vel indicet quid ex illis consequatur vel denique causam addat: *non dominantur opes nec dona valent: emitur virtute potestas* 187; sic etiam Ruf. II 438 *que* omitti poterat; adde Theod. 263 *(ornatur,* supple *enim);* Gild. 48 *(ad solem);* 374; 446; Stil. II 396 *ditescant;* Rapt. III 397 (*nequeunt,* supple *enim;* scripta haec per tempus praesens; v. 398 sequuntur perfecta). Haec excusatio non valet Rapt. III 399; conieci *stridentque;* non valeret Stil. III 229 si ducibus *PII*

scriberetur *roti famam;* non valeret Stil. II 11 si cum *VPII discussit* reciperetur. Eutr. II 163 malim *Et geminat.*

10. Asyndeton amplum atque perpetuum in medio interrumpi non potest iniecta copula; exceptiones: c. min. 30, 22 *surdoque* nisi ibi v. 24 ante v. 22 transportare placeat; facile excusatur Ruf. II 154 *Libyamque coercet;* Ruf. I 325 *habitus* et *corpora* quasi notio est una; prave Heinsius *ac signat* c. min. 25, 85; Eutr. II 336 sq. interpunctionem immutavi.

11. Ipsum primum membrum in asyndeto per *que* ad antecedentia adstrui potest: Ruf. II 368 sq.: *derotaque brachia laudat, vocat, nuntiat,* quae quasi unum efficiunt quo ille „callidus affatu" illustretur. Nescio num hac via explicari debeat Stil. I 115; aliter legatur *Solvensque.*

Quibus expositis iam etiam fatendum Nupt. 94 aegre desiderari *que* in polysyndeto, siquidem legatur *Panchaia;* Nupt. 329 si *infectos* rescribere placeret, falsum ibi esset *nec* inter duplex *non* interpositum; nunc supple *sunt.* Bell. Poll. 406 *animi* pro subiecto ad *miscent* trahatur. Optime autem deest copula Ruf. II 182 *clamore* eqs.; nam usque ad id quod est *radiat* de oculorum stupore, nunc de aurium sermo est. De IV cons. 108 cf. quae disputavi p. CXII.

II. Adverbia pro adiectivo, ea ratione qua dicunt *homo frugi* vel *nequam: tela longe* Gild. 436; *nuper* pro recentia Ruf. II 117; *retro priores* VI cons. 655; *retro duces* Eutr. I 476; *retro Thermantia* (die im Hintergrund) Stil. II 359; *tanto circum terrore* Stil. I 294 (*procul aegide* pro „dum aegis procul est?" Rapt. III 60). Adiectivum pro adverbio: *longissima* Ruf. II 302; *nocturnae* c. m. 30, 32; *primos artus* Ruf. I 302 (cf. Heins.): sic defendatur *prima* Rapt. III 438? cf. s. *rarus,* al.

III. De adiectivis attributis (cf. Schrader ad Musaeum v. 133, p. 216 sqq.; Naecke carm. Val. Catonis p. 283; Eskuche De Valerio Catone p. 54).

1. Singula substantiva usque quaque singulis tantum adiectivi ornamentis utuntur (cf. Quintiliani VIII 6, 43: „duo verba uni apposita ne versum quidem decuerint").

2. Duo si adsunt, per copulam copulentur necesse est, quod tamen raro evenit, c. m. 49, 3, Stil. II 502 sq., 510 et al.

3. Alterum attributum si sine copula accedit, participium est, non adiectivum. cf. Theod. 61 sq. *gloria secura nacta cacumen* (sic enim ibi iungendum), Poll. 38 *solutae exangues leges,* 417 *notatas exanimes figuras,* VI cons. 50 *micantes innumeros arcus* (contra Heinsium), 161 *spargentia aurea cornua,* 390 *saecula celebr. circumflexa;* 168 *fulta nobilis urna;* cf. 263 *examina,* 338 *terra,* 505 *aras,* 536 *montes,* 577 *serica,* Poll. 306 *pictas,* Rapt. I 263 *temperies,* pan. Prob. 172 *dies,* 229 *ripae,* 265 *regia,* Gild. 255 *membra,* Nupt. 211 *velamina,* 223 *Meroe,* c. m. 27, 7 *ales.* Contra Eutr. I 469 *mixta duplex aetas* ita tantum verti potest: beide Lebensalter sind vermischt (cf. ad l.).

4. Excipiuntur loci quorum propria vis est cumulatio adiectivorum, ut in ea poetae consilium dignoscatur, qui demoratur in descriptione: Poll. 553: *veri sera fides patens et nescia* in exclamatione. Stil. II 424—426; ibid. 220 sqq. *mens prona* eqs. ubi intellege „quamvis prona favori, tamen index dura sui". Eutr. II 527 sqq. de Aurora.

5. Ii loci, ubi adiectivum pro adverbio: Theod. 235 intellege „acrius ac rapide praetermeat".

6. Accedere potest numerale: pan. Prob. 54: *quantas rutilas harenas.* Rapt. I 20 *innumerum vulgus iners.* Fesc. 4, 27 *alter virgineus cruor;* sic *geminos* Stil. II 490.

Addo hos locos memorabiliores: VI cons. 347 *nescia* epitheton, *contenta* praedicatum; 485 *minacem Tyrrhenam manum* (?). Poll. 202 *secum cuncta trahens* pars est praedicati („erschreckte, alles mit sich reissend"). Ruf. II 34 sq. offendit *assuetum canorum imbellem Orontem,* cf. ad l. Fesc. 2, 18 sq. *laeta aurea Roma* excusatur lyrico metro.

IV. De substantivis. Nominum Graecanicorum flexura:

nom. sgl. *Cephisos, Pharos, Arctos, Atropos, Delos, Gnosos, Isthmos;* etiam *Tityos* optimos testes habet; de *Aegyptos* vel *-us, Cypros* vel *-us* ambigitur; constat de *Epirus, Cyllarus* sim. *Rhadamantys* ex V. *Mida,* non *Midas* (cf. Iustini XI 7, 14); item *Marsya. Iocasta* breviata ultima.

acc. *barbiton, Aponon, Delon, Athon, Arcton, Cyrnon (?), Cocyton, Rhoeton,* sed *Pholum;* item *Darium, Lemnum, Xanthum, Balium;* hinc etiam *Cyrnum* defendas. — *Tydiden, Tigranen, Ulixen, Oedipoden* (*VC*), *Aeaciden* (*CII*), *Alciden, Hydaspen, Persen, Phylaciden, Thyesten, Euphraten, Araxen* (? solus V *araxen*); *Gangen* (*V* et *B*); *Booten* incertum. fem. *Inarimen, Thylen, Oethen, Rhodopen, Thracen* (*VP*), *Europen* (*VP*), *Hecaten, Cymothoen, Danaen, Phoeben, Cybelen, Cybeben, Nioben.* contra sunt: *Orontem, Niphatem, Achillem, Orestem, Adonidem;* quibus exemplis etiam *Syenem* defendi possit. — Rariora *Tegean, Midan* (ex *C*), *Borean* (*V*), *Aenean* (*R*), contra *Aeetam,* quod mireris; *Gelam;* fem. *Helenam, Libyam* (nom. *Libye* deest), *Idam* (nom. et *Ida* et *Ide*), sim. — *Acin, Athesin, Phasin, Maeotin, Hypanin* (*VP*), *Thanain* quod praevalet; magis dubium *Baetin, Themin; Thetin* semel in *V: Thybrin* semel; contra *Phalarim, Tigrim.* — bene congruunt *Halyn, Tiphyn, chelyn.* — *Orphea, Nerea, Protea, Epimethea: Actaeona, Amphiona, Memnona, Pana, Marona, Titana, Ixiona. Nasamona, Babylona, Helicona, Calchedona, Strymona,* quin etiam *Saxona* (cf. p. IX adn.); *Atlanta, Phlegethonta, Simoenta; Pallada,*

aegida, Symplegada, Nereida, Schoeneida, Thaumantida; Styga, grypha; aethera; denique *Castora.* (*Ciceronia* reieci p. IX adn.).

genit. sgl. *Lethes, Oethes;* at *Penelopae, Antiphatae, Leucatae; Busiridis, Thybridis, Themidis; Lacedaemonis;* contra *Proteos, Tethyos;* dubia: *Pallados (EA), Arcados* (*E* solus), *Gorgonos* (*CA* in Raptu), *Babylonis (-os P).*

dat. sgl. *Orphei* semel, sed v. l. *Orpheo.*

abl. sgl. *Araxe* sim.; *Thybride* et *Thybri; Typhoeo* cum synizesi.

nom. plur. correpto *e* vocali: *Acheloides, lynces, Corybantes, Maeones, Naides, Seres, Symplegades, Thraces, Titanes, Tritones, Nereides.* acc. plur. in *-as: Blemyas, Gigantas, Dryadas, tripodas, Amazonas, Cilicas, Cydonas, Ionas, Thracas, Nereidas, Sirenas, Stymphalidas* (item *Libyas*, si recte rescribatur Theod. 201). gen. plur. *Ausonidum, Scipiadum, Hesperidum, Curetum* sim.

De liberiore usu ablativi. usus localis (cf. e. g. Zumpt Rutil. p. 161): *caelo* Poll. 243; *urbe* VI cons. 580; *tellure* Rapt. III 364; *pelago terrisque* 315. *principe venire* pro a principe Eutr. II 189. *castris ire* (pro e castris?) Stil. III praef. 11. *quo* pro a quo ibid. 21 (cf. Burm.). *gemma suspendit* (pro ex g.) Rapt. II 17. ceterum *regno vel morte tenebo humum* Poll. 531, id est quasi cum regno vel cum morte. *gemitu* Rapt. III 122 „bei dem Stöhnen". Sic etiam *puppibus* sine *e* legi conceditur Eutr. II 471. abl. personae agentis: *prostratus Apolline* IV cons. 537. Explicatum habent paullo difficiliorem Poll. 482 *cicatrix plagis numerosa;* i. e. propter plagas multae sunt; *cantus testudine Orpheos* Theod. 252; *revolvit stamine* VI cons. 267; *ambusta favillis* (zu Asche) Poll. 24. de *cortice* c. m. 26, 46 cf. ad l; de *Cicerone tonas* c. m. 40, 4 cf. ad l.; *querceum parvo germine*, i. e. cum parvum esset germen, c. m. 20, 15. Ablativus quasi pro dativo (quibus locis abuti possint qui dativos in *ĕ* cadentes aucupantur): *sancit perpetuo foedere* pro in foedus Rapt. II 364. *subductus mole* pro *de mole* Stil. I 146. *cesserunt eunucho consule* Eutr. I 8; cf. infra de abl. absol.; item *suspenso principe* Stil. I 70.

accusativus licentior. non enumero talia velut *persulcata genas, galeas velati, faciem distincta, publica felix* et plurima eius generis. acc. apud intransitiva: *pervenere* (Poll. 73; cf. Theod. 291); et vide *cunctari; sudare; vincere proelium; fumat frena; si quid intumuit* Rapt. III 296; *vernant quidquid; vina fluens;* cf. Paucker p. 601.

V. De verbo.

1. Frequentativa: ut molestissime abundant apud Silium, ita admodum raro admissa a Claudiano, quod admiramur; haec habet neque plura: *pressat, quassat, volitat, venditat, raptare, consultare, volutare, obstrepitant, occultat, respectans, despectat, prospectat, receptat, retentat, praetentat, sustentat, obiectare* (*proiectat* Stil. I 356 eliminandum), *responsat, occursant, adventat, defensare* (falso *absentare* Roensch Itala et Vulg. S. 169²). facilius autem excusantur *agitare, pulsare, versare, habitare, gestare, iactare, nutare, ostentare, fluitare, reptare, natare, adnatat, cantare, visere, cessare, concitare* et *excitare, dictare, saltare, resultare, exultare, pensare;* ne afferam *aptare, compensare* sim. Quae quia tam pauca, fortasse Poll. 233 pro *Territat* reponendum *Terret et.*

2. In deliciis habentur verba ex *re* incipientia (cf. F. Placek „*Re* in den Compositis in Vergil's Aeneis", progr. 1882), posita in primis in fine metri, qualia sunt *resultans, rependit, remorit, retardant;* in VI cons. exempla sunt in metri fine 36 numero (nominibus quale est *recursus* adnumeratis), i. e. unum in 18 vel 19 versibus; apud Vergilium Aen. X v. 1—660 exempla 18. i. e. unum in 38 versibus. Qua re invitatus Cl. scripsit *reponere* pro deponere, *recedit* pro decedit, *revexit* pro avexit, *remitto* pro permitto, *revinctos* pro vinctos; et v. s. *remordere, resolvere, refulgere, recipere, reprimere* al. Nihilo minus ignorat Cl. composita nonnulla aliis recepta ut *refellit, refutat.*

3. De genere verbi. imperativus passivi: c. m. 22, 43 *medere,* Ruf. I 337 *accingere.* — Deponens raro in sensum passivum vertitur nec nisi in adiectivo verbali: *aevum defunctum* c. m. 27, 41; cf. *mentitus* c. m. 51, 9; *reluctatus* Rapt. I 42. — Adi. verbale generis deponentis veram adiectivi naturam accepit Poll. 460 *gavisa moenia*, i. e. laeta; ibid. 139 *ausus*, i. e. audax. — Mirum in modum amat Cl. structuram reflexivam pro passivo: c. m. 4, 6 *se facit;* VI cons. 230 *se deicit*, 41 *se aestimat*, 502 *se perforat;* pan. Prob 223 *se repectit;* Eutr. I 167 *se protulit;* 197 *se dividit;* 293 *se vertit;* II 420 *se flectunt;* Gild. 507 *se figurat;* Ruf. II 132 *se transferre.* — Gerundivum de eo quod fieri non debet, sed potest: *temperies habitanda* Rapt. I 263; *tolerandus* c. m. 15, 2 et Rapt. I 111; *vix adeunda* Stil. II 425. At Ruf. I 327 *vitanda Ceres* paene idem quod vitatur.

4. Infinitivus dissolute pro obiecto positus VI cons. 585 sq. Infinitivus historicus saepe obvius, Poll. 229. Eutr. I 257; 346 sq. c. m. 30, 222 sq., cf. ad c. m. 30, 139. etiam post *cum:* vide ind. sub *cum.* Nominativus cum infinitivo: Burm. ad IV cons. 3 *passi morari;* Theod. 184 *patiar deponere* (sc. me); Ruf. I 109 *fateor vinci;* II 421 *credis mederi;* Rapt. I 217 *decreta est dari:* c. m. 9, 14 *frenari senserit;* sic *cedere* om. *se* Eutr. I 265; *ignorare fingit* II 306. adde Ruf. II 8; c. m. 49, 13 al. aliter *se decorare fatentur* pro *decorari* Stil. II 289; *hominem fateri* sc. *se* c. m. 32, 6. Accusativus cum infinitivo: centiens; omisso accusativo: *currere certa fides* c. m. 26, 80. Infini-

tivus illegitimus consilium vel finem indicans: Eutr. I 418 *dabantur adhibere;* Stil. III 287 *quos decus esse concepit,* i. e. ut decus essent; Rapt. III 176 *proxima mater haberi* pro τῷ mater haberi?

5. Ablativus absolutus; notabilia: Poll. 199 *rumor urbe capta:* i. e. rumor de capta urbe; item quasi pro genitivo Gild. 416 *electa pube;* Rapt. III 447 *canibus reductis pars* (sc. canum); Stil. I 352 intellege *imbrem hastilium;* Stil. III 348 intellege *consulis nomen.* cf. et supra de Eutr. I 8 sim. Aliter c. m. 30, 156 *exule Tarquinio* „so dass Tarqu. exul wurde".

6. De temporibus.

Infinitivus perfecti pro praesentis: Ruf. II 266 *revisere* et *coluisse;* miscentur Eutr. I 86—89; II 372; al.

Adiectivum verbale non praeteriti, sed praesentis notionem habet: Rapt. I 42 *reluctatis;* Poll. 462 *salutatis* (cf. Heins.); III cons. 38 *gaviso* (ubi non scripsit *gaudenti* ut vitaretur homoeoptoton). etiam paene futuri sensus agnoscitur in *aversatus* Eutr. I 450; *redempto* fere pro redimendo c. m. 30, 12; *oblatum* pro offerendum ibid. 76. contra Gild. 254 *laniata* iuxta *aptarem* defendi non potest; sequendus ibi cod. *P*, qui etiam de *V*[1] testificari videtur.

Praesens pro futuro: Ruf. I 322 *mox se coniungere;* II 450 *velari* (i. e. fore ubi veletur); Eutr. II 319 *servire;* Poll. 82 *ponere.*

Praesens pro perfecto: *petis* VI cons. 55? ibid. 340 *redis;* 437 *gerit,* sed supple omni tempore; certius exemplum Theod. 259. Theod. 147 *regit* incertum; leniora Nupt. 113 *cogis* eqs.

Plusquamperfectum pro perfecto ut alii saepius licenter admisere (vide e. g. de Propertio H. Spindler Syntaxeos Propertianae capita duo, 1888, p. 12; sic etiam apud Symmachum relat. 27, 3 recte traditur *statuerant;* Seeckius p. 301 inculcavit *statuerunt*), ita satis fere laudabiliter abstinuit Claudianus; invenitur tamen iuxta *clausit* et *possederat* VI cons. 108—110.

Ceterum in narratione aut sola praeterita aut praesentia sola seruntur, non alterum tempus alteri sine consilio interponitur; nisi quod transitus fieri potest ex praeterito ad praesens velut Gild. 82—90; hinc est quod praetuli *pressat* Rapt. III 163, *retendit* VI cons. 320, *sensit* 206, *relinquit* 195, *diffundit* 620, *habet* Rapt. II 25 (nam *erat* intolerabile), c. m. 38, 6 *fecit* (praecedit enim *vidit* v. 3), *censet* Stil. I 90, Ruf. II 76 *stipatus,* 335 *sentit,* Stil. I 122 *vicit,* c. m. 30, 14 *abnuit.* Exceptiones: c. m. 30, 180 *pararit* sc. antea quam *accipit;* c. m. 28, 40 *sonuere* perfectum rei praesentis; item *habuere* c. m. 27, 110; similiter Ruf. II 409 et 411 *puduit* et *rapuere.* Stil. I 356 *proiecit.* Ruf. II 384 *cum stringunt;* solet enim hoc *cum* subitarium praesens regere. Stil. III 351 *insedit* sc. antea quam *quassat.* De Poll. 144 *relegat* cf. p. LII. Poll. 422 *relinquunt* sc. etiam nunc atque postea quam „huc minas vertere"; similiter Stil. II 299 *violant.* VI cons. 503 *admisit* veniam facile habet; Stil. I 60 *rapuere* sc. antea quam *conciliant;* item *fluxit* Eutr. II 563; item Gild. 209 antea *maturere* quam *redit;* Gild. 401 *excusat* sc. in scaena; Rapt. I 84 *silent* („Die Atria sind still; denn es verstummte" eqs.). Rapt. II 274 *sensit* antea nimirum quam *vincitur;* ceterum toto hoc loco regnat praesens; ergo v. 275 *deterget* exigitur. Item ibid. II 339 *detexit* antea quam *erigit;* quod ut ipsum quoque bonum explicatum habet, ita tamen versus 337 si forte non spurius habeatur, perfectum *invenit* non tolerat. Stil. III 60 *affulsit* ea lege positum qua *apparuit* v. 62. Stil. II 7 *incoluit,* sc. usque adhuc.

Sunt vero quae offendant: Gild. 395 *obtruncat;* an *occidit* praeferendum? Poll. 557 *agnoscit?* c. m. 30, 93 *vernatque;* sed etiam pergitur per t. praesens. Eutr. II 451 *contexit* praesens est; cf. Gesner. Ruf. I 131 *sentit* malim; versus Rapt. I 140 et 141 vel propter perfecta ipsa spurii. offendit etiam *ferunt* c. m. 31. 7, nisi quod fortasse ex elegiaca arte excusatio peti debet, qua disticha singula tamquam epigrammata separatim enuntiantur.

Constat itaque Claudianum non sine norma atque consilio permiscuisse tempora; idem vero liberius imperfecta inserere adamavit etiam inter praesentia; id vero ipsum quoque ubique consilio factum; neque enim in imperfecto tam tempus praeteritum respexit quam notionem durativam; haec notio agnoscitur in singularibus his inperfecti exemplis: Gild. 138 *pendebat;* Ruf. I 243 *torquebant;* Stil. II 352 *flectebat;* III 327 *metuebat,* 294 *ibant;* Poll. 608 *erat* (cf. supra p. CV); VI cons. 230 *temptabat;* Rapt. II 170 *prohibebant* eqs., III 158 *supplebat;* Eutr. II 463 *canebat.* Ceterum ter praesens locum habet inter imperfecta Ruf. I 220—225.

Imperfectum pro plusquamperfecto: VI cons. 146 *temnebat* pro *tempserat;* Stil. III 230 *ditabat,* 331 *explebat,* al. (cf. arch. lexic. IV p. 592); apponitur autem vel *modo* vel *ante* vel *quondam.* Poll. 83 *parabat* iuxta *iuraverat* v. 81. III cons. 103 *tepebat* quasi in parenthesi legitur inter plusquamperfecta. item in coniunctivo: Stil. I 113 *falleret,* II 317 *posses,* III 354 *vellet,* VI cons. 223 *caperet,* 382 *praeberet.* atque etiam versa vice *penetrassent* pro *penetrarent* Stil. I 180 (praeter cod. *II*).

Futurum miscetur cum futuro exacto: fesc. 1, 18 sq.: *cum voles et resolveris.*

7. De modis. In sententiis secundariis coniunctivo campus latissimus datus est; invenitur enim post *si, sive-sive, quotiens, ante quam, quamquam,* item post *quod* illud quod pendet ex verbis dicendi vel sentiendi; item post pron. relat.: *cuicumque praedia fuissent* Ruf. I 188; post *quisquis* al. (cf. Paucker p. 603 et 605). In sensu relativo indicativus, ubi coniunctivum expectes: c. m. 25, 89

frenat eqs.; c. m. 31, 25 *lustraverat;* sic etiam Ruf. I 142 sq. *debent* et *parat* tutari possis. item coniunctivus pro indicat. per modorum attractionem: Ruf. II 314 *quod nolit velit.* plusquamperf. indic. pro coniunctivo: Eutr. I 56 *profuerat;* sim.

Tempus futurum mirum in modum coniunctivi praesentis vice fungitur: IV cons. 267 *liceat* et *decebit;* Theod. 160 *respuat aut patebunt:* Eutr. II 476 *foedabitur.* possis etiam Nupt. 318 expectare *videat* pro *videbit.* Hoc soli necessitati metricae concessit poeta; neque enim scilicet futura in *-et, -ent* cadentia sic usquam adhibuit. Id ipsum autem quo iure sibi potuerit concedere, ex confusione modorum elucebit, quam his exemplis praestitit: Rapt. I 26—31: *flexit possedit erraverit cesserit;* c. m. 29, 2 sqq.: *laborat iubet fluant concutiat* eqs. Nihilominus Ruf. I 149 *imperet* agnoscendum, item pan. Prob. 137 *laborant.*

8. De praedilecto numero singulari.

Pluralis ad synesin positus displicuisse Claudiano videtur praeter Rapt. II 318 sq. post *pars — pars,* quippe ubi *ministri* verum subiectum antecedat; ceterum paucula quae afferri possint exempla incerta sunt; incertum Rapt. I 30 *famulantur vulgus* et Stil. III 296 *ducunt quaeque suam;* vide codd. Immo c. m. 27, 76 *stipantque cohors* plane suspectum et falsum, item Rapt. II 286 *progenies habitant* nullam auctoritatem habet, nullam etiam *acclamant* Ruf. II 317. Quin etiam si subiecta adsunt duo vel plus duo, praedicatum pluralem fere respuit nisi ibi, ubi singularis metro non sufficiebat; velut Eutr. II 62 *ferunt* metri gratia praelatum videtur, item Poll. 184 *laxere,* Stil. III 258 *incedunt.* Exempla haec habe: Rapt. II 262 *negatur,* de qua quidem lectione recte iudicavit Schrader ed. Musaei p. 358 (p. 280 ed. Schaefer.); Musaeus nempe scripsit v. 307 *βεβήσατο;* similiaque ex Vergilio, Ovidio aliis Schrader collegit; adde Gild. 506 *linquitur,* Ruf. II 92 *arva fretumque negatur,* Stil. III 161 *vertit,* VI cons. 416 *peteret,* 553 *praeberet,* c. m. 30, 147 *labor et carmina tibi ludus erat.* Stil. II 389 *belloque fameque depulsa;* item Poll. 598 *Musis et Paeane recepto;* IV cons. *relucet;* c. m. 44, 6 *fuit;* fesc. 2, 37 *plaudat.* Sic etiam defenditur *qualis* c. m. 30, 122, ubi Heinsius *quales.* Simile est quod poeta etiam in communi duobus nominibus epitheto singularem praefert c. m. 46, 9: *volucrem Xanthum Baliumque;* item Gild. 204 ubi solus *C* cum V^2 *inultas.* Ex qua observatione profectus equidem etiam recepi Nupt. 326 *Contingat* ex *V,* Ruf. I 198 *iungatur* ex A^2, 295 *aequabit* ex *B,* 350 *agebat* ex *CAHB,* Gild. 89 *agebat* ex *HA,* Stil. I 167 *suaderet* ex *VHA,* 241 *docet* (ubi de *V* ex *P* concluditur), II 395 *vehat* ex *EV,* Poll. 256 *latebat* ex *EHA(P),* c. m. 27, 82 *movet* ex *EV,* c. m. 42, 3 *dominatur* contra *E.* Eutr. I 214 *flueret* ex *VC.* Eutr. II praef. 16 restitue *procumbit.*

Regulam spernunt loci hi: Eutr. II 83 *videbant;* Stil. II 374 *innectunt* ubi sane plur. multo magis graphice; VI cons. 414 ubi *timebat* in ς. Gild. 347 *serratus* aperte displicuit propter sibilum nimis ibi cumulatum. Denique nolui approbare *conciliatur* Ruf. II 466 quia *in unum* ibi additur, unde pluralitas in verbo commendatur; nolui etiam *relinquit* IV cons. 44 quia adiectum *inter se.*

Apparet autem quantum a vero aberraverit Heinsius Eutr. I 203 *cant* commendans vel ibid. 403 *pensassent* vel *stant iuventus* Rapt. III 15 vel c. m. 53, 113 *pars et periere.* Etiam Ovidius e. g. met. V 12 *nec te pennae nec Iuppiter eripiet;* itaque inconsiderate met. I 99 Heinsium sequuntur editores *erant* inculcantes.

9. De ellipsi verbi *esse.* Formae pleniores quae ad verbum substantiae pertinent sicut *fuerunt, fuerant, fuissent* sim. non prorsus contemptui habitae a Claudiano; tamen *futurus* omissum Gild. 251 (*cliens* sc. futurus), *fuisti* omissum Eutr. II 36 (sc. ad *numquam* supplendum). Item formis *erant, erunt* sim. carere non potuit; tamen etiam *erat* ellipsin patitur Stil. I 65 *(prior);* III 45 *(aequior);* Eutr. I 110 *(laxata). esse* durissime eiectum c. m. 22, 18 *fertur doluisse et solutus.* Nec desunt formae *sum* et *sumus;* deest *estis (?); estis* non recte inferes Rapt. III 281. Sed etiam *sum* durius omissum Rapt. III 418 *(vilis),* Poll. 307 *(monitor);* item *sumus* supplendum Eutr. I 426. *sunt* supplendum Eutr. II 319 *(grata),* 339 *(solliciti),* 580 *(freti)* et saepe; prave olim legebatur c. m. 41, 1. quin etiam supplenda *sis* et *sint* Stil. II 123 sq.: *non quae cunabula quaeris, et qualis. es* reposui Rapt. III 189 (cf. p. CLVII adn. 1); ellipsin eius formae observo Rapt. II 302 sq., Stil. I 294, II 77, VI cons. 54 *(miratus)* et 186 sq., c. m. 30, 54 sq. *(dives equis* sc. es); IV cons. 500 (ubi priscae editiones perperam *non es prodigus*); etiam magis inaudita est aphaeresis *solita es* quam volebat Dan. Heinsius c. m. 30, 223.

De forma *est* non sine admiratione hoc doceberis: omnino eam aspernatus est poeta, eiecit paene ubique neque intulit nisi cogente necessitate; itaque si Plautus in eo est extremus quod huic ellipsi civitatem fere nondum dedit, extremum in modum contrarius eius Claudianus est. Quam rara aphaeresis talis sit velut *certumst* supra monui; quae numquam conceditur in pede sexto; quin etiam Stil. III 167, gravissimo loco, quia odiosum visum *Numae est,* praetulit hiatum Claudianus; item c. m. 49, 10 pro *suo est* hiatum maluit. Iam e. g. in libro Eutr. I. ut in hoc me contineam, adsunt formae verbi *esse* omnino locis 25: adest *est* locis 9; ellipses huius verbi (imprimis formae *est*) locis fere 38. Haec autem lex valet, *est* ubique repudiari nisi, ubi aut cum vi ponitur aut metrum fulcit aut ad certas locutiones pertinet usu receptas.

Cum vi ponitur: 138 *Est ubi iurat;* cf. Gild. 389, pan. Prob. 226, Ruf. I 89, Stil. II 423, III 43, al.; vel in dicterio 298 *quodcumque virorum est decus, eunuchis scelus est;* Stil. II 326 *plus est* eqs.; item *hic est, haec est* Stil. III 12, 138, 150.

Metrum fulcit 332 *inventum est ut serviat.*

Ex usu fortiore retentum est: post negationem: *non est* 142, 506, *nihil est* 181, 359; cum dativo: *quibus est* 149, i. e. qui habent; *est opus* c. abl. Eutr. II 153; *fas est* Stil. I 325, II 201. ceterum cf. Stil. II 297, 421.

Video autem in Eutr. II et aliis libris etiam rariora exempla esse quam in Eutr. I. Atque quam conscius poeta fuerit docet Rapt. III 244 *Persephone nusquam,* cum Martialis IV 66 praeierit scribens *nusquam est.* Versus suspectus Theod. 278ᵇ habet *est.* Iam equidem eliminavi voculam *est* locis et his et aliis: VI cons. 366; 402 (ubi *miserum est* et *decorum est* olim placebat); Theod. 227; Poll. 545; Rapt. III 51, 93, 91, 100, 312 (hoc loco vix in ulla membrana extat); c. m. 40, 3; 37, 8. Dubitari possit de illo *parum est* Ruf. I 238, Eutr. I 205 et *parendum est* Ruf. II 218 ubi *est* si deletur nimis fortasse sensus obscuratus evadit; multo magis molestat Stil. II 331 *te certum est* (cf. supra); *posse queas* quod ibi non multum abfui quin reciperem (cf. ad l.), etiam collato Iulio Valerio p. 41, 10: *possibilitatem . . . posse* commendari video. Denique falso certe Jeepius *Nonne est* Rapt. III 100, falso *gelu est* Heinsius c. m. 34, 8 aliique similia coniectando inferebant. — Sic quia evanescebat *esse,* etiam *stabat* pro *erat* supposuit Claudianus Stil. II 87, *stat* pro *est* II 295.

10. De transitivis sine obiecto. Etiam hoc genus breviationis nimis adamavit poeta; quod ut in una quaque pagina deprehendi potest, ita hoc loco his collectaneis illustretur: Gild. 63 *fovere* (me), item 245; 56 *negasset*, 116 *succurrite*, 122 *prosternite*, 186 *iubet arridere*, 208 *odere*, 267 *abusi;* 283 *commodat imperium* (eis partibus); item *commendare* sine dat. IV cons. 117. Ruf. I 191 *pellit* eqs.; 234 *perimit;* 314 *vetat domari,* II 69 *risus subit* et *afficit,* 70 *feriat*, 203 *suadent*, 297 *vicimus expulimus,* 328 *alludere* (pro assurgere), 407 *laniant*, 461 *circumstant*, *trahunt*, 522 sq. *agitate* eqs.; et ita ubivis; inspiciantur in indice verba plurima. Paene aposiopesin dixeris VI cons. 294 *oppeterem* (mortem), 189 *efflavit* (vitam). Audacius etiam *peterem* c. m. 31, 37; Stil. III praef. 34 supplendum *rotis* me *iussit adesse suis* (cf. supra p. XIX); Rapt. III 209 *Pallada iunxit* sc. sibi. Intransitivum est *stagnant* pan. Prob. 111, item *detrectat* Nupt. 143, et al. Adde passivum sine subiecto: *geritur* Ruf. II 212. Praeterea cf. ad Stil. I 232; sic etiam firmatur *cernens* VI cons. 565, et perperam Heinsius Nupt. 204 *quo quemque.* Hinc porro constitui lectiones: Stil. II 183; IV cons. 591 *remorantur,* cf. ad l.; Rapt. I 103 *thalamis prohibes* (verum obscuravit *F* ut saepe qui habet *thalamos*); III 115 *revocat tandem* (iterum obiectum *me* intulit *F*); Gild. 247 coniecii *petissent* (sc. me).

11. De aliis ellipsis generibus. in pronomine relativo: Poll. 35 ex *quos* supple „et quorum"; ibid. 483 item „et quorum"; VI cons. 236 *nec* „cui" *potuit;* item Poll. 152 ex *ne* extrahendum „ut"; Poll. 282 supple „novo" *calle;* sim. plura. Gild. 230 *post Alpes* sc. domitas; cf. *post viscera.* De *ornantur* Theod. 93 cf. ad l.; item *confessus* IV cons. 632. Stil. II 292 *quod veris* quasi aposiopesis est. Diversa etiam *haec ubi* Rapt. III 137, Ruf. II 169; Eutr. II 133; ibid. 211; Stil. II 402; Gild. 157, 348; Poll. 145; et vide ad Nupt. praef. 13. Verbum dicendi praetermissum etiam paneg. Prob. 164, Gild. 320 et al. *aula viros* sc. progenuit Eutr. II 133.

Iam cum innumerata supersint ad disputationem idonea, finem faciam observato locutionis artificio nimis putido, cui interdum non se subtraxit Claudianus.

12. De hypallage quaeque similia exempla sunt notionum inversarum; cf. Barthii animadvers. p. 44 ad paneg. Prob. 168; Gesnerus passim. VI cons. 114 *sed mixtum pietate nefas;* expectatur „sed mixta scelere pietas"; Rapt. II 221 sensus exigebat „quid vivis sepulta admisces"; item exigebatur c. m. 30, 21 „canes Scyllam armarunt"; item Gild. 252 „mens cum fortuna pependit"; item Ruf. II 21 „lux cum potestate linquenda"; item Theod. 13 „reduci imponit habenas"; Poll. 123 „secando parcit"; item VI cons. 215 „accensum pulverem aestivo sole"; item Eutr. II 42 „dissoni partus seminibus"; item c. m. 26, 81 „quis casui merita ascribere audet"; cf. etiam c. m. 47, 11 *colorum floribus* pro „coloribus florum". An sic etiam defendas Stil. II 167 *potestas civem agat?* Atque hac paene insana detorquendarum sententiarum libidine cum captum viderem poetam, non ausus sum sollicitare vel illud *stolido magistro* Eutr. II 489; immo cf. Gild. 462 ubi *unum* pro *uno* postulavi, sed nil mutandum.

CARMINVM NVMERI GESNERIANI

CVM TITVLIS ET NVMERATIONE CARMINVM HVIVS EDITIONIS COMPOSITI.

I: Paneg. Probini et Olybrii.
II: In Rufinum I praef.
III: In Rufinum I.
IV: In Rufinum II praef.
V: In Rufinum II.
VI: De III consulatu Honorii praef.
VII: Paneg. de III cons. Hon.
VIII: Paneg. de IV cons. Hon.
IX: Nuptiarum Hon. et Mariae praef.
X: Nuptiae Honorii et Mariae.
XI: Fescennin. I.
XII: Fescenn. II.
XIII: Fescenn. III.
XIV: Fescenn. IV.
XV: Bellum Gildonicum.
XVI: Paneg. Manlii Theodori praef.
XVII: Paneg. Manlii Theodori.
XVIII: In Eutropium I.
XIX: In Eutropium II praef.
XX: In Eutropium II.
XXI: De consulatu Stilichonis I.
XXII: De consulatu Stil. II.
XXIII: De consulatu Stil. III praef.
XXIV: De consulatu Stil. III.
XXV: Belli Pollentini praef.
XXVI: Bellum Pollentinum.
XXVII: Paneg. de VI cons. Honorii praef.
XXVIII: Paneg. de VI cons. Honorii.
XXIX: carm. minor. XXX.
XXX: carm. min. XXV praef.
XXXI: carm. min. XXV.
XXXII: Raptus Proserpinae I praef.
XXXIII: Raptus Pros. I.
XXXIV: Raptus Pros. II praef.
XXXV: Raptus Pros. II.
XXXVI: Raptus Pros. III.
XXXVII: carm. minor. LIII.
XXXVIII: carm. Graec. *Γιγαντομαχία.*
XXXIX: carm. minor. XXII.
XL: carm. min. XXXI.
XLI: carm. m. XL.
XLII: c. m. XLI.
XLIII: c. m. XIX.
XLIV: c. m. XXVII.
XLV: c. m. IX.
XLVI: c. m. XLIX.
XLVII: c. m. XXVIII.
XLVIII: c. m. XXIX.
XLIX: c. m. XXVI.
L: c. m. XVII.
LI: c. m. XVIII.
LII: c. m. XX.
LIII: c. m. XLII.
LIV: c. m. IV.
LV: c. m. XLV.
LVI—LXII: c. m. XXXIII—XXXIX.
LXIII: carm. Graec. epigramm. IV.
LXIV: carm. Graec. epigramm. V.
LXV: carm. Graec. epigramm. I.
LXVI: carm. Graec. epigramm. III.
LXVII: carm. Graec. epigramm. II.
LXVIII: carm. minor. LI.
LXIX: carm. min. VIII.
LXX: carm. min. XLVIII.
LXXI: carm. min. append. IV.
LXXII: carm. min. XLVI.
LXXIII: c. m. XLVII.
LXXIV: c. m. XXIII.
LXXV: c. m. XLIII.
LXXVI: c. m. XLIV.
LXXVII: c. m. L.
LXXVIII: c. m. VI.
LXXIX: c. m. XIII.
LXXX: c. m. XXI.
LXXXI: c. m. III.
LXXXII: c. m. XIV.
LXXXIII: c. m. XXIV.
LXXXIV: c. m. XII.
LXXXV: c. m. II.
LXXXVI: c. m. V.
LXXXVII: c. m. VII.
LXXXVIII: c. m. LII.
LXXXIX: c. m. XV.
XC: c. m. XVI.
XCI: c. m. XI.
XCII: c. m. X.
XCIII: carm. min. append. IX.
XCIV: carm. min. append. X.
XCV: carm. min. XXXII.
XCVI: carm. Graec. epigr. VI.
XCVII: carm. Graec. epigr. VII.
XCVIII: carm. min. append. XX.
XCIX: c. min. append. XXI.
C: c. min. append. I.
CI: c. min. append. II.

LOCORVM IN PRAEFATIONE IVDICATORVM VEL MEMORATORVM DELECTVS.

(Numerus pinguior versum Claudiani indicat, exilior huius praefationis paginam.)

Raptus II. praef.: 219.

Raptus II.

Raptus III.

Carminum minorum appendix.

Carmina Graeca.

CLAVDII CLAVDIANI

PANEGYRICVS

DICTVS

PROBINO ET OLYBRIO CONSVLIBVS.

CONSPECTVS NOTARVM.

W: cod. Antverpiensis III 59 membr. saec. XII.
R: cod. lat. bibl. Arras n. 438 membr. saec. XII—XIII.
L: cod. Laurentianus pl. 33 cod. 4 membr. saec. XIII.
F: cod. Florentinus bibl. nationalis VII 144 membr. saec. XIII.
P: cod. Parmensis bibl. regiae n. 2504 (olim n. 516) membr. saec. XIII.
B: cod. Neapolitanus IIII E 47 membr. saec. XIII.
ε: excerpta Gyraldina in margine Aldinae exemplaris Lugdunensis 757 G 2.
E: excerptoris Florentini in ed. Vicentina correcturae.
T: cod. Turicensis saec. XIII.
ω: codicum supra enumeratorum praeter *T* et *ε* consensus.
φ: codices reliqui praeter eos quorum propria nota adscripta est.
ς: codices deteriores.

PANEGYRICVS DICTVS PROBINO ET OLYBRIO CONSVLIBVS.

(I.)

(*carmen editum initio anni 395.*)

Sol, qui flammigeris mundum complexus habenis
Volvis inexhausto redeuntia saecula motu,
Sparge diem meliore coma crinemque repexi
Blandius elato surgant temone iugales
Efflantes roseum, frenis spumantibus, ignem.
Iam nova germanis vestigia torqueat annus
Consulibus, laetique petant exordia menses.
  Scis genus Auchenium, nec te latuere potentes
Anniadae; nam saepe soles ductoribus illis
Instaurare vias et cursibus addere nomen.
His neque per dubium pendet Fortuna favorem
Nec novit mutare vices, sed fixus in omnes
Cognatos procedit honos. Quemcunque require
Hac de stirpe virum: certum est de consule nasci.
Per fasces numerantur avi semperque renata

1 *Rutil. Namat. I 77:* legiferis mundum complexa triumphis. 3 *Venantii Fort. VI 2, 25:* Sol . . . sparge comas. 12 *Aratoris act. apost. II, 46:* Mutavit natura vices. 13 *cf. Hieronymus epist. 130, 3 ad Demetriadem (anno 414):* nunc mihi Proborum et Olybriorum clara repetenda sunt nomina et illustre Anicii sanguinis genus, in quo aut nullus aut rarus est qui non meruerit consulatum. 15 *Alc. Aviti c. I 178* numeret proavos; *Corippi laus Anast. 10:* numerare per.

2 *Ovidi Met. XV 179:* assiduo labuntur tempora motu. 3 *Silii Ital.: V 56:* sparsere diem. 5 *Vergili Aen. IV 135:* frena . . . spumantia; *VII 786:* efflantem . . ignis. 6 *Vergil. Aen. III 669:* vestigia torsit. 8 *ex Vergili ecl. 4, 12:* te consule . . . incipient magni procedere menses. 10 *Stat. Silv. IV 1, 17:* saecula mecum Instaurare paras; *Verg. Aen. IV 63:* instauratque diem. — *Vergil. Aen. I 267:* cognomen . . . Additur; *cf. Senecae Herc. 1237.* 12 *Horati c. IV 7, 3:* Mutat terra vices.

liber tercius Incipit panageric⁹ dict' ꝑbino et olimbrio ɔsulibȝ *P* Eiusdem De Probini et Olibri fratrum consulatu liber *Ald.;* Olibrii *corr. ε* *Inscr. om. LFBW* (De Probini et Olybrii Consulatu *add. m. rec. W*) *R a v. demum 61 incipit* 1 S.l L^1, Sol L^2, ol *P* flamigeris *LFB* 2 Uoluis, V *m. 2 L* inexausto *B*, et exhausto *W* sidera *L*, secula *q* 3 crinem] *cf. Burmannus ed. Propertii p. 23* rep̦ͤxi *B* 4 surgant *ωE*, rubeant *Isengr. mg; sed enim* blandius *ad* repexi *trahendum: „meliorem comam habeas et equorum iubae blandius repexae sint“* themone *WFB* 5 Afflantes *O. Mueller in Hermae tom. XII p. 305; sed* efflant *Vergilius Aen. XII 115* 6 fastigia *Heinsius* 7 laeti repetant *Burmannus* 8 Auchenium *PW*, anchenium *L*, anthenium *F*, alchenium *EB*, Alchenium in antiquo *ε; simul tamen* Auchenium genus *glossema dedit ε.* Anicium *vetus Cuiacii (cf. adn. ad v. 21)* potentes *εω* 9 Anniade *PLW*, Anniade *B*, Aniade *F* 10 nidas *P* 11 Hẏs *F* neque] non *P* fanorem *EFB*, panorem l fanorem P^1, panorem *LW* 12 sȝ *W (ita semper W)* ñ xus *P* oms *L* 13 honor *W* require *ωE*, requires *T* 14 est *fort. delendum* 15 Per fastos *Jeepius*

Nobilitate virent, et prolem fata sequuntur
Continuum simili servantia lege tenorem.
Nec quisquam procerum temptat, licet aere vetusto
Floreat et claro cingatur Roma senatu,
Se iactare parem; sed, prima sede relicta
Aucheniis, de iure licet certare secundo:
Haud secus ac tacitam Luna regnante per Arcton
Sidereae cedunt acies, cum fratre retuso
Aemulus adversis flagraverit ignibus orbis;
Tunc iubar Arcturi languet, tunc fulva Leonis
Ira perit, Plaustro iam rara intermicat Arctos
Indignata tegi, iam caligantibus armis
Debilis Orion dextram miratur inertem.
Quem prius aggrediar? Veteris quis facta Probini
Nesciat aut nimias laudes ignoret Olybri?
Vivit adhuc complétque vagis sermonibus aures
Gloria fusa Probi, quem non ventura silebunt
Lustra nec ignota rapiet sub nube vetustas.
Illum fama vehit trans aequora transque remotas
Tethyos ambages Atlanteosque recessus.
Audiit et gelido si quem Maeotica pascit
Sub Iove vel calido si quis coniunctus in axe
Nascentem te, Nile, bibit. Virtutibus ille
Fortunam domuit nunquamque levantibus alte
Intumuit rebus: sed mens circumflua luxu

20 *Epitaphium Probi:* Primus eras nullique patrum virtute secundus. 22 *cf. Quinti Smyrnaei I 37:* ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ἀν᾽ οὐρανὸν εὐρὺν ἐν ἀστράσι δῖα σελήνη κτλ. 25 *Dracontii 8, 350:* sic magna leonis Ira tremit; *ibid. 358:* perit ira leonis. 31 *Sidon. ep. VIII 5, 1:* vivet .... nominis tui gloria *(cf. IV 18, 2).* 35 *Sidon. ep. VIII 9, 32:* Imos Oceani colens recessus.

16 *Stat. Theb. I 213:* et vocem fata sequuntur. 17 *cf. Ovidi Art. am. II 729:* servandus tenor est. 28 *Arati 589:* ξίφεος ἶφι πεποιθώς Ὠρίων. 35 *cf. Euripidis Hippol. 1053:* 38 *Lucani I 20:* Et gens siqua iacet nascenti c. Nilo. 39 *Manilii I 797:* Cato Fortunae victor.

16 uigent ł nirent *W (add. m. 2?)* secuntur *LPF* 17 seruantia] signantia *L* 18 tentet. *Heinsius,* tendat *idem (cf. Burm. p. 1010)* ore *F*, ere *φ* 19 cingatur ṣoṇa roma *P* 21 aucheniis *PW*, *Heinsius,* tendat *idem* solmdo *F*, secundae anchen⁹ *L*, alcheniis *BEε*, acheniis *F*, anicíis *vetus Cuiacii (cf. Clarerii nota ad v. 8)* solmdo *F*, secundae *Barthius* 22 haut *PWF, paene* haue *L* archtō *B*, arthon *LW*, accon *P*, arthom *F*, arcem *Jecpius; sed* Arctos *noctem valet ut apud Propertium II 22, 25* 23 Sidonee *W* retuso *PB*, recusso *LW*, recurso *F*, retruso *Scaliger* 25 iubar *Eω* arcturi *WB*, acturi *L*, arturi *P*, attractu *F* 26 I /ra (I *ex* A *corr.?*) *P* rara *om., sed suppl. P*[1] arcthos *PF* 27 Indignategi *(sic) L* regi *WB* 28 urion *P* inermê, *sed* ê *in* em *corr.* W[1], inhermem *F*, inertem *B*, inermem *φ* 29 uem *L* agrediar *PWB* 30 ignoral *F* olībri *F*, olimbi *PL*, olimbri *BW*, *sed* im *ex corr. W (fuerat* or? *uel* ia?) Olybri *Clarerius,* Olibri *edd. priores* 31 aures, *sed* s *subrasum W* 32 probri *L* quam *B* nec] non *W* 33 ignotam *Gronovius,* obscura *Isengr. mg.* rapit *B*[1], *unde* rapiet *m. rec.,* rapuit *Barthius* nube, b *ex corr. W* 34 remota *F* 35 thetios *PLWF*, thetidos *B* athlanteosq; *LPW*, athalanteosq; *B*, athalauteosq; *F*, atlantiacosque *Heinsius* 36 Audiit *εω* meotica *ω*, Maeotia *Clarerii editio* 37 conuctus *F*, coniunctus *φ*, cognatus *Barthius ex edd. nescio quibus,* coniunctior axi *Koenigius. Interpretor: „si quis Nilo coniunctus (i. e. eius accola) nascentem fluvium bibit" (cf. Orellius),* contentus in axe *conieci olim collato de IV cons. Hon. 287:* limite Phoebus contentus medio eqs. 38 bibet *B* 39 nunquam leuantibus *L*, nunquam releuantibus *B: item* nunquam releuantibus als *ε* 40 luxo *L*, fluxu *F*

Noverat intactum vitio servare rigorem.
Hic non divitias nigrantibus abdidit antris
Nec tenebris damnavit opes: sed largior imbre
Sueverat innumeras hominum ditare catervas.
Quippe velut denso currentia munera nimbo
Cernere semper erat, populis undare Penates,
Assiduos intrare inopes, remeare beatos.
Praeceps illa manus fluvios superabat Hiberos
Aurea dona vomens (si quis tellure revulsa
Sollicitis fodiens miratur collibus aurum):
Quantum stagna Tagi rudibus stillantia venis
Effluxere decus, quanto pretiosa metalli
Hermi ripa micat, quantas per Lydia culta
Despumat rutilas dives Pactolus harenas.
Non, mihi centenis pateant si vocibus ora
Multifidusque ruat centum per pectora Phoebus,
Acta Probi narrare queam, quot in ordine gentes
Rexerit, ad summi quotiens fastigia iuris
Venerit, Italiae late cum frena teneret
Illyricosque sinus et quos arat Africa campos.
Sed nati vicere patrem, solique merentur
Victores audire Probi. Non contigit illi

55 *Licentius ad Augustinum 132:* non si mihi murmura centum Det Boreas totidemque animas centumque per ora Lingua . . . fremat, memorare queamus. *Item Paulinus Nol. carm. 32, 9; Sedulius c. pasch. I 99: anonymus de laudibus domini 86 sq. (Migne, patrol. lat. XIX p. 383); Corippi Iohann. I 23 sq.*

41 *Lucani II 389:* rigidi servator honesti. 42 *cf. Dio Chrysost. IV p. 172 R.* 43 *Silii Ital. XV 76:* tenebris damnavit Avernis. 46 *cf. Verg. Georg. II 462.* 47 *Paneg. Pisonis 98:* Limina pauper adit . . . beatum. 51 *Lucani VII 755:* Quidquid fodit Iber, quidquid Tagus extulit undis *eqs.* 54 *Iuvenalis XIV 299:* rutila . . . Pactolus harena. 55 *Vergili Georg. II 43:* Non mihi si linguae centum sint oraque centum; *idem Aen. VI 625. Cf. Ovidi Met. VIII 532 (Persi V 1 et 26).*

41 intactumq; iuuat *W*, intactum (*paene* intactam *L*) uitio *φ* regnare uigorem *WLP*, *sed* ł seruare *add. P*[1], seruare rigorem *B*, seruare uigorem *F*, seruare *Ald.*; rigorem *ε; cf. Lucanus; at* seruare uigorem *carmen de providentia divina 9; item Verba Achillis in parthenone 6* 42 addidit *LT* antris] alis *W* 43 ūbre *W*, imber *F* 44 daittare *(sic) L* 45 uelud *L* denso] dempso *L*, densos *T* currentia *habet quo offendat;* torrentia *Heinsius*, certantia *ego*, rorantia nubila *Koestlinus in indice philologo VIII p. 47* nymbo *W*, nimbos *T. v. 45 spurium dixit Koenigius* 46 nudare *L* 47 beato *F* 48 hyberos *FB v. 49 et 50 spurios dixit Hertel, v. 49—54 Koenigius* 49 uomens *ω* uehens *Koenigius* si quis *LWFB*, quis (*om.* si) *P*, *dein* sic *add. P*[1], sic quis *Claverii vetus*, sic quid *T*, sed quis *Vossianus et Leidensis apud Jeepium;* quantum *corr. Leid. idem;* si quid *Scaliger*, sicut *Mommsenus*, sic uix *ego* 50 Sollicitus *W* Dalmaticis *Koestlinus l. l.* fodiens, *sed* f *superior in ras. P* miratur] miretur *Claverii optimus*, rimatur *Isengr. mg. prob. Scaligero quo audacius conformatus hic locus, eo magis genuinus videatur; sic interpretor: „Larga manus quasi fluvius dona aurea vomebat quibus superabat Hiberos fluvios (tale vix est aurum quod fossor (sive fodiens) in metallis sollicitudinis plenis miratur): quantum decus auri Tagus affluit“ eqs. Buecheleras ita: „magis mirabile, si quis aurum misere quaerens miratur omnino“. Ritschelius sic rotundam sententiam refecit:* fluuios superabat Hiberos Aurea dona uomens, quorum non aequet aceruos Semper inexhaustos, si quis tellure reuulsa . . . rimatur collibus aurum 51 tegi *F* rudibus, d *ex* g *corr. P* 52 decus] detur *W* quanto] quantum *L* metalli] metallo *T* 53 quantum *Heinsius* lydia *W*, lidia *LPF*, gelida *B* cultaṣ *F* 54 rutilans *F* *paene* clinus *F* rutilae . . . arenae *Heinsius* 55 centenis *ex* ontenis *corr. P.* pateant] paribus *W*, resonent *ς (?) et ed. Ald. et Isengr.* sub *L.*, si *q* 56 Multifideq; *W* phebus *ω* 58 quoties *P* uestigia *LWT* iuris *ex corr. P* (*fuerat* uitis ?) 59 ytalie *WF* 60 Illiricosq; *PLF*, Ylliricosq; *W*, Iliricosq; *B* quos] quot *F* africa *B*, affrica *q* *A v. 61 incipit R; et v. 61 iam nil legitur praeter syllabas* mere *in fine* sed *eo* 62 Uictores audire probi *legi iam non possunt in R* non] ne *L.*, num *Heinsius* attigit *B*

Talis honor, prima cum parte viresceret aevi:
Non consul cum fratre fuit. Vos nulla fatigat
Cura diu, maiora petens, non anxia mentem
Spes agit et longo tendit praecordia voto:
Coepistis quo finis erat. Primordia vestra
Vix pauci meruere senes, metasque tenetis
Ante, genas dulces quam flos iuvenilis inumbret
Oraque ridenti lanugine vestiat aetas.
Tu, precor, ignarum doceas, Parnasia, vatem,
Quis deus ambobus tanti sit muneris auctor.
 Postquam fulmineis impellens viribus hostem
Belliger Augustus trepidas laxaverat Alpes,
Roma Probo cupiens dignas persolvere grates
Sedula pro natis dominum flexura rogando
Ire parat. Famuli currum iunxere volantem
Impetus horribilisque Metus, qui semper agentes
Proelia cum fremitu Romam comitantur anhelo,
Sive petat Parthos seu cuspide turbet Hydaspem.
Hic ligat axe rotas: hic sub iuga ferrea nectit
Cornipedes rigidisque docet servire lupatis.
Ipsa, triumphatis qua possidet aethera regnis,
Assilit innuptae ritus imitata Minervae.
Nam neque caesariem crinali stringere cultu
Colla nec ornatu patitur mollire retorto;
Dextrum nuda latus, niveos exerta lacertos:
Audacem retegit mammam laxumque coercens
Mordet gemma sinum; nodus, qui sublevat ensem,
Album puniceo pectus discriminat ostro.

67 *Hieronymus l. l. 1:* inde coeperit unde aliis desisse perfectae . . . virtutis est. 72 *Paulini Nol. carm. 27, 227:* munere tanto. 85 sqq. *cf. Sidon. V 13 sqq. II 389:* tetigerunt . . mammam. 89 sqq. *cf. Sidon. V 18. II 397.*

65 *Stat. Theb. I 322:* spes anxia mentem Extrahit et longo consumit gaudia uoto. 66 *Sophocl. Oed. regis 153:* *ἐκτέταμαι κτλ.* 70 *Lucretii V 886:* iuventas . . . molli vestit lanugine malas. 77 *cf. Verg. Georg. III 181.* 78 *Δεῖμον et Φόβον dixerunt Homerus Δ 440, Hesiod. Scut. 195; cf. Vergili Aen. XII 335. Stat. Theb. VII 47 sqq. Discrepat noster in Ruf. I 343.* 87 *Vergili Aen. XI 649* unum exerta latus pugnae; *Val. Flacci III 61:* nuda latus. 88 *Verg. XII 274:* iuncturas fibula mordet.

63 Talis honor] alis ho *abolitum in R* aeui] orbus *W* 64 Non consul *BR*, Nec consul *q* fuit] tulit *R* 65 diu] dī *L* maiora petens *ad* spes *rettulit Mommsenus* 67 quo ω*T*, qua *Barthius; sed agnosco Graecum qui voluerit: „Coepistis eo quod finis erat"; cf.* unde *illud apud Hieron.* 69 añ, / *P* iuenilis *R* 71 T *initiale om. L* parnasia ω 72 numeris *P* actor / *P*, actor *R* 73 inpellens *B* 74 augustis *R* 75 Romā *F* 76 natis] nato *W* 78 Inpetus *FB* que *om. B* agentē *R*, *vix recte* 79 Romam] dominam *Gronovius* comitatur *R* anelo *L*, hanelo *q* 80 Seu *L* turpet *F*, turbet *ex* turbat *corr. R*[1] Hydaspen ε, hydaspē *P*, ydaspē *LW*, hydaspī *R*, hidaspē *B*, adaspē *F* 81 auxe *L* nectit ω, mittit *Isengr. mg. ex Horati c. I 33, 11* 82 seuire *R* 83 triumphatis *R*, triumphatum *q* q *W* 84 irrupte *F* imittata *L* 85 Nam neque] Nam non *LP* stringeret *P* 86 molire *P* retorto] cruento *R* 87 nuda] nulla *W* exserta *R* lacertos, cohercens *W*, capillos *R* v. 88 *om. W* detegit *L* coercens *B*, cohercens *q* 89 synum *R* nodū *W* 90 discrimninat *R*

Miscetur decori virtus pulcherque severo
Armatur terrore pudor galeaeque minaci
Flava cruentarum praetenditur umbra iubarum,
Et formidato clipeus Titana lacessit
Lumine, quem tota variarat Mulciber arte:
Hic patrius Mavortis amor fetusque notantur
Romulei; pius amnis inest et belua nutrix;
Electro Tiberis, pueri formantur in auro;
Fingunt aera lupam; Mavors adamante coruscat.
Iam simul emissis rapido velocior Euro
Fertur equis; strident Zephyri cursuque rotarum
Saucia dividuis clarescunt nubila sulcis.
Nec traxere moras, sed lapsu protinus uno,
Quem poscunt, tetigere locum: qua fine sub imo
Angustant aditum curvis anfractibus Alpes
Claustraque congestis scopulis durissima tendunt.
Non alia reseranda manu, sed pervia tantum
Augusto geminisque fidem mentita tyrannis.
Semirutae turres avulsaque moenia fumant:
Crescunt in cumulum strages vallemque profundam
Aequavere iugis; stagnant immersa cruore
Corpora; turbantur permixto funere manes.
Haud procul exacto laetus certamine victor
Caespite gramineo consederat arbore fultus
Acclines humeros; dominum gavisa coronat
Terra suum, surguntque toris maioribus herbae.

91 sqq. *cf. Sidon. VI 16 sqq.* 94 sqq. *cf. Sidon. II 395 sq., V 22 sq.* 100 *cf. Corippi Ioh. IV 19.* 112 *cf. Alc. Aviti c. V 275.*

94 *Verg. Aen. VII 526:* aeraque fulgent Sole lacessito et lucem *eqs.* *Stat. Theb. III 226:* clipeique cruenta Lux rubet et Solem longe ferit aemulus orbis. 97 *cf. Verg. Aen. I 275.* 99 *Horati c. I 6, 13:* tectum tunica Martem adamantina. 103 *Verg. X 888:* traxisse moras. 105 *cf. Verg. XI 522.* 115 *Verg. Aen. X 835:* arboris acclinis trunco. 116 *Verg. Aen. V 388:* viridante toro consederat herbae. *Stat. Theb. I 583:* dedit herba toros; *cf. Lucani IX 842.*

91 discori *R* pulcerq; *L* *v. 91 et 92 contraxit L omittens* virtus — terrore 92 que *om. B* 93 Flua *L*, Flaua *ς*, Fulua *Paul* cruentarū (*sic*) *F* protendr *L* unda *Jeepius* tubarum *L* 94 clypeus *W*, clipeis *F* tytana *WF* 95 toto *L* uariaret *F*, uariabat *L*; *cf. Archiv. lexicogr. IV p. 591 sq.* hoste *F*, arte *supra scr. F*[1] 96 amor] erat *L* fletusq; *R* 97 pius ann⁹ *W*, prius amnis *B*, prius annis *L* 98 electo *L*, elect^r^o *P*[1] *(ut vid.)* tibis *L*, tyberis *WF* 99 Fingunt *R*, Pingunt *εT*, tingunt *ς* 100 I *initiale om. L* emissis *ex* emisso *corr. F* auro *F* 101 strident *FR*, stridunt *ς* (*ex* studunt *corr. P*[1]) Zephyri *ε*, zefiri *B*, zephiri *ς* cursu`q; *B*[1] 102 dimidius *R* rarescunt *Schraderus* fulcis *L* 103 Non *L*, Nec *ς* tinxere *F* *malim* lapsu sed 104 quem *B*, quin *ε* imo *PBT*, uno *WR*, *utrum hoc an illud LF dispici nequit*, fine supino *Barthius* 105 Augustant *P* aditum *ex* additum *corr. R*[1] amfractibus *W* 106 c'laustraq; (*sic*) *P* coniectis *R*, contextis *Schraderus* copulis *L* 107 referenda *L* Non alia reserand . . . . u s, *reliqua abolita in R.* 108 Augusta *L*, *unde* Augustae *Barthius.* tyrannis *F*, tir(annis *abolitum R*, tirannis *ς* 109 Semirupte *B* 110 tumulum, *ut uid. L*, *item Isengr. mg.*, culmum *B* 111 immersa *FWR*, im̄sa *P*, inmsa *LB* *ante* cruore *duae fere litt. erasae in W*, *ipsum* cruore *ex* quore *corr.*; *an fuit* liquore? cruorem *Gesnerus* 112 t̄duntur *B*, traduntur *ς*, truduntur *ed. princ.*, *Claverius* 113 haut *PLWFR* exhausto *PWR*, exacto *LFB* uictor] miles *R* 114 fuluus *F* 115 Aclines *LPB*, Ac *F om.* clines, *sed spat. vac. relictum* coron^a^t (*sic*) *F* 116 thoris *LPWBR* maioribus *vix sanum*; regalibus *vel* cum floribus *conieci*; *possis etiam* uiridantibus *ex Vergili exemplo*

Sudor adhuc per membra calet creberque recurrit
Halitus et placidi radiant in casside vultus:
Qualis letifera populatus caede Gelonos
Procubat horrendus Getico Gradivus in arvo;
Exuvias Bellona levat, Bellona tepentes
Pulvere solvit equos, immensaque cornus in hastam
Porrigitur tremulisque ferit splendoribus Hebrum.
    Vt stetit ante ducem discussas Roma per auras,
Conscia ter sonuit rupes et inhorruit atrum
Maiestate nemus. Prior hic: 'O numen amicum',
Dux ait, 'et legum genetrix longeque regendo
Circumfusa polo consors addicta Tonantis,
Dic agedum, quae causa viae? cur deseris arces
Ausonias caelumque tuum? dic, maxima rerum!
Non ego vel Libycos cessem tolerare labores
Sarmaticosve pati medio sub frigore Coros,
Si tu, Roma, velis: pro te quascumque per oras
Ibimus et nulla sub tempestate timentes
Solstitio Meroen, bruma temptabimus Histrum'.
    Tum regina refert: 'Non me latet, inclite rector,
Quod tua pro Latio victricia castra laborant
Nec quod servitium rursus Furiaeque rebelles
Edomitae paribus sub te cecidere triumphis.
Sed precor, hoc donum cum libertate recenti
Adicias, si vera manet reverentia nostri.

---

124 *Ennodii 388, 99 (Vogel):* Ut stetit *eqs.* 127 *Sidon. II 34:* Imperii genetrix. 131 *Paulini eucharistici v. 187:* tolerare laborem. 135 *Licentius ad Augustinum 60:* Solstitio Meroen *(sic Schraderus ex Claudiano)*, bruma sectabitur Histrum.

---

117 *Verg. Aen. IV 3:* multusque recursat. 119 *Verg. Aen. III 35:* Gradivumque patrem Geticis qui praesidet arvis. 125 *Verg. Aen. I 165:* horrentique atrum nemus imminet umbra. 130 *Verg. Aen. VII 602:* maxima rerum Roma. 131 *Lucani IX 588:* monstrat tolerare labores (*IV 305:* minus possent . . tolerare vapores). 132 *Verg. Georg. III 356:* spirantes frigora Cauri. 141 *Lucilius v. 172 Lachm.:* quam uera manet sententia cordi.

---

117 crebisqꝫ *R* 118 Alitus *WR* et] at *conieci* 119 gelono *F* 120 horrendus] horrendum ς *fere unus* in aruo] in haemo *T; sane Ruf. I 334 Mars procumbit Getico in Haemo; sed tamen* in aruo *sufficit, neque Theodosius hic ipse in monte, sed in arvo procubuisse videtur; et conferatur Vergili exemplum* 121 leuat] gerit *Bε* repentes *L* 122 inmensaqꝫ *P* in hastam] in hostem *vel* in actam *Barthius* in astra *Sixtinus apud Burm. p. 745. Immo intellege: 'in modum hastae'* 123 ebrum *LR* 124 discusas *B* 125 Concita ς, discussas per auras Concita *coniungi voluit Hertel* ter sonuit *WR*, tunc sonuit *ϛ* ter inhorruit *Heinsius* atrum *εω* 126 magestate *L* hec *WB*, hic *ϛ*, huic *Heinsius* o *om. F*, an *T* 127 genitrix *ω, supra lin.* *L*[1] longoqꝫ *LF* 128 adducta *LR*, addicta *PWFB*, ac dicta *conieci; „regendo polo addicta" coniungi iubet Buechelerus* tonantis *ω*, consors adiuncta Tonanti *edd. principes prob. Heinsio, Mommseno, nisi quod* consorsque *Heinsius* 129 Dic agñdum *R*, Dic age dic *Burmannus (ad Ovidi ex Ponto IV 3, 21)* causa] cura *L* uie / *P* 131 libicos *ω* labores *ωT*, uapores *Delrii liber; ita sane Lucanus semel et Ovidius Met. II 301; cf. Claud. Stil. I 180;* calores *Jeepius; cf. Paulini locus et prior Lucani* 132 Sarmaticos ne *F* medios *LP* coros *P*, choros *ϛ*, Cauros *Jeepius* 133 per horas *ω* 134 timentes *om. F* 135 meroen *LF*, meroe *B*, meropē *P*, meropem *R*, merapē *W* tentabimus *R* ebrum *R*, hebrum *W*; *addiderat* *W*[1] *alteram lectionem quae tamen cum toto margine resecta,* hystrum *F*, istrum *B* 136 Tunc *PFR*, um *L*, Tum *WB* non te *R* inclyte *W* 137 Quod] Quam *FR* lacio *WF* laborant *R*, laborent *ϛ* 138 Nec] Non *L* seruitium, ser *ex corr. P*, seruicii *F* 139 triumphi *F* 141 Aditias *L*, Addicias *R*, Adde *B*, Adde precor ϛ

Sunt mihi pubentes alto de semine fratres,
Pignora cara Probi, festa quos luce creatos
Ipsa meo fovi gremio. Cunabula parvis
Ipsa dedi, cum matris onus Lucina beatum
Solveret et magnos proferrent sidera partus.
His ego nec Decios pulchros fortesve Metellos
Praetulerim, non, qui Poenum domuere ferocem,
Scipiadas Gallisque genus fatale Camillos.
Pieriis pollent studiis multoque redundant
Eloquio: nec desidiis dapibusve paratis
Indulgere iuvat nec tanta licentia vitae
Arripit aut mores aetas lasciva relaxat:
Sed gravibus curis animum sortita senilem
Ignea longaevo frenatur corde iuventus.
Illis, quam propriam ducunt ab origine, sortem
Oramus praebere velis annique futurum
Devoveas venientis iter. Non improba posco,
Non insueta dabis: domus haec de more requirit.
Annue: sic nobis Scythicus famuletur Araxes,
Sic Rhenus per utrumque latus, Medisque subactis
Nostra Semiramiae timeant insignia turres;
Sic fluat attonitus Romana per oppida Ganges'.
    Ductor ad haec: 'Optata iubes ultroque volentem,
Diva, rogas; non haec precibus temptanda fuissent.
Vsque adeone meam condunt oblivia mentem,
Vt pigeat meminisse Probi, quo vindice totam
Vidimus Hesperiam fessasque resurgere gentes?
Ante dabunt hiemes Nilum, per flumina dammae
Errabunt glacieque niger damnabitur Indus,

162 *cf. Sidon. II 449.* 167 *Merobaudis paneg. Aetii 190:* qua vindice tutam. 169 *Licentius ad Augustinum 100:* Ante dabunt imbres Nilum, super aethera dammae Errabunt (aethera *fluxisse ex Vergilio monuit Ballheimerus*).

142 *Verg. Aen. I 71:* Sunt mihi . . . nymphae; *IV 230:* alto a sanguine. 144 *Verg. Aen. I 718:* gremio fovet, *cf. Statii Theb. I 61.* 158 *Stat. Theb. XI 505:* non improba posco; *Achill. II 268:* nimis improba posco. 160 *cf. Lucani I 19:* Sub iuga . . iam barbarus isset Araxes. 166 *Verg. Aen. XII 646:* Usque adeone *eqs.* 169 *Horati carm. I 2, 12:* natarunt aequore dammae. *Verg. Ecl. I 59:* Ante . . . pascentur in aequore *(tamen* aethere *codd.)* cervi.

142 pubentes, e *alterum in ras. P*, puberes *R* 143 clara *Heinsius* festo *P* 145 onus *L*, honos *F*, honus *q* 146 magnos *ex* magnū *corr. F* praeberent (sidera) *ε*, proderent cum sidera *B* Sydera *F* 147 nec *ω*, non *ς* pulcros *WR* fortesque *F* 148 penum *ω* 149 Scypiadas *W*, Sipiadas *B* que *om. B* fatale *B*, letale *q* *v. 150—153 desunt in R* 150 Pyeriis *W* 151 nec] non *B* deliciis *F* dapibusque *T* 152 iuuat] parant *Bε* tanta] blanda *conieci* 153 Arripit aut *W*, *sed* Arripit a *ex corr.; artius scriptae hae litt. fuerantque pauciores.* Arripit ut *et tamen in fine* relaxat *L* Abripit ut . . . relaxet *ς*, *Claverius (ex vetere?); sed cf. Orellius* laxiua *B* 154 senile *R* 155 grandeuo *R* 156 Illi *B* quam] qui *WF* 157 an annīqꝫ *L*, animiqꝫ *RT* 158 uenientis *postea inlatum uid. a m. altera in W; cf. v. 153.* 159 haec *LB*, hoc *q* *(cf. v. 165)* 160 scyticus *W*, scithicus *P*, sithicus *R*, sciticus *LF*, siticus *B* oraxes *W* 161 rhenus *R*, renus *q* mediisqꝫ *L*, medisqꝫ *q* 162 semiramie *WR*, semiramee *q* turres] gentes *R* 163 opida *ω* 164 rubes *sordente* u *W* 166 Utqꝫ *R* adeone *P* condant *Livineius* 167 pudeat *L* boni, *dein* probi *supra scr. F*[1] uindice *BWε*, iudice *q* 168 fessamqꝫ *R* falsasqꝫ *L* turres l gentes *W*, gentem *R* 169 hyemes *WBF*, yemes *L* nylum *F*, messem *Burmannus; cf. Licentius* dāpne *F* 170 niger *ω*, piger *Heinsius.*

Ante Thyesteis iterum conterrita mensis
Intercisa dies refugos vertetur in ortus,
Quam Probus a nostro possit discedere sensu'.
Dixerat et velox iam nuntius advolat urbem.
Extemplo strepuere chori collesque canoris
Plausibus impulsi septena voce resultant.
Laetatur veneranda parens et pollice docto
Iam parat auratas trabeas cinctusque micantes
Stamine, quod molli tondent de stipite Seres
Frondea lanigerae carpentes vellera silvae,
Et longum tenues tractus producit in aurum
Filaque concreto cogit squalere metallo:
Qualis purpureas praebebat candida vestes
Numinibus Latona suis, cum sacra redirent
Ad loca nutricis iam non errantia Deli,
Illa feros saltus et desolata relinquens
Maenala lassato certis venatibus arcu,
Phoebus adhuc nigris rorantia tela venenis
Extincto Pythone gerens; tunc insula notos
Lambit amica pedes ridetque Aegaeus alumnis
Lenior et blando testatur gaudia fluctu.
Sic Proba praecipuo natos exornat amictu:
Quae decorat mundum, cuius Romana potestas
Fetibus augetur. Credas ex aethere lapsam
Stare Pudicitiam, vel sacro ture vocatam
Iunonem Inachiis oculos advertere templis.
Talem nulla refert antiquis pagina libris
Nec Latiae cecinere tubae nec Graeca vetustas.
Coniuge digna Probo; nam tantum coetibus extat

171 *Licentius l. l. 97:* Ante Thyesteis iterum male territa mensis Interrupta dies refugos vanescat in ortus. 177 *Sidon. XV 181* ac pollice docto. 198 *Prudentii c. Symm. II 712:* cecinere tubae.

171 *Ovidi in Ponto IV 6, 47:* Thyesteae redeant si tempora mensae, Solis ad Eoas currus agetur aquas. *Metam. XV 462:* Thyesteis . . . mensis. *Stat. Theb. II 184:* fugeret diras lux intercisa Mycenas. 175 *Verg. Aen. VIII 305:* collesque resultant; *V 150:* pulsati colles clamore resultant. 177 *Ovidi Met. XI 170:* stamina docto pollice sollicitat; *Stat. Theb. XI 401:* et pollice docto Stamina . . . aurea telae. 179 *Sil. Ital. VI 4:* Seres lanigeris repetebant vellera lucis *(cf. Verg. Georg. II 121).* 194 *Plinii paneg. 57:* consulatus . . . tuis umeris augescere videtur. 195 *cf. Iuvenalis VI 1:* Credo Pudicitiam *eqs. Horati c. I 30:* vocantis ture. 198 *Properti IV 11, 9:* cecinere tubae.

171 tyesteis *WF*, tiesteis *L*, thiesteis *φ* 172 Interscissa *W* ad ortus *R* 173 discendere *R*, descendere *ed. princ.* 174 *cf. Rapt. I 117* et] at *Heinsius* uelox, x *in ras. P* axem *B*, urbem *φ* 175 crepuere *R* 176 inpulsi *FB* sepetena *L* 177 Letanda *(sic) R*[1] 178 cintusq; *B*, cinctusq; *εφ*, currusque *ς edd. pr. (Gronovius diatr. Stat. c. 36)* 179 tondent *WR*, tondt *F* tondunt *φ*, stirpite *F*, cespite *L*, cespite *(sic) R*[1], stipite *φ* 182 que *supra lin. add. B*[1] scalere *R* 184 lacona *L* 186 feris *Barthius* 187 Menala *ω*, lassata *B* cunctis *F*, certis *εφ* centum *vetus Cuiacii*, crebris *conicci; possis etiam* cerui uenātibus *F* arcu, c *ex corr. (?) P* 188 Phebus *ω* tela *ex* uela *corr. F* 189 phetone *R*, phitone *φ* gerens *R*, ferens *φ* 190 Lambit] Ambit *Burmannus; cf.* plantas tu lambe sacratas *apud Alcuinum carm. IV 31* egens *R*, egeus *φ* 191 luctu *L*, fletu *WR* 192 praecipuos *W*, *de* praecipuo *cf. Statii Theb. II 317* exornet *L* *v. 193—196 desunt in R* 193 Qui *L* 194 Fletibus *W* 195 thure *WFB expectes* sacro uel ture 196 ynachiis *W*, inach' *F* 197 Talem nulla refert *abolitum in R* 198 latie *PRL*, lacie *φ* gea *L*, grata *WB*, *unde* Graia *Heinsius* 199 probos *F* nam *P*, *iterum expectes:* tantum nam cetibus *ω* instat *B*

Femineis, quantum supereminet ille maritos.
Ceu sibi certantes, sexus quid possit uterque,
Hunc legere torum. Taceat Nereida nuptam
Pelion. O duplici fecundam consule matrem
Felicemque uterum, qui nomina parturit annis!
    Vt sceptrum gessere manu membrisque rigentes
Aptavere togas, signum dat summus hiulca
Nube Pater gratamque facem per inane rotantes
Prospera vibrati tonuerunt omina nimbi.
Accepit sonitus curvis Tiberinus in antris,
Ima valle sedens. Arrectis auribus haesit,
Vnde repentinus populi fragor. Ilicet herbis
Pallentes thalamos et structa cubilia musco
Deserit ac Nymphis urnam commendat herilem.
Illi glauca nitent hirsuto lumina vultu
Caeruleis infecta notis, reddentia patrem
Oceanum; crispo densantur gramine colla;
Vertice luxuriat toto crinalis harundo,
Quam neque fas Zephyris frangi nec sole perustam
Aestivo candore mori; sed vivida frondet
Aequaevum complexa caput. Taurina levantur
Cornua temporibus raucos sudantia rivos;
Distillant per pectus aquae; frons hispida manat
Imbribus; in liquidos fontes se barba repectit.

201 *Pauli et Petri carm. 18,32:* sexus uterque. 214—224; *cf. Sidon. II 332 sqq.* (217 *Sidon. 333:* harundinis . . . fluitabat silva capillo). 223 *Sidon II 336:* licet hispida setis Suppositis multum sedaret barba fragorem.

208 *Verg. Aen. II 113:* sonuerunt aethere nimbi. 209 *Verg. Aen. 308:* Accipiens sonitum. 210 *Verg. Aen. II 303:* atque arrectis auribus adsto. 212 *Lucani IX 841:* struxere cubilia frondes. 214—220; *cf. de Tiberino Verg. Aen. VIII 31.* 219 *Ovid. Met. I 120:* fervoribus ustus canduit. 221 *Verg. Aen. VI 327:* rauca fluenta. 222 *Verg. Aen. X 210:* frons hispida; *cf. Horati c. IV 10, 5.*

200 illamaritos *L* *Versus 201—204 in ω non leguntur: eos Isengrinius primus sic dedit:*

Ceu sibi certantes sexus qui possit uterque
Hunc legere ad herum. taceat Nereida nuptam
Pelione duplici fecundam consule matrem
Felicemque uterum, qui nomina parturit annis.

Ex „alio" manuscripto ita ut supra dedi corr. Claverius p. 211. Spurios primus dixit Delrio cui dubitanter adsentior; molesta praecipue in his Thetidis comparatio satis invalida, cum modo Pudicitiae et ipsi Iunoni par esse Proba dicta sit (v. 196); ceterum Pelion. o duplici *invenit etiam Vlitius in Epist. ad N. Heinsium (T. III p. 734).* Pelion. En duplici *Heinsius; sed Claudianus neque post* o *neque post* en *accusativum posuit (cf. indices). Genuinum locum esse censuit Buechelerus et scribae oculos a* Femineis *v. 200 ad* Felicem *v. 204 deerrasse* 205 sceptrum] ceptum *R* gessere] pressere *Burmannus* que *om. R* rigātes *W* 206 symus *F* hiulca *BR*, ʸulca *F*, hyulca *q* 207 patⁱ *F* genitamq; *L; facem om. idem;* geminamque *Barthius* 208 Aspera *R* tonuerunt] *Gronovius,* tenuerunt *ω* omina *εω* nymbi *W* 209 tyberinus *WF* 210 Ī ma *L*, In ima *B* arrectis auribus *ET*, erectisq; auribus *R*, erectis auribus *q* 211 populi] populis *conieci,* coeli *ex Puteani excerptis Heinsius;* scopulis *Sixtinus; sed sufficit populi fragorem pro plausu accipere qui post Iovis signum subito ortus sit; ita* fragorem scholasticorum *pro plausu Seneca contror. II 3, 19* ilicet *P*, illicet *FR* 212 Squallentes *Heinsius; sed* pallentes herbas *Verg. ecl. 6, 54* talamos *W* 213 aut *L*, at *F* nimphis *PLFB* *ante* urnam *2 litt. erasae B*, urnam *εω* atque domum Nymphis commendat *vetus Cuiacii* 214 Illa *L* hyrsuto *PBR*, hyspan hirsuto *F* 215 nodis *B* redencia *B* 216 densatur *ς nnus* gramina collo *WR* 217 Vertite *R* luxuria *L* harundo *(punxit m. 2) B* 218 Qua *R* neque] non *P* phas *R* zefiris *P*, zephiris *q* frangere *B* 219 mori *deest in R* frondent *W* 220 Equoreum *R* complexla *(sic) L* capud *L* taur ina *P* 221 raucos] flavos *Heinsius; sed cf. Trumpius observ. p. 42* 222 hyspida *F* 223 Ymbribus *F* repetit *R*, repectit *εq*, resoluit *ς*, reflectit *vel* recepit *edd. vett.*

Palla graves humeros velat, quam neverat uxor
Ilia percurrens vitreas sub gurgite telas.
    Est in Romuleo procumbens insula Tibri,
Qua medius geminas interfluit alveus urbes
Discretas subeunte freto, pariterque minantes
Ardua turrigerae surgunt in culmina ripae.
Hic stetit et subitum prospexit ab aggere votum:
Unanimes fratres iuncto stipante senatu
Ire forum strictasque procul radiare secures
Atque uno biiuges tolli de limine fasces.
Obstupuit visu suspensaque gaudia vocem
Oppressam tenuere diu: mox inchoat ore:
    'Respice, si tales iactas aluisse fluentis,
Eurota Spartane, tuis. Quid protulit aequum
Falsus olor, valido quamvis decernere caestu
Noverit et ratibus saevas arcere procellas?
En nova Ledaeis suboles fulgentior astris,
Ecce mei cives, quorum iam Signifer optat
Adventum stellisque parat convexa futuris.
Iam per noctivagos dominetur Olybrius axes
Pro Polluce rubens, pro Castore flamma Probini.
Ipsi vela regent, ipsis donantibus auras
Navita tranquillo moderabitur aequore pinum.
Nunc pateras libare deis, nunc solvere multo
Nectare corda libet. Niveos iam pandite coetus
Naides et totum violis praetexite fontem:
Mella ferant silvae; iam profluat ebrius amnis

224 *Sidon. V 28:* Pectus palla tegit quam neverat Ilia coniunx. 229 *Angilberti carm. 6, 342:* Culmina . . . ardua Romae. 238 *Sidon. V 160:* decernere caestu.

225 *Verg. Aen. VII 14:* percurrens pectine telas *(cf. georg. I 294).* 227 *Statii Theb. II 362:* geminas . . per urbes. 231 *Stat. Theb. VIII 670:* Unanimi fratres *(cf. de III. cons. v. 189).* 234 *Verg. Aen. V 90:* Obstipuit visu. 238 *Verg. Georg. III 20:* crudo decernet Graecia caestu. 247 *Verg. Aen. VII 133:* Nunc pateras libate Iovi.

224 uenerat *R* 225 Ilia *BT*, Ilia in antiquo ε, Illi *q* utreas (i) *B*[1], uitreo *Schraderus* 226 E *initiale om. LF* procunbens *F* tybri *WF* 227 Qua medius *L*, Quam medius *P* medias geminus ς *unus* intfluit *W* urbes] arces *Schraderus* 228 minantes] minaces *P* 229 rippe *L* 230 conspexit *WR* agere *B* 231 iuncto] uīcto *B*, iunctos ς, cinctos ς *fere unus*, cuncto *Barthius*, sancto *Burmannus* 232 forum] foras *Mommsenus; de re cf. eiusdem ius public. Rom. I p. 594* 233 biiuges (i *altera in ras.*) *P* colli *R* lumine *LW* 234 Obstipuit *F* 237 eurotas *LW* spartane *R (item Ambr. M 5)*, spartas ue *LW*, sparteqꝫ *F*, *item* (e *adrasum, sed non ex corr.*) *P*, sparteue *BT* tuas F equm *F* 238 olor *om. spat. vac. relicto F* *versuum 239—244 in R iam non supersunt nisi initia:* Norint, En nou, Ecce m, Aduen, Iam per, Pro Pollu. 239 Nouerit *WFB*, Norint *PR*, Nouerat *T*, horruit *L: de forma cf. Arch. lexicogr. IV p. 590 sq.; subiectum ad* nouerit *supplendum est: „id quod protulit falsus olor“* et ratibus] aratibus *W* acere *L*, arcente *B* 240 ledeis *LPFB* soboles ω fulgentibus *F* 241 aptat *W*, *unde* aptat Aduentu *Heinsius* 242 conuexat *P*, connexa *F* 243 olimbri⁹ *LXF*, olibrius *B*, olib⁹ *P*; *cf. dicta ad v. 30* axes] ignes *Schraderus* 245 regent] regent *P*, regant *L*, rigent *R* ipsis don. auras *abolitum in R* ipsi *L* dominantibus *W*, *sed ras. sub* min; *fort. puncta crasa* ipsisque domantibus *Heinsius* 246 pinum *WB*, pinus *q* derabitur aequore pinum *deest in R* 247 deis] deo *F*, deas *T* lucre multo *deest in R* 248 libet *ex* iubet *corr. L* niueos *WR*, niueo *PLFB* plaudite *F*, *fort.* spargite cetus *W*, cetu *LPFB*, cinctus *Scaliger teste Heinsio* andite coetus *deest in R* 249 Naides et totum] *Scaliger*, naiades totum *LBT*, naiades et totum *PWFR* frontem *F*, fo(ntem *deest*) *R* 250 Melle fluant silue *R* proflu̅at *L* annis *L*

Mutatis in vina vadis; iam sponte per agros
Sudent irriguae spirantia balsama venae!
Currat, qui sociae roget in convivia mensae
Indigenas fluvios, Italis quicumque suberrant
Montibus Alpinasque bibunt de more pruinas:
Vulturnusque rapax et Nar vitiatus odoro
Sulphure tardatusque suis erroribus Ufens
Et Phaetonteae perpessus damna ruinae
Eridanus flavaeque terens querceta Maricae
Liris et Oebaliae qui temperat arva Galesus.
Semper honoratus nostris celebrabitur undis
Iste dies, semper dapibus recoletur opimis'.
Sic ait et Nymphae patris praecepta secutae
Tecta parant epulis ostroque infecta corusco
Humida gemmiferis illuxit regia mensis.
O bene signatum fraterno nomine tempus!
O consanguineis felix auctoribus anne,
Incipe quadrifidum Phoebi torquere laborem.
Prima tibi procedat hiems non frigore torpens.
Non canas vestita nives, non aspera ventis,
Sed tepido calefacta Noto; ver inde serenum
Protinus et liquidi clementior aura Favoni
Pratis te croceis pingat; te messibus aestas
Induat autumnusque madentibus ambiat uvis.
Omni nobilior lustro, tibi gloria soli

261 *Sidon. XVI 128:* Semper honoratus. 265 *Sidon. XVII 5:* gemmatis . . prandia mensis.

252 *Verg. Georg. II 118:* sudantia ligno Balsama. 253 *Ovid. Met. I 165 (XII 222):* convivia mensae; *Stat. Theb. VIII 240:* sociaeque ad foedera mensae. 256 *Verg. Aen. VII 517:* sulphurea Nar albus aqua. 259 *Horati c. III 17:* innantem Maricae Litoribus tenuisse Lirim. *Lucani II 424:* umbrosae Liris per regna Maricae. 260 *Verg. Georg. IV 125:* Oebaliae . . . . . . Galaesus. *I 110:* temperat arva. 262 *cf. Verg. Aen. III 224.* 263 *cf. Verg. Georg. IV 448.* 264 *Lucani VII 792:* epulisque paratur Ille locus. *Vergili Aen. I 637:* parant convivia tectis *(cf. Iuvencus III 53).* 265 *Verg. Georg. IV 363:* umida regna. 271 *Herc. Oet. 729:* tepidus Notus; *Verg. Georg. I 340:* vere sereno.

251 Mutantes *R* in ‥ uina *(2 litt. erasae) B* 252 irrug͔ᵘe *P* spumantia *T* irriguae, spirantia balsama, venae *Buechelerus* 253 Curat *WR* qui] quod *T* reget *WB*, riget *ε* 254 ytalis *F* 255 Montibus, i *ex* e *corr R*[1] 256 rapax, ra *corr. in ras. P* nar‥ *P*, nas *B* odorem *P*, olore *F* 257 Sulphurea *F* tardatisq; *L* ufens *P et* (e *ex corr.*) *L*, uphens *B*, utens *W*, eufens *F*, eufn̄s *R* 258 phetontee *WFR*, fetontee *LP*, ph͔ᵉtontee *B*[1] perpessus] perpensus *P*, 259 flauisq; *L* tenens *B* marice *PR*, marisce *LWB* querteta patice *supplerit in F manus 2, om. F*[1] 260 Liris] Et ms *F* ebalie *FR*, oebalie *q* (o *fort. ex* c *corr. P*) arua] ora *F* 261 celebrabitur undis *WBR*, celebretur in undis *q* 262 recolatur *F* 263 nymphe *W*, nimphe *q* secutus *F* 264 epulis] peplis *Scaliger, sed cf. Lucani exemplum* coruscho *F* 265 Humuda *F* gemiferis *P* illuxit *W*[1], *unde* ịlluxit (*i. e.* inluxit) *corr. videtur* 267 anne *FBε*, annus *RLPT*, *item W*, *sed* us *in ras.* 268 phebi *ω* *In vv. 269—274 multae litterae in P detritae quarumque lectio difficilior* 269 procedịt (a *supra*) *P*[1], concedat *T* hiemps *P*, hyēs *W*, hyems *R*, hyemps *F*, yemps *L* 270 uestita *bis scr., semel del. P* asperā *F* ue (ntis *desunt*) *R* 271 noto *P*, notho *q* inde serenum *deest in R* 272 fanoni *F*, fauoni *praeter* f *abolitum in R* 273 coceis *ex* coreis *corr. F* messibus] floribus *R* etas *F* 274 autun'q; *L* autumnus turgentibus *Jeepius;* autumnusque madens post *ego* ambiat *WFT*, imbuat *R*, imbua (t *supra*) *L*, inbuat *B*, ‥bᵘat *P*, *littera erasa quae fuerit dispici nequit;* impleat *temptari; sed cf. Verg. X 243 cogitavitque poeta* ἅμπυκα *sive ex uvis factam coronam sicut indumentum factum ex messibus.* 275 nobilior *pro vocativo accipiatur, sc.* anne.

Contigit exactum numquam memorata per aevum,
Germanos habuisse duces; te cuncta loquetur
Tellus; te variis scribent in floribus Horae
Longaque perpetui ducent in saecula fasti.

278 *Vergili Ecl. III 106:* inscripti nomina regum flores.

276 exantum *B* per aeuum] aeu *oblitteratum in R* 277 loq̄// tur (u *erasum*) *W*, loquatur *T* 278 scribunt *LF*, inscribent floribus *Heinsius* ore *F* 279 ducunt *LF*

CARMINA MAIORA ET PVBLICA.

CONSPECTVS NOTARVM.

V: codex Vaticanus n. 2809 membr. saec. XI.

P: codex Parisinus lat. 18, 552. membr. saec. XIII.

C: codex Bruxellensis n. 5381 saec. XI.

Em: excerpta Florentina margini editionis Vicentinae adscripta.

E: eiusdem manus, cui debentur excerpta Florentina, correcturae in eodem Vicentinae exemplari exstantes.

A: editio Vicentina.

(A^1: manus prima ab *Em* et *E* diversa in eodem Vicentinae exemplari.)

(A^2: manus ibidem secunda, et quidem quae eadem fuisse uidetur atque *Em* et *E*.)

(A^3: manus ibidem tertia. Hae tres A^1 A^2 A^3 fere non observantur nisi in libris ad Rufinum.)

H: codex Parisinus lat. 8083 membr. saec. XIII.

B: codex Neapolitanus Farnesianus IIII E 47 membr. saec. XIII.

A: codex Ambrosianus S 66 sup. membr. saec. XV.

ε: excerpta Gyraldina in margine Aldinae exemplaris Lugdunensis 757 G 2.

ω: codicum supra enumeratorum (praeter *Em* et *E* et A^1 A^2 A^3) consensus.

φ: codices reliqui praeter eos quorum propria nota adscripta est.

ς: codices deteriores.

M: codex Ambrosianus *M* 9 sup. membr. saec. XII, unus ex ς, raro adhibitus.

CLAVDII CLAVDIANI IN RVFINVM LIBER PRIMVS.

INCIPIT PRAEFATIO.

(II.)

(scriptum carmen fort. sub finem a. 395.)

Phoebeo domitus Python cum decidit arcu
  Membraque Cirrhaeo fudit anhela iugo,
Qui spiris tegeret montes, hauriret hiatu
  Flumina, sanguineis tangeret astra iubis:
Iam liber Parnasus erat, nexuque soluto
  Coeperat erecta surgere fronde nemus
Concussaeque diu spatiosis tractibus orni
  Securas ventis explicuere comas
Et qui vipereo spumavit saepe veneno
  Cephisos nitidis purior ibat aquis.
Omnis, io Paean! regio sonat: omnia Phoebum
  Rura canunt: tripodas plenior aura rotat,
Auditoque procul Musarum carmine dulci
  Ad Themidis coëunt antra severa dei.

Nunc alio domini telis Pythone perempto
  Convenit ad nostram sacra caterva lyram,
Qui stabilem servans Augustis fratribus orbem
  Iustitia pacem, viribus arma regit.

1 *Prisciani perieg. 434:* tangentes vertice caelum.

2 *cf. Statii Theb. I 568.* 3 *Callimachi hymn. 4, 93: Παρνησὸν . . . περιστρέφει ἐννέα κύκλοις.* 5 *Ovidi met. IX 58:* vix solvi . . nexus. 7 *Stat. Theb. I 564:* squamis . . terentem Robora. *Orphei Argon. 993: δένδρεα δ' ἐσμαράγησε κτλ.* 9 *Sil. Ital. VI 677:* spumabat Bagrada . . . Viperea sanie. *Valer. Flaccus VIII 83:* spumare venenis. 11 *Callim. hymn. 2, 101 sq.: τὸν μέν συ χαιρήνερες . . . ἐπηύτησε δὲ λαὸς ἰὴ ἰὴ παιῆον.*

Claudiani. in. rufinū. lib. I. incipit. pref. *C*, Ad rufinum lib. II *codex Santenianus saec. IX apud Hauptium opusc. III p. 425. Nil nisi* Claudii *inscriptionis loco habet A, inscriptio deest in VPHB*

1 hoebeo *VP*, Phebeo *C* phiton *ω* concidit *C* 2 cyrrhaeo *A*, cyrraeo *A*. cirreo *q* rogo *C* 3 Qui *C* tegeret spiris *B* hiatu / *P* 4 tingeret *HBAA*, tangeret *rest.* A^1. *idem iterum corr. E: item q.* tergeret H^2 5 parnassus *A* 6 Ceperat V^1, *unde* Ceperat *m. rec.* 7 squamosis V^2, *item* C^1, *sed* squ *in ras.*, spatiosis V^1q; *cf. Avieni phaen. 142* frondibus *P*, tractibus P^1 *in mg.* 8 explicuere V^1, exposuere V^2 9 fumanit *P* 10 Cephisos *VA*. Cephisus *APB*, Ceffisos *C*, Cefisos *H* nitidis] liquidis *EmPB* 11 pean *VHB* phebum *C*, phebum *VHB*, phebū *P* 12 tripodos et (tri *in ras. add.*) *P* al aura *V* notat *A*. rotat A^1, *idem iterum E* 13 dulci] ducti *C* 14 Ad C^1, *sed* d *supra lin.* themidis *C*, t *iteravit* C^1, themedis *H* seuera] sonora *Heinsius* 15 alto *P* (*sed* i *saepius speciem habet in P quasi sit* t, *velut Ruf. I 22 legitur* Intustos) phitone *ω* 16 liram *H* 17 seruans *EB*, *sed* s *finalem in ras. B.* seruant *q* (Qui *pendet ex* domini *v. 15: et in P ad* Qui *manus glossatoris:* dominus; *Stilichonem autem dominum vocat etiam in laud. Stil. III 192*) 18 cadunt *A*. cadunt *t* regunt P^1, regit *EmB*. *sed* t *in ras. B; fuerat* regūt; regunt *om.* V^1, *add.* V^2 *post ras. 1 litterae (e?)*; regunt *q*. regat *Buecheleras; vulgatae favet Mommsenus* explicit pfatio *C*

IN RVFINVM

LIBER I.

(III.)

Saepe mihi dubiam traxit sententia mentem,
Curarent superi terras an nullus inesset
Rector et incerto fluerent mortalia casu.
Nam cum dispositi quaesissem foedera mundi
Praescriptosque mari fines annisque meatus
Et lucis noctisque vices: tunc omnia rebar
Consilio firmata dei, qui lege moveri
Sidera, qui fruges diverso tempore nasci,
Qui variam Phoeben alieno iusserit igni
Compleri Solemque suo, porrexerit undis
Litora, tellurem medio libraverit axe.
Sed cum res hominum tanta caligine volvi
Aspicerem laetosque diu florere nocentes
Vexarique pios, rursus labefacta cadebat
Relligio causaeque viam non sponte sequebar
Alterius, vacuo quae currere semina motu
Affirmat magnumque novas per inane figuras

1 *Sedulii c. pasch. I 241:* trahit sententia. 2 *carm. de providentia divina 718:* Dum nullum curare deum mortalia suadet. 3 *Boethius de cons. I 6, 44:* fortunarum vices aestimas sine rectore fluitare? 4 *carm. de provid. divina 730:* foedere rerum. 6 *ibid. 260:* Huic solis lunaeque vices. 7 *ibid. 24:* Arbitrio credis stare regique dei. — *ibid. 632:* qua pontum lege moveri Iusserit. 14 *Cf. illud* vexamur *apud Prudentium cathem. 4, 82.* 15 *carm. de prov. divina 717:* totam subvertere relligionem, dum nullum curare deum *eqs.* (sponte *ibid. 902*).

1—19 *Cf. Senecae dial. I, Phaedrae v. 960—988, Josephi ant. X 277 sqq., Minucii Felicis 17, 3 sq.* 1 *Ovidi met. IX 517:* dubiam vicit sententia mentem (*Verg. Aen. XI 314:* quae sit dubiae sententia menti). 2 *Accius trag. v. 42 R.:* iam iam neque di regunt neque profecto deum supremus rex omnibus curat. *Senecae nat. quaest. I 1, 4:* videbimus an dis humana curae sint. *Lucani VII 454:* mortalia nulli sunt curata deo. 3 *Lucani II 13:* habent mortalia casus, *cf. eiusdem VII 446. Iuvenalis XIII 86.* 4 *Ovidi met. I 32 sqq:* Sic ubi dispositam ... Congeriem secuit sectamque in membra redegit; Principio terram *eqs. Manil. III 55:* religatus foedere mundus. 5 *Minucius l. l.:* mari intende, lege litoris stringitur. 6 *Iuvenalis XIII 88:* vices et lucis et anni. 9 *Senecae Med. 97:* Phoebe solidum lumine non suo Orbem ... alligat. 13 *Luciani 44, 19:* ὁπόταν ὁρῶσιν ... τοὺς μὲν χρηστοὺς ἀμελουμένους κτλ. 16 *Aristotelis phys. p. 265 B 22:* διὰ τὸ κενὸν κινεῖσθαί φασιν. *p. 214 B 12 sq.:* τὸ κενὸν .. αἴτιον τῆς φορᾶς. *Epic. apud Diog. X 40:* εἰ γὰρ μὴ ἦν ὃ κενὸν ... ὀνομάζομεν, οὐκ ἂν εἶχε τὰ σώματα ... δι' οὗ ἐκινεῖτο; 43 κινεῖσθαι (τὰς ἀτόμους) παρεχομένου τοῦ κενοῦ τὴν εἶξιν κτλ.; *cf. Useneri Epicurea fragm. 267.* 17 *Verg. ecl. VI 31:* uti magnum per inane coacta Semina.

Incipit liber. 1. Claudiani. In Rufinum *C* *Inscriptio deest in q*

1 epe *VP* 3 moralia *A¹ corr. A²* 4 dipositi *V* 5 Perscriptosq; *A*, Preser. *A¹* que *supra lin. C¹* mari *CH*, maris *Aq*, *sed* ris *in ras. B*, s *supra lineam P¹ (sed ita solet poni* s *finale in P)* fine^s *P* annisque] *Heinsius*, anniq; ω, annisq; ε*: item excerpta cod. Laurent. pl. XC sup. 87 (s. XIII), quae tamen* maris fines *scribunt* 7 Conscilio *B* formata *A: item Heinsius coni.; item imitator de provid. divina 571:* sunt semper in illo In quo sunt formata modo. 8 diuiso *CH*, † diuerso *H²* 9 uariam, *sed* ri *ex corr. V¹ (fuisse vid.* u*)* phebē *VP*, phęben *CA*, pheben *HB* (u *in ras. B: fuit* m) iusserit *A*, iusserat *A¹* igne *AV²*, igni *B¹V¹q*, igne *m. rec. B* 10 porrexerit *A*, porrexerat *A¹*, porexerit *B*, porrexerit, *sed* rit *ex corr. in ras. H¹* 11 librauerit *A*, librauerat *A¹* 12 At *B*, Sed *Aq*, At *adscr. A¹ vel E* res *om. H¹*, *suppl. H²* 14 pios *ex* pius *corr. B¹* 15 Religio *CBH* 16 uacuo] uano *anonymus in exempl. Cuiacii*, caeco *Paul.* semina currere *AV* motu] mota *conieci; ipso scilicet vacuo moveri semina videantur collatis Aristot. et Epicuro; itaque possis etiam* uacui quae c. s. motu 17 Afirmat *V* noua^s *P (et ita saepe)*, uagas *conieci*

Fortuna, non arte regi, quae numina sensu
Ambiguo vel nulla putat vel nescia nostri.
Abstulit hunc tandem Rufini poena tumultum
Absolvitque deos. Iam non ad culmina rerum
Iniustos crevisse queror; tolluntur in altum,
Ut lapsu graviore ruant. Vos pandite vati
Pierides, quo tanta lues eruperit ortu.
  Invidiae quondam stimulis incanduit atrox
Allecto, placidas late cum cerneret urbes.
Protinus infernas ad limina taetra sorores
Concilium deforme vocat. Glomerantur in unum
Innumerae pestes Erebi, quascumque sinistro
Nox genuit fetu: nutrix Discordia belli,
Imperiosa Fames, leto vicina Senectus
Impatiensque sui Morbus Livorque secundis
Anxius et scisso maerens velamine Luctus
Et Timor et caeco praeceps Audacia vultu
Et Luxus populator opum, quem semper adhaerens
Infelix humili gressu comitatur Egestas,
Foedaque Avaritiae complexae pectora matris
Insomnes longo veniunt examine Curae.
Complentur vario ferrata sedilia coetu
Torvaque collectis stipatur curia monstris.
Allecto stetit in mediis vulgusque tacere

21 sq. *carm. de providentia 812 sq.:* auctos imminuit . . . subigitque superbos, Nec vero hoc nisi cum magna ratione putandum est Accidere. 22 *Corippi Ioh. III 137:* surgit in altum Unde cadat rursus. *Prosper Aquitanus de ingratis 458:* arbitrio, quod . . . erigitis, spatio ut gravius maiore ruatis; *ibid. 790:* adsurgunt . . . lapsuri.

---

22 *Monosticha Catonis 21:* Alta cadunt. *Iuvenalis X 106:* parabant Excelsae turris tabulata unde altior esset Casus. *Anthol. Riesii 417, 7:* quoque altius extat. *Minucius Felix cp. 37:* In hoc altius tolluntur ut decidant altius. *Trag. Octaviae 379:* Quid me, p. Fortuna, . . . alte extulisti? gravius ut ruerem edita receptus arce? 25 *cf. Ovidi met. II 794 sqq.* 28 *Stat. Theb. VIII 275:* Concilium rex triste uocat. *II 586:* glomerantur in unum. 29 *Hesiodi Theog. 125:* (Νὺξ) *τέκε κυσσαμένη Ἐρέβει φιλότητι μιγεῖσα. Lucani VI 670:* quidquid foetu genuit natura sinistro. — *Verg. Aen. VI 273 sqq.:* primisque in faucibus Orci Luctus et . . . Curae pallentesque . . Morbi tristisque Senectus et Metus et . . Fames ac . . Egestas . . . . Letumque Labosque, . . . et Mala mentis Gaudia . . . et Discordia; *cf. etiam Lucani VI fin. Lactantii Phoen. 15 sqq.* 31 *Senectus filia Noctis, ex Hesiodi Theog. 225: γῆράς τ' οὐλόμενον καὶ Ἔριν τέκε.* 33 *Stat. Theb. III 125:* sanguineo discissus amictu Luctus. *Petron. c. 124:* maerens lacera palla. 35 *Martialis III 10, 3:* Luxuriam premeret . . . semper egestas. *Ita Plauti Trin. prol. 9 Inopia Luxuriae filia est. Flor. IV c. 1:* luxuria primum, tum hinc conflata egestas, *ubi vide Freinshemium* 41 *Stat. Theb. II 389:* Constitit in mediis *(cf. Apoll. Rhodii I 673: αὐτὴ δ' ἄρ ἐνὶ μέσσῃ ἀγορῇ . . . ὧδέ τ' ἔειπεν).*

---

19 nesscia *B* nostri] nostri *A*, nel ueri *E*, ni ł nri *V*[1], ueri *P* 22 querar *A*[1] *B*, queror *Aq* 23 maiore *A*, grauiore *A*[1] 24 Pyerides *CII* erumperit *II*[1] 25 uuidie *P* q̃dã *P; in mg.* quondam *P*[1] stimulis *A*, stimulus *A*[1] ɔdam stimulis *a m. rec. in ras. B* 26 Alecto *BA* 27 a *V*[1], ad *corr. V*[2] limina *A*, lumina *A*[1], culmina *B* sorores, ores *a m. rec. in ras. B* 28 Con cilium *B*, Concilium. ci *ex* si (?) *corr. II*[1] 29 ęrebi *A*, herebi *q* innumerae pestes, Erebo quascumque *eqs. conieci ex Hesiodo* 31 Inperiosa *VPB* leto *A*, loeto *corr. A*[2], lęto *C* 32 Inpaciensꝗ *VPB* linjorꝗ *II* secundi s *B* 34 Tumor *Heinsius; sed cf.* Metus *apud Verg. et Lactantii Phoen. v. 16: „nec Metus asper adest“* 35 Et *A*, it *A*[1] spoliator *II*[1], populator *in ras. II*[2] quoi *A*, quem *A*[1] *(vel E?), iterum* quem *rest. A*[2], *denique in mg.* cui *A*[2] 36 In feli x *II* 37 auaritiae *A*[2] pectora, a *ex corr. II*[1] 38 ueniet *V*[1], ueniunt *V*[2] 39 Conplentur *B* ferrata *P*, ferr *obscuratum et in mg. repetitum* 40 Tetraque *anonymus Cuiac.* Furuaque *Schraderus* 41 Alecto *BA* sedit *B* in *eras. B* mediis] mediis *A*, medio *BA*[1], *rursus* mediis *rest. A*[2], mediis *ex* medios *corr. V* uulgusque] uultuque *anonymus idem*

Iussit et obstantes in tergum reppulit angues
Perque umeros errare dedit. Tum corde sub imo
Inclusam rabidis patefecit vocibus iram:
'Sicine tranquillo produci saecula cursu,
Sic fortunatas patiemur vivere gentes?
Quae nova corrumpit nostros clementia mores?
Quo rabies innata perit? quid inania prosunt
Verbera? quid facibus nequiquam cingimur atris?
Heu nimis ignavae, quas Iuppiter arcet Olympo,
Theudosius terris. En aurea nascitur aetas,
En proles antiqua redit. Concordia, Virtus
Cumque Fide Pietas alta cervice vagantur
Insignemque canunt nostra de plebe triumphum.
Pro dolor! ipsa mihi liquidas delapsa per auras
Iustitia insultat vitiisque a stirpe recisis
Elicit oppressas tenebroso carcere leges.
At nos indecores longo torpebimus aevo
Omnibus eiectae regnis! Agnoscite tandem
Quid Furias deceat; consuetas sumite vires
Conventuque nefas tanto decernite dignum.
Iam cupio Stygiis invadere nubibus astra,
Iam flatu violare diem, laxare profundo
Frena mari, fluvios ruptis immittere ripis
Et rerum vexare fidem'.
Sic fata cruentum
Mugiit et totos serpentum erexit hiatus
Noxiaque effudit concusso crine venena.
Anceps motus erat vulgi. Pars maxima bellum
Indicit superis, pars Ditis iura veretur
Dissensuque alitur rumor: ceu murmurat alti

59 *Prosper de ingr. 596:* cognoscite tandem ... et desuescite. 64 *Prosper l. l. 113:* immittere rivos.

42 *Verg. Aen. VII 450:* Reppulit .... angues. 46 *cf. Verg. georg. IV 287.* 47 *Verg. Aen. IV 10:* Quis novus ...? 49 *Senecae Med. 15:* atram ... facem; *Verg. Aen. IX 73:* facibus pubes accingitur atris. 56 *Verg. Aen. XII 208:* ima de stirpe recisum. 66 *Verg. Aen. VII 450:* geminos erexit crinibus anguis; *Stat. Theb. II 27:* omnes capitum subrexit hiatus *(de Cerbero).* 69 *Ovidi am. III 4:* rigidi iura tuere viri.

42 in tergum] a pectore *B* hydros ς *(Oxon. I)* 43 umeros] humeros ω tum *CHA*, tunc *A*[1], *rursus* tum *A*[2], tunc φ 44 rapidis *PHB* 45 Siccine *CHBA*, Sicine *A*[2], iccine *VP* transquillo *H* 47 Quo *P* corrupit *AVH, sed ras. supra* u *in H*, corrūpit *A*[2] φ 48 Quo *A*, Quid *A*[1] 49 Uerba *B*, Verbera *ex* Verbara *H* nequiquam *A*[1] *C*, nequiequam *A*φ cinguimur *B*, accingimur ς *et O. Muellerus (Hermae XII p. 305) ex Vergilio* fascibus *H* 50 minus *A*, nimis *A*[1] iuppiter arcet olympo *A*[2] *C* celo inpiter (caelo iuppiter *A*) arcet φ celo quas Iupiter arcet *M* 51 Theodosius ω e (n *supra*) *V*[1] 53 uagatur *ed. Claverius* 54 de nostra *H* gente *B* 55 Pro *CA*, Proh φ dilapsa *HA*[1], *prob. A*[2], delapsa *A*φ 56 Iusticia *A*, Iustitia *A*[1] que *om. BH, suppl. H*[1] ab stirpe *H* 57 in carcere *VA*, in *del. A*[1], *non habent* φ, e carcere *Isengrin. Claverius* 58 torpebimur *H*[1] *corr. H*[2], torquebimur ς 64 discrimine *A*, decernite *A*[1] *(ut vid.)*, *prob. A*[2], descernite *P* 62 cupido *P* stygiis *C*, stigiis φ 64 ruptis *om. V*[1] *post* fluuios *add. m. rec.* inmittere *H* rippis *V*, p *prius del. m. rec.* 65 laxare *APA*, lapsare *A*[1], uexare *A*[2] *CH*, *sed* ue *in ras. H*[1], laprare *V*[1] (laxare *corr. m. rec.*), turare *vel* turbare *B* diē fidem *(sic) V* fata] facta *C* cruente *glossator in H* 66 Mugit *B*[1], Mugiit *corr. m. rec.*, Mugit et ī (ī *add. m. 2*) *A* totos] tortos *B*ς *falso; quid esset enim tortus hiatus? Differt Verg. georg. III 38:* tortos Ixionis anguis; totos *valet „omnes"; cf. Statius* 68 bellū *H*, ū *in ras. H*[2] 69 tuetur ε *AVP*, tuētur *A*[1] *(vix V)*, ueretur *A*[1] *CHA*, I ueretur *add. V*[1], uerentur *B* 70 seu *B*, *sed* s *oblitteratum*

Impacata quies pelagi, cum flamine fracto
Durat adhuc saevitque tumor dubiumque per aestum
Lassa recedentis fluitant vestigia venti.
Improba mox surgit tristi de sede Megaera,
Quam penes insani fremitus animique profanus
Error et undantes spumis furialibus irae;
Non nisi quaesitum cognata caede cruorem
Illicitumve bibit, patrius quem fuderit ensis,
Quem dederint fratres: haec terruit Herculis ora
Et defensores terrarum polluit arcus,
Haec Athamantheae direxit spicula dextrae,
Haec Agamemnonios inter bacchata Penates
Alternis lusit iugulis; hac auspice taedae
Oedipoden matri, natae iunxere Thyesten.
Quae tunc horrisonis effatur talia dictis:
'Signa quidem, sociae, divos attollere contra
Nec fas est nec posse reor; sed laedere mundum
Si libet et populis commune intendere letum,
Est mihi prodigium cunctis immanius hydris,
Tigride mobilius feta, violentius Austris
Acribus, Euripi fulvis incertius undis
Rufinus, quem prima meo de matre cadentem
Suscepi gremio. Parvus reptavit in isto
Saepe sinu teneroque per ardua colla volutus
Ubera quaesivit fletu linguisque trisulcis
Mollia lambentes finxerunt membra cerastae.

96 *Prudentius hamartig. 135:* et uirides adlambunt ora cerastae, *magis fortasse imitatus Verg. Aen. II 211.*

79 *cf. Senecae Herc. 102 (Herc. Oet. 1006. 1014).* 81 *Ovidi met. XII 606:* direxit spicula dextra; *Verg. Aen. VII 497:* derexit spicula. 88 *Consolatio ad Liviam 361:* Ecce necem intentam caelo *eqs.* 89 *cf. Verg. Aen. VI 576.* 90 *Lucani V 405:* tigride feta. 92 *Stat. Theb. I 60:* de matre cadentem Fovisti gremio *(cf. πίπτειν περὶ μητρός).* 95 *Verg. Aen. II 475 (georg. III 439):* linguis . . . trisulcis.

71 Inpacata *PB* quies *in ras.* P^1 flumine *PH, sed corr.* H^2 72 tumor A^2 *q*, *ex* timor *corr.* H^1 73 recedentes V^1, recedentis V^2, residentis *Heinsius* 74 Inproba *B* tristi surgit *C* megera *ω* 75 gemitus fremitus *V (sic corr. m. 1)* 78 Illicitumqꝫ *CH* fuderit *A*, fuderat A^1, er *ex corr. H* 79 dede B^1 rit *add. m. rec.* torruit *A*, terruit A^1 80 et A^2 *C*, Hec *q*, *sed* c *ex* t *corr. H et* H *in ras.* defensoris *VC* polluit l terruit V^1 artus *A*, arcus A^1 81 athamantee *C*, athamantee *A*, athamantee H^2 *B*, athamantee (h *m. 2) V*, athamantes, *sed* s *in* e *mut.* P^1, athamanteos H^1, *unde* Athamantiados *Heinsius* 82 agamennonios *C*, agamenonios *B* 83 Alterius *A*, Alternis A^1, *idem in mg.* A^2, *idem ω nisi quod* alterni V^1 s *add.* V^2 thebe *VB*, thede, d *ex corr. H (fuit* b) 84 Edipodē *P*, Edipodem *B*, Oedipodē *H*, Oedipedem *A* thyesten *A*, thiesten *C*, thiestē *V*, thiestem *PH*, tiestem *B* 85 nunc *B* horrisonis *ex* horroris *corr. V* (V^1 ?), orrisonis *B* efatur *P*, affatur *B* 86 socie *V*, o socie *q*, *cf. Eutrop. II 391* 88 cōmune, m *ex* n H^1 89 cuntis *P* inmanius *VH* ydris *VPHB* 90 Tygride *V* mobilibus *A*, mobilius A^1 91 „in antiquo Acribus, Euripi fuluis in certius undis" *ε*, Acribus ꜜ euripi *(sic)* A^2, Aerius hirpys *A*, Aerius harpyis *corr.* A^1, Aerius arpiis *ω* (acerius *B*). *De Euripo cf. Pomp. Melae II 7, Senecae Herc. 378, Ausonii XIX 119, Boethii consol. II 1. 2:* exaestuantis more . . . Euripi fuluis *εB*, flauis *Aq*, flauisque A^1 *prob.* A^2, uel fuluis *add.* A^2, refluis *Isengr. mg. (et ita* refluas undas *habet Paulinus in eucharistico v. 45). Ceterum conieci ex ω:* uiolentius Austris, Aerius Adriacis, Siculis incertius undis 92 Ruffinus *VP* quñe *A*, *hamulum add.* A^1 de uentre *ς* 93 Susscepi *B* raptauit *P* 94 tenero perqꝫ ardua *A*, teneroqꝫ per ardua A^1, que *om. B*, *add. m. rec.* 95 Ubera] Oscula *P* flectu *A* triseulcis *A* 96 fixerunt *HCA*, finxerunt *corr.* A^1 *(fort. V?)* membra] ora *VP; cf. Verg. Aen VIII 634 et Barco in rivista di filol. IX p. 560 sq.* ceraustae *B*

Meque etiam tradente dolos artesque nocendi
Edidicit: simulare fidem sensusque minaces
Protegere et blando fraudem praetexere risu,
Plenus saevitiae lucrique cupidine fervens.
Non Tartesiacis illum satiaret harenis
Tempestas pretiosa Tagi, non stagna rubentis
Aurea Pactoli: totumque exhauserit Hermum:
Ardebit maiore siti. Quam fallere mentes
Doctus et unanimos odiis turbare sodales!
Talem progenies hominum si prisca tulisset,
Perithoum fugeret Theseus, offensus Orestem
Desereret Pylades, odisset Castora Pollux.
Ipsa quidem fateor vinci rapidoque magistram
Praevenit ingenio; nec plus sermone morabor:
Solus habet scelerum quidquid possedimus omnes.
Hunc ego, si vestrae res est accommoda turbae,
Regalem ad summi producam principis aulam.
Sit licet ipse Numa gravior, sit denique Minos,
Cedet et insidiis nostri flectetur alumni'.
　　Orantem sequitur clamor cunctaeque profanas
Porrexere manus inventaque tristia laudant.
Illa ubi caeruleo vestes conexuit angue
Nodavitque adamante comas, Phlegethonta sonorum
Poscit et ambusto flagrantis ab aggere ripae
Ingentem piceo succendit gurgite pinum
Pigraque veloces per Tartara concutit alas.

---

98 *expeditio asiat. Friderici Barbarossae apud Canisium lect. antiqu. III 2, p. 505:* revera iuxta illud Claudiani: Edidicit ..... fraudem praetexere risu. 107 *Sidon. V 287:* Si se Pollucis *eqs.*

---

97 *Verg. Aen. VII 338:* nocendi artes *(id quod in centonibus frequentatum, anthol. Ries. 1, 52. 8, 8. 17, 64. 21, 198).* 104 *Lucani IX 500:* Ardent (*vel* Arent) ora siti. 107 *sq. Martialis VII 23:* Pyladen odisset Orestes, Thesea Pirithoi *eqs.: cf. Ausonii epist. 25, 63 sqq.* 114 *Martialis XIII 2, 1:* sis denique nasus. 116 *cf. Lucani I 86 sq.* 118 *Ovidi met. IV 482:* tortoque incingitur angue.

---

97 Meqꝫ etiam tradente dolos *ACVA (sed* etiam *supra lin.,* m *e ras. V)* Me tradente dolos ceptus (*vel* certus) *A*[1], Me tradente dolos gestus *HPB (ras. post* Me *P;* etiam *supra* Me *scr. H*[1]*; ibidem ras. supra* tra) *et hos secuti* astus *pro* gestus *Heinsius*, certos *Buechelerus* artes *A*[2] *CHA*, artem *q; cf. Vergilius.* 98 Edidicit *ω*, Et didicit *ς; interpunxi eadem ratione qua paneg. Olybr. 230 sq.* scimusqꝫ *P, sed corr. m. 1* nocentes *A*, minaces *A*[2] 99 fraudem] fraudes *V cf. auctor exped. Friderici Barb.* protexere *P* 100 feuens *H, corr. H*[1] seuicia *B* 101 tartesiacis *CA*, tharchesiacis *B*, tarchesiacis *H*, charchesiacis *V*, tharthesiacis *P* saciaret *ex* siciaret *corr. V*[1], saciaret *ex* saciarit *corr. P*[1], satiarit *ς* 102 tagi, t *et* i *in ras. H*[1], tagi *A* non] nel *CH* 103 totum qꝫ *A*[2] exanserit *P*[1], h *add. P*[2], exhauserit *A*, si hauserit *A*[1], si auserit *B* totum si exhauserit *A* hermam, um *ex corr. H* 104 maiori *A*, maiore *A*[1] quam] nam *A* 105 Est doctus *B* unanimos *A*[2] *C*, unanimes *q* 106 hominē *B quod commendabat Barthius* 107 Peritoum *V*, Piritoum *P*, Perithoum *CBA*[2], Pirithoum *A*[1], Pirrithoum *H* teseus *H* ofensus *H* horestem *B*, horestē *V*, orestē *P* 108 pilades *VPB* polux *VBA* 109 fateor uinci *A*, uinci fateor *A*[1] *(fort. E!) B* rabidoqꝫ *A*, rapidoqꝫ *A*[1] *(fort. E)* 110 morabar *(?) A* 112 Hunc *ex* Nunc *H* nostre *A*, *idem ex* uestre *corr. H* acommoda *B*, accomoda *PH*, acōmodata *A* 113 perducam *HBA* 114 ipse *A*[1] *V*, ille *Aq* fit, *sed* f *ex* s *corr. (?) V* minos *ex* minus *corr. P*[1] 115 Cedet *ex* Cedit *P (corr. m. 2?)* *post* nostri *1 littera eras. in H* 118 Illa *ex* Ille *P*[1] cerul eo *H* connexuit *HBA*, ɔnexuit *P*, connexunt *(sic) A*[2] 119 Nodatamque . . . comam *V* phlegetonta *V*, flegethonta *C*, flegetonta *HPB* 120 Posscit *B* tragrantis *B* rippe *V* 121 piceu *V*[1], piceo *V*[3], pisceo *H* ab gurgite *V*[1] *corr.* pinum, p *in ras. H*[1] 122 Nigraqꝫ *A quod Vergilius commendat Aen. VI 134: cf. Trampius p. 42* concitat *B* ales *A*, alas *A*[1] *prob. A*[2]

Est locus extremum pandit qua Gallia litus
Oceani praetentus aquis, ubi fertur Vlixes
Sanguine libato populum movisse silentem.
Illic umbrarum tenui stridore volantum
Flebilis auditur questus: simulacra coloni
Pallida defunctasque vident migrare figuras.
Hinc dea prosiluit Phoebique egressa serenos
Infecit radios ululatuque aethera rupit
Terrifico: sensit ferale Britannia murmur
Et Senonum quatit arva fragor revolutaque Tethys
Substitit et Rhenus proiecta torpuit urna.
Tunc in canitiem mutatis sponte colubris
Longaevum mentita senem rugisque seueras
Persulcata genas et ficto languida passu
Invadit muros Elusae, notissima dudum
Tecta petens, oculisque diu liventibus haesit
Peiorem mirata virum; tum talia fatur:
'Otia te, Rufine, iuvant frustraque iuventae
Consumis florem patriisque inglorius arvis?
Heu nescis quid fata tibi, quid sidera donent,
Quid fortuna paret: toto dominabere mundo
Si parere velis! Artus ne sperne seniles.
Namque mihi magicae vires aevique futuri
Praescius ardor inest: novi quo Thessala cantu
Eripiat lunare iubar, quid signa sagacis
Aegypti valeant, qua gens Chaldaea vocatis
Imperet arte deis, nec me latuere fluentes
Arboribus suci funestarumque potestas

131 *Merobaudis paneg. Aetii 85:* furialia murmura. 133 *Sidon. II 339:* Remus et unda cadunt (*sc. Tiberis*). 150 *carm. de provid. divina 262:* scire potestates herbarum.

123 *Ovidi met. VIII 788:* Est locus extremis *eqs.* 124 *Avieni descr. orbis 1380:* Oceani Eoi praetento *eqs.* 126 sq. *Stat. Theb. II 51:* Stridor ibi et gemitus poenarum. 128 *Lucreti I 123:* simulacra modis pallentia miris. 130 *Verg. Aen. VII 395:* ululatibus aethera complent. 134 *Vergil. Aen. VII 415:* Allecto . . . in vultus sese transformat anilis Et frontem . . . rugis arat. 135 *Martial. III 43:* mentiris iuvenem. 144 *Ovidi met. VII 250:* artus . . . seniles. 146 sqq. *cf. Petroni carmen in cap. 134.* 146 *Hor. epod. 5, 45:* sidera excantata voce Thessala Lunamque caelo deripit (*ibid. 17, 78:* polo deripere lunam).

124 qua A^1, ubi A^2 C, quo Aq flectur A 125 populos B nonisse AP, monisse $A^1 q$ silentem A^2, silentum q*: genitivus incommodus propter* nolantum *v. 126* 128 deffunetasꝗ A figuras] cateruas V 129 Hic C, Hinc H^1, huc H^2 prosilliit H phoebiꝗ C, phebiꝗ q 130 ululatuꝗ, *septima littera crasa,* u *suprascr.* P^1 131 sentit A, *fort. rectius* fatale A, ferale A^1*; possis* furiale *ex Merobaude* 132 saenonum A quatitit A thetis VHP, tethis BAC (T *iteravit m. rec. in C*) 133 reuus $HBPV$, *sed* u *ex* m *corr. V* urna $\varepsilon A^2 B$, unda q *(post levem ras. V); cf. Sidonius* 134 sepe $V^1 P$, sponte $V^2 HA$, saepe q 135 Longueuum B serenas A 136 Perfalcata A, Persulcata A^1 ficto *ex* sicco *corr.* P^1 137 elisae AA, elises A^1, elusae εC, eluse *deinde corr.* eluse A^2, eluse V, elisse B, elise H, elisse *ex* eluse *corr. vid.* P^1 notissime A^2 dudum A (m. *rest.* A^1) 138 petit A, petens $A^1 q$ (pectens A) occlisꝗ P lucentibus H^1, liuentibus H^2 139 tum A^2 C, tunc q 140 Oscia H frustrane *Heinsius* 141 Consūmis B patrisque V, patriis q 142 nescis, is *in ras.* H^1 debent εCV^2, dedent A^2, donr B, donent $V^1 q$, *sed* d *ex* u *corr.* P^1, dedant *Jeepius; expectes* seruent 143 parat C, paret *ex* patet *corr.* P *(m. 2?)* toto $V^1 CH$, toti $V^3 q$ donable *(sic)* P^1, donabere $H^2 V^1$, dominabere $H^1 V^2 q$ *(cf. Taciti hist. I 36 de Othone:* et omnia seruiliter pro dominatione) 144 sperne, ne *in ras.* H^1 146 quo H^2, quid H^1 thesala B, tessala H 147 Deripiat *Barthius, Heinsius* 148 Aegipti VA, Egipti PHB caldea $VPHB$, chaldea A 149 Inperet AA^2, *praeterea in marg.* et A^2, *sed rursus del.,* Imperat q (Inperat P) diis P, dehis B 150 suci CA, succi q funestac⁷ꝗ P, *sed corr.*

Herbarum, quidquid letali germine pollens
Caucasus et Scythicae vernant in gramina rupes,
Quas legit Medea ferox et callida Circe.
Saepius horrendos Manes sacrisque litavi
Nocturnis Hecaten et condita funera traxi
Carminibus victura meis, multosque canendo,
Quamvis Parcarum restarent fila, peremi.
Ire vagas quercus et fulmen stare coëgi
Versaque non prono curvavi flumina lapsu
In fontes reditura suos. Ne vana locutum
Me fortasse putes, mutatos cerne Penates'.
Dixerat, et niveae (mirum!) coepere columnae
Ditari subitoque trabes lucere metallo.
  Illecebris capitur, nimiumque elatus avaro
Pascitur aspectu. Sic rex ad prima tumebat
Maeonius, pulchro cum verteret omnia tactu;
Sed postquam riguisse dapes fulvamque revinctos
In glaciem vidit latices, tum munus acerbum
Sensit et inviso votum damnavit in auro.
Ergo animi victus: 'Sequimur quocumque vocabis,
Seu tu vir seu numen' ait, patriaque relicta
Eoas Furiae iussu tendebat ad arces,
Instabiles olim Symplegadas et freta remis
Inclita Thessalicis, celsa qua Bosphorus urbe
Splendet et Odrysiis Asiam discriminat oris.
  Ut longum permensus iter ductusque maligno

175 *Prisciani perieg. 219:* latis Libyen Asiae disterminat oris; *cf. ibid. 866.*

152 *Calpurn. V 19:* vernanti gramine. 153 *Horat. art. poet. 123:* Sit Medea ferox. 154 *Ovid. met. XIV 156:* sacrisque ex more litatis. 155 *Verg. Aen. IV 605:* Nocturnisque Hecate. 158 *Hercul. Oetaeus 470:* stet deprehensum fulmen. *Ovidi Her. VI 87:* fulmina sistit *(?)*. 160 *Ovidi met. VII 199:* amnes in fontes rediere suos. 165 *Verg. georg. II 285:* pascat prospectus. 169 *Ovidi met. XI 130:* et inviso meritus torquetur ab auro. 170 *Verg. georg. IV 491:* victusque animi. *Verg. ecl. III 49:* veniam quocumque vocaris. *Aen. IV 576:* sequimur te . . . quisquis es *(cf. Prudentii cathem. X 157).* 175 *Lucani IX 957:* Asiam disterminat. *Avieni descr. orbis 28:* Asiam Tanais disterminat; *cf. v. 398 et 349.*

151 Quicquid letali herbarum *H*, *ordinem corr.* H^1, Erbarum *B* quicquid *ex* quidquid *corr.* H^1 germine *A*, gramine *q* 152 Caugeasus *B* scithicae *C*, scithice *H*, scitice *VP*, scicie *B* uernant in gramine *Aω*, gramina A^2, *item Barthius*, in gramine *pro „inter alias herbas" interpretatur Buechelerus*, in carmina *Heinsius; fort. interpolatus v. ex v. 151, itaque temptaveris* in toxica *vel simile* pollens P^1, cautes V^2, rupes V^1 P^2 *q* 153 medęa *C* callida, e *in ras.* H^1 *Hunc v. spurium putabat Paul.* 154 horcendos *B*, horendos *H*, h *add. m. 1*, r *m. 2* leuaui A^2 *(item commentator Parisinus revue de philol. VIII p. 83)*, litaui *ω*, citaui *vetus Cuiacii* 155 cehaten *V* 157 *levem ras. post* Quamuis *H* restarent parcarum *C*, *ordinem corr.* C^1 perheuni *P*, *sed corr.* 158 uagas V^1, *sed* s *ex* r *corr.* fulmina *C (teste Breitero), item Isengr. mg.* flumina *Aq*, flumen *corr.* A^2, fulmen *in mg.* A^2, flamina *Isengr., unde* flamen *dubitanter Buechelerus* 160 neu *AP*, heu *A*, ne A^2*q* *(ex* "n" *corr. V)* loquutam *A*, loquutum A^1A, locutum C^1, u *alterum ex corr.; fuit fort.* a 161 putes *ex* putates *corr.* P^1 162 niueret *A* 164 Inlecebris A^2 que *om. B*, *add. m. rec.* 165 aspectu *ε*A^2*C*, intuitu *q*, *nisi quod* intinctu *P; cf. Verg.* ruebat *A*, tumebat A^1 166 Meonius *PHBA* pulchro] stulto *Burmannus* tractu † tactu P^1 167 fuluumqβ P^1 *corr.* P^2 reductos *A*, reui etos A^1, reuinctos A^2*ω* 168 uertit *A*, uidit A^1 tunc *PB* minus *A*, munus *corr.* A^1 *repetit* A^2 169 inuito PH^2, inuiso H^1*q* 170 uocaris *B* 171 uir *ex* me *corr.* P^1 172 Aeoas *C* iussu furiae *AHBA*, furiae iussu A^1 *(vel E?) q* 173 Instabiles *VH*, Instabilisβ A^2, Instabilesque *q* symplegedes *A*, *corr.* A^1, simplegadas *VPCH*, sinplegadas *B* 174 Inclita, ta *in ras.* H^1; *erasae 3 litterae* thesalicis *CBA*, tessalicis *VH* bosphorus *HA*, bosforus *VCB*, boforus *P* arce *A*, urbe A^1 *prob.* A^2, urbe *εω* 175 odrysiis *C*, othrisiis *A*, otrisiis A^2*q* disterminat *B fort. recte, cf. Lucanus, Avienus, Priscianus* oris *A*, horis *q* 176 permensus, u *ex* i *corr.* P^1 malingno *H*

Stamine fatorum claram subrepsit in aulam,
Illicet ambitio nasci; discedere rectum:
Venum cuncta dari; profert arcana, clientes
Fallit et ambitos a principe vendit honores.
Ingeminat crimen, commoti pectoris ignem
Nutrit et exiguum stimulando vulnus acerbat.
Ac velut innumeros amnes accedere Nereus
Nescit et undantem quamvis hinc hauriat Histrum,
Hinc bibat aestivum septeno gurgite Nilum,
Par semper similisque manet: sic fluctibus auri
Expleri calor ille nequit. Cuicumque monile
Contextum gemmis aut praedia culta fuissent,
Rufino populandus erat, dominoque parabat
Exitium fecundus ager: metuenda colonis
Fertilitas: Laribus pellit, detrudit avitis
Finibus; aut aufert vivis aut occupat heres.
Congestae cumulantur opes orbisque ruinas
Accipit una domus: populi servire coacti
Plenaque privato succumbunt oppida regno.
  Quo vesane ruis? Teneas utrumque licebit
Oceanum, laxet rutilos tibi Lydia fontes,
Iungatur solium Croesi Cyrique tiara:
Numquam dives eris, numquam satiabere quaestu.
Semper inops quicumque cupit. Contentus honesto
Fabricius parvo spernebat munera regum
Sudabatque gravi consul Serranus aratro

178 *Carm. de provid. divina 561:* qui cessit limite recti. 198 *Sidon. IX 27:* Non Cyrum . . . loquar nepotem . . . vel Lydi satiare gaza Croesi (Lydae . . gazae *Statius silv. 1, 3, 105*). 199 *Boethius de consol. II 2, 1:* Si quantas . . Pontus versat arenas . . . Tantas fundat opes . . ., Nunquam dives agit.

183 *sqq. ex Aristidis laude Romae 214, 5:* ὥςπερ τοὺς ποταμοὺς θάλαττα . . . κρύψασα ἔχει ἐξιόντων καὶ εἰσιόντων, ἴση οὖσά τε καὶ φαινομένη; *cf. incerti panegyr. Maxim. et Constant. VI 7.* 185 *Avieni descr. orbis 22:* septenaque gurgite . . . Nili. 187 *Paulini carm. 25, 45:* distincta monilia gemmis. 196—200 *ex Senecae epist. 16, 7 sq.:* numquam eris dives . . . . Congeratur in te quidquid *eqs. (cf. epist. 2, 6).* 196 *Verg. X 811:* Quo . . . ruis? 198 *Hor. carm. II 2, 17:* Cyri solio. *De Croeso cf. Otto in archivo lexic. III p. 356.* 200 *Septem sapientum sent. (Auson. p. 246 Schenkl) 3:* Quis dives? qui nil cupiet. 201 *Verg. Aen. VI 844:* parvoque potentem Fabricium (*cf. dist. Catonis II 6:* parvo gaudere memento).

178 Illicet *PH* tetrum *B* 179 profert *A prob.* A^2, proferre A^1 dientes *P sed corr.* 181 crimen *A, in* criminis *mut.* A^1, *sed rursus del.* pectoris *A*, criminis A^1 igues *A* *v. 182 om. A; rest. cum coeperat* A^1 *post v. 183, deinde restituit post v. 181* cumulando *A* aceruat C^1 183 uelut A^2 *C*, uelud *H*, ueluti *Aq* amnes *H (etiam* a *partim in ras.)* 184 udãtem *A (virgulam* A^1*)*, inundantem *A*, inundantem *H* auriat *H sed corr. m. 1* 185 estiũum *(sic) H* 186 manet *A*, meat A^1, *ubi puncta duo an* A^2 *addiderit minus certum* 187 Expleriq; *P* callor *A* ille] iste *V* sitis ista ς *unus* nequid *HB* cuicunq;, i *m. 2 H* 188 prelia A^2 189 ferebat *A*, parabat A^1 191 pellit laribus *A* 192 aufert P^1 *iterum in mg.* P^2 uiuus *B* ocupat *HB* 193 comulantur *A*, *corr.* A^1 (a *paene oblitteratum in C*) ruinas] rapinas *Isingrinius mg., item commentator Parisinus, revue de philol. VIII p. 83;* ruinam *Heinsius* 194 ppls (*id est* populus) *P*, *sed corr.* 195 que *om.* V^1 *add.* V^3 subcumbunt *B* opida *HB* 196 *Post* Quo *ras. 1 litterae H* Tendas *vel* Regnes ad utrumque *temptavi (cf. Lucani X 48:* licet usque sub Arcton regnemus); *vide Koenigium* 197 latet (r *suprascr.*) *P*, laxet *corr.* P^1 rutulos VP^1, rutilos P^2 tibi] licet *B* lidia *VPH* 198 Iungatur A^2 *(B?)*, Iunganturq; *corr.* P^1, Iungantes *P*, Iungantur *q* solum *PA*, *sed corr. A* tyri croesiq; thyrae *A*, croesi cyriq; thyarae A^1, *in mg.* cresi *addiderat* A^2, *sed paene del.* croesi cyriq; *C*, cyri croesiq; *A*, ciri (cirri *B*, cyri *H*) cresiq; *q* tyara *V*, tiarę *PCA*, thiare *BH*, ‡ (thiar)a *add.* H^1 199 Non quam *P* saciabere *A*, satiabere A^1 *sive* A^2, sanabile P^1, *corr.* P^2 200 quicumque] qui cuncta *amicus apud Barthium* 201 regis ς, *Isengr. mg.* 202 seranus *AP*, serranus A^1 *(vel E?)*

Et casa pugnaces Curios augusta tegebat.
Haec mihi paupertas opulentior, haec mihi tecta
Culminibus maiora tuis. Ibi quaerit inanes
Luxuries nocitura cibos; hic donat inemptas
Terra dapes. Rapiunt Tyrios ibi vellera sucos
Et picturatae saturantur murice vestes;
Hic radiant flores et prati viva voluptas
Ingenio variata suo. Fulgentibus illic
Surgunt strata toris; hic mollis panditur herba
Sollicitum curis non abruptura soporem.
Turba salutantum latas ibi perstrepit aedes;
Hic avium cantus, labentis murmura rivi.
Vivitur exiguo melius; natura beatis
Omnibus esse dedit, si quis cognoverit uti.
Haec si nota forent, frueremur simplice cultu,
Classica non gemerent, non stridula fraxinus iret,
Non ventus quateret puppes, non machina muros.
Crescebat scelerata sitis praedaeque recentis
Incestus flagrabat amor, nullusque petendi
Cogendive pudor: crebris periuria nectit
Blanditiis; sociat perituro foedere dextras.
Si semel e tantis poscenti quisque negasset,
Effera praetumido quatiebat corda furore.
Quae sic Gaetuli iaculo percussa leaena
Aut Hyrcana premens raptorem belua partus

208 *Venantii Fort. carm. VI 1, 2:* picturato gramine vestit. 211 *Corippi Iust. I 112:* e stratise onsurgens. 227 *Sidon. ep. IX 9, 7:* veluti si excussura quemcunque catulorum Parthi colla raptoris ... tigris orbata superemicet.

204 *cf. paneg. Pisonis 96.* 205—216 *cf. Verg. georg. II 461 sqq., Culicis 62 sqq., magis etiam Senecae Phaedr. 496—525.* 206 *Hor. epod. II 48:* dapes inemptas apparans; *Verg. georg. IV 133:* dapibus ... inemptis. 207 *Ov. met. VI 222:* Tyrio ... fuco. 208 *Verg. Aen. III 483:* picturatas ... vestes; *Ovidi her. 13, 36:* saturatas murice vestes. 212 *cf. Verg. georg. III 520.* 213 *Verg. georg. II 463:* salutantum ... vomit aedibus undam. 213 *cf. Iuvenal. V 21.* 214 *Senecae Phaedr. 514:* murmurat rivo sonus. 215 *Hor. carm. II 16:* Vivitur parvo bene. 218 *paneg. Pisonis 129:* nec ... classicus horror ... gemit. 219 *cf. Arati v. 110: βίον οὔπω νῆες ἀπόπροϑεν ἠγίνεσκον, Ovidi met. I 132. — Verg. Aen. II 46:* machina muros. 220 *Pacati pan. Theod. 25 fin.:* crescebat .. habendi fames *eqs.*

203 tirios V^1, curios V^2 augusta *ex* augusta *corr. V et H* tenebat *C*, tegebat A^2 *q* 204 opulentior εA^2 *C*, augustior *VH et ex* angustior *corr.* P^1, angustior *BA* 205 ibi *C*, tibi *q* inanis A^2 206 nocitura *H* cibos *ex* cibis *corr.* V^1 hic *C*, tibi V^1, mihi V^3 *q* inemptas, a *ex* o *corr. V* 207 rapiunt] *cf. Ruf. II 121* thirios *B* (*eras.* que), tirios *V* tibi *VHBA* sucos A^1 *(vel E?) C*, succos *Aq*, fucos ς 208 fucantur A^2 *C* mtrice, *sed corr.* P^1 209 Hinc *P* 211 structa *A*, strata A^1 212 Sollicitũ, tũ *in ras.* H^1 obrutura *B* 213 tibi *VB*, ibi *Hq*, *sed* tibi H^1 *in mg.* prostrepit hedes *P* 214 la bentis (*eras.* n) *B*, lamb entis *A*, labentis, is *in ras.* H^1 riui, i *alterum in ras.* H^1, *fuerant 3 fere hastae,* (*fort.* labentes riuos) 215 *Verba* Uiuitur exiguo melius *bis leg. in V, et in fine folii praecedentis, ubi additur* „uerte et inuenies" *et initio folii tertii quod sequitur. Atque hinc demum, a v. 215, in V incipit vera m. 1* beatos *C* 217 fruerentur *B*, fruemur P^1 *corr.* P^2 simplici *A corr.* A^1 uultu *V* (cultu *m. rec.*), uictu ς *(Oxon.)* 218 gemerent $A^2 V^1$ *C*, fremerent V^2 *q*; *cf. paneg. Pis.* *alterum* non *A*, nec A^1 *prob.* A^2 stridola *B* fraxinus, u *ex* m *corr.* P^1 219 Non *bis A*; *bis* nec A^1, *bis prob.* A^2 q̄teret *A*, u *supra* q̄ *add.* A^2 puppis *P*, *sed* s *del.* P^1 221 incertus V^1, incestus V^2, inceptus *Mommsenus* 222 Cogendique A^2 crebis *B* nectit *A*, nutrit A^1 *puncta sua add.* A^2, *incertum utramne lectionem probaturus* 223 perituras H^1, ĩ ro H^2, perituras *ex* perituro *corr.* V^1, perituro *iterum* V^2 foedera *C*, a *in* e *mut.* C^1 *ut vid.* 224 ex tantis *P*, elusus *Hertelius* Qui semel *et* quaeque *Koenigius* 225 praetimido *H* 226 Quae V^1*q*, non V^2 getuli, *sed* etuli *in ras.* P^1, gętuli *C*, gentili ς *fere unus* 227 Aut Hyrcana] Id urtana P^1, Irritata P^2 hircana *VH*, hirchana *B* partus] Parthum ε, parthum V^1, parthũ A^2, parthus V^2, partus *sed* rtus *in ras.* H^1, *fuerat* partum *vel* parthum; *catulos (vel partum) esse qui raperentur omitti non potuit; falso accepit iam Sidonius*

Aut serpens calcata furit? Iurata deorum
Maiestas teritur; nusquam reverentia mensae.
Non coniunx, non ipse, simul non pignora caesi
Sufficiunt odiis; non extinxisse propinquos,
Non notos egisse sat est; exscindere cives
Funditus et nomen gentis delere laborat.
Nec celeri perimit leto; crudelibus ante
Suppliciis fruitur; cruciatus, vincla, tenebras
Dilato mucrone parat. Pro saevior ense
Parcendi rabies concessaque vita dolori!
Mors adeone parum? Causis fallacibus instat,
Arguit attonitos se iudice. Cetera segnis,
Ad facinus velox, penitus regione remotas
Impiger ire vias: non illum Sirius ardens
Brumave Riphaeo stridens Aquilone retardat.
Effera torquebant avidae praecordia curae,
Effugeret ne quis gladios neu perderet ullum
Augusto miserante nefas. Non flectitur annis,
Non aetate labat: iuvenum rorantia colla
Ante patrum vultus stricta cecidere securi;
Ibat grandaevus nato moriente superstes
Post trabeas exul. Quis prodere tanta relatu
Funera, quis caedes possit deflere nefandas?
Quid tale immanes umquam gessisse feruntur
Vel Sinis Isthmiaca pinu vel rupe profunda
Sciron vel Phalaris tauro vel carcere Sulla?
O mites Diomedis equi! Busiridis arae

254 *Sidon. XXII 1:* Busiridis aras.

228 sq. *ex Silii XVII 68:* mensas testes atque hospita iura . . . ruperat. 238 *Verg. Aen. XII 646:* Usque adeone mori miserum est? 240 *Ovidi trist. III 4, 73:* regione remotus, *Verg. Aen. VII 215:* regione viae, *IX 383 (XI 530):* regione viarum. 242 *Verg. Aen. I 102:* stridens Aquilone, *georg. III 382:* Rhipaeo . . Euro. 244 *Statii silv. V 5, 76:* ne perderet ullum *(quam lectionem firmat Claudianus).* 246 sq. *ex Pacati pan. Theod. 25 med.* 247 *cf. Verg. Aen. II 539.* 249 *Verg. Aen. II 361:* Quis funera fando Explicet aut possit lacrimis aequare labores? 254 *Verg. georg. III 5, Statii XII 155:* Busiridis aras.

229 teritur *A*, traitur A^1, *prob.* A^2 n̄quam *P*, nūquam *B*, nusquam A^2 *q* 230 coninx *A* coniux *II* ipsa *Claverius* caesi *V*, cęsti *C*, caesa *q*, caecis *Paul* 231 extinssisse *V*, extinxisse, isse *in ras.* II^1, *fuerant pauciores litterae* 232 natos *A*, notos *ex* tas *corr.* II^1, notis *Isengr. mg.* egisse] necuisse *Burmannus*, fregisse *Mommsenus* excindere εA^2V, excinguere *II*, extinguere P^1*q*, *supra* ne *add.* s. P^2 cinis A^2 234 Non *PB* perimit εA^2V^1, *om., sed add. supra lin.* C^1, perunt *B*, mittit V^3 *q*; *cf. Verg. IX 451* 235 cruciatum *V* 236 pro V^1A, proh V^3PCII ense *ex* emse *corr.* *V*, ipsa *A* 238 parum est ω, est *om.* ς falacibus *A* 239 attonitos, *sed* s *supra lin.* V^1 241 Inpiger *PB* syrius *C* 242 Brumane *B* ripheo *VPB*, rifeo *II*, rhipheo *corr.* V^3 retardet *Heinsius* 243 nudae *A*, auidae A^1; *item* auidae *in mg.* A^2 *sed post rasuram* *Versus suspectus, fort. ex v. 225 effictus.* 244 neu *VBA*, ne *q* 245 mirante V^1, miserante V^2 nec *B* 246 *cf. Barco l. l.* 247 uultum *V* 250 cedes, s *in ras.* II^1 possit A^2ω 251 inmanes *VPIIB* geisse P^1, *corr.* P^2 252 nel *P* cinis *VAP*²; P^1 *quod scripserat erasit*, cinix *B*, sinon *CII*, Scinis *Ald.*; c *del., deinde* Sinis *iterum in mg. scr.* ε isthmiata *A*, isthmiaca A^1, trunca † *(sic)* A^2 *in mg., eadem add.:* „ubi erit hoc signū *(scilicet crux illa)* in antiquo dubia fuerit lectio deletis aliquando uerbis ab improbis emendatoribus"; ithmiaca *C*, himi^a^ca P^1 *post ras. in qua latere potest vel* t *vel* is *(cf. de IV cons. 461)*; thimica *II*, timica *B* 253 Scyron *A*, Schiron CAV^3, Sciron V^1, Sciryon *Ald.*; y *del., deinde* Sciron *in mg. iterum scr.* ε, Chiron *q* falaris *VCA* uel carmine Siren *Paul* sylla *VCAA*, silla *q* 254 Omittes *VPA* busyridis *C*

Clementes! Iam Cinna pius, iam Spartace segnis
Rufino collatus eris!
Deiecerat omnes
Occultis odiis terror tacitique sepultos
Suspirant gemitus indignarique verentur.
At non magnanimi virtus Stilichonis eodem
Fracta metu: solus medio sed turbine rerum
Contra letiferos rictus contraque rapacem
Movit tela feram, volucris non praepete cursu
Vectus equi, non Pegaseis adiutus habenis.
Hic cunctis optata quies, hic sola pericli
Turris erat clipeusque trucem porrectus in hostem,
Hic profugis sedes adversaque signa furori.
Servandis hic castra bonis. Hucusque minatus
Haerebat retroque fuga cedebat inerti:
Haud secus hiberno tumidus cum vertice torrens
Saxa rotat volvitque nemus pontesque revellit,
Frangitur obiectu scopuli quaerensque meatum
Spumat et illisa montem circumtonat unda.
Qua dignum te laude feram, qui paene ruenti
Lapsuroque tuos umeros obieceris orbi?
Te nobis trepidae sidus ceu dulce carinae
Ostendere dei, geminis quae lassa procellis
Tunditur et victo trahitur iam caeca magistro.
Inachius rubro perhibetur in aequore Perseus
Neptuni domuisse pecus, sed tutior alis:
Te non penna vehit; rigida cum Gorgone Perseus:
Tu non vipereo defensus crine Medusae:

262 *Aratoris act. apost. I 259, II 712:* praepete cursu; *item Prosper Aquit. de ingratis 798.* 274 *cf. Pauli diaconi carm. 8, 7 (Dümmleri).* 276 *Angilberti carm. 6, 3:* geminas . . . procellas *(cf. Ebert de litteris medii aevi I p. 512. II p. 59).*

259 *Lucani II 234:* At non magnanimi percussit pectora Bruti Terror. 265 *de* turri *cf. Homeri λ 556, Drakenborch ad Sil. Ital. XVI 68.* 269 sqq. *ex Vergili Aen. II 305 sqq.; VII 567:* vertice torrens *eqs.* 281 *cf. Verg. Aen. VI 281.*

255 cynna *V* Sparthace *Ald.;* h *del. ε (vix Lirin. fuit qui deleret)*, partare *P*, sparthace *H* 256 Ruffino *P* amens *P*¹ *B*, omnis *A*², oms *V*, omnes *voluisse videtur P*² 257 Occultus *A*² *B*, Ocultis *H* amens Occultos odii *Gesnerus* que *om. P*¹ *add. P*² tacitoque sepultos Suspirant gemitu *Heinsius* 258 indignatiq; *BH*, ri *add. H*¹ 259 stihlichonis *V* 260 solus medio sed] *Lirineius ex suo Vaticano*, medio solus sed *Ald., ε ante* medio *inserit* sese *deletque* solus sed sese medio sed *A*, solus medio de *A*², solus medio se *VC*, solus sed (*om.* medio) *B*, medio sese sed *PHA* 261 Contra letiferos *evanuit in B* letiferos *V*¹ pestiferos *V*² tractus *V*¹, rictus *V*³ 262 uolucris *om. B;* i *ex corr. H*¹ 263 adiunctus *H*, *corr. m. 1* 264 Hic *bis A; utrobique* hec *A*¹ *et crucem* † *add. A*² *vel E* Hec *C*, Hec *V*¹ *PH*, hic *V*² *q alterum* hec *VPH*, hec *C*, hic *q* 265 prorectus *B*, proiectus *Burmannus* 266 signa *VA*, regna *Aq*, *puncta sua add. A*² *sed rursus del. et in mg.* signa; aduersa hic signa furori *Heinsius coni.* 267 Seruandisq; *B* 268 yetroq; *P*, *sed corr.* tendebat *B* inerte *A*² 269 Haut *PCH* tumudus *V*, tumidis *A*¹ *sed corr. A*², us *ex corr. H*¹ uortice *HA* torrēs (*et ras. supra* e) *H* 270 pontisque *A*² reuellet *P* 271 Frang *B* 272 illısa *(sic) C; i illam longam in ras. scr. C*¹, *iteravit C*²*; eras. vid.* e, elisa *V* molem *Heinsius* circum tonat *VC*, circum sonat *q* 274 humeros *A*, *sic corr. A*¹, humeros *ω* subieceris *Burmannus* 275 sidus ceu *A*² *VC*. ceu sidus *Aq* 276 Geminos *Gesnerus; sed de* geminis ventis *cf. Homeri ε 330 sqq., item Angilbertum, alios* lassa *V*, lapsa *A*, lapsa *q*, quassa *Heinsius* 277 Tonditur *P* 278 Inacheus *P* quondam *P* rubro *Aq*, *prob. A*²*; simul* quōdam *A*³ *(fort. A*²*)* 280 pinna *A*² uheit *B* gorgona *A*, a *in* e *mut. A*¹*;* e *clarius pinxit A*² 281 uiperee *ς* meduse *VHB*, medusse *P*

Illum vilis amor suspensae virginis egit:
Te Romana salus. Taceat superata vetustas.
Herculeos conferre tuis iam desinat actus.
Vna Cleonaeum pascebat silva leonem:
Arcadiae saltum vastabat dentibus unum
Saevus aper, tuque o compressa matre rebellans
Non ultra Libyae fines, Antaee, nocebas
Solaque fulmineo resonabat Creta iuvenco
Lernaeamque virens obsederat hydra paludem.
Hoc monstrum non una palus, non una tremebat
Insula, sed Latia quidquid dicione subactum
Vivit et a primis Ganges horrebat Hiberis.
Hoc neque Geryon triplex nec turbidus Orci
Ianitor aequabit nec si concurrat in unum
Vis hydrae Scyllaeque fames et flamma Chimaerae.
    Certamen sublime diu, sed moribus impar
Virtutum scelerumque fuit. Iugulare minatur.
Tu prohibes: ditem spoliat, tu reddis egenti.
Eruit: instauras; accendit proelia: vincis.
Ac velut infecto morbus crudescere caelo
Incipiens primos pecudum depascitur artus,
Mox populos urbesque rapit ventisque perustis
Corruptos Stygiam pestem desudat in amnes:
Sic avidus praedo iam non per singula saevit.
Sed sceptris inferre minas omnique perempto
Milite Romanas ardet prosternere vires

---

295 *Prudentii c. Symm. II 777:* concurrere in unum. *Sedulii Scotti 12, 27:* concurrit in unum. 300 *Sidon. II 294:* Dux fugit, insequeris. Renovat certamina, vincis.

---

287 *Verg. georg. III 248:* saevus aper. 294 *Verg. Aen. VIII 269:* ianitor Orci. 296 *Hor. carm. IV 2, 16:* flamma Chimaerae. 297 *Ov. trist. V 5, 47:* moribus impar. 301 *sqq. cf. Homeri A 50 sqq.* 301 *Verg. georg. III 504:* coepit crudescere morbus; *408:* depascitur. 302 *Aen. V 857:* primos . . . artus. 304 *cf. Ovidi met. VII 533.*

---

282 coniugis *A*, nirginis A^3 284 actis *PB* 285 cleonaeum *A*, c *prius in* e *mut.* A^1, a *del.* A^2, cleoneum *VPHB* 286 Archadie *VPBH* 287 tu quoqȝ *B*, tuq / V^1, tuqȝ o V^2 cumpressa *C*, comprensa *Scaliger* rebellans] *scripsi*, rebellas V^1, reuellis C^1, rebellis V^3 C^2 *ς*; cum pressa matre rebellas *Mommsenus*, *malim* pressa cum matre rebellans 288 lybiae *VC*, libie *PHB* *In Ald.* Antee *ex* Anthee *utrum ε correxerit an Livin. incertum*, antee *VC*, anthee *PHB* 289 creta *V*, c̄ta *P* 290 Lerneamqȝ *VPHB*, Lernaeamqȝ *in ras. ut vid. C* obsederat, a *ex* e *corr.* H^1, consederat *C*; *expectes* non liquerat; *aliter* paludem unam *dicendum fuit* ydra *PHB* 291 monstrum non *ex* monstum *corr.* P^1 tremebat *VC*H^1*AA*, tenebat A^1 *B*H^2, timebat *P* 292 lacia H^1, *sed* i *ex corr.* regione *A*, dicione *corr.* A^1 *item in mg.* A^2, ditione *V* (*sed* dit *in ras.*) *B*, dictione *A* subaustum *B* 293 Viuit] Seruit *Schraderus* hyberis *H*, iberis *A* 294 Huic *B* geryon A^2, geryones *V*, *sed* es *in ras. m. rec.*, gerion *ς* nec] neque *P* orchi *B*, orci A^2 *ς* 295 equabit *B*, equabant *P*, equabant *H*, aequabunt A^2 *ς* concurrat, ur *in ras.* H^1 296 hydre *V*, ydre *IB*, ydrie H^1 siclaeqȝ *A*, siculaeqȝ A^1, scylleqȝ *V*, scilleqȝ *P*, cilleqȝ (*ras. supra* c) *H*, silleqȝ *B*, sylleqȝ *A* fames *ex* fama *corr.* H^1, canes H^2 *In Ald.* Chimaerae *ex* Chymaerae *corr. ε* (*? ut v. 288*), chimerae *C*, chimere *VHB*, cimere *P* 297 sibulline *sed corr. in mg.* P^1 motibus *ς pauci* inpar *B* 298 uigilare P^1 *sed corr.* 299 elitem *A sed corr.* 301 uelud *HB* infesto *P* 302 Impatiens *ς duo fere* primo *ς*; *de* primos *cf. Vergilius* 303 urbisqȝ A^2 que *om. B* mēbrisqȝ *A*, uentisqȝ A^3, uenisque *excerpta Laeti* 304 stigiam *VPHB* diffudit *B*, diffundit *AP*, desudat A^3 *ς* 305 non] nunc *B* singula | secula H^1 306 Et *BA* ceptris H^1, sceptris, c *in ras. V* v. 307 *om.* H^1 *add.* H^2 romanas *ex* romanis *corr.* P^1 audet *VC*, ardet *ς*

Iamque Getas Histrumque movet Scythiamque receptat
Auxilio traditque suas hostilibus armis
Relliquias. Mixtis descendit Sarmata Dacis
Et qui cornipedes in pocula vulnerat audax
Massagetes caesamque bibens Maeotin Alanus
Membraque qui ferro gaudet pinxisse Gelonus.
Rufino collecta manus. Vetat ille domari
Innectitque moras et congrua tempora differt.
Nam tua cum Geticas stravisset dextra catervas.
Ulta ducis socii letum, parsque una maneret
Debilior facilisque capi, tunc impius ille
Proditor imperii coniuratusque Getarum
Distulit instantes eluso principe pugnas
Hunorum laturus opem, quos affore bello
Norat et invisis mox se coniungere castris.
    Est genus extremos Scythiae vergentis in ortus
Trans gelidum Tanain, quo non animosius ullum
Arctos alit. Turpes habitus obscaenaque visu
Corpora; mens duro nunquam cessura labori:
Praeda cibus, vitanda Ceres frontemque secari
Ludus et occisos pulchrum iurare parentes.
Nec plus nubigenas duplex natura biformes

311 *Sidon. c. VII 42:* in pocula fracte Sicambris Rhene. *II 39:* potat per vulnus equum. 312 *Sidon. c. V 209:* Ligerimque . . . excisum per frusta bibit. 315 *Corippi Iust. III 54:* Innectuntque moras et. 316 *Merobaud. c. 4, 43:* Geticis . . . catervis. 323 sqq.; *cf. Sidon. II 243 sqq.* (328 *Sidon. II 138:* Ludus erat puero *cqs.; et saepius ita).*

310 *Verg. georg. II 497:* descendens Dacus. 311 *Senecae Oed. 470:* Lactea Massagetes qui pocula sanguine miscet. 312 *Stat. Theb. XII 525:* Maeotida caedere. 313 *Verg. georg. II 115:* pictosque Gelonos. 315 *Verg. Aen. IV 51:* c. innecte morandi. 323 sqq. *cf. Ammiani Marcell. XXXI c. 2.* 323 *Ov. met. VIII 788:* Est locus extremis Scythiae glacialis in oris. 328 *Avieni descr. orbis 385:* Ludum habet. 329 *cf. Verg. Aen. VII 674.*

308 Iamq; Getas εA², Iam gentes ω histramq; P, hystrumq; C, ystrumq; B mouet Aω, mouēt A¹ sithiamq; H, traciamq; B receptat AV¹PB, retemptat A¹V² ϛ, retentat A 309 traxitq; P, traditq; A² ϛ que *om. B (add. m. rec.)* hostilibus, ilibus *in ras. H¹ (fuit* hostibus) 310 sarmata *in ras. ut vid. C* dachis B 312 *Ad* Massagetes *glossam* alanus *adscr.* ε, Masagetes B patriumq; bibens moeotis oruntem BA; moeotin alanus A¹, cesamq; bibens meotin alanus A², patriamque bibens meotin alanus AV, *sed* alanus V³ *in ras.*, patriumq; bibens meothis oruntem P, meothin halanus *add.* P¹; *item* patriumq; (a *in ras.* H¹) bibens maeotin alanus CH (meotin H); *cf. Sidonius* 314 Ruffino P collecta ł (col)la(ta) H¹ uetabat B, *corr. m. rec.* domari] *malim* domare; *sc. Rufinus Stilichonem vetat barbaros domare; cf. v. 316 sqq.* 315 que *supra lin.* H¹ *v. 316 et 317 om.* V¹, *add.* V³ 316 ɔ *sequitur ras. in B* geticus A, geticas A¹ dextra caternas A²C, dextera turmas ϛ; *cf. Ruf. II 36, in Iacobum 9* 317 Ultra A parsq; A²ω 318—319 impius ille Proditor εA²VC, proditor ille Impius ϛ (Iupius P). *Et haec quidem lectio mihi praeplaceret propter syllabarum lusum* Impius imperii 321 Hunorum CA, Hunorum H, Humorum PB, Hunnorum V allaturus A, capturus *L. Reinhardt, velim* speculatus opes B quos *om. B, add. m. rec.* 322 Norat A, vorat (*sive* votat) A¹ *(fort. E)* inursis B coniungeret hastis (*vel* hastas?) V¹, coniungere castris V³ *v. 321 sq. spurios dixit Koenig; cf. quae dixi in archivo lex. IV p. 591* 323 gens ł genus H¹ extremos (o *in ras., fuit* a) B scitie PB, sithie H 324 tanain V, tanaim CB, tonaim A¹, thanaim PH qua *ex* quo *corr. ut vid.* H¹ deformius A, famosius A³V²CH, aniosius A², animosius V¹, formosius P 325 Arthos BH, Artos P alit A²ω turpes εA²V, turpis C, tristis H, tristes ϛ 326 dura H 327 Predā P cibus uit. ceres *in ras. ut vid.* C frontemq; secare εV³ϛ, frontemq; secari A² (i *satis certum; certe non fuit* e), *item* V¹, fratremque secare ϛ, fratremque necare ϛ *alii* 328 lusus A², luc us V¹, luctus *an* ludus C *non satis planum*, ludus V³ϛ, Laudis *ego*, Luctus *Koenigius (certe ludus non fuit; cf. Ammian.)* iurare B (r *prius in ras. fuit* uitare?) ł iugulare *add.* H² 329 biformes] bimembres *vetus Cuiacii*

Cognatis aptavit equis: acerrima nullo
Ordine mobilitas insperatique recursus.
Quos tamen impavidus contra spumantis ad Hebri
Tendis aquas, sic ante tubas aciemque precatus:
'Mavors, nubifero seu tu procumbis in Haemo
Seu te cana gelu Rhodope seu remige Medo
Sollicitatus Athos seu caligantia nigris
Ilicibus Pangaea tenent, accingere mecum
Et Thracas defende tuos. Si laetior adsit
Gloria, vestita spoliis donabere quercu'.
   Audiit illa pater scopulisque nivalibus Haemi
Surgit et hortatur celeres clamore ministros:
'Fer galeam, Bellona, mihi nexusque rotarum
Tende, Pavor. Frenet trepidos Formido iugales.
Festinas urgete manus. Meus ecce paratur
Ad bellum Stilicho, qui me de more trophaeis
Ditat et hostiles suspendit in arbore cristas.
Communes semper litui, communia nobis
Signa canunt iunctoque sequor tentoria curru'.
Sic fatus campo insiluit lateque fugatas
Hinc Stilicho turmas, illinc Gradivus agebat
Et clipeis et mole pares; stat cassis utrique
Sidereis hirsuta iubis loricaque cursu
Aestuat et largo saturatur vulnere cornus.

330 *Sidon. de Hunis II 263:* cognata reare Membra. 335 *Sidon. II 509:* cui ruptus Athos, cui remige Medo *eqs.* 339 *Sidon. V 596:* Cum vesties Romam spoliis. 341 *Corippi Ioh. VII 71:* celeres mandata ministri. 346 *Dracontii 5, 123:* in arbore cristas . . . cruci suspendit.

333 *Iuvenal. I 169:* ante tubas. 334 *sqq. cf. Theocriti VII 76 sq. Stat. Theb. IX 532:* Getico qualis procumbis in Haemo . . . quercus. 335 *cf. Verg. georg. III 442.* 341 *De Bellona cf. Verg. Aen. VIII 703; de Pavore et Formidine Hom. Θ 119; Hesiodi Scut. 463.* 352 *Properti IV 10, 20:* galea hirsuta . . iuba (hirsutis . . . iubis *codd. deterr.*).

330 aptarat *B* accerrima *A* 331 mobilitas A^2ω inspiratiqꝫ *A*, insperatiqꝫ, ti *in ras.* H^1 332 impauidus ε*C* A^1, impauidos *A*, in pauidos *A*, inpauidus *q* ebri *B* 333 Tendis ε*Vq*, *sed* s *ex corr.* V^2 aciemqꝫ ε*VC*, faciemqꝫ A^2, *sed* f *delevit*, ferrumqꝫ *q* praecatus *A*, profatus A^1 *(fort. E)*, p̄catus, ca *m. 2, H* 334 hemo *PHB* 335 tu P^1, te P^2, te *ex* tu *radendo H* rodope *PHB* nudo *PHA*, medo A^3 336 calligantia *HB* 337 Illicibus *P*, yllicibus *B*, Ilibus *A* pangea ω 338 Et *ex* Est *corr. P (m. 2?)* tracas *P*, trachos *B*, trachas *HA* si] sic *Buechelerus* adsit *CB*, assit *q* 339 quercu, quer *in ras.* B^1 340 ista *B* hemi P^2 *B ex* heni *corr. H*, hecen *sive* hectu P^1 341 celeri *V*, celeris *C*, sceleres *P* minist^os *P*, o P^2 342 belona *A* nexusqꝫ εA^2ω, falcesque ς *unus; et quid est tendere nexus rotarum? „tensa" currus comparare suadet Buechelerus* 343 Tende] Inde *conieci* ἔμβολον *rotarum interpretans* rapidos frenet *A*; *transposuit* A^1 *vel E* frenet *A*ω, frenat A^1 *prob.* A^2, frena ς *unus fere id quod voluit fortasse* A^2 *commendatque Buechelerus* tepidos V^1, rapidos V^3 *q*; *voluerat V* trepidos *et ita Isengr. my.* iugales H^1 344 urgere *A*, urgete *(sic)* A^1, urguete *B*, urgēte, *sed virgula erasa P* paratur *ex* partitur *corr.* P^1 345 stilico *A*, stilicō A^1, *signa approbationis add.* A^2, stilicon *P*, sthilicon *A* tropheis *A*ω, h *del.* A^1 346 Ditet *et* suspendat *Heinsius* 347 littui *B* 348 iunctoqꝫ *an* uinctoqꝫ *in C incertum* sequor V^1 *q*, sequar V^2 temptoria H^1, uestigia H^2 cursu *PHB* 349 insiliit *A*, insiluit A^1 *prob.* A^2 fugatas A^2ω, *ras. ante* f *H* 350 Hic stilicon *P* gradinus, ra *ex corr. P*, grandiuus *H* agebant *VPA* 351 moie V^1 *(fuerat* mole), ^a^more V^3, amore *B*, mole V^2 *CA*, more *P*, more l mole H^1 pares *ex* paras *H* utriqꝫ V^1 *C*, utrisqꝫ V^3 *q* iubis] *ex* iubas *corr. V; om., sed rest.* H^1 352 sidereas hirsuta iubas *Heinsius* *post* cursu *1 littera eras. V*, cursum ς *unus* 353 Estuat ε saturatur εA^2 *V*, satiatur *q* uulnere *Aq*, sanguine A^3 cornus A^2, conus *PA*, chonus *H* *(punxit m. 2; etiam* on *ex corr.)*

Acrior interea voto multisque Megaera
Luxuriata malis maestam deprendit in arce
Iustitiam diroque prior sic ore lacessit:
'En tibi prisca quies renovataque saecula rursus,
Vt rebare, vigent? en nostra potentia cessit
Nec locus est usquam Furiis? Huc lumina flecte.
Aspice barbaricis iaceant quot moenia flammis,
Quas mihi Rufinus strages quantumque cruoris
Praebeat et quantis epulentur caedibus hydri.
Linque homines sortemque meam, pete sidera: notis
Autumni te redde plagis, qua vergit in Austrum
Signifer: aestivo sedes vicina Leoni
Iam pridem gelidaeque vacant confinia Librae.
Atque utinam per magna sequi convexa liceret!'
Diva refert: 'Non ulterius bacchabere demens.
Iam poenas tuus iste dabit, iam debitus ultor
Imminet et terras qui nunc ipsumque fatigat
Aethera, nec vili moriens condetur harena.
Iamque aderit laeto promissus Honorius aevo
Nec forti genitore minor nec fratre corusco,
Qui subiget Medos, qui cuspide proteret Indos
Sub iuga venturi reges: calcabitur asper
Phasis equo pontemque pati cogetur Araxes.
Tuque simul gravibus ferri religata catenis
Expellere die debellatasque draconum
Tonsa comas imo barathri claudere recessu.
Tum tellus communis erit, tum limite nullo
Discernetur ager: nec vomere sulcus adunco
Findetur: subitis messor gaudebit aristis.
Rorabunt querceta favis; stagnantia passim

358 *Verg. Aen. X 608:* Ut rebare. 359 *Verg. Aen. IV 369:* num lumina flectit? *VI 788:* Huc geminas nunc flecte acies; hanc aspice. 380 sqq. *cf. inter alios Hesiodi op. 108 sqq. Ovidi met. I 89 sqq.* 381 *Verg. Aen. XII 898:* agro . . . discerneret. 382 *Aen. V 142:* Infindunt pariter sulcos, *Ovidi art. II 671:* vomere findite.

351 uultu *H*, uoti *Heinsius* multisq; A^2 *VC*, multoq; *q* megera *PVCB*, *sub* ge *levis ras. in C; potest fuisse* megęra 355 malis A^2 *VC*, malo *q* dependet P^1, deprendit P^2, deprehendit *B* arcem *V* 356 Iústiciam *A*, *corr.* A^1 diroq; prior *ε* A^2 *VC*, atque prior diro *q* 357 quies *ω*, fides *ς* renouata A^2 *VCH*, renocata *q* secula H^1, tempora H^2 rursum *V* 358 en] et *V* 359 hunc *A*, huc A^1 360 barbariis *B* iacent *B* quod *C* milia A^3 *P*, moenia *Aq* 361 stragaes *H* quantumq; *A corr.* A^1 362 ydri *PHB* 363 sortēq; (*virgulam m. 2*) meā (ā *m. 2*) *P* petae *P* noetis *C*, notis *V*, *sed post* o *eras.* e *Ante* notis *interpungere memini codices velut P; recte* 364 te] tu *H* qua *H*, quo H^2 365 Signifera *C* sedes] sedeas *Barthius* 366 gelidę *CA*, gelide *VPB*, gelideq; A^2, gelideque *H*, gemine *ε*, geminae *A* cessent A^1 *C*, uacant ł cessant H^1, uacant *(sic)* A^2, cessant *Aq* Iam pr. egelidae cessant *cod. Cuiacii* 367 *paene* connexa *A* 368 clemens *A corr.* A^1 369 tuus iste dabit A^2 *C*, *idem ex* tu siste *corr.* V^1, dabit iste tuus *q* 370 Iminet *P*, Inminet *B* ipm̄q; H^1, mq; *in ras.* 371 Aetherea *A*, Aethera A^1, Ethera *V* nec uili *A*, nō ulla A^3, non ulli *H* 372 adherit *P* 373 nec *alterum*] non *B* 374 subigat A^2, subigit V^1, subiget V^3 *q* qui *VBA*, et *q* proterat A^2, proteret *ex* proteget *(?) corr. vid.* V^1, proteret indos *in ras.* H^2, *nisi quod* dos H^1 376 Fasis *ex* Fusus *corr.* V^1, phasis *ex* Fauis *corr.* P^1 fontem *A*, pontem A^1 araxes *in* araxis *mut.* H^1 378 die *H* 379 comas *ex* comes *corr.* P^1 uno *A*, imo A^1 *ω* 380 Tum A^2 *VC*, Tunc *q* *iterum* tum A^2 *VC*, tunc *q* 381 obunco *A*, adunco A^1 *prob.* A^2; *item B*, ab unco *H*, obunco *q* 382 Findetur *Aω*, scindetur A^1 *prob.* A^2 subitis messor *A*, messor subitis A^1 383 querceta, r *in ras.* H^1 fauis V^1, fanos V^2 stānātia *P* (*cf. Ruf. II 28. 242*), spumantia *Jeepius*

Vina fluent oleique lacus; nec murice tinctis
Velleribus quaeretur honos, sed sponte rubebunt
Attonito pastore greges pontumque per omnem
Ridebunt virides gemmis nascentibus algae'.

IN RVFINVM LIBER SECVNDVS.

INCIPIT PRAEFATIO.

Edita a. 397 (?)

(IV.)

Pandite defensum reduces Helicona sorores,
  Pandite. Permissis iam licet ire choris:
Nulla per Aonios hostilis bucina campos
  Carmina mugitu deteriore vetat.
Tu quoque securis pulsa formidine Delphis
  Floribus ultorem, Delie, cinge tuum.
Nullus Castalios latices et praescia fati
  Flumina polluto barbarus ore bibit.

Alpheus late rubuit Siculumque per aequor
  Sanguineas belli rettulit unda notas
Agnovitque novos absens Arethusa triumphos
  Et Geticam sensit teste cruore necem.

Inmensis, Stilicho, succedant otia curis
  Et nostrae patiens corda remitte lyrae,

1 *Voce* Panditur *incipit Paulini Petric. vitae Mart. liber alter.*

384 *Verg. ecl. IV 42:* Nec varios discet mentiri lana colores. *Ovidi fast. II 319:* murice tinctas *(Martial. V 23, 5).* 385 *Verg. ecl. IV 45:* Sponte sua sandyx pascentis vestiet agnos *(cf. Iuvenalis XII 40).*

1 *Verg. Aen. VII 641 (X 163):* Pandite nunc Helicona deae. 10 *Statii Silv. I 1, 16:* notis belli.

384 fluent *ex* fluunt *corr.* H^1 oleiqȝ A^2 *ω*, oleumque *Heinsius* 385 honos *CAH*, † onis *add.* H^1, honor *φ*; onis *fort. recte* explicit ī Rufinū liber ~~prim~~ *(sic del.)* I. ĩcipit ī eūdem liberi *(sic)* II. p̃fatio A^2 *in mg.* IN RUFINUM LIB̃. I. EXPLICIT. INCIPIT SEDS F. CLAUDIANI IN RUFINUM LIBER PRIMUS EXPLICIT. INCIPIT LIBRI SECVNDI PRAE FATIO *C*

A et Aldina hanc praef. ante bellum Gildonicum collocant, ibique adscr. ε: Inc. praefatio in antiquo habetur ante secundum librum in Rufinum. *(punxit Livineius)* ante hunc *(sc. de bello Gild.)* nulla habetur. *De E cf. fin. libri in Ruf. II.* A^2 *post finem Ruf. I totam hanc praef. in mg. adscripsit. P et hic et ante b. Gild. om., tamen ante bellum Gild. in mg. eam add.* P^1. *Extat post Ruf. II ante b. Gild. in HA, item ante b. Gild. in B.*

1 Pandite *ω*, Pangite *Cuiacius; sed conferatur Vergilius* deffessum *B* elicona *H* 2 permissis] passim fusis *explicat gloss. H*, permixtis *edd. vett.*, pacificis *Cuiacius*, Permessis *(pro Musa) Buechelerus*, per messes *Mommsenus*, promissis *ego* libet *Heinsius* choris V^1, rotis V^3 3 Nulla A^2, N *ex corr.* per] que *P* buccina *PA*, bucina A^2q 4 netat V^1, canat V^3 5 securis *ex* sexuiris (?) *corr.* H^1 delphys A^2, delfis *VP*, delphis *in ras.* H^1 *Ad v. 6 et in capite et in fine crucem suam appinxit E* dele recinge A^2, dele r̄cinge *B*, *sed* r̄ *m. rec.* 7 castallos *A corr.* A^1 prescia *in ras. H* 8 bibit A^1VC, *sed* it *in ras.* C^2, bibat *P*, bibet AA^2q 9 Alfeus *V* siculum per V^1, siculum perqȝ *corr. m. rec.* equor A^2 10 retulit *PCB*, retu[lit *A*, retulit (t *supra*) H^1 11 aretusa *HB* 12 Et Geticam] *ε*A^1A^2 *(sed a ex corr.* A^2*)* V^1C, Gildonis AV^3q necē *P* 13 Immensis *CP* Stilico A^2HP ocia *A*, otia *corrigendo E*

Nec pudeat longos interrupisse labores
   Et tenuem Musis constituisse moram.
Fertur et indomitus tandem post proelia Mavors
   Lassa per Odrysias fundere membra nives
Oblitusque sui posita clementior hasta
   Pieriis aures pacificare modis.

IN RVFINVM

LIBER II.

scriptus a. 395-396.

(V.)

Iam post edomitas Alpes defensaque regna
Hesperiae merita complexus sede parentem
Auctior adiecto fulgebat sidere mundus,
Iamque tuis, Stilicho, Romana potentia curis
Et rerum commissus apex, tibi credita fratrum
Utraque maiestas geminaeque exercitus aulae.
Rufinus (neque enim patiuntur saeva quietem
Crimina pollutaeque negant arescere fauces)
Infandis iterum terras accendere bellis
Inchoat et solito pacem vexare tumultu.
Haec etiam secum: 'Quanam ratione tuebor
Spem vitae fragilem? qua tot depellere fluctus
Arte queam? Premor hinc odiis, hinc milite cingor.
Heu quid agam? non arma mihi, non principis ullus
Auxiliatur amor. Matura pericula surgunt
Undique et impositi radiant cervicibus enses.
Quid restat, nisi cuncta novo confundere luctu
Insontesque meae populos miscere ruinae?
Everso iuvat orbe mori: solacia leto

19 *Verg. Aen. III 629:* Oblitusve sui.

8 *Lucani I 331:* Pollutas patitur sanguis mansuescere fauces. 10 *Lucani IV 210:* solito tumultu. 13 *Pacati p. Theod. 38:* inter arma et odia . . . premor . . . 18 *Lucani VII 656:* gentesque suae miscere ruinae. 19 *ἐμοῦ θανόντος γαῖα μιχθήτω πυρί versus frequentatus, cf. Nauck, trag. frg. adesp. 430.*

16 constituisse *(sic)* A, continuisse A^1, *hanc lectionem probavit E, b suum appingens* 17 prelia A^2 18 othrysi ꝑs (a *supra*), *sic* A^2 *nisi quod etiam virgulam libratam delevit (deletae sunt 2 litterae, videturque extitisse* othrysi ões), odrysias V^1C, otrysias V^3, othrysias A, otrisias ς. (t *ex corr.* H) nicies P^1, niues P^2 20 Pyeriis H paşcificare H^1 *Subscripsit praefationi E:* hinc emendatus cum . b . tantũ; *sequitur autem in A bellum Gildon., dein in Eutropium.* EXPLICIT PREFATIO· IN RVFINVΩ· INCIPIT· LIBER SECVNDVS CLAVDIANI· C

1 Iam] am P 2 Hesperiae (ae *ex corr.*) H parentũ A, parentẽ A^1 3 Auctior] Auctor V^1, *corr.* V^2, Iunctior A, Auctior *add.* P^1 fulgebat C, il *iteratum fort. a* C^2 sydere *in ras.* C^1 4 tuis] is *in ras.* C^2 5 rerum] r *alterum in ras.* B edita (e *supra*) P (e *add. m. 2?*) 6 exercitus] exeitus A, *corr.* A^1 aulae] alę A 7 Ruffinus H 8 poluteqꝫ B, polluteqꝫ H^1 (pollu tas H^2, prolutaeque *Buechelerus* 9 Infrandis P bellis] flammis H 10 uexare] *ita* A, turbare A^1, turbare E^a, uexare E^b, turbare P 11 *litteras* aec etiam sec *iteravit* C^2 qua nam P^1, qua nunc P^2 tuebor] A^1 *in ras.; item in C scr. vel iteravit* C^2; e *in ras. m. rec. in B* 13 militẽ, *sed virgula erasa,* P 14 non *alterum*] non A, nec A^1 E^a ullus amor] *cogitat poeta filiae Rufini amorem, quem aspernatus est Arcadius; aliter otiosum esset* ullus, *sicut sagaciter monuit Julius Koch* 15 Auxiatur C^1, li *add.* C^2 16 impositi] *sic* εA^1PCA, impositi HB, impositis AV, *sed corr.* V^1, infesti *Gesnerus* enses] *corr. ex* ōs P^1 ł om̄s H^2 18 miscere, c *supra lin.* P^1 19 Euerso A, Destructo A^1 Em^a mori orbe B

Exitium commune dabit nec territus ante
Discedam: cum luce simul linquenda potestas'.
Haec fatus ventis veluti si frena resolvat
Aeolus, abrupto gentes sic obice fudit
Laxavitque viam bellis et, ne qua maneret
Immunis regio, cladem divisit in orbem
Disposuitque nefas. Alii per terga feroeis
Danuvii solidata ruunt expertaque remos
Frangunt stagna rotis; alii per Caspia claustra
Armeniasque nives inopino tramite ducti
Invadunt Orientis opes. Iam pascua fumant
Cappadocum volucrumque parens Argaeus equorum,
Iam rubet altus Halys nec se defendit iniquo
Monte Cilix. Syriae tractus vastantur amoeni
Assuetumque choris et laeta plebe canorum
Proterit imbellem sonipes hostilis Orontem.
Hinc planctus Asiae: Geticis Europa catervis
Ludibrio praedaeque datur frondentis ad usque
Dalmatiae fines: omnis quae mobile Ponti
Aequor et Adriacas tellus interiacet undas
Squalet inops pecudum, nullis habitata colonis
Instar anhelantis Libyae, quae torrida semper
Solibus humano nescit mansuescere cultu.
Thessalus ardet ager; reticet pastore fugato
Pelion: Emathias ignis populatur aristas.
Nam plaga Pannoniae miserandaque moenia Thracum
Arvaque Mysorum iam nulli flebile damnum,
Sed cursus sollemnis erat campusque furori

23 *Alc. Aviti c. IV 454:* obice rupta. 32—35 Halis *et* Orontes *in eadem re coniungitur Hieronymi epist. 60, 16.*

22 *Ovidi Trist. I 4, 14:* frena remittit equo. 23 *Verg. georg. II 480:* Obicibus ruptis. 26 *Lucani I 308:* ruerentque in terga feroces. 28 *cf. Iuvenal. X 176.* 32 *Ovidi Met. X 172:* montis iniqui. 41 *Martiani Capellae IV 331:* ex arenis Libyae anhelantis.

21 Discedam] Decedam ς, Dis cedam *Heinsius; sed cf. IV cons. 433* 22 uentis *ex* uentus *radendo H* resoluat *Em^b ε VC*, remittat *q (ex* remutat *corr. H)* 23 Eolus *PHB* fundit *A^1 H*, fudit *AEm^b q* 25 Inmunis *VPB* diuisit *ε A^1 CV, item glossator in H,* dimisit *APHBA* orbem] urbis *Em^b*, urbeis *ε* 26 alia *A*, alii *A^1* 27 Danubii *ω* remos] o *ex* i *corr. H^1* 28 Frangunt] Stringunt *Jeepius, possis etiam* Radunt stāgna *ex* stanna *corr. V*, stanna *P* rotis] *ex* totis *A^1* claustra] castra *B* 29 inopimo *P* *ras. ante* tramite *H*, tramide *P* 30 fumant] *ex* sumunt *corr. P^1* 31 Capadocum *PHBA* argeus *VPH*, argen' *H* 32 altus] intus *PHBA* halys *VA^2*, halis *C*, alis *A^1 q* 33 cilyx *V*, cylix *H* syrie *VH*, sirie *PH*, tyrie *H* amoenae *Heinsius* 34 coris *P* plebe] *ex* phebe *corr. P^1* *post v. 34 versum intercidisse coni. Heinsius.* 35 inbellem *VHB: prave cumulantur adiectiva,* impellens *conieci* horontem *P*, orantem *ex* orontem *eff. A^1* 36 Hinc] c *m. 2 P* Geticis] gethicis *H* 37 frondentisq; *A*, frondentis *A^1* 38 Dalmacie *VB*, Delmatiae *Claverius* qua *AVHC*, quae *εq* mobile] mollie *P*, *corr. P^1* Ponti] panti, *sed corr. P^1* 39 adriadas *B*, adriacas *Aq*; cas *H^1 ex corr. ut vid.; fort. fuit* adriae 40 Squalet] *C, sed* qualet *oblitteratum;* et *in ras. et* e *ex* i *corr. H* nullis] is *in ras. H^1* 41 Instar *C, sed* nstar *iteravit C^2* anhelantis *C, sed* i *longior in ras.; fuit fort.* e libye *V*, lybie *B*, libie *PH*, libiae *C* 42 Solibus] *C, sed* oli *iteravit C^2*; ibus h *in ras. H^1* nescit] scit *ex corr. H* māsṣuescere *H* 43 Tessalus *VH* 44 eṯmatias *(sic) V* aristas] as *ex* is *corr. A^1*, haristas *(sic) C^1*, aristas *H^1* h *add. H^2* 45 Nam *PCA Em^b*, *ex* Iam *corr. H^1*; Iam *in mg. P^1*, Iam *VB* plaga] a *alterum detritum V* que] *om. H* tracum *PH*, trachū *B* 46 mysorum *AVA*, misorum *q*, Moesorum *exc. Laeti* iam nulli *A*, *inde* non ulli *A^1*; *postea* iam *adscr. Em^b* 47 cursu *C* cursus sollemnis erat, *scilicet* furori; *cf. Lucani I 255* furori/ *P*

Expositus, sensumque malis detraxerat usus.
Eheu quam brevibus pereunt ingentia causis!
Imperium tanto quaesitum sanguine, tanto
Servatum, quod mille ducum peperere labores,
Quod tantis Romana manus contexuit annis,
Proditor unus iners angusto tempore vertit.
    Urbs etiam, magnae quae ducitur aemula Romae
Et Chalcedonias contra despectat harenas,
Iam non finitimo Martis terrore movetur,
Sed propius lucere faces et rauca sonare
Cornua vibratisque peti fastigia telis
Aspicit. Hi vigili muros statione tueri,
Hi iunctis properant portus munire carinis.
Obsessa tamen ille ferus laetatur in urbe
Exsultatque malis summaeque ex culmine turris
Impia vicini cernit spectacula campi:
Vinctas ire nurus, hunc in vada proxima mergi
Seminecem, hunc subito percussum vulnere labi
Dum fugit, hunc animam portis efflare sub ipsis:
Nec canos prodesse seni puerique cruore
Maternos undare sinus. Inmensa voluptas
Et risus plerumque subit; dolor afficit unus,
Quod feriat non ipse manu. Videt omnia late
Exceptis incensa suis et crimine tanto
Luxuriat carumque sibi non abnuit hostem;
Iactabatque ultro, quod soli castra paterent
Sermonumque foret vicibus permissa facultas,

---

54 *Paulini Nol. poem. 30, 46:* Constantinopolis magnae caput aemula Romae. *Corippi Ioh. IV 97:* Aemula . . . despiciensque *eqs.* 57 *cf. Corippi l. l. 94.*

---

53 *Lucani IV 477:* angusto tempore. 62 *Ovidi Met. V 291:* e summae culmine turris. 64 *sqq. cf. carm. de bello Actiaco, anthol. Ries. 482 v. 44 sqq.* 66 *Stat. Theb. VIII 324:* efflare animas, *X 436:* efflant animas.

---

48 sensusq; *P*, sensumq; *corr.* P^1 malis *A*, mali A^1, *iterum* malis Em^b 49 Eheu *V*, Euheu *ex* Eheu *corr.* P^1, heheu *C*, heuheu H^1 *corr.* Heuheu *ABA* causis] fatis $Em^b\varepsilon$ 50 Inperium *P* 51 Seruatū] u *ex* o *corr.* H^1 peperere H^2, iunxere H^1, p̄perere *P* 52 romana *Eω* contexuit] *in mg. iter.* P^1 54 ducitur *EVC*, dicitur *q* *v. 55—115 iterum scr. H in fol. 26 inserens post. Ruf. II 462; has lectiones uncis quadratis includam* 55 calcedonias *AVB* (ci *supra* ce *scr.* V^3) calchedonias *C*, *idem ex* calcedanias *corr.* P^1, cacedonias *H* [chaccedonias *H*] 57 propius V^3, pocius V^1, propius *C*, *sed* i *in ras. latiore* C^2; *fuit* proprius proprius *P*, proprias *A* sonare] re *ex corr.* H^1 58 [Cornuat *H*] [que *om. H*] peti (t *erasum*) *P* 59 hii *B et in ras.* H^1, ii *A*, hii *ex* hi V^2; *fuisse vid.* hic uigili] *ex* uigii (?) *corr.* P^1 muros statione tu *in ras.* H^1 60 Hii *VHB*, Ii *A* iunctis] *ex* uinctis *corr. vid.* P^1; uinctis *B* 62 summęque ex] *V*, summoq; a *q* (*nisi quod* á *C*, *virgulam* C^2) turris *C*, *sed* ti *iteravit* C^3 63 Inpia *VP* spectacula $Em^b VC$ (spectacula cernit *V*, *sed transpos.* V^1), certamina *q* 64 Uinctas ire nurus *C*, *sed* s ire i C^2 *in ras.* Uictas *P*, Iunctas *A* ire nurus *in ras.* H^1 nurus] manus *PA* inuada proxima *Em ε*, per naga cerula V^1, per uada cerula V^2q (*sed* cerula *ex* cernia *corr. P*) 65 [Seminecem *H*] 67 Nec] Non *Em* [cruorem *H*] 68 undare] fedare *P*, undante *B*, foedante *Heinsius* sinus] *ex* sanus *corr. A* immensa *CA* 69 afficit P^2, inficit P^1 70 omnia] *ras. sub* o *H* 71 Exceptis *Emε*, Praeceptis *ω* incensa *C*, *sed* n *distortum; voluit fort.* in cessa 72 abnuit *Em εVCH[H]*, abnegat *q* 73 soli] sibi *BEm malim* soli quod paterent H^1, parabant H^2 74 foret H^1, fuit H^2 uiscibus H^1 permissa] omissa *B* facultas *Em εV*, potestas *q* (*cf.* permissa potestas *Magnes v. 51, item Vergil. IX 96, Alc. Aviti c. IV 365*)

Egregii quotiens exisset foederis auctor
Stipatus sociis, circumque armata clientum
Agmina privatis ibant famulantia signis.
Ipse inter medios, ne qua de parte relinquat
Barbariem, revocat fulvas in pectora pelles
Frenaque et immanes pharetras arcusque sonoros
Adsimulat mentemque palam proclamat amictu,
Nec pudet Ausonios currus et iura regentem
Sumere deformes ritus vestemque Getarum;
Insignemque habitum Latii mutare coactae
Maerent captivae pellito iudice leges.
Quis populi tunc vultus erat? quae murmura furtim?
(Nam miseris nec flere quidem aut lenire dolorem
Colloquiis impune licet): 'Quonam usque feremus
Exitiale iugum? durae quis terminus umquam
Sortis erit? quis nos funesto turbine rerum
Aut tantis solvet lacrimis, quos barbarus illinc,
Hinc Rufinus agit, quibus arva fretumque negatur?
Magna quidem per rura lues, sed maior oberrat
Intra tecta timor. Tandem succurre ruenti
Heu patriae, Stilicho! Dilecta hic pignora certe,
Hic domus, hic thalamis primum genialibus omen,
Hic tibi felices erexit regia taedas.
Vel solus sperate veni! Te proelia viso
Languescent avidique cadet dementia monstri'.
Talibus urgetur discors Aurora procellis.
At Stilicho, Zephyris cum primum bruma remitti

77 *Sidon. VII 355:* famulantia currunt Agmina. 82 *Sidon. VII 297:* iura regebat (*plura apud Savarum Sidonii carm. p. 94*). *Rutilii Nam. I 157:* regeret cum iura Quirini.

79 (*Sil. Ital. XII 82:* revocare in pectora Cannas.) *Iuvenalis I 27:* Tyrias humero revocante lacernas. 82 *Manilii IV 59 (de Caesare):* Iura togae regeret (*cf. ibid. 355*). 87 *Pacati pan. Theod. 25:* fleri non licebat amissa . . . est aliquod calamitatum delenimentum dedisse lacrimas. 90 sq. *cf. Horati c. I 2, 29.* 94 *Horati c. I 2, 25:* ruentis Imperi rebus. 98 *Pacati p. Theod. 30:* te . . . vel solum venire. 101 *Columellae X 88:* frigora brumae . . . Zephyrus regelaverit.

76 Stipatur *V* [Stipatŭs *H*] armenta *A*, armata A^1 77 ibant] *velim* irent 79 pectora *V*; *idem ex* pectore *corr.* P^1, pectore *q* [peles *H*, *corr. m. 2*] 80 et] *om. B* inmanes *VH*, immanis *C* 81 Adsimulat *V*, Ass. *q* Assimilat *ABA* proclamat amictu] *Em*^{b} testatur amictus *E*^{a}*q* 82 Nec] Non *A* 83 Sūmere *B[H]* ritus H^1, rictus H^2 84 lacii *H* coactę *Em*^{b}, coactae *ε*, togaeq; *ω*, togati *Heinsius* 85 pellito] pulluto *C*, pellice *B*, pellito captiuae *V*, *sed transpos.* V^1 86 tunc uultus] tum uultus *VH[H]*, tumultus *C*, tum luctus *Heinsius* 87 nec] nō *B*, ne *conieci*, *idem* ne *ex C enotat Breiterus* quidem] quod *P*, quidem P^1 *in mg.* linire C^1, lenire C^2 dolorem *Eω*, dolores *ς* 88 inpune *VHB* 90 [Sortis egit *H*], Mortis erat *A*, Sortis erit A^1 quis] qui *PCH[H]* funesto turbine] *A*, in *post* funesto *inseruit* A^1, *deinde* sto tur *Em*^{b}, in *pravum esse indicaturus*; in *habent PH[H]* funeto *H*, *corr.* H^1 [funeto, *sed corr.* H^1] 91 Aut *A*, *inde* A *eff.* A^1; *E supra* Aut *add. suum* b, *hanc vocem in suo codice* b *extitisse ut indicaret*; *item* A PH^2 soluet P^2, solui P^1 92 Hinc] inc *artius scr. in ras.* C^1; *fuit fort.* Hic agit] i *ex corr.* H^1 negātur *H*, *virgulam fort. add.* H^2 [negatur *H*] 93 per rura] post iura *A*, ꝑ rura A^1 94 Intera *Ald.*, *corr. ε*, Inter *BA*, Intera (*sic*) A^1 succurrere anenti *C* 95 [patrio *H*] stilico *BP[H]* [delecta *H*] hec *H[H]* certe] cerne *Mommsenus* 96 hic *alterum*] [h^{ic} *H*, ic *m. 2*] talamus *P*, thalamus AH^1, *sed* s *insolitae formae et in ras.*; *ras. vestigium supra* u *H*, thalamis *Eε[H]q* primū *ε*, primum *A et E*^{b} V^1CB, proprium A^1 *et E*^{a} *PH[H]* V^3A genialibus V^1CH^2, genitalibus $AV^3H^1[H]q$ ome V^3H^2 97 Hic] ic *in ras.* H^1 98 solum *C* sperate] l superare H^2 99 audiq; *A*, rabidique *Heinsius*, *sed de* auido *cf. Horati carm. III 4, 58* 100 urguetur *E* 101 At] Ast *ς*: *item scholiasta, Revue de phil. VIII 92* stilico *H* zephyrus *A*, zephyris A^1, zephiris *VPHB*

Et iuga diffusis nudari coepta pruinis,
Partibus Italiae tuta sub pace relictis,
Vtraque castra movens Phoebi properabat ad ortus,
Gallica discretis Eoaque robora turmis
Complexus. Numquam tantae dicione sub una
Convenere manus nec tot discrimina vocum:
Illinc Armeniae vibratis crinibus alae
Herbida collectae facili velamina nodo:
Inde truces flavo comitantur vertice Galli,
Quos Rhodanus velox, Araris quos tardior ambit
Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus
Quosque rigat retro pernicior unda Garumnae
Oceani pleno quotiens impellitur aestu.
Mens eadem cunctis animique recentia ponunt
Vulnera; non odit victus victorve superbit.
Et quamvis praesens tumor et civilia nuper
Classica bellatrixque etiamnunc ira caleret,
In ducis eximii conspiravere favorem.
Haut aliter Xerxen toto simul orbe secutus
Narratur rapuisse vagos exercitus amnes
Et telis umbrasse diem, cum classibus iret
Per scopulos tectumque pedes contemneret aequor.
    Vix Alpes egressus erat nec iam amplius errat
Barbarus adventumque timens se cogit in unam
Planitiem tutoque includit pascua gyro:

113 *de Garumna cf. Sidon. XXII 108.* (*Merobaud. II 5:* rigat unda lacus).

103 *Lucani II 348:* cur tuta in pace relinquar? *Statii Ach. II 142:* Tranquilla sub pace silet. 107 *Verg. Aen. VI 646:* discrimina vocum. 108 *Verg. Aen. XII 101:* crines vibratos. 109 *Verg. Aen. I 320:* nodoque sinus collecta. 110 *Lucani VII 231:* truces Galli. 115 *Verg. Aen. III 60:* Omnibus idem animus. 121 sq. *cf. Herodoti VII 42 et 196; Diodori XI 5, 3; Aristidis περὶ ὁμονοίας ταῖς πόλ. p. 527, 20; Iuvenalis X 177:* epotaque flumina Medo. 122 *cf. Herodoti VII 226.* 122 *Verg. Aen. XII 578:* obumbrant aethera telis.

102 nudari] uiduari *Heinsius* [sccepta *H*] pruinis] p *supra lin.* P^1 103 ytalie *H[H]* tuta sub pace relictis *Em*^{b}*ε*, tranquilla in pace *ω*, relictis V^1C, locatis V^3*ꝗ*; *cf. v. 159* 104 phebi *VPHB* 106 Amplexus E^b*VC, sed* A *iteravit* C^2, Complexus *ꝗ* 107 Conuentore *P, corr.* P^1 108 Illic *AHP* uibratis *CB*, uibratae *Aꝗ*, *sed in* umbrate *mut.* P^1, uibrate *V*, e *in ras.* V^1*(?)* 109 Herbida *Em*, *item vetus Cuiacii*, Ferbida *ex* Herbida *corr.* V^1, feruida V^3*ꝗ* („*color herbidus*" *e. g. Plin. h. n. 13, 9)* callecte *P, corr.* P^1 111 rodanus *PHB* araris] aris *in ras.* H^1 quos] quo *H* [quos *H*], quos *ex* quas *corr.* P^1 112 [gurgite, r *ex corr. H*] rhenis *A corr.* A^1, rhenus *ex* renus *corr.* P^1, renus *H* 113 rigat] *ex* rigit *corr.* H^1, ligat *P; idem Gifanius teste Barthio* Quos Liger et retro *coni. Heinsius* retro] o *in ras. H*, *fuerat* retus *et ita [H]* [unda *om. H*] garūne *H* [garūpne *H*] garonne, o *ex* a *corr.* P^1, garunnae *ꝗ* 114 Oceā *P*, Oceani *add.* P^1, Ocecani *C*, ni C^2 *in ras.* inpellitur *BV[H]* 115 que] *supra lin.* H^1*[*H^1*]* 117 praesens] petulans animis *(sic) Isengr. mg.* praeceps *Heinsius* timor *B* 118 Classicla *P* bellatrixque] que *om. VH quos si sequeris* classica calet *fort. ita dictum ut* arma fremit. *similia; et illud* praesens *iam minus offendet* ira] uti P^1, *corr. m. recentior* calerit *B*, *corr. m. rec.* 119 eximii] eximii *H*, *ras. 1 fere litterae*, extremum *A*, eximium *ꝗ* favorem] ē *ex corr. H*, *fuerat* favorum 120 Haud *B* alter *P* xerxem *AA*, xerxen CV^2, exersē *P*, xersen V^1*ꝗ* sequutus *V* 121 rapuisse P^2*ꝗ*, hāisse P^1, potasse *exc. Laeti*, uacuasse *conieci; sed cf. Ruf. I 207* vagos] g *ex* p *corr.* P^1 amnes] aunis P^1, axes P^2 122 umbrasse] f uibrasse H^2 cum classicus iret *L. Reinhardt* 124 egressus E^b, transgressus *ω* *post* iam *eras. 2 litt. in B* 125 timens E^b, tremens *ω* 126 tutoque] tantoꝗ *P, corr.* P^1 giro *VPH*

Tum duplici fossa non exsuperabile vallum
Asperat alternis sudibus murique locata
In speciem caesis obtendit plaustra iuvencis.
At procul exsanguis Rufinum perculit horror;
Infectae pallore genae: stetit ore gelato
Incertus peteretne fugam, veniamne subactus
Posceret an fidos sese transferret in hostes.
Quid nunc divitiae, quid fulvi vasta metalli
Congeries, quid purpureis effulta columnis
Atria prolataeve iuvant ad sidera moles?
Audit iter numeratque dies spatioque viarum
Metitur vitam. Torquetur pace futura
Nec recipit somnos et saepe cubilibus amens
Excutitur poenamque luit formidine poenae.
Sed redit in rabiem scelerumque inmane resumit
Ingenium sacrasque fores praedivitis aulae
Intrat et Arcadium mixto terrore precatur:
'Per fratris regale iubar, per facta parentis
Aetherii floremque tui te deprecor aevi,
Eripe me gladiis; liceat Stilichonis iniquas
Evitare minas. In nostram Gallia caedem
Coniurata venit. Quidquid rigat ultima Tethys,
Extremos ultra volitat gens si qua Britannos,
Mota mihi. Tantis capiendi credimur armis.
Tot signis unum petitur caput. Vnde cruoris
Ista sitis? Geminum caeli sibi vindicat axem
Et nullum vult esse parem. Succumbere poscit
Cuncta sibi: regit Italiam Libyamque coërcet;

134 *Maximiani I 181:* Quid mihi divitiae? 141 *Prosper de ingratis 951:* ne in vires redeant. 146 *cf. Orestis trag. 189.*

130 *Verg. Aen. V 613:* At procul. *Lucani I 192:* tum perculit horror Membra ducis. 131 *Luc. VII 339:* stat corde gelato (*Stat. Theb. IV 497:* gelat ora pavor). 134 sq. *ex Tibulli I 2 (cf. ibi Huschke).* 135 *Iuvenalis VII 182:* Numidarum fulta columnis. *Statii Theb. I 145:* effulta nitebant Atria. 141 *Lucani IV 240:* redeunt rabiesque furorque. 142 *Iuvencus evang. hist. III 437:* praedivitis aulae. 147 *cf. Horati c. I 15, 6.* 150 *Stat. II 495:* tantis dignus qui crederis armis.

127 duplici fossa] duplicem fossam *V* (dupplici *P*) 128 locata *EVH*, locatum *q* 129 specie *PBA*, *item* spe *H* caesis] cesisq; *B*, cesis *ex* cesus *(?) corr.* P^1 ostendit V^1P, optendit *H*, obtendit V^3q claustra *A*, plaustra A^1 130 procul] pcl (l *in ras.*) *B* 131 Infeste *H* pallore Em^b*VC*, terrore *q* 132 ueniamque *V* subactus A^1, fugatus *A* 133 an fidos V^1, aut tantos *P*, an tantos V^3q sese] setrase B^1 134 methalli *A*, h *del.* A^1 *(vel E?)* 135 purpuereas *A*, *corr.* A^1 purpureis peius effulta *P*, *sed* peius *del m. 1.* columnis *V*, methallis *A*, h *del. et* l colūnis *add.* A^1, metallis *q* (llis *aut in ras. aut membrana detrita H*) 136 prolataeq; *A* 137 Audet *P*, Audit P^2 138 Mentitur *B* pace Em^b peste *ω* 139 Nec] Non *B* āmens *P*, *sed virgulam delevit* 140 luut *B* (*fuit* luūt) 141 rabiem $A^1\varepsilon V^1$, faciem AV^3q; *ita* in faciem redeunt *Lucanus II 723; cf. Ovidi met. IV 231; fast. I 112 nec non IV cons. 84* celerumq; *P* inmane *VH* 142 fores] e *ex* a *corr.* P^1 praediuitis] pernicius *conieceram; sed cf. Iuvencum* 143 Arcadium, *sic PA*, Archadium *Cq*, *sed* Archadiu *iteravit* C^2 mixto] *ita A*; in *ante* mixto *interposuit* A^1; *deinde* dium mix Em^b in *pravum esse ut indicaret*, inmixto *PA* 144 facta *A*, fata A^1 145 Aetherei *AA*, Etherei *VPHB* 146 stiliconis *P* 147 minas $Em^b\varepsilon V$, manus *q* 148 rigat *V*, ligat *Aq* tethys *A*, thetis *VHB* (h *supra lin.*), tethis *PC* 149 uolitat] *offendit; conieci* latitat 150 tantis] dignis *PHA* tradimur H^1, l credimur H^2 152 caeli] *om. B*, sibi celi *C* uendicat *PHAB* 153 *om. A, restit. Em* 154 ithaliam *H* libyamq; *AA*, lybiamque *VC*, libiamq; *HB*, libieq; *P* choercet, cet *ex* s *corr. P (m. 1?)*

Hispanis Gallisque iubet: non orbita solis.
Non illum natura capit. Quascumque paravit
Hic Augustus opes et quas post bella recepit,
Solus habet, possessa semel nec reddere curat.
Scilicet ille quidem tranquilla pace fruetur;
Nos premat obsidio. Quid partem invadere temptat?
Deserat Illyricos fines: Eoa remittat
Agmina; fraternas ex aequo dividat hastas
Nec sceptri tantum fueris, sed militis heres.
Quod si dissimulas nostrae succurrere morti
Nec prohibere paras, Manes et sidera testor:
Haec cervix non sola cadet; miscebitur alter
Sanguis; nec Stygias ferar incomitatus ad umbras
Nec mea securus ridebit funera victor!'
  Haec ubi, dictatur facinus missusque repente
Qui ferat extortas invito principe voces.
  Interea Stilicho iam laetior hoste propinquo
Nec multo spatii distantibus aequore vallis
Pugnandi cupidas accendit voce cohortes.
Armeniis frons laeva datur; per cornua Gallos
Dexteriora locat. Spumis ignescere frena,
Pulveris extolli nimbos lateque videres
Surgere purpureis undantes anguibus hastas
Serpentumque vago caelum saevire volatu.
Implet Thessaliam ferri nitor, antraque docti
Cornipedis teneroque amnis reptatus Achilli
Et nemus Oetaeum radiat. Clamore nivalis

166 *Orestis trag. 763:* cruor miscebitur. 177 *Sidon. V 402:* textilis anguis Discurrit *eqs.*

156 *Verg. Aen. IX 641:* nec te Troia capit; *cf. Iuvenal. X 148.* 159 *Lucani I 171:* pax tranquilla; *cf. adn. ad v. 103.* 165 *Verg. Aen. IX 427:* conscia sidera testor. *Stat. Theb. III 63:* noctis vaga lumina testor Et socium manes. 179 *cf. Quinti Smyrnaei IX 69. — Stat. Achill. I 239:* speluncaque docti Muta senis. 180 *Stat. Theb. IX 427:* ad hunc .. repsit .. amnem.

157 Hic] *A, inde* Hic *eff. E (fortasse tamen haec manus aliena fuit).* Hic *locum nimirum indicat: „hic in oriente", deinde* quas post bella recepit *„in occidente"* 158 nec *V*, non *q* 159 Scilis P^1, Scilicet P^2, Si licet *Barthius* quidem] *ex* q *corr.* P^1 pace] in pace H^1, ut pace *Heinsius* fruatur H^2M^2A; fruetur *corr.* A^1; *dein rursus* atur *Em*[b]. fruetur H^1q 160 premit V^1P^1, premet V^3A, premat P^2q quid P^2, quis P^1 partem] Spartem *Isengr. mg.* 161 ilirícos *B*, illiricos *CVH*, *ex* illicitos *corr.* P^1 *vel* P^2; i *alterum in ras.* C^2 ẹoa *C*, ea P^1, eoa *corr.* P^2, eoaq; *H*, q; *del.* H^2 remittat] a *ex* i *corr.* P^1 162 Agmina fraternas] *in ras.* B^1 ex] et *A* hastas] *ex* hostis *corr.* P^1 163 ceptri *P* fueris tantum] tantum fueris *H* 164 dissimiles *AA*, dissimules A^1PB, dissimulas *Emq* 167 stigias *VPHB* ferar] *ex* ferat *corr.* P^1 incommitatus *P* umbras] undas *V* 168 ridebit securus *B* *Versus 168 aut spurius aut corruptus:* Nec mea sola meus *Julius Koch*, *ego* ridebis *conieci; scilicet minatur etiam Arcadio simul esse moriendum, victor vero Arcadius ipse diceretur vincente Stilichone. Quod spurium v. dixi, id magis placuit Mommseno* 169 Haec] Hic *A*, Hec A^1, Hoc *H* uitatur *A*, dictatur A^1 170 extortas] exortas *A*, *corr.* A^1 inuincto *P* 171 stilico *PH* 172 spatiis *C*, spacii *H*, *sed* i *alterum magis atrum, fort. a* H^2 disstantibus *B* 176 lateque] longeq; *C*, alteque ς *Cuiaciusque nescio unde* uideres P^2, iuberes P^1 177 Surgere] Fulgere *Schraderus*, Feruere *Heinsius* anguibus P^2, unguibus P^1 hastas] *ex* hastes *corr.* P^1 178 seuire P^1, seruire P^2B, *malim* saepire 179 tessaliam *H*, thesaliam *B* ferri P^2, feri P^1 180 Cornipedis *Ald.*; Chironis *supra scr. s.* pedis P^1 *(eras. 1–2 litt.)*; Corni P^2 amnis] amnis *B* raptatus *P*, raptatus *A* 181 oetheum *C*, eth[n]eū P^1, etheum H^1, oeteum *B*, ethereum H^2 niuallis *V*, *sed corr. m. 1*

Ossa tonat pulsoque fragor geminatur Olympo.
Intumuit virtus et lucis prodigus arsit
Impetus: haut illos rupes, haut alta vetarent
Flumina: praecipiti stravissent omnia cursu.
Si tunc his animis acies collata fuisset,
Prodita non tantas vidisset Graecia caedes,
Oppida semoto Pelopeia Marte vigerent,
Starent Arcadiae, starent Lacedaemonis arces:
Non mare fumasset geminum flagrante Corintho
Nec fera Cecropiae traxissent vincula matres.
Illa dies potuit nostris imponere finem
Cladibus et sceleris causas auferre futuri.
Invida pro quantum rapuit Fortuna triumphum!
Inter equos interque tubas mandata feruntur
Regia et armati veniunt ductoris ad aures.
Obstupuit: simul ira virum, simul obruit ingens
Maeror et ignavo tantum licuisse nocenti
Miratur. Dubios anceps sententia volvit
Eventus: peragat pugnas an fortia coepta
Deserat? Illyricis ardet succurrere damnis:
Praeceptis obstare timet. Reverentia frangit
Virtutis stimulos: hinc publica commoda suadent,
Hinc metus invidiae. Tandem indignatus ad astra
Extollit palmas et ab imo pectore fatur:
'Numina Romanis necdum satiata ruinis,
Si iuvat imperium penitus de stirpe revelli,
Uno si placuit deleri saecula lapsu,
Si piget humani generis: prorumpat in arva
Libertas effrena maris, vel limite iusto
Devius errantes Phaëthon confundat habenas.

182 *Stat. Theb. III 333:* tumet virtus; *ibid. VIII 406:* et vitae prodiga uirtus. 189 *Verg. Aen. II 56:* Troiaque nunc staret Priamique arx alta maneres. 205 *Verg. Aen. I 485 (VI 55):* pectore ab imo. 206 *Petroni c. 123:* ingenti satiare ruina ... Tisiphone. 207 *Stat. Theb. I 242:* totumque a stirpe revellam. 209 *Dirae 50:* migret Nept. in arva.

---

182 tonat, t sonat H^2 pulsoque] o *ex* a *corr.* P^1, pusoq; *B* geminantur *A* olimpo *VPB* 183 lucis] *pro* uitae *accipiendum, cf. Statii exemplum* 184 haud *BA*, aut P^1, haut P^2 haut *alterum*] aut *BAV* (haud *m. rec.*) 186 Si tunc his] Qd si tunc V^1, His si tunc V^3 187 uidisset] uidis C^1 set *add.* C^2 cedes Em^b, caedes *εVC*, clades *ς* 188 semoto V^1, submoto V^3, sic moto *C* uigerent] ui *ex corr. P*, uirerent *Heinsius* 189 archadie *VPHB*, archadie *A* lacedemonis *VHB*, lacedonis P^1 em *add.* P^3, *antea corr.* P^1 *in mg.* arces AV^3B, arce^s *H*, *sed* rces *in ras.* (H^2?) agri V^1*ς* (*cf. Vergilius*) 190 gemitum *A* fraglante V^1, fragrante V^2, fumante *P* chorintho *V*, chorinto *H*, corinto *P* 191 Nec] Non *B* fera] male *A* cecropię V^1, cecropias AV^3*ς* *nisi quod* cycropias *H*, cipcropias *P*, cecropias *C*, *sed* s *in ras.* C^2; *item a dimidiam iterarit* C^2 traxissent *C*, *sed* xi *et* t C^2 (xi *in ras.*) 192 Ille *C* inponere *VH* 193 celeris *P* futuris *VC* 194 pro *VA* proh *ς* rapuit] potuit P^1 *corr. m. 2 (?)* 195 que] *om. H, add. m. 2* 197 Obstipuit A^1HA 199 Mirantur *P*, Muratur H^1 *corr.; post* miratur *eras. 2 f. litt. B* noluit V^2, solnit V^1 200 coepta] cepta P^2, facta P^1 201 Deserat] Deferat *A*, Differat *ς* illiricis *VPCHB* 202 timet] tumet P^1, *corr.* P^2 203 Virtitutis *P* stimulos, o *ex* i H^1 comoda *H* *V*, *204 praeter* Hinc metus inui *abscissus in V, restit. m. rec.* metus] *ex* netus *corr.* P^1 206 nondum *PHB*, nundum *A*, necdum *Emς* 207 reuelli *C*, u *iterarit* C^2 208 Uuno *H* 209 pigeat *B*, *corr. m. 1* 210 Libertas effrena] Tempestas uesana *V*, Libertas *ex* Libertos *corr.* P^1; efrena *P* iusto *EmεVC*, nullo *ς* 211 Phaethon] triton V^1, phęthon *C*, pheton V^3HPA^1, phethon *B* confundat] a *ex* i *corr.* P^1

Cur per Rufinum geritur? Procumbere mundum
Hoc auctore pudet. Mediis revocamur ab armis
(Pro dolor!) et strictos deponere cogimur enses.
Vos, arsurae urbes perituraque moenia, testor:
Cedo equidem et miserum permitto casibus orbem.
Flectite signa, duces. Redeat iam miles Eous.
Parendum est. Taceant litui. Prohibete sagittas.
Parcite contiguo — Rufinus praecipit! — hosti.'
    His dictis omnes una fremuere manipli
Quantum non Italo percussa Ceraunia fluctu,
Quantum non madidis elisa tonitrua Coris
Secernique negant ereptaque proelia poscunt,
Insignemque ducem populus defendit uterque
Et sibi quisque trahit. Magno certatur amore.
Alternamque fidem non inlaudata lacessit
Seditio talique simul clamore queruntur:
    'Quis mihi nudatos enses, quis tela lacertis
Excutit et solvi curvatos imperat arcus?
Quisnam audet stricto leges imponere ferro?
Inflammata semel nescit mitescere virtus.
Iam mihi barbaricos sitientia pila cruores
Sponte volant ultroque manus mucrone furenti
Ducitur et siccum gladium vagina recusat.
Non patiar. Semperne Getis discordia nostra
Proderit? En iterum belli civilis imago!
Quid consanguineas acies, quid dividis olim

215 *Verg. Aen. II 154:* vos aeterni ignes et ... testor. 216 *Verg. Aen. II 704:* Cedo equidem. *Lucani VII 413:* permissasque ignibus urbes. 220 *Verg. Aen. X 96:* cunctique fremebant ... adsensu. 221 *cf. Lucani VI 691, 692 et Verg. ecl. 5, 83:* percussa .. fluctu. 228 *cf. Lucani VII 469:* pila ... lacertis. 233 *Homeri Od. π, 294:* αὐτὸς γὰρ ἐφέλκεται ἄνδρα σίδηρος. 236 *Valerii Fl. VI 514:* belli ... imago.

212 ruffinu, ,,/ *H* geritur] urgemur *add. cruce Em^b unde* terimur *Heinsius* precumbere *A* 213 autore *P* reuocatur *V*[1], renocamur *V*[3] 214 Pro dolor et strictos] Ardor et adstrictos *V*[1], † proh dolor *add. V*[3] Pro *PAC*[1], Proh *C*[2]*q* dolor] *ex* dolia *corr. P* 215 moenia] meḍnia *P* 216 Credo *A*, r *del. A*[1] *vel E* promittō *P* casibus *Emε V*[1]*C*, cladibus *V*[2]*q* 217 Flectite] *ex* Flectere *corr. P*[1] redeat *P*[2], redēs *P*[1] aeous *A*, eous *VCBH*[1], eois *H*[2]*q* ; *miles Eous nimirum Arcadianus est, qui hic secernitur ab Honoriano; cf. v. 223 et sequ. et 161* 218 Parendum *Em, sed* ar *ex corr., fuisse vid.* Pariendum, parendum *V*[1]*C*, parcendum *V*[3]*q* *sequitur* est *in A quod non del. E; item* est *habent ω, om. ς* litui taceant *H* prohibite *A, corr. A*[1], prohibere *P*[1], *corr. P*[2], cohibete *Schraderus* 219 Parcite *A, totum del. E, supra scr.* ere, *volens* Parcere ruffinu^s *H*[1] 220 omnes] *bis habet A, semel del. E (fort. tamen haec fuit m. aliena)* fremuere *P*[2], cecidere *P*[1] 221 ytalo *H V*. 222 *ante* 221 *habet A* elisa *EmεA*, illisa *q* *ex* inlisa *corr. V (m. 1?)* coris *AA*, choris *Vq*, *sed* o *in ras. V, ut vid. a m. rec.*, Cauris *Jeepius* 223 *deest in A, restituit A*[1] eraptaq; *P, sed corr.* 225 amore *V*[1]*H*[1]*CB*, honore *V*[3]*H*[2]*q* 226 Alternantq; *A* inlaudata *V*[1]*C*, ill. *V*[3]*q* quiescit *A*, lacessit *A*[1] 227 queruntur] mouentur *VCA, inde* monetur *eff. A*[1], a *add. E indicans hanc esse lectionem in E^a; in mg.* queruntur *Em^b*, querūtur *ε*, mouetur *q* 228 mihi] m^i *V* 229 t et solui *in ras. A* soluiṭ *P* arcus] artus *A* 230 Quis nā audet leges uibrato imponere ferro (audet *supra lineam*) *Em^b; item VC* imponere] inponere *VPH* 231 Inflamata *BA* 232 scicientia *H*, sicienti *B* tela *AH*, pila *A*[1]*q* 233 ultroque] ultrixque *ς, edd. Camers et Isengr.* furentis *P*, furente *AB*, furenti *A*[1]*q* 235 Non] Nun *V, sed* u *in ras. V*[3], Num *B* semper discordia nostra negetis *V* (gethis *V*[3]) 236 Proderit] Prodidit *P, sed corr.* 237 quid] qui *B* diuidis *EV*[1]*C (item schol. Revue de phil. VIII 95)*, diuidit *V*[3]*q*

Concordes aquilas? Non dissociabile corpus
Coniunctumque sumus. Te quo libet ire sequemur.
Te vel Hyperboreo damnatam sidere Thylen,
Te vel ad incensas Libyae comitabor harenas.
Indorum si stagna petas rubrique recessus
Litoris, auriferum veniam poturus Hydaspen;
Si calcare Notum secretaque noscere Nili
Nascentis iubeas, mundum post terga relinquam;
Et quocumque loco Stilicho tentoria figet,
Haec patria est.'
Dux inde vetat: 'Desistite, quaeso,
Atque avidam differte manum. Cadat iste minacis
Invidiae cumulus. Non est victoria tanti
Vt videar vicisse mihi. Vos fida iuventus
Ite, mei quondam socii.' Nec plura locutus
Flexit iter: vacuo qualis discedit hiatu
Impatiens remeare leo, quem plurima cuspis
Et pastorales pepulerunt igne catervae,
Inclinatque iubas demissaque lumina velat
Et trepidas maesto rimatur murmure silvas.
Vt sese legio vidit disiuncta relinqui,
Ingentem tollit gemitum galeasque solutis
Umectat lacrimis pressamque morantia vocem
Thoracum validos pulsant suspiria nexus:
'Tradimur, heu, tantumque sequi prohibemur amorem!

245 *Prudentius peristeph. IX 103:* Et post terga domum dubia sub sorte relictam. *Alcuini carm. I 261:* post terga relinquens.

239 sqq. *cf. Lucani I 367 sqq.* 245 *Pedonis Albin. apud Senecam suas. 1, 15:* post terga diem solemque relictum (relinquunt *Hauptius*). *Lucani IV 353:* orbis . . . post terga relicti. *Iuvenalis XIII 17:* post terga reliquit Sexaginta annos. 247 *Ovidi fast. I 493:* Omne solum forti patria est. 249 *Verg. georg. III 112:* tantae est victoria curae. *Luc. III 51:* nec vincere tanti ut *cqs.* 251 *Verg. ecl. 1, 74:* Ite meae quondam . . capellae. *Horati c. I 8, 26:* Ibimus o socii. 252 sqq. *cf. Silii VII 717 sqq.* 258 *Statii Theb. VIII 164:* fletus galeis cecidere solutis. 260 thorax nexilis *apud Statium Theb. IV 174.*

239 quolibet *A*, qualibȝ *H*[1], ł quo *H*[2], qualibet *A*[1]*q* sequamur *HA*, sequemur *E (vix m. al.) q* 240 Te] e *in ras. H*[1] yperboreo *CB*, iperboreo *P*, hiperboreo *H* damnatam *Eω* sidere *V*[1], frigore *V*[3] thylen *A*, thilen *E (vix m. al.)*, thilem *ex* thulem *corr. V*[1] *et suprascr.* · ei · thilē *PC*, tilen *H*, tilem *B* 241 ad] *supra lin. H* Teque ad inaccessas *Burmannus in ed. Prop. p. 60* lybiae *VC*, libye *A*, libie *q* harenas, h *H*[2] 242 si] si *P* stanna *V*[1], stāna *P*, stagna *V*[3], ł signa *eadem V*[3] 243 hydaspen *V*, hydaspē *B*, hydasphen *C*, ydaspen *H*, ydaspem *A*, hidaspem *A*, hidaspē *P* 244 Siç *P* nothum *CHV*, *sed* h *del. V*[1], notum *P*[1], ł locum *P*[2] noscere nili *V*[1]*C*, litora (littora) nili *V*[3]*q* 245 mundum] annum *Em* 246 stilico *HPB* figet] figat *E* 247 Hęc *EV*[1]*C*, hic *V*[3]*q* dux] x *ex* d *corr. P*[1] desistite] desistit *A*[1], *corr. A*[2] *V. 248 et 249 praeter* ctoria tanti *abscissi in V, rest. m. rec.* 248 auidam *Emω* differre *A* cadit *H*[1], cadat *H*[2] iste] ille *M(V)* 249 cumulus] ł stimulus *H*[2] 250 uicisse] *bis scr. P* 251 I te *P (1 litt. eras.)* loquutus *V* 252 Flexit *V*[1], Flectit *V*[3] 253 Impatiens *C, sed litterae* ι *partem libratam C*[2] remere *B* quem] quam *P* 254 repulerunt *H* 255 dimissaqȝ *C* 256 siluas *H*[1], ripas *H*[2], rupes *Heinsius* 258 galleasqȝ *H*, *corr. H*[2] solutis] nolutis *Heinsius*, solutas *cod. Thuaneus Heinsii favente Statio, sed vide Barthium* 259 Humectat *Aω*, umectat *corr. A*[1] *(vix E)* (lachrymis *A*, lacrimis *A*[1]) 260 Thoraca et ualidos *ex* Thoracā ualidos *corr. P*[1], Torace *A*. Thoracum ł ce *H*[1] supiria *A*, *corr. E, fort. tamen m. al.*

Exclamant. Spernisne tuas, dux optime, dextras,
Quas tibi victrices totiens Bellona probavit?
Nos adeo viles? adeo felicior axis
Hesperius, meruit qui te rectore teneri?
Quid nobis patriam, quid cara revisere tandem
Pignora dilectosve iuvat coluisse Penates?
Te sine dulce nihil. Iam formidata tyranni
Tempestas subeunda mihi, qui forte nefandas
Iam parat insidias, qui nos aut turpibus Hunis
Aut impacatis famulos praebebit Alanis;
Quamquam non adeo robur defecerit omne
Tantave gestandi fuerit penuria ferri.
Tu, licet occiduo maneas sub cardine caeli,
Tu mihi dux semper, Stilicho, nostramque vel absens
Experiere fidem. Dabitur tibi debita pridem
Victima: promissis longe placabere sacris.'
    Tristior Haemoniis miles digressus ab oris
Tangebat Macetum fines murosque subibat,
Thessalonica, tuos. Sensu dolor haeret in alto
Abditus et tacitas vindictae praestruit iras,
Spectaturque favens odiis locus aptaque leto
Tempora. Nec quisquam tanta de pube repertus,
Proderet incautis qui corda minantia verbis.
Quae non posteritas, quae non mirabitur aetas
Tanti consilium vulgi potuisse taceri
Aut facinus tam grande tegi mentisque calorem
Non sermone viae, non inter pocula rumpi?
Aequalis tantam tenuit constantia turbam
Et fuit arcanum populo. Percurritur Hebrus,
Deseritur Rhodope Thracumque per ardua tendunt

285 *Corippi Ioh. VI 76:* omnis miratur et aetas.

266 *Verg. Aen. II 137:* Nec mihi iam patriam antiquam spes ulla videndi *eqs.* 268 *Verg. Aen. XII 882:* quicquam mihi dulce meorum Te sine. 285 *Pacati p. Theod. 12:* credetne ... ventura posteritas ...?

262 spernisne *VCEm add. cruce* (spernes *Isengr. mg.*), tradisne *q Ald.;* spernis *corr. ε* dextras] † turmas *H*² 263 parauit *PB*, probanit *Emq* 264 infelicior *P* 266 nobis] *pendet ex* cara; *aliter legerem* Quid nos sic patriam 267 dilectosve] *magis* dilectosne *P*, dilectosq; *A*, Pignora? Dilectosne *Mommsenus* 268 formidata *V*¹, formidanda *V*³ 270 hunis *CHA*. hunnis *V*, hūnis *A*, huńis *(sic) P*, hynnis *B* 271 impacatis *VC* (inp. *V*), inplacatis *HPA*, implacatis *A*, l *del. E (vix m. al.)*, implacatas *B* prebebit *Em*, p̄bebit *ε item VC*, praestabit *q* halanis *VC*, alannis *P* 272 defecerat *B* 273 Tantane *PH*, Tanta ne *Eq* gestandi] gestari *E*, gestati *Heinsius* gestati fuerint periuria *Paul* 274 moneas *B* cardine *Emω* coeli *A*, caeli *εV*³*P*¹*B* solis *V*¹*P*²*q* 275 semper dux *B* 276 Experire *P* pridem] *ex* fidem *corr. P*¹ 277 permissis *A* longe] † ualde *V*² *in mg. quod puto ad hunc locum referendum*, longum *ς unus* 278 emoniis *A*, hemoniis *PHAB* digressus *E (vix m. al.)* oris *V*¹, horis *V*²*q (sed* h *supra lin. B*¹*)* 279 macetum *EVC*, macedum *q*, *sequitur ras. 1 vel 2 litt. in V* 280 Tessalonica *VH*, Thesalonica *B* 281 tacitas] tantas *A* praestitit *B* 282 hodiis *P* 283 pube *Emε VC*, plebe *q* repertus *P*², locutus *P*¹ 284 minantia] micantia *V*¹, *corr. V*³ 285 postteritas *H* 287 grande] de *ex corr. H*¹ calorem] tenorem *desidero*, calore *Mommsenus* 288 rumpit *H*, *Burmannus* fundi 289 constantia] concordia *B* 290 procuritur *P* Hebrus] hemus *Em*, Aemus *ε* 291 rodope *PHB* tracum *PH*, trachum *B*

Donec ad Herculei perventum nominis urbem.
    Vt cessisse ducem, propius venisse cohortes
Cognita Rufino, magna cervice triumphat
Omnia tuta ratus sceptrumque capessere fervet
Et coniuratos hortatur voce clientes:
'Vicimus, expulimus, facilis iam copia regni.
Nullus ab hoste timor. Quis enim, quem poscere solum
Horruit, hunc tanto munitum milite vincat?
Quis ferat armatum, quem non superavit inermem?
I nunc, exitium nobis meditare remotus
Incassum, Stilicho, dum nos longissima tellus
Dividat et mediis Nereus interstrepat undis.
Alpinas transire tibi me sospite rupes
Haut dabitur. Iaculis illinc me figere tempta.
Quaere ferox ensem, qui nostra ad moenia tendi
Possit ab Italia. Non te documenta priorum,
Non exempla vetant? quisnam conatus adire
Has iactat vitasse manus? Detrusimus orbe
Te medio tantisque simul spoliavimus armis.
Nunc epulis tempus, socii, nunc larga parare
Munera donandumque novis legionibus aurum.
Opportuna meis oritur lux crastina votis.
Quod nolit rex ipse velit iubeatque coactus
In partem mihi regna dari. Contingat in uno
Privati fugisse modum crimenque tyranni.'
    Talibus acclamat dictis infame nocentum
Concilium, qui perpetuis crevere rapinis
Et quos una facit Rufino causa sodales:
Inlicitum duxisse nihil: funesta tacere

300 *Ioannes Saresburiensis in Euthetico ad l. Policrat:* Quis ferat armatam quae sola triumphat inermis. 304 *Alc. Aviti c. IV 519:* Alpes . . . rupes.

294 *Stat. Theb. II 327:* cervixque . . . magna redit. 295 *Verg. Aen. IV 298:* Omnia tuta timens. 306 *Verg. Aen. I 410:* ad moenia tendit *(cf. Stat. Theb. XII 255).* 311 *cf. Horati c. I 37. Propert. II 10, 1:* Nunc tempus.

293 propius] proprias *B* choortes *P*, cohortem *A* 295 ratus *Emω* ceptrumqꝫ *P* capescere $V^3PH^1R A$, capessere V^1H^2q 296 hortatur AV^1CBAP^2, accendit V^3H^2, ostendit P^1H^1 *(o in ras.)* 297 explulimus *P* 298 timor] rumor *B* quis] *ex* quid *corr. P (m. 1?)*, Quid enim? *Heinsius* poscere *Emε Isengr. mg.*, uincere *ω* 300 superabit *B* 301 I nunc] Tu nunc V^1, I V^3, In hunc *B* remotis V^1, ꞇ tus V^3 302 Incasum *B* longnissima *B* 303 interstrepat] interfluat *V Isengr. mg.* 304 rupes] niues *B* 305 Haut] Aud *B* illinc *Eω* fingere *P* tenta *A*, tēta *P* 306 ensem] arcum *Burmannus* 307 ithalia *H* documenta *Em add. cruce*, monumenta *A*, monimenta *q* 308 Non . . . uetant *pro affirmativa sententia habet Mommsenus* nam] pā *V*, nam *q*; *malim* enim: par *edd.*, *quae lectio quantas difficultates pariat ostendit Koenigius* 309 iacstat *P* uitare *E, add. cruce; iterum* uitare *Em, iterum add. cruce*; uicisse *ς* destruximus P^1HPA, detrusimus P^2q orbē P^1 *item H, sed cirgulum* H^2, orbe P^2q 311 Nunc] Hunc *A* epulīs *V*, epulas *q* parate *VB*, parari *Heinsius ex ς uno* 312 nouis] meis *J. Koch*, bonis *ego temptavimus* 313 Oportuna *VCHB* uotis] o *ex corr.* A^2 314 nolit] *om., sed suppl.* H^1 rex *(sic) H* 316 Priuati *H* fugisse, u *ex corr. H* 317 adclamat *C*, aclamat *P*, exclamat *B*, acclamat, ac *ex corr.* H^1 318 Conscilium *B* 320 Illicitum *ω praeter V* dixisse AV^1, duxisse V^2 dilecta fuere *E* (delicta fuere *A*); funesta tacere *add.* Em^b, delicta fuere *ω (corr. ex* fruere V^1); *de* funesta *i. e.* scelerata *cf. e. g. Eutrop. 7, 12.*

Nexus amicitiae. Iam iam conubia laeti
Despondent aliena sibi frustraque vicissim
Promittunt, quas quisque petat, quas devoret urbes.
    Coeperat humanos alto sopire labores
Nox gremio, nigrasque sopor diffuderat alas.
Ille diu curis animum stimulantibus aegre
Labitur in somnos. Toto vix corde quierat,
Ecce videt diras alludere protinus umbras,
Quas dedit ipse neci; quarum quae clarior una
Visa loqui: 'Pro! surge toro. Quid plurima volvis
Anxius? Haec requiem rebus finemque labori
Allatura dies: omni iam plebe redibis
Altior et laeti manibus portabere vulgi.'
Has canit ambages. Occulto fallitur ille
Omine nec capitis sentit praesagia fixi.
    Iam summum radiis stringebat Lucifer Haemum
Festinamque rotam solito properantior urget
Tandem Rufini visurus funera Titan:
Desiluit stratis densaeque capacia turbae
Atria regifico iussit splendere paratu
Exceptura dapes et, quod post vota daretur,
Insculpi propriis aurum fatale figuris.
Ipse salutatum reduces post proelia turmas
Iam regale tumens et principe celsior ibat
Collaque femineo solvebat mollia gestu
Imperii certus: tegeret ceu purpura dudum
Corpus et ardentes ambirent tempora gemmae.
    Vrbis ab augusto tractu, qua vergit in Austrum,

324 *cf. Verg. Aen. II 268 sq.* 326 *Valer. Flacc. VI 623:* aegra movens nequiequam pectora curis. *Ovidi Rem. am. 129:* animum . . . aegrum. 327 *Petron. c. 22:* in somnum laberetur. 329 *Verg. georg. III 480:* neci . . . dedit. 334 *Verg. Aen. VI 99:* Horrendas canit ambages. 338 *Luc. I 233:* Iamque dies primos belli visura tumultus Exoritur. 343 *Iuvenal. 12, 110:* euntem in proelia turmam. (345 *Ovidi Met. III 726:* Collaque iactabat *eqs.*)

321 iamq; et *E* (conubia *E*) laeti] lecti *V*, *item H* 322 Desponsant *B* frustraque] *disconvenit:* fretique *conieci*, iuxtaque *Schraderus* 323 quas *prius*] quae *Em* orbes H^1, urbes H^2 325 Nox] x *ex corr.* C^1; *fuerat* c nigrasq3 V^1C, pigrasq3 V^3q 326 aeger *A*, eger V^1, aegre *C*, egre V^2, egr *P*, egrum V^3q, *sed* um H^2 *add.* 327 insompnus P^1 *nisi quod punxit m. 2*, ł somnum P^2 toto uix *V*, uix toto *q*, ł uir H^2 orbe *ante* corde P^1, *sed del.* 328 diras] duras *PH* alludere] *ras. supra* a *H*, illudere *A* 329 quae] q̄/ *H* 330 proh V^3C^2H, pro C^1V^1q toro] toto *A* 331 requies *A* labori] timori *EmC* 334 Has canit] Ascanit *P*, *sed corr.* oculto *B* 335 sentit presagia fixi *EmεCH* (sentit *ex* sensit *corr. vid.* H^2), sensit praesagia diei V^1, ei *ex corr. in ras.* fixi V^2, diri *Isengr. mg., idque volucrat* V^1; fixi *pr.* sensit *q* 336 hemum *AHBP*, hemum *E*, emum *A*, Oetam *Heinsius* 337 rotam] totam *A* 338 uisurus rufini *P* titan *P*, tytan *H* (*fuit fort.* m) 339 Desiluit *E*, Prosiliit *H*, Prosiluit *q* cap acia *H* (*eras.* t) 340 regifico] regi *in ras.* B^1 splendore *P*, *sed corr.* paratu *C* 342 Insculpi *EmεVC*, Insibi P^1, Inscribi P^2q propi s iaurum C^1, pi s i *in ras.*: au *iterarit* C^2 343 salutātum P^2, salutatum EmP^1q, *litteras* utatum reduc *detritas in C iterarit* C^1 reduces] *ex* reduci *corr.* H^1 344 regale] gale *obscuratum iterarit* C^1; *fort. aliter scr. fuerat* timens *B* 345 soluebat *Em*, gestabat P^2B, iactabat *q*. *cf. „solutam manum" h. e. infirmam apud Senec. Apotheos. 6; „solutum in gestu" apud Cic. Brut. 225, „resoluto collo" Maximian. I 61* molia *A* 346 Iuperii *P* tegerent *H* dudum *E (vix m. al.)* ω, tutum *M*, nudum ≈ 347 ardentes ambirent *ECV*, ambirent ardentes *q* timpora *B* 348 qua *Eω* (quai P^1) uergit] *ex* uertit *corr.* V^1

Planities vicina patet: nam cetera Pontus
Circuit exiguo dirimi se tramite passus.
Hic ultrix acies ornatu lucida Martis
Explicuit cuneos. Pedites in parte sinistra
Consistunt. Equites illinc poscentia cursum
Ora reluctantur pressis sedare lupatis:
Hinc alii saevum cristato vertice nutant
Et tremulos umeris gaudent vibrare colores,
Quos operit formatque chalybs: coniuncta per artem
Flexilis inductis animatur lamina membris.
Horribiles visu: credas simulacra moveri
Ferrea cognatoque viros spirare metallo.
Par vestitus equis: ferrata fronte minantur
Ferratosque levant securi vulneris armos.
    Diviso stat quisque loco. Metuenda voluptas
Cernenti pulcherque timor, spirisque remissis
Mansuescunt varii vento cessante dracones.
Augustus veneranda prior vexilla salutat.
Rufinus sequitur, quo fallere cuncta solebat
Callidus affatu, devotaque brachia laudat:
Nomine quemque vocat; natos patresque reversis
Nuntiat incolumes. Illi dum plurima ficto
Certatim sermone petunt, intendere longos
A tergo flexus insperatoque suprema
Circuitu sociare parant: decrescere campus
Incipit et clipeis in se redeuntia iunctis
Curvo paulatim sinuantur cornua ductu
(Sic ligat immensa virides indagine saltus
Venator; sic attonitos ad litora pisces
Aequoreus populator agit rarosque plagarum

355 *Verg. Aen. II 629:* vertice nutat. Homeri *Γ 337: δεινὸν δὲ . . . ἔνευεν* 358 *Ammian. Marcell. XXV 1, 12:* per singula membra densis [laminis] tectae. 359 *Ammian. Marcell. XVI 10, 8:* limbis ferreis cincti, ut . . crederes simulacra, non viros, quos laminarum circuli . . . flexibus ambiebant. 363 *Stat. Theb. VI 72:* miseranda voluptas. 369 *Verg. XI 731. XII 759:* Nomine quemque vocans. 373 *Stat. Theb. VIII 397:* vident decrescere campum. 376 *Silii Ital. X 80:* indagine saltus. *Verg. Aen. IV 122:* saltusque indagine cingunt.

350 dirimi] dirimit *ex* dirimi *corr.* P^1 tramite] *ita Ald.*, limite *ε*, exiguo dirimi se limite passus *Em* 351 cultrix *C* lucida V^1CH, fulgida V^3q martis V^1, ferri AV^2 353 illic *P et addita cruce* A^1, illinc *Aq* 354 sedare V^2, sudare V^1 355 Hic *P* sęuum *Em*, seuū H^1, (se)ue H^2 nutant] mutant *A*, micant *B* 356 umeris *E*, humeris *ω* 357 Quos] *Buechelero ex* umeris, *mihi ex* alii *pendere visum est* formatqꝫ H^1, firmat H^2 calybs AC^1, chalyps *V*, caltus *(?)* P^1, calibs A^2P^2q conuicta *Em* 358 inductis] indutis *C*, inductis *V (corr. m. 1? m. 2?) sed cf. Stat. silv. V 2, 67* animatur V^1, hamatur V^2, aīatur *in ras.* H^1. *Locum attigit J. Lipsius de milit. Rom. III c. 6* 359 Horribiles *E*, Horribili *C*, Horribilis *q*, *dein 1 litt. eras. B* 360 cognatosqꝫ *B* spirare] sperare *P*, *sed corr. m. 1* metallo *Eω* 361 Peruestitus *A*, *verba separat et* Per *in* Par *mut. E* 362 leuant *Ėm VC*, mouent *q* uulnerris *H* airmos *P* 363 Dimenso V^3, Diuiso $Em\,V^1q$ quisqꝫ stat, *sed corr.* B^1 364 Cernendi *B* pulchreqꝫ *A* 366 Augustus] Arcadius *Isengr. mg. (ex glossa, quam ad* Augustus *exhibent mss. velut PH)* 367 Ruffinus *PA* quo V^1, qui V^2q 368 brachia] r *ex* l *corr.* V^1 369 uocat *EεVC*, uocans *q* natos *VC*, natosque *HA*, natos *deleto* que *E*, notosqꝫ *PB Ald.*, *unde* natosqꝫ *corr. ε* 370 incolomes *B* 371 petunt] serunt *Schraderus* extendere *Eε*, *unde conieceris* mox tendere longos] *ex* longes *corr.* P^1 372 flexus *EεH*, amplexus *q* insperatuqꝫ *B* 373 decrescere] descere *P*, *sed corr.* 374 redeuntida *P* 376 inmensa *VHB*, immissa *Isengr. mg.* saltus *EmεVPC*, siluas *q* 377 atonitos *H* 378 rarusqꝫ P^1, *corr.* P^2; *ad* raros *comparentur* rara retia *Stilich. III 292*

Contrahit anfractus et hiantes colligit oras).
Excludunt alios. Cingi se fervidus ille
Nescit adhuc graviterque adprensa veste morantem
Increpat Augustum: scandat sublime tribunal,
Participem sceptri, socium declaret honoris —
Cum subito stringunt gladios; vox desuper ingens
Infremuit: 'Nobis etiam, deterrime, nobis
Sperasti famulas imponere posse catenas?
Vnde redi nescis? Patiarne audire satelles,
Qui leges aliis libertatemque reduxi?
Bis domitum civile nefas, bis rupimus Alpes.
Tot nos bella docent nulli servire tyranno'.
    Deriguit. Spes nulla fugae. Seges undique ferri
Circumfusa micat; dextra laevaque revinctus
Haesit et ensiferae stupuit mucrone coronae
Vt fera, quae nuper montes amisit avitos
Altorumque exul nemorum damnatur harenae
Muneribus, commota ruit; vir murmure contra
Hortatur nixusque genu venabula tendit;
Illa pavet strepitus cuneosque erecta theatri
Respicit et tanti miratur sibila vulgi.
    Vnus per medios audendi pronior ense
Prosilit exerto dictisque et vulnere torvus
Impetit: 'Hac Stilicho, quem iactas pellere, dextra
Te ferit; hoc absens invadit viscera ferro.'

382 *(cf. 18, 311) Alc. Aviti c. IV 385:* linquit sublime tribunal. 384 *cf. Venanti Fortun. vitae Mart. II 246 sq.* 400 sqq. *cf. Hieronymus epist. 60, 16 (anni 396):* Ruffini caput pilo Constantinopolin gestatum est *(cf. v. 435)* et abscissa manus dextra ad dedecus insatiabilis *(cf. v. 498)* avaritiae ostiatim stipem mendicavit *(cf. v. 437).* 401 *Orestis trag. 724:* exertum .... ensem.

384 *Silii Ital. X 102:* Cum subitus galeae fulgor. 389 *Statii silv. I 1, 80:* Tu civile nefas. 391 *Verg. Aen. IX 129:* nec spes ulla fugae. *ibid. III 45:* ferrea .. Telorum seges. 396 *Lucani IV 708:* fatalis harenae Muneribus.

379 hiantes] *ex* biantes P^1, hyantes H^1, ł tia H^2 horas BH^1, ł ora H^2. *V. 380 totus partimque etiam vv. 381—384 abscissi in V; rest. m. rec.; v. 381 praeter* Nesci *et v. 382 praeter* Increpat augu *scr. m. rec., eadem v. 383* clarat honoris, *v. 384* super ingens 380 Excludit *B* emgi P^1, cingi P^2 feruidus] perfidus *H* 381 que] *om. B* adprensa *PC*, apprehensa *H*, appressa *B* uelle *P* 382 Augustum] Arcadium *Isengr. mg.*, Archadium *Cuiac. vetus, cf. notata ad v. 366* scandat ł i H^1, *ut vid.* 383 declaret *BAH* ł a H^2, declarat (*VC*, *sed a alterum* C^2; *fuit* e; declarat *P*, declaret *corr. m. 1* 385 etiam *P*, iam *iterum in mg.* P^1 teterrime ς *fere unus, item Heinsius* 386 inponere *VHB* 387 redi *Ald.*, redii *explicat* ε, redi BAV^2, redii $V^1\varphi$ auchre P^1, audire P^2 388 legẽ *B* alias *H* 389 domitum ti *in ras.* H^1, domui V^1, domitum V^3 rumpimus H^1 391 Deriguit V^1C, Dirrigunt *A*, Diriguit A^1 *vel E*, $V^3\varphi$; *cf. Pacati pan. 19:* diriguit in mortem, *item Manilii V 571, Aviti c. II 390; sed* Deriguit *omnes melioris notae manuscripti apud Vergilium Aen. III 260* 392 dextraq; *H* 393 mucrone] rumore *Jeepius; Buechelerus explicat: „corona universa quasi unus est mucro cuneato acumine"; ego* mutata coronae *conieci coll. Eutrop. II 518:* mutati stupuere, *ut in* mucrone *illud* crone *per dittographiam ex* coronae *ortum sit quod sequitur; similiter Claudianus scripsit:* inania caeli, prospera fati, *alia; cf. Trumpius p. 14* 394 quae] q̃ *H* nuper montes *Eω*, nuper quae montes *B*, quae *ante* nuper *transpos.* B^1 amisit V^1CH, dimisit $V^3\varphi$ auitos] o *ex* a *corr.* P^1, amicos *M* 396 Muneribus H^1P^2A, Uerberibus $EmVP^1CH^2$, Vulneribus *B*; *cf. Lucanum* comota *B* uir V^3, vix V^1 397 Hortatur] *novo sensu pro* irritat; *temptavi* Conatur; *cf. quae habet Georges lex.⁷ p. 1398* geni *P* 398 th^e^atri V^1, teatri *P* 399 Respicit EV^1C, despicit $V^3\varphi$, Dispicit *vetus Cuiacii* sibila] murmura *B* 400 audiendi *P* pronior] promptior ς, *Heinsius* 401 Prosulit *P* exerto *Emω*, erecto *expl. gloss. in H; idem Burmannus proposuit, frustra* que] *om. B* uulnere] lumine *ed. Camertis in mg.* toruus *H*, tor *iteravit* H^2 402 Impetit *V*, Apetit P^1, Appetit AHP^2BA, Adpetit *C*, Hac petit ς *fere unus* destra *A* 403 uiscera] pectora *B*

Sic fatur meritoque latus transverberat ictu.
Felix illa manus, talem quae prima cruorem
Hauserit et fessi poenam libaverit orbis!
Mox omnes laniant hastis artusque trementes
Dilacerant; uno tot corpore tela tepescunt
Et non infecto puduit mucrone reverti.
Hi vultus avidos et adhuc spirantia vellunt
Lumina, truncatos alii rapuere lacertos.
Amputat ille pedes, umerum quatit ille solutis
Nexibus; hic fracti reserat curvamina dorsi;
Hic iecur, hic cordis fibras, hic pandit anhelas
Pulmonis latebras. Spatium non invenit ira
Nec locus est odiis. Consumpto funere vix tum
Deseritur sparsumque perit per tela cadaver.
Sic mons Aonius rubuit, cum Penthea ferrent
Maenades aut subito mutatum Actaeona cornu
Traderet insanis Latonia visa Molossis.
Criminibusne tuis credis, Fortuna, mederi
Et male donatum certas aequare favorem
Suppliciis? Vna tot milia morte rependis.
Eversis agedum Rufinum divide terris.
Da caput Odrysiis, truncum mereantur Achivi.
Quid reliquis dabitur? nec singula membra peremptis
Sufficiunt populis.
Vacuo plebs undique muro
Iam secura fluit; senibus non obstitit aetas
Virginibusve pudor; viduae, quibus ille maritos
Abstulit, orbataeque ruunt ad gaudia matres
Insultantque alacres. Laceros iuvat ire per artus

407 *cf. Orestis trag. 728.* 426 *Orestis trag. 478:* solvat adulter Tot poenas quot membra gerit.

404 *Verg. Aen. VI 1:* Sic fatur; *ibid. X 484:* transverberat ictu. *Silii It. IX 593:* transverberat ense. 410 *Ennius annal. 510 M.:* Oscitat in campis caput a cervice revulsum Semianimesque micant oculi. 414 *Lucani I 622:* pulmonis anheli Fibra patet. 416 *Ovidi met. III 237:* Iam loca vulneribus desunt. 417 *Iuvenalis III 259:* quis membra . . . invenit? obtritum . . . perit omne cadaver. 427 *Lucani III 80:* non confluit usquam Obvia turba. 431 *Verg. Aen. II 27:* invat ire *eqs. Luc. II 177:* laceros artus.

404 fatur *Eω* meritumqꝫ *EV*¹*P*, meritoqꝫ *V*²*q* transuerbera *H*¹, t *add. H*² 406 litauerit *C*, librauerit *Aq*; lil (*voluit* lib, *scr. et rursus del., deinde* liuauerit *add. Em*ᵇ libauerit *ς* 407 laniant *V*¹*P*, fodiunt *V*³*q* trementes *EmV*¹*q*, nefandas *V*³, nefandos *B* 408 Dilacerant *AVP*, Dilaniant *q* tela *AVPA*, pila *CHB* tapescunt *V*¹, *corr. V*¹ *vel V*² 410 Hi *V*¹, Hii *V*²*HB* uultus auidos] rauidos uultus *(sic) E*, rabidos uultus *ε*. *Conicio* uiuos uultus *vel* uultus uiuos, *quamquam* auidos uisus *Lucretius I 36* spirantia] spectantia *Schraderus* 411 trucatos *V*¹, *corr. V*² 412 umerum *E*, humerum *ω* 413 reserat] resecat *M* 414 iecur] i *ex corr. P* fibras cordis (b a) *C (corr. m. 1)* 415 non *V*³, nunc *V*¹ 416 odiis] d *ex corr. P* funere *V*¹, corpore *V*³ uix tum] *A*, *item H*¹, *sed* ix tum *in ras.*, uixtum *P*²*M*², uictor *EmεV*¹, uix tunc *V*³, vix tam *B*, uictum *P*¹*C* uixdum *Heinsius* 417 perit *EmV*¹*PC*, cadit *V*³*q* 418 pentea *B* ferrent] nt *ex corr. H* 419 Maenades *C*, Menades *q* aut] ac *V* acteona *VPCHB* cornu *Emω* 420 uisa *EmB*, uirgo *q* molosis *HB* molosis *ex* molassis *corr. P*¹ 421 que] *om. B* credis] *in ras. H*¹, speras *EmC* 422 certas *EmVP*¹, credis *C*, speras *P*²*BA*, *item H*¹, *sed in ras.* furorem *H*¹, fauorem *H*² 424 euersis *P*², Suersis *P*¹ *Ad v. 424 adn. Em:* „hic uersus deest in antiquo *B*" *VV. 424 et 425 toti partimque vv. 426—429 abscissi in V, rest. m. rec.* = (*V*) 425 Dat (*V*)*A* capud *H* odrysiis *C*, othrisiis *A*, otrisiis *Aq*, *sed in P* t *ex corr. V. 426 praeter* ingula membra peremptis *m. rec. V* nec] ne *C*¹, c *add. C*² perempti *C* *V. 427 usque ad* uacu *m. rec. in V* Sutfucinnt *C*, Sufficiant *Heinsius* undique] obuia *EmεVP* 428 Iam secura f *m. rec. in V* fluit] ruit *HAB* ostitit *P* 429 Vir *m. rec. in V* 431 que] *om. V* laceros] uacuos *AH ubi schol. explicat:* a uita

Pressaque calcato vestigia sanguine tingui.
Nec minus adsiduis flagrant elidere saxis
Prodigiale caput, quod iam de cuspide summa
Nutabat digna rediens ad moenia pompa.
Dextera quin etiam ludo concessa vagatur
Aera petens poenasque animi persolvit avari
Terribili lucro vivosque imitata retentus
Cogitur adductis digitos inflectere nervis.
    Desinat elatis quisquam confidere rebus
Instabilesque deos ac lubrica numina discat.
Illa manus, quae sceptra sibi gestanda parabat,
Cuius se totiens summisit ad oscula supplex
Nobilitas, inhumata diu miseroque revulsa
Corpore feralem quaestum post fata reposcit!
Aspiciat quisquis nimium sublata secundis
Colla gerit: triviis calcandus spargitur ecce,
Qui sibi pyramidas, qui non cedentia templis
Ornatura suos exstruxit culmina Manes,
Et qui Sidonio velari credidit ostro,
Nudus pascit aves. Iacet en, qui possidet orbem,
Exiguae telluris inops et pulvere raro
Per partes tegitur nusquam totiensque sepultus.
    Senserunt convexa necem tellusque nefandum
Amolitur onus iam respirantibus astris.
Infernos gravat umbra lacus. Pater Aeacus horret
Intrantemque etiam latratu Cerberus urget.
Tunc animae, quas ille fero sub iure peremit,

440 sqq. *Hieronymus l. l. post Rufini mortem memoratam:* non calamitates miserorum, sed fragilem humanae conditionis narro statum.

441 *Corn. Severus apud Senecam suas. 6, 26:* nec lubrica fata deosque Respexit. 446 *Senecae Thyestae v. 615:* Nemo confidat nimium secundis. *Ceterum Pacatus pan. Theod. c. 45:* quisquis imponere capiti diadema meditabitur, avulsum humeris Maximi caput et sine nomine corpus aspiciat. 448 *Iuvenal. XIV 89:* culmina villarum ... vincens ... Herculis aedem. 451 *cf. Horati c. I 28, 3* 455 *Luc. V 355:* Amolitur onus. 456 *Ita Aeacus cum Cerbero coniunctus apud Lucianum de luctu 4.* 458 sq. *Verg. Aen. VI 486:* Circumstant animae. *Ceterum ad rem cf. Iuvenal. II 156 sq.; Senecae apotheos. fin.*

432 collato *B* tingi *BA*, tingui *Eq* 433 munus *P* ad siduis *P* ass. *q* flagrant elidere *Em, item* flagrant V^1PC, certant V^3q illidere *B* 435 Nutabat *H, sed* ntabat *in ras.* H^1 *post* rediēs *ras. H; item* ad *in ras.* H^1 436 quin *Emω* concessa V^3, congressa V^1 437 Aera *(sic)* *V* poenas] fraudes *Em* V^1C, penas V^3q alumni *B* 438 que] qз *P, sed hamulum m. 2 in ras.*, que *om. V* īmitata *PB* retentus] receptus *Iscnyr. my.* 439 adductos digitis *VP*, adductis digitis (o *supra*) H^1 neruis] neruos *VP* 441 ac] et *E* discat] dicat V^1, dicat *ex* discat *radendo P*, discat V^3, distat *A* 442 quae] *ex* qз *corr.* P^1 gestada *B* 443 Cuius *Eω* se] ad *B* submisit *B* ad] *om. B* suppel *(sic fere) P* 444 Nobilitas] Notabilis *P, sed corr.* miseraqз *A* 445 reposcit *V*, repsit *B*, poposcit *q* 446 quisquis EV^1P, nequis V^2q 447 gerit EV^1P, gerat V^3q triuiis] rebus V^1P^1, triuiis V^3P^2 sparg (ur *supra*) *H* 448 Quiṣ *P* piramidas *PH*, pyramides V^3, piramides *B*, pyramidas V^1q 449 instruxit *C* 450 Et] *velim* En *collato v. 451* credidit $ACBV^2P^2H^2$, creditus $V^1P^1H^1A$ ostro] *ex* ostra P^1 451 en] heu *A*, u *in* n *mut. E* (= hen, *voluit* en) 452 Exugue *P* inobs *P* puluere] re *ex* ri *corr. vid.* H^1 453 tegitur] teritur *P, sed corr.* 455 Amolitur EV^2, Emolitur V^1q; *cf. Lucani exemplum* honus *H*, homus *B* 456 eacus *VPCHB* 457 etiam] *sat otiosum;* inhians *conieci (cf. e. g. Verg. georg. IV 483): nisi malis* ater latratu] u *ex* a *corr. P (m. 1?)* urguet *B*, arcet *Burmannus* 458 fero] ferox *B* iura *B*

Circumstant nigrique trahunt ad iudicis urnam
Infesto fremitu: veluti pastoris in ora
Commotae glomerantur apes, qui dulcia raptu
Mella vehit, pennasque cient et spicula tendunt
Et tenuis saxi per propugnacula cinctae
Rimosam patriam dilectaque pumicis antra
Defendunt pronoque favos examine velant.
Est locus infaustis quo conciliantur in unum
Cocytos Phlegethonque vadis: inamoenus uterque
Alveus: hic volvit lacrimas, hic igne redundat.
Turris per geminos, flammis vicinior, amnes
Porrigitur solidoque rigens adamante sinistrum
Proluit igne latus; dextro Cocytia findit
Aequora triste gemens et fletu concita plangit.
Huc post emeritam mortalia saecula vitam
Deveniunt. Ibi nulla manent discrimina fati.
Nullus honos vanoque exutum nomine regem
Proturbat plebeius egens. Quaesitor in alto
Conspicuus solio pertemptat crimina Minos
Et iustis dirimit sontes. Quos nolle fateri
Viderit, ad rigidi transmittit verbera fratris:
Nam iuxta Rhadamanthys agit. Cum gesta superni

468 *Sidon. ep. III 13:* Stygii vice paludis volvunt lacrimas per tenebras.

460 sq. *cf. Stat. Theb. X 574 sqq.* (pastor rapturus . . . apes . . . in ora volant); *Verg. VI 311:* glomerantur aves. *Adde Verg. Aen. XII 585 sq.* 464 *Verg. georg. IV 45:* rimosa cubilia. 466 sqq. *Cf. Platonis Axiochi p. 371 B sq., Homeri Od. κ 512 sqq., Verg. Aen. VI 548 sqq.* 467 *Verg. georg. IV 479:* Cocyti . . . . inamabilis unda. 469 *Verg. Aen. VI 554:* stat ferrea turris *eqs.; 552:* solidoque adamante columnae. 476 *Verg. Aen. VI 432:* quaesitor Minos. *Senecae Herc. fur. 731:* alta sede quaesitor sedens. (et seq.)

459 nigrique] qȝ *ex* quae *corr. P*, Stygiique *Heinsius* trahūt *P* 461 Collecte *H*, Commotae *Eq* raptu] u *in ras.* V^1, raptim *excerpta Voss.* 462 uehit *AVC*, trahit *q*: trahere *iam extat v. 459* pinnasqȝ EC^1, pinasqȝ P^1, penasqȝ *B*, pennasqȝ P^2C^2q scient *H* *Post v. 462 inserti in H versus Ruf. II 55—115 (cf. supra), deinde iterati v. 460—462, et quidem hic quoque scr. est v. 461* Collecte, *v. 462* trahit, *deinde* scient 463 tenius *B* cinctae] i *rad. ex* u *corr. V*, cīcte *P (h. e.* cūcte *ex* cincte *corr.)* cinte *B*, iunctae *Heinsius; sed* cinctae *idem quod „ad militiam paratae"* 464 pumicis] punicis *AA* 465 Deffendunt *P* pronosque *B*, pronosque H^1 *corr.* uelant] uallant *Heinsius* 466 quo] qua *CH* conciliatur *A*, *corr.* A^1 *vel E* 467 Cocytus *A*, Cocytos *PCA*, Cocython V^1, cochitus V^3HB flegetonqȝ *APHB*, flegethonqȝ *C*, Phlegetonqȝ *ε*, phletethonqȝ V^1, *corr. m. rec.* utrique *Heinsius* 468 Aluens] *suppl. m. rec. in V*, Alues P^1, *corr. m. 2* (lacrimis *E*) 469 flammis] saxis *Koenigius; sed Phlegethonti quam Cocyto aliquanto vicinior turris fingitur* 470 sinistrum *E*, sinistra † o H^1, sinistro *q* *V. 471 om. H, add. in mg.* H^1 dextro] *ita V, sed* o *ex* a *corr. vid.* dextraqȝ *BA*. qȝ *del. E*, dextra *q* cochinia *B*, ɔchīnia *H*, cocytia *Eq*, coc̄ya *P*, *corr. in mg. m. 1* findit *VC*, fundit *q*, fundit *ex* findat *corr.* P^1, findit *iterum* P^2 472 et fletu *ex* infletu *(?) corr.* H^1 fletu] $HBAV^2P^2$, fluctu $Em\varepsilon V^1P^1C$; plangit *pro* tundit *dictum est sicut in falso Ovidio heroid. 19, 121:* planguntur litora fluctu; *itaque* concita *ad* aequora *referas.* 473 mortalia i *ex* e *corr.* P^1 474 ibi *Eω, sed ex* in *corr.* H^1 475 honos *EVPC*, honor *q* excitum † exutum H^1 476 Proturbat V^1C, Pe͛turbat *A*, *sic corr. E: id est* Preturbat, Perturbat V^3BA, ꝑturbat *ex* Proturbat *corr.* P^1, Perturbat *H*, *sed* Per *ex* Pro *(?) corr. m. 2* plebeus *H* 477 pertemptat V^1, permutat V^2, praetentat *M*, praesentat *Barthius*, perpensat *Burmannus*, pertrectat *ego* 478 q̊uos *(sic) B* 479 Viderit] *om.* V^1 rigidi] mala mox *Ald.*, rigidi *substituit ε*, mali mox *A*, *pro* mali *substituit* rigidi *Em*, mox *non tetigit*, mala mox $BHAV^1$, *sed* mox *ex corr.* V^1, *scripserat* nic, *dein eras. 3 litt.*, Viderit ad sena *add.* V^2, mala *(om.* mox*) PC*, mox *add. in mg.* P^1, *et quidem P ita:* ᵇAd mala ᵃuiderit transmittat *B* 480 rhadamanthys V^1, rada mantus (u *ex* i *corr.*) P^1, rhadamanthus EV^3CA, radamatus (a *ultimum ex corr.*) *H*, rodamantus *B* cum gesta *Eω*

Curriculi totosque diu perspexerit actus,
Exaequat damnum meritis et muta ferarum
Cogit vincla pati. Truculentos ingerit ursis
Praedonesque lupis; fallaces vulpibus addit.
At qui desidia semper vinoque gravatus,
Indulgens Veneri, voluit torpescere luxu,
Hunc suis inmundi pingues detrudit in artus.
Qui iusto plus esse loquax arcanaque suevit
Prodere, piscosas fertur victurus in undas,
Vt nimiam pensent aeterna silentia vocem.
Quos ubi per varias annis ter mille figuras
Egit, Lethaeo purgatos flumine tandem
Rursus ad humanae revocat primordia formae.
    Tum quoque, dum lites Stygiique negotia solvit
Dura fori veteresque reos ex ordine quaerit,
Rufinum procul ecce notat visuque severo
Lustrat et ex imo concussa sede profatur:
    'Huc superum labes, huc insatiabilis auri
Proluvies pretioque nihil non ause parato,
Quodque mihi summum scelus est, huc improbe legum
Venditor, Arctoi stimulator perfide Martis!
Cuius ob innumeras strages angustus Averni
Iam sinus et plena lassatur portitor alno.
Quid demens manifesta negas? En pectus inustae
Deformant maculae vitiisque inolevit imago
Nec sese commissa tegunt. Genus omne dolorum

493 *Corippi Iust. III 77:* antiquae repetit primordia formae.

483 sqq. *de ista metempsychosi cf. quae composui „de Senecae apocolocyntosi" eqs. p. IV sqq.; improbabant eam Neoplatonici, cf. Zellerum V p. 655. 813.* 491 *cf. Verg. Aen. VI 748* (ubi mille rotam voluere per annos *eqs.*). *Sil. XIII 558:* mille peractis . . . lustris; *Platonis Phadr. p. 343. Ceterum Ovidius met. XV 172:* in varias . . . figuras. 498 *Stat. Theb. VIII 34:* Quae superum labes. 505 *Lucianus in Tyranno 21:* ἐμφανῆ στίγματα ἐπὶ τῆς ψυχῆς περιφέρει. *Livius III 58:* inustam maculam.

481 totosque] notosque *Heinsius parum apte; fort. pro* diu *legendum* deus *vel* simul prospexerit *B*, perspexerit *Eq* 484 addit] indit *L. Reinhardt*, abdit *doctus nescio quis* *V. 484* (uulpibus addit) *abrumpitur carmen in P; reliqua repetit P fol. 6r post praef. Nupt. Hon.* 485 semper V^1, semperq; *B*, sompno V^3, *unde* somni *Heinsius* *V. 486 spurium dixit Heinsius; praefero* Indulgens Ueneri, solitus torpescere luxu 487 inmunde *HB*, in mundi *PV*, immdi *E*, immundi *εq* pinguis *E* 488 locax *P* 489 fertur] r *in fine ex corr.* P^1 uicturus] *fere abundat; malim* taciturnus 490 nimiam] mutuam *B* pensent] t *in ras.* C^1 scilentia *P* 491 Quos] Hos *E*, Quos *Ald., quod non del. ε, supra scribens* hos ubi *H*, b *in ras.* uarias *ε* V^1, uarios *A* V^3q annis termille Em^b, annis ter mille *ε*, annis per mille V^1, annos per mille V^3q (an nos *P*, amnes *B*) 492 letheo *V*, letheo *CBH* flumime *H*, flamine *P* 493 premordia *A* formae] flamme V^1P^1, uite V^3, forme V^2P^2q 494 littes *A* stigiiq; *PCHBA* 495 Dura] Dū *B* reus P^1, reos P^2 496 Ruffinum *H* notat P^2, nonat P^1 497 imo *Emω* 498 labes *Emω* auri] *ex* amor *corr.* P^1 499 Preluuies *C* parato] peracto *H* 500 inprobe *VPH* 501 arctoi *CA*, arctori *A*, arcthoi V^3P^2, artoi *B*, arthoi *H*, et seui V^1P^1, *unde pro* arctoi *coniecceris falso scriptum fuisse* ac torui stimulator] simulator *B*, *corr.* B^1, uel dilator *add.* P^2 pifide H^1 502 Cuius *Eω* ob] *ex* ab *radendo P* 503 sinus *Emω* pleno H^1, plena H^2 lasatur *B* portior *H* 504 Qui *H* demens V^3, deinceps V^1, demum *Heinsius* negas] *om. B* inuste *ex* iniste *corr.* H^1 *V. 504 post 505 collocat B, corr.* B^1 505 Conformant *P* uitiisque] uicii^s q; H^1, uitiique *Heinsius;* que *om. B* inoleuit *C*, uit *in ras.* C^2 506 comissa *V* dolorum P^1, malorum P^2

In te ferre libet: dubio tibi pendula rupes
Immineat lapsu, volucer te torqueat axis,
Te refugi fallant latices atque ore natanti
Arescat decepta sitis dapibusque relictis
In tua mansurus migret praecordia vultur.
Quamquam omnes alii, quos haec tormenta fatigant,
Pars quota sunt, Rufine, tui! Quid tale vel audax
Fulmine Salmoneus vel lingua Tantalus egit
Aut inconsulto Tytios deliquit amore?
Cunctorum si facta simul iungantur in unum,
Praecedes numero. Cui tanta piacula quisquam
Supplicio conferre valet? quid denique dignum
Omnibus inveniam, vincant cum singula poenas?
Tollite de mediis animarum dedecus umbris.
Aspexisse sat est. Oculis iam parcite nostris
Et Ditis purgate domos. Agitate flagellis
Trans Styga, trans Erebum, vacuo mandate barathro
Infra Titanum tenebras infraque recessus
Tartareos nostrumque Chaos, qua noctis opacae
Fundamenta latent; praeceps ibi mersus anhelet,
Dum rotat astra polus, feriunt dum litora venti.'

507—510 *ex Verg. Aen. VI 597—602* (silex . . lapsura . . imminet). 510 *Amm. Marcell. XVIII 7, 9:* arescunt omnia siti perpetua. *Tibulli I 4, 20:* arenti . . . siti (sitis arida *Lucret. II 662, Ovidi met. II 130*).

507 ferre] scire *cod. Barthii* libet *Eω* rupes] r *hasta longiore C* 508 Immineat *CH* lapsu *Eω* uoluc̄ *H* axis] aris *A* 509 fallant] ut *ex corr. H*[1], ludant *A* 510 decepta *H*[1], temptata *H*[2] dapib3 relictisq3 *B, corr. B*[1] 512 alii] *ex* aliter *corr. V*[1] 513 sint *AV*[2]*H*[2], sunt *V*[1]*H*[1]*q* tui] i *ex* e *corr. B*[1] rufine] fi *in ras. H* 514 Fulmineus, *sed* us *eras. V*, Flumine *P* salmonius *C* linga *V* egit] eger *A* 515 inconsulto *E*, incósulto *ε*, inconceso *H*, inconcesso *q* tytyos *V*, tycios *P*, tityos *EmC*, ticios *H*, o *in* u *mut. H*[1], tici⁹ *B*, tityus *A* deliquid *B* 516 fata *A*, fa^c ta *H*[1] iungamus *E* 517 Precedes *H*, s *add. H*[2] numero *V*[1], numerū *V*[2] cui *V*[3], quo t cui *H*[1], quo *V*[1]*q* 518 confierre *H*[1] ualet] *in ras. H*[1] 519 Omnibus inueni *in C iterarit m. 3* quum *E* poenas] penis *P, sed corr. m. 1* 521 sat *C*, at *iterarit C*[3] *vel C*[2] 522 Ditis] *ex* Dites *corr. V*[1] purgate] pur *ex* pro *corr. P*[1] 523 stiga *PHB* strans *P* herebum *VPCHB* (baratro *Ald.*, h *add. Lirin.*, *vix ε*) b^a ratro *V*[1], bāthro *A* 524 tytanum *CHV* tenebras] latebras *ς* 525 Tartareo^s *H*[1], tartareos *C*, t *alterum iterarit C*[3] nostrumque] *in ras. H*[1], urm *ex* nrmq3 *corr. P*, nastumque *Burmannus;* ipsumque (ipmq3) *ego* qua noctis opacę *EmεVPC*, qua ditis opaci *A* quo ditis opaci *B*, quo ditiss opace *H* 526 Fundamenta *C*, u *iterarit C*[3] praeceps *V*[1]*P*, preceps *Em*, penitus *V*[2]*C*, penitusq3 *q* ibi mersus] immersus *M* anhelet *V*, anelet *PH* *V. 527 om. V* rotat] rotet *ς* feriunt] feriant *ςB?* *Subscripsit Em:* In antiquo *B.* sequitur Liber In Eutropium. Semiferos artus etc et hoc eligidion *(dicit praefationem „Pandite")* ~~eum librum~~ *(sic)* praecedit librum Iam post domitas etc. — *Sequitur in V nullo spatio intermisso de Nuptiis Hon. praef. 17—22* (Tum phebus . . . ossa thetim), *deinde c. de Nuptiis.* — Claudiani in Rufinum Liber seds explicit. Incipit in Eutropium Liber Primus *C*

DE BELLO GILDONICO

LIBER I.

Editus a. 398.

(XV.)

Redditus imperiis Auster subiectaque rursus
Alterius convexa poli. Rectore sub uno
Conspirat geminus frenis communibus orbis.
Iunximus Europen Libyae. Concordia fratrum
Plena redit. Patriis solum quod defuit armis.
Tertius occubuit nati virtute tyrannus.
Horret adhuc animus manifestaque gaudia differt.
Dum stupet et tanto cunctatur credere voto.
Necdum Cinyphias exercitus attigit oras:
Iam domitus Gildo. Nullis victoria nodis
Haesit, non spatio terrae, non obice ponti.
Congressum profugum captum vox nuntiat una
Rumoremque sui praevenit laurea belli.
Quo, precor, haec effecta deo? Robusta vetusque
Tempore tam parvo potuit dementia vinci:
Quem veniens indixit hiems, ver perculit hostem.

---

4 (*Prudentii c. Symm. II 490:* Europam Lybiamque). 16 *Orestis trag. 191:* qui perculit hostem.

---

4 *Lucani IX 1097:* Concordia mundo Nostra perit. 5 *Ovidi am. II 6, 13:* Plena fuit . . . concordia. *Lucani IX 1017:* quod solum defuit armis. 7 *Statii Theb. VIII 108:* Horret adhuc animus. *Hieronym. epist. 60, 16:* Horret animus. *Ovidi met. IV 350:* gaudia differt. 8 *ibid. VIII 150:* stupet haec et credere Adrastus Cunctatur. 10 *Verg. Aen. XI 289:* victoria Graium Haesit. 11 *Verg. Aen. X 377:* obice pontus. *Lucani X 246 (Valerii Flacci I 702):* obice ponti. 13 *Mamert. genethl. Max. 8:* quae vos conata est praevenire famam praevertistis. *Ausonii grat. act. 82:* ipsam . . . famam facias tardiorem.

Incipit de bello gild liber I *V*. *De P vide p. 33.* Incipit de bello gildonico felicil̄ *C*. *Inscriptio deest in q. Lectiones E hoc in libro desiderantur neque ideo lectiones A enotabuntur.*

1 Redditus] Perditus *V*, *sed* P *in* R *mut.* *V*¹, edditus uel subditus *P (add. m. 2?)* imperiis *P* 2 Alterius *VH*, Alte rius *C*, Alternis *PA*, Alterni *B* connexa] u *incertum A*, cōnexa *P* 3 Conspirat *V*, Conspirant *q* geminus *V*, geminiṣ *P*¹, gemini *q* orbis *V*, orbes *q*, sed orb̄, *deinde* es *add.* *P*¹ 4 europen *VP*, europā *CH*, ęuropam *BA* lybiae *VC*, libie *PBH* 5 redit (r *ex corr. m. rec.*) *B* patris *P* solum quod *VPC*, quod solum *q* 6 tiranni *B* 8 noto] u *in ras.* *H*¹ 9 Necdum] dum *supra scr.* *V*, Nondum *H* cyniphias *A*, cynifias *VH (ita* cynips *Vaticanus Pomp. Melae I 37)*, cinifias *PB* horas *BH* 10 gildo] *ex* gelido *corr.* *P*¹ 11 Hesit (H *partim in ras.*) *H* terre spatio *HBA* non] nec *B* 13 belli] belli uel mundi *P (add. m 1?)*, mundi *C*, noti *H* 14 effecta *AH*² *V*, *sed* e *V*², effeta *P*¹, c *add.* *P*², effecta *ex* effata *corr.* *C*, effata *H* 15 clementia *PA*, *id quod explicant glossatores:* deorum erga Romanos; dementia *fort. e* clementia *corr.* *H*¹ *(non planum)* 16 induxit *VPH*, indixit *q* pertulit *PB*, pterit ε, *volens* proterit; perdidit *V*², perculit *V*¹*q*, reppulit *Heinsius*

Exitium iam Roma timens et fessa negatis
Frugibus ad rapidi limen tendebat Olympi
Non solito vultu nec qualis iura Britannis
Dividit aut trepidos summittit fascibus Indos.
Vox tenuis tardique gradus oculique iacentes
Interius; fugere genae; ieiuna lacertos
Exedit macies. Umeris vix sustinet aegris
Squalentem clipeum; laxata casside prodit
Canitiem plenamque trahit rubiginis hastam.
Attigit ut tandem caelum genibusque Tonantis
Procubuit, tales orditur maesta querellas:
'Si mea mansuris meruerunt moenia nasci,
Iuppiter, auguriis, si stant inmota Sibyllae
Carmina, Tarpeias si necdum respuis arces:
Advenio supplex, non ut proculcet Araxem
Consul ovans nostraeve premant pharetrata secures
Susa, nec ut rubris aquilas figamus harenis.
Haec nobis, haec ante dabas; nunc pabula tantum
Roma precor. Miserere tuae, pater optime, gentis.
Extremam defende famem. Satiavimus iram
Si qua fuit; lugenda Getis et flenda Suebis
Hausimus. Ipsa meos horreret Parthia casus.
Quid referam morbive luem tumulosve repletos
Stragibus et crebras corrupto sidere mortes
Aut fluvium per tecta vagum summisque minatum
Collibus? Ingentes vexi summersa carinas
Remorumque sonos et Pyrrhae saecula sensi.

21 sqq. *cf. Sidon. VII 46 sqq.* 31 *Sidon. II 440 sq.* (non ut . . . Araxes *eqs.*) 32 *Corippi Iust. IV 101:* consul ovans.

19 *Ovidi ex Ponto III 3, 13:* Stabat Amor vultu, non quo prius esse solebat. 22 *Silii Ital. II 465:* lumina retro Exesis fugere genis. 28 *cf. Ennius Annal. v. 423 M.* 41 vagum *ex Horati c. I 2, 18.* 43 *Horati c. I 2, 6:* saeculum Pyrrhae.

17 Exicii *CHA* 18 rabidi *B* olimpi *VPHB* 19 uultu] uisu V^2*HA*, uultu V^1*q* nec] non *H* 20 trepid^os (s *minus plane*) *P* submittit *CHB* fascibus] legibus *H* 21 iacentes] lacertos *ex* iacentes *corr.* P^1, latentes ς 22 *interpunxi post* interius; *nam etiam apud Silium l. l. oculi sunt qui retro fugere. vixque interius fugere latinum est; Maximianus de senis oculis I 141:* velut inclusi caeco conduntur in antro; *schol. Iuvenal. 7, 128:* cuius oculus introrsus cedit ieiuna *V*, a *in ras.* V^2 23 Excedit *B (corr. m. rec.)* humeris *ω* 24 clypeum *C* lassata *CA* cuspide l casside H^1 25 Caniciem V^1 l es V^2, Caniciē// (*fuisse vid.* s) H^1 27 tales / *H*, talesque ς querelas *ω* loquelas *M* 28 meruerunt] meruissent *HA* 29 Iupiter *PH* immota *PC* sybillae *V*, sibille *HPB* 30 nondum *HB* respuis *εCP*V^2, respicis V^1, despicis *q* 31 Araxen] *edd.* araxem *εB*, *vetus Cuiacii*, oraxem *H*, oaxen *V*, oaxem *q* *v. 32 scr. m. rec. in V* nostraeue] nostreq; *P*, nostre ñ^c *B* faretrata *PC*, pharetra *B* *v. 33 praeter S initialem scr. m. rec. in V* Susa P^1, Sura P^2, fusa *B* ut] *om. C spat. vac. relicto;* in *BAH*, ut ł in P^1 *v. 34 inde ab* ante *scr. m. rec in V* 35 er optime gentis *suppl. m. rec. in V* 36 satiauimus] ui *in ras. C* mus iram *scr. m. rec. in V (comparet scriptum fuisse aliquid antea)* 37 gethis *HB* sueuis *ω*, *sed* uis *m. rec. V*, sue^i us *P*, *sed* i *postea additum (m. 1?); fuisse videtur* suetis 38 horreret] exhorret ε, horreret V^1, horret iam V^3, horrebat *B*, en horret *Heinsius* partia *P*, pa^r,thia *H* 39 morbiue] morbi ne *C*, morbiq; *B* tumulosue *H*, tumulosque *P*V^2*A*, cumulosq; V^1*CB*, cumulosue *restit.* B^1 repletos] os *ex* us *corr.* P^1 41 Aut *A*V^2, An V^1*q* fluuim (uim *in ras.*) *A* minatum V^1, minantem V^3*q* 42 summersa *C* subm. *q* 43 pyrrae *C*, pyrre *V*, pirrae *B*, pirre *PH*

'Ei mihi, quo Latiae vires urbisque potestas
Decidit! in qualem paulatim fluximus umbram!
Armato quondam populo patrumque vigebam
Conciliis; domui terras urbesque revinxi
Legibus: ad solem victrix utrumque cucurri.
Postquam iura ferox in se communia Caesar
Transtulit et lapsi mores desuetaque priscis
Artibus in gremium pacis servile recessi,
Tot mihi pro meritis Libyam Nilumque dedere,
Vt dominam plebem bellatoremque senatum
Classibus aestivis alerem geminoque vicissim
Litore diversi complerent horrea venti.
Stabat certa salus; Memphis si forte negasset,
Pensabam Pharium Gaetulis messibus annum.
Frugiferas certare rates lateque videbam
Punica Niliacis concurrere carbasa velis,
Cum subiit par Roma mihi divisaque sumpsit
Aequales Aurora togas. Aegyptia rura
In partem cessere novae. Spes unica nobis
Restabat Libyae, quae vix aegreque fovebat,
Solo ducta Noto, numquam secura futuri,
Semper inops, ventique fidem poscebat et anni.
Hanc quoque nunc Gildo rapuit sub fine cadentis
Autumni. Pavido metimur caerula voto,
Puppis si qua venit, si quid fortasse potenti
Vel pudor extorsit domino vel praedo reliquit.

62 *Ennodii 388, 87 (Vogl)*: spes unica. *Sidon. c. V 574:* spes unica rebus. 62—66 *Orest. trag. 311:* Spes una manebat . . . Has quoque . . . raptas. 67 sq. *cf. Merobaudis pan. Aetii 67 sq.*

44 *cf. Senecae Herc.* [Fur.] 269 (quo decidistis). 46 *Verg. Aen. II 88:* regumque vigebat Conciliis. 48 *Aristides paneg. Romae p. 325: τὴν ἴσην τε ἡλίου πορείαν εἶναι καὶ κτῆσιν ὑμετέραν καὶ τὸν ἥλιον διὰ τῆς ὑμετέρας πορεύεσθαι.* 55 *Lucani III 67:* complerunt horrea terrae. 60 *Ad* par Roma *cf. Hesychium apud Muellerum fragm. histor. IV p. 146 sq.: Πάτρια Κωνσταντινουπόλεως, ἴσην αὐτὴν τῇ πρώτῃ (sc. Romae) χρηματίζειν προστάξας.*

44 Ei] Hei *A*, Heu *CH* lacie *VB* urbisq; ε *VP*, ł or(bis) *add.* P^1, orbisq; *ς* potestas *C* 45 Recidit ς qualem] talem *H* fluximus] mu *in ras. C* umbram] *ex* unbram *corr. C* *v. 46 om. H* Armato ε, Armentis V^3, Armatis V^1*ς* quondam] *ex* quoneiam *corr. P* populo ε, populis ω patrumque] patriisque *M*, *cf.* regumque *in Vergilii exemplo* Armatis quondam populi patrumque uigebam Conciliis *Bentleius ad Hor. c. III 6, 20* 47 Conciliis *V*, Consciliis *B*, Consiliis *ς* domui] donum *B* urbesq; *H*, omneque V^1, hominesque V^3*ς* 48 uictrix] ctr *in ras. C*, uistrix A^1 *corr.* A^2 49 iura] rura *P* 50 et lapsi *CBH*, elapsi *ς* 51 Artibus *C* pacis] paris A^1, pardiis (?) A^2 seruire *Barthius* recessim P^1 52 lybiam *VC*, libiam *PBH* 54 alerem P^1, m *in* nt *mutavit m. 2, fort. m. 1*, alerent *ς*; *illud et ipse olim conieceram* 56 menphis *C*, mfis (f *ex* s *corr.?*) *P*, menfis *V* 57 pharium *CBA*, farium *H*, parilem VP^1, ferti(lem) P^2 58 certasse *B* 59 uelis] *hic sententiam claudit Mommsenus* cum subiit . . . . . cessere novae *in unam coniungens.* 60 subiit] *vetus Cuiacii, cod. Moreti apud Heinsium:* subit *B*, subito *VPCAM* par Roma εω 61 aurora *H* (a *ultimam in ras.* H^1) egiptia *VPHB* rura] iura ς 62 nouę *CA*, noue *H*, nothi *B*, nouam *VP* Spes] *pro ipsa dea rei frumentariae accipi potest* 63 Libyae] *A*, *item Buechelerus*, lybię *C*, lybie *V*, libie *PBH* *v. 63 spurium dixit Paul progr. a. 1866 p. 25:* Restabat Libye. Quae . . . . Noto. Numquam *eqs. pungendum censet Mommsenus* 64 Solo] o *altera ex corr. H* notho *VCBHP* 65 et anni H^2, in annum H^1 66 cādentes *B*, tis *rest.* B^1 67 Autumni *VC* metimur] mur *in ras.* H^1, metitur *AP* noto *C* 68 Pupis *P* 69 praedo *HB*, praeda *ς*, „ipse praedator“ *ad* „praeda“ *adscr. glossator in P* reliquid *P*

Pascimur arbitrio Mauri nec debita reddi,
Sed sua concedi iactat gaudetque diurnos
Vt famulae praebere cibos vitamque famemque
Librat barbarico fastu vulgique superbit
Fletibus et tantae suspendit fata ruinae.
Romuleas vendit segetes et possidet arva
Vulneribus quaesita meis. Ideone tot annos
Flebile cum tumida bellum Carthagine gessi?
Idcirco voluit contempta luce reverti
Regulus? hoc damnis, genitor, Cannensibus emi?
Incassum totiens lituis navalibus arsit
Hispanum Siculumque fretum vastataque tellus
Totque duces caesi ruptaque emissus ab Alpe
Poenus et attonitae iam proximus Hannibal urbi?
Scilicet ut domitis frueretur barbarus Afris,
Muro sustinui Martem noctesque cruentas
Collina pro turre tuli? Gildonis ad usum
Carthago ter victa ruit? Hoc mille gementis
Italiae clades impensaque saecula bello,
Hoc Fabius fortisque mihi Marcellus agebat,
Vt Gildo cumularet opes? Haurire venena
Compulimus dirum Syphacem fractumque Metello
Traximus inmanem Marii sub vincla Iugurtham,
Et Numidae Gildonis erunt? Pro funera tanta,
Pro labor! in Bocchi regnum sudavit uterque
Scipio. Romano vicistis sanguine Mauri.
Ille diu miles populus, qui praefuit orbi,
Qui trabeas et sceptra dabat, quem semper, in armis
Horribilem, gentes placidum sensere subactae,

82 *Sidon. II 530:* si ruperit Alpes Poenus. 83 sq. *Sidon. VII 130 sq.* (Collina fulmen pro turre cucurrit).

83 *Iuvenalis 6, 290:* ac proximus urbi Hannibal. 86 *Iuvenalis 6, 291.* 91 *Corn. Severus apud Senecam suas. 6, 26 fin.:* dire Syphax.

70 aribritrio *H* reddi] reddit *VP* 71 gandet(b) iactetꝗ(a) *H* (i *ex corr. signa transpositionis add. H*[1]) 72 famemque] amemꝗ *in ras. C* 73 fasti(u) *P* uu/lgiꝗ *P*[1] 74 Flectibus *A* fata] facta *A* 75 Romoleas *V* *v. 76—78 praeter ultima* euerti *scr. m. rec. in V* 76 annis *BA*, annos *H*, i *add. H*[1] 77 timida (*V*)*H* cartagine *BH*(*V*) 78 Iccirco *PC*, I ecirco *H* (*fuisse vid.* Idc.) contempta *εω* 79 Regulus hoc damnis *scr. m. rec. in V* canensibus *PH* emi *VP*, egi *ς* 80 Incassum *m. rec. in V* lituis *V*[1], laciis *V*[2] nonalibus *BP, sed corr. P*[1] 81 uastataque] u *ex corr. H; fuit* f *vel* fi tellus] *in ras. H*[1] 82 alpe] *ex* albe *corr. V*[1] 83 Penus *VHB* hanibal *B*, hāībal *P* 84 Silicet *H* affris *VBAH* 85 Mauro *HB* noctesque cruentas] *in ras. H*[1] 86 Collinam *V*[1], m *del. V*[2] pro] sub *H* tuli] tali, *sed corr. P*[1] gildoonis *V* 87 Carthago, C *ex* K *vel potius ex* R *corr. P*[1], Cartago *BH* ruit] fuit *HB* 88 Itabie *P*, ytalie *B* inpensaꝗ *VPBH* bello *VP* bellis *ς* 89 mihi *ε VPC*, simul *HBA* agebat *HA*, agebant *ς* 90 haurire uenena] *in ras. H*[1] 91 Conpulimus *B* syphacē *C*, siphacem *A*, Siphàcem *Ald.*; v *sic add. ε brevem vocalem indicaturus (item in mg.* uictumque Siphacem *ex Iuvenal. VI, 170 adscr. ε)*, syfacem *V*, sifacem *ς*, Hannibalem *Barthius, intercidisse aliqua ante ipsum nomen putabant alii* Metello] metallo *A* 92 inmanem *VBH* imm. *ς* uincla, *sed hamulo craso P*, unda *B* iugurtam *PHV* 93 numicle *P* proh *CBV*, *sed* h *V*[2] 94 Proh *CBH* labor] dolor *H* bechi *VB*, bocci *P* in regnum bocci *H* sudabit *V* 95 Scipio] Suscipio *P* 96 diu] *ex* diei (?) *corr. H*[1] praefuit] *ex* profuit *corr. H*[1] *Ad v. 97 in V a m. rec. adscriptum:* Nunc se continet atque duas tantum res anxius optat *ex Iuvenale 10, 80*

Nunc inhonorus egens perfert miserabile pacis
Supplicium nulloque palam circumdatus hoste
Obsessi discrimen habet.
'Per singula letum
Impendet momenta mihi dubitandaque pauci
Praescribunt alimenta dies. Heu prospera fata!
Quid mihi septenos montes turbamque dedistis,
Quae parvo non possit ali? Felicior essem
Angustis opibus; mallem tolerare Sabinos
Et Veios; brevior duxi securius aevum.
Ipsa nocet moles. Utinam remeare liceret
Ad veteres fines et moenia pauperis Anci.
Sufficerent Etrusca mihi Campanaque culta
Et Quincti Curiique seges, patriaeque petenti
Rusticus inferret proprias dictator aristas.
'Nunc quid agam? Libyam Gildo tenet, altera Nilum.
Ast ego, quae terras umeris pontumque subegi,
Deseror: emeritae iam praemia nulla senectae.
Di, quibus iratis crevi, succurrite tandem,
Exorate patrem; tuque o si sponte per altum
Vecta Palatinis mutasti collibus Idam
Praelatoque lavas Phrygios Almone leones,
Maternis precibus natum iam flecte, Cybebe.
Sin prohibent Parcae falsisque elusa vetustas
Auspiciis, alio saltem prosternite casu
Et poenae mutate genus. Porsenna reducat
Tarquinios; renovet ferales Allia pugnas;

---

99 *carm. de providentia divina 75:* Hic inhonorus inops.

---

99 *Iuvenalis 6, 292:* Nunc longae patimur pacis mala. 114 *Herodoti II 106: in Sesostris statua inscriptum* ἐγὼ τήνδε τὴν χώρην ὤμοισι τοῖσι ἐμοῖσι ἐκτησάμην. 119 *cf. Ambrosius epist. ser. I 18, c. 30 (p. 885 ed. Maur.):* quod currus suos simulato Almonis in flumine lavat Cybele *eqs.*

---

99 perfert] praefert *M* *prave de h. v. Burmannus in ed. Propertii p. 322* 100 Suplicium *V* que] *om. B* circundatus *C* 101 Obsęcessi *H* habet] adit *Heinsius* lętum *C* 102 Inpendet *PH*, Impendit *C* dubitataq; *H*, l tauda *add. H^1* pauci] paci *B* 103 dies] mihi *A* fata] fact, a H^1 (*fuit fort.* facti), fati *cod. Lovan. ex coniectura, sed cf. Aponum v. 92* 104 turbamque] trabeamq; *H* dedistis P^2C, dedisti P^1q 105 paruo] pauo P^1, *corr.* P^2 possit *V*, posset *q* 106 Angustis] *sub* n *ras. H* tǫllerare *A item B*, tolerasse *P* 107 Et Veios] Et beios V^1 *corr.* V^2, Etheios *P* Et uehios *B*. Et ueyos *H*, y *ex* i *corr.* H^1 duxit *P* 108 mǫles] molos *P*, *sed corr. m. 1* 109 fines] ciues *B* 110 Suff7ent *P* hetrusca *A* culta] *ex* culpa *corr.* P^1, rura ς 111 quincti *C*, quinti *q* curiisq; H^1 potenti *VBH*, petenti *CPA* 113 Nunc *BA*V^2, Nū *P*V^1, Nam *CH* lybiam *VC*, libiam *PBH* gildo *P* 114 humeris ω armis ς *perpauci*, iuuenis *Barthius*, numeris *Rubenius*, meritis *et ego et Kochius ex v. 52: sed cf. Herodotus* 115 nulla] n *ex corr.* P^1 116 Dii ω tandem *P*, tum *add. m. 2, volens* tantum? 117 si] que *VP* uecta per altum Sponte *V* (*signa transpositionis* a *et* b *add. vid. m. 1*) 118 mutasti P^2, mutatis P^1 119 lauas] labas V^1, *corr* V^2 frygio salmone V^1, *corr.* V^2 frigios *PBH* 120 Maternis *suppl. m. rec. in V* cibele *VBH*, cybile P^1, cybele P^2C, *sed fort.* l *ex* b *corr. C*, cybelle *A* 121 Si *B* prohibent P^2, prohibeat P^1, prohibet *B* que] *om. B* 123 mutare *B* ꝑsenna V^1, por *supra scr.* V^2, or psenna P^1 121 ferales *H*, feralis *V* Allia] gallia *HA* pugnas ε *VPC*, cędes *BAH*

Me potius saevi manibus permittite Pyrrhi,
Me Senonum furiis, Brenni me reddite flammis.
Cuncta fame leviora mihi'.
Sic fata refusis
Obticuit lacrimis. Mater Cytherea parensque
Flet Mavors sanctaeque memor Tritonia Vestae.
Nec sicco Cybele nec stabat lumine Iuno.
Maerent Indigetes et si quos Roma recepit
Aut dedit ipsa deos. Genitor iam corde remitti
Coeperat et sacrum dextra sedare tumultum,
Cum procul insanis quatiens ululatibus axem
Et contusa genas mediis apparet in astris
Africa: rescissae vestes et spicea passim
Serta iacent: lacero crinales vertice dentes
Et fractum pendebat ebur, talique superbas
Inrupit clamore fores:
'Quid magne moraris
Iuppiter avulso nexu pelagique solutis
Legibus iratum populis inmittere fratrem?
Mergi prima peto; veniant praerupta Pachyno
Aequora, laxatis subsidant Syrtibus urbes.
Si mihi Gildonem nequeunt abducere fata,
Me rape Gildoni! Felicior illa perustae
Pars Libyae, nimio quae se munita calore
Defendit tantique vacat secura tyranni!
Crescat zona rubens: medius flagrantis Olympi
Me quoque limes agat; melius deserta iacebo
Vomeris impatiens. Pulsis dominentur aristis
Dipsades et sitiens attollat gleba cerastas.

135 *Sidon.* V *53 sq.*

125 *Statii Theb. II 181:* his manibus permittere gentes . . . velis *(cf. Verg. Aen. IV 104).* 126 *Statii silv. V 3, 198:* Et Senonum furias. 129 *flens Mavors inducitur consol. ad Liviam 231.* 131 *Valerius Maximus I praef.:* Deos reliquos accepimus, Caesares dedimus. 135 *cf. Lucani I 298.* 137 *Iuvenal. VI 490:* laceratis . . . capillis. 139 *Statii Theb. VI 641:* Irrupit clamore fores. 151 *Lucani IX 852:* Dipsades . . . cerastae.

125 permittite *VP*, prosternite *ς* *(ras. supra* pro *C), idem add. P*¹ pyrri *C*, pirri *PHB* 126 sononum *V*¹ *corr. V*² brennii *B* 127 leuiora] meliora *A* 128 Opticuit *C*, Obsticuit *H*¹ (c *ex* t *corr. vid.)* cyterea *P*, citherea *V*, cytharea *A*, citharea *BH* 129 tristonia *P*, tritonaa *B*¹ *sed corr.* 130 sicco Cybele] cybele sicco *VC* cybene *P*¹, cybelle *A*, cibele *B*, cybele *P*²*ς* i uno *H* 132 corde Ɩ da *P*¹, corda *CHA*, corde *ς* 134 ulutatibus *P* 135 contussa (t, *vix* c) *H*¹, contusa *H*², confusa *B*, concussa *A* apparaet *ex* apparat *H*¹ 136 Affrica *VPHBA* recisse *H*¹, decisse *H*², decise *B* piscea (s *supra*) *H* passim] sparsim *HBA* 137 Serta; iacent lacero *Mommsenus* 138 Effractum *H* superbas] *sic ως;* supernas *in uno Medicco adscriptum* 139 Inrupit *VP*, Irr. *ς* (Irruit *A*, *sed corr.)* clamore *(3 vel 4 litt. erasae) V* quid] q (l *supra*) *H* moraris] ris *ex corr. A* 140 Iupiter *H* auulso] appulso *B* pelagiqʒ *A* 141 Legibus Ɩ nexibus *add. P*¹ populis] *ex* propulsis *corr. A* inmittere *VPH* imm. *ς* 142 pachyuno *V*, pachīno *H*, pachino *PCB* 143 subdidant *P*¹ *corr. P*² sirtibus *VPCBH* urbes] imbres *A* 144 fata] ata *in ras. H*¹ 146 lybiae *C*, libie *VPBH* quae] qua *V*, Ɩ q̄ *add. V*¹ *(?)* munita] muteta *P*¹; *virgulam libratam P*²; *voluit itaque* mirteta, *ni fallor, m. 1, deinde* munita *P*² calore] a *ex* o *P*¹ 147 qʒ *P*², qᵒ *P*¹ 148 Crescat Ɩ (cres)cit *P*¹, crescit *H*¹*A*, crescat *H*²*ς* medius] melius *BH*¹, medius *H*² flagrantis] *ex* fragrantis *corr. V*¹, flaglantis *P* 149 melius] melior *V* 150 inpaciens *PB* pulsis] ustis *conieci* dominetur *VP*¹, dnēℸur *sic H*, dominētur *P*²*ς* aristis] aratris *VP* 151 Dipsades] Dipsas *VP*, Dipsades *add. P*¹, dispades *B*; *quodsi in* Dipsas *errarunt VP (cf. Lucan.), ne* aratris *quidem ex VP assumere tutum est quamvis concinat in Eutr. II 566, sed etiam nimium hic esset* aratris *iuxta* uomeris sciciens *B* ceraustes *B*

Quid me temperies iuvit? quid mitior aether?
Gildoni fecunda fui. Iam Solis habenae
Bis senas torquent hiemes, cervicibus ex quo
Haeret triste iugum. Nostris iam luctibus ille
Consenuit regnumque sibi tot vindicat annos.
Atque utinam regnum! Privato iure tenemur
Exigui specie fundi. Quod Nilus et Atlas
Dissidet, occiduis quod Gadibus arida Barce
Quodque Paraetonio secedit litore Tingi,
Hoc sibi transcripsit proprium. Pars tertia mundi
Vnius praedonis ager.
'Distantibus idem
Inter se vitiis cinctus: quodcumque profunda
Traxit avaritia, luxu peiore refundit.
Instat terribilis vivis, morientibus heres,
Virginibus raptor, thalamis obscenus adulter.
Nulla quies: oritur praeda cessante libido;
Divitibusque dies et nox metuenda maritis.
Quisquis vel locuples pulchra vel coniuge notus,
Crimine pulsatur falso; si crimina desunt,
Accitus conviva perit. Mors nulla refugit
Artificem: varios sucos spumasque requirit
Serpentum virides et adhuc ignota novercis
Gramina. Si quisquam vultu praesentia damnet
Liberiusve gemat, dapibus crudelis in ipsis
Emicat ad nutum stricto mucrone minister.
Fixus quisque toro tacita formidine libat
Carnifices epulas incertaque pocula pallens
Haurit et intentos capiti circumspicit enses.
Splendet Tartareo furialis mensa paratu

161 *Sidon. V, 56:* pars tertia mundi *eqs. (de Africa).*

153 *Ovidi met. XIII 505:* Aeacidae fecunda fui. 159 *Lucani III 294 sq.:* Quidquid ab occiduis Libye patet arida Mauris Usque Paraetonias Eoa ad litora Syrtes. 161 *Ovidi met. V 372:* pars tertia mundi. 173 *Statii Theb. V 509:* spuma virens. 180 *Ovidi am. III 12, 39:* mensis furialibus.

153 solis *Ald., sed litt.* is *minus plane expressae, quas iterum scr. ε, denique tertius iteravit Lirineius* 155 Heret *H*¹, hesit *H*² luctibus] luct *in ras.? C* 156 Consenuit *V*¹, consueuit *V*² regnumque sibi tot] regnum qd tot sibi *V*¹, *corr. V*² uēdicat *(sic) P* annos *V*, annis *ς* 157 Adque *P* regnum] r̃ *in ras. H*¹ tenemur] tenerer *P*², t̅renūr *P*¹, tenetur *V* 158 Exiguis *P* fundi *V*², regni *V*¹ quod] qua *A* atlans *V*¹*P*¹, n *del. V*²*P*², athlas *BH (sed* l *H*²*)* 159 Disidet *B* occiduis *C* quod] qua *A* barche *A*, parthe *BH* (Barce *m. rec. in H*) *V. 160 del. Koenigius* Quaqꝫ *A* paracthonio *C*, parethonio *VH*, pharetonio *P*, parethenio *B* litore] *supra lin. P* Tingi] *scripsi*, pinguis *V*¹, ganges *V*²*ς*, Tingis *Gesnerus*, Tinges *Burmannus* 161 transcripsit *ε*, transcribit *ω* 162 ager] aget *P*¹, erit *P*² 163 se] *in ras. H*¹ cintus *PB* 164 refundit] u *supra scr. C*¹ 165 uiuis] uiuiis *P*, diues *C* 166 obecnus *H*¹, *corr. H*² 168 que] *post* dies *B*, *sed ordinem corr. B*¹ maritis] iti *ex corr. H*¹ 169 locuplex *BH* pulcrha *V*, uel pulchra *C* 170 si] *ex* ai *corr. P*¹ desint *H* 171 Accitus] Accitos *P*¹ *corr. P*², Adscitus *Heinsius* nulla] *ex* illa *corr. P*¹ 172 uarios] ualidos *Burmannus* sucos *V*, sulcos *C* succos *ς* requirit] remiscet *A* 174 praesentia] a *in ras. H*¹ dampni *H* 175 in ipsis *H*¹ crilem *H*² 179 capiti] *V*²*P*², lateri *V*¹*P*¹ circumspicit enses] icit e *in ras. H*¹ 180 furialis] feralis *ς pauci*

Caede madens, atrox gladio, suspecta veneno.
Vt vino calefacta Venus, tum saevior ardet
Luxuries: mixtis redolent unguenta coronis.
Crinitos inter famulos pubemque canoram
Orbatas iubet ire nurus nuperque peremptis
Arridere viris. Phalarim tormentaque flammae
Profuit et Siculi mugitus ferre iuvenci
Quam tales audire choros. Nec damna pudoris
Turpia sufficiunt: Mauris clarissima quaeque
Fastidita datur. Media Carthagine ductae
Barbara Sidoniae subeunt conubia matres;
Aethiopem nobis generum, Nasamona maritum
Ingerit; exterret cunabula discolor infans.
His fretus sociis ipso iam principe maior
Incedit: peditum praecurrunt agmina longe:
Circumdant equitum turmae regesque clientes,
Quos nostris ditat spoliis. Proturbat avita
Quemque domo; veteres detrudit rure colonos.
Exiliis dispersa feror. Numquamne reverti
Fas erit errantesque solo iam reddere cives?'
Iret adhuc in verba dolor, nisi Iuppiter alto
Coepisset solio (voces adamante notabat
Atropos et Lachesis iungebat stamina dictis):
'Nec te, Roma, diu nec te patiemur inultam,
Africa. Communem prosternet Honorius hostem.
Pergite securae. Vestrum vis nulla tenorem
Separat et soli famulabitur Africa Romae'.
Dixit et afflavit Romam meliore iuventa.
Continuo redit ille vigor seniique colorem

188 *Orestis trag. 177:* damna pudoris. 201 *Dracontii 2, 71:* Iret adhuc in verba dolor. 202 *Drac. 10, 182:* Allecto . . . ceras adamante notabat. 209 *Prosper de ingratis 880:* vigor ille maneret. *Orestis trag. 228:* redit illa voluptas.

187 *Persii 3, 39:* Siculi . . . iuvenci. 188 *cf. Iuvenal. XI 162. Ovidi a. am. I 100:* damna pudoris. 192 *cf. Iuvenal. VI 600:* esses Aethiopis fortasse pater, mox decolor heres *eqs.* 198 *Verg. ecl. 9, 4:* veteres migrate coloni. 208 *Verg. Aen. I 590:* lumenque iuventae . . . adflarat.

181 suspecto *B* 182 Vt] Et *A* tunc *B* ardet] urget *P* 183 unguenta *V*, u *alterum add.* V^2 coronis] *inexpectatum: conieci:* mixtos redolent unguenta cruores 184 Crinitus *P* canoram *CH*, decoram *VP*, coronam *BA*; *intellege* symphoniacorum 185 nurus *P* 186 Adridere *C*, Arridere *q*, *ex corr. A* phalarim *A*, falarim *q* flāme *P (virgulam P^2)* 187 Profuit *C*, p̄fuit *B* praestitit ς *unus fere* 188 coros *P*, toros *C* pudori *A*, podoris P^1, *corr.* P^2 189 Turpij P^1 mauris *P* Mauro clarissima cuique *Burmannus* 190 kartagine *VA*, cartagine *HB* 191 conuinia V^1, conubia V^2, *idem ex* conuinia *corr.* P^1, connubia *H* 192 Ethiopem *VH* nasamonia *B* 193 Ingerit] I, *dein spat. vac. B* extorret *C*, exreret B^1, discolor] degener V^1, discolor V^2, degener *ex* deneger *corr.* P^1, *cf. Iuvenalis unde* decolor *Heinsius* 194 Hiis *H* 195 Incendit H^1 196 Circundant *VC* 197 nostris] uris *B* perturbat *PHBA* 198 detrudit] r *in ras. C* 199 despa *H*, *ubi* dispersa *in mg. gloss.* 200 Fasserit P^1, Spes erit *Burmannus* iam] me *H*, mihi ς Fas erit *unius versus non pleni loco habet A; deinde alterum versum sic explet:* Errantesq; solo natali reddere ciues (Fas erit atque solo natali r. ciues ς *pauci*) 201 nisi] ni *VPH* 202 notauit *VP*; *cf. Dracont.* 203 Attropos *B* iungnebat *B* 204 inultam V^1, inultas V^2C 205 Africa *C*, Affrica *q* comunem *B* 206 securae *C*, secure *q* 207 africa *C*, affrica *q* V. 208 *scr. m. rec. in V* V. 209 *praeter* Conti *scr. m. rec. in V* redit ille uigor] rediitque uigor *conieci (archivum lexic. IV p. 594), sed cf. exempla* colorem] rigorem *A*

Mutavere comae. Solidatam crista resurgens
Erexit galeam clipeique recanduit orbis
Et levis excussa micuit rubigine cornus.
    Vmentes iam noctis equos Lethaeaque Somnus
Frena regens tacito volvebat sidera curru.
Iam, duo divorum proceres, maiorque minorque
Theudosii pacem laturi gentibus ibant,
Qui Iovis arcanos monitus mandataque ferrent
Fratribus et geminis sancirent foedera regnis:
Sic cum praecipites artem vicere procellae
Assiduoque gemens undarum verbere nutat
Descensura ratis, caeca sub nocte vocati
Naufraga Ledaei sustentant vela Lacones.
Circulus ut patuit Lunae, secuere meatus
Diversos: Italas senior tendebat in oras;
At pater, intrantem Pontum qua Bosphorus artat,
Arcadii thalamis urbique inlapsus Eoae.
Quem simul ac vidit natus (nam clara nitebat
Cynthia) permixto tremuerunt gaudia fletu
Complexuque fovens, quos non speraverat, artus
'O mihi post Alpes nunc primum reddite, dixit,
Vnde tuis optatus ades? da tangere dextram,
Qua gentes cecidere ferae. Quis tale removit
Praesidium terris? Ut te mortalia pridem
Implorant longeque pium fortemque requirunt!'
    Cui pater in tales rupit suspiria voces:
'Hoc erat? in fratres medio discordia Mauro
Nascitur et mundus germanaque dissidet aula?

220 *Statii Theb. III 57:* descendente carina. 222 *Martialis I 36, 2:* Ledaei .. Lacones. 226 *Verg. Aen. II 240:* illabitur urbi. 228 *Statii silv. V 2, 10; 3, 217:* gaudia fletu. 229 *Verg. Aen. VIII 388:* amplexu molli fovet. 231 *cf. Verg. Aen. II 282.* 235 *cf. Verg. Aen. I 371, alios.* 236 *Verg. Aen. II 664:* Hoc erat.

210 cristam *H*¹ soli data crista resurgens *scr. m. rec. in V* 211 que] *om. B* duit orbis *scr. m. rec. in V* 212 Et leuis] Leuis et *Heinsius, frustra* excusa *A, sed corr.* cornus] conus *PHA* 213 Humentes ω letheaque *VC*, leteaq; *P*, letheaq; *HBA* sōpnus *ex* somnus *corr. V*, sompnus *ex* somnus *corr. H*¹ 214 regens *V*², gerens *V*¹*P* tacita *C* curru ε*VPCB*, cursu *HA* 215 Iam duo *V*², Et iam *V*¹*P*¹, duo *in mg. P*² diuorum] diuox (el) *P*¹ maiorque] seniorq; *VP (ex v. 224)* 216 Theodosii ω 217 Qui iouis] *ex* quamuis *corr. P (m. 2?)* 218 sanecirent *V*, sentirent *H*, saciarent *M volens* sociarent 219 artem *V*¹, arcem *V*² uicere] uiscere *H* pocellae (r) *V* 220 Assidueq; *B* undarum *P* 221 Desessura *Heinsius* ratis *A*², raptis *A*¹ 222 ledei *VPHB* sustaentant *V* lacones] c *ex* i *corr. P*¹, lachones *HB* 224 Diuersās *H*¹ ithalas *H* in ε*VPC*, ad *ς* horas *HB* 225 Pontum] portum *HA* bosphorus *HPCA*, bosforus *B*, bosphoros *V*¹, l us *V*² aretat *AV*, *sed* e *V*² 226 Archadii *VPCBH* inlapsus *V*¹*P*, elapsus *BH*, illapsus *V*²*ς* 227 simul ac] *AM*, simul ut *HCB Ald.*, ac ε, sicut *V*, sic ut *P* 228 Cinthia *HPB* 229 Conplexuq; *PH*, Conspectuque *Heinsius* fouens] petens *temptabam; cf. tamen illos umbrae complexus apud Propertium IV 7, 96* sperauerat] separauerat *B* 230 alpes] aþ . . . *B* 231 tuus *H*¹, tuis *corr. H*² optatiss *P*, *corr. P*¹, obtatus *B* adest, *sed* ad *supra lin. H*¹ 232 Qua] Quas *A* 233 ut te] *glossam supra scr. P*¹ qualiter 234 Inplorant *PBH* longe *V*¹*P* (*id est* diu), lugent *V*²*ς* 235 Tunc *B* *post* tales *1 vel 2 litt. erasae, V* 236 h̄ er(a)t *P*¹ *(et a et punctum in ras.)* fr̄s *virgula tenuissima transiectum in C* Hoc erat in fatis ς, *item m. rec. in H* medio] in medio *P* 237 et] *ex* etiam *radendo corr. P* que] *om. H* dissidat *P*¹, *corr. P*²

Gildonisne salus tanti sit palma furoris?
Scilicet egregius morum magnoque tuendus
Et cuius meritis pietas in fratre recedat!
In primo genitore, vide, civile calebat
Discidium, dubio stabant Romana sub ictu:
Quis procul Armenius vel quis Maeotide ripa
Rex ignotus agit, qui me non invit euntem
Auxilio? Fovere Getae, venere Geloni.
Solus at hic non puppe data, non milite misso
Subsedit fluitante fide. Si signa petissent
Obvia, detecto summissius hoste dolerem:
Restitit in speculis fati turbâque reductus
Libravit geminas eventu iudice vires
Ad rerum momenta cliens seseque daturus
Victori; fortuna simul cum mente pependit.
O si non cupidis essem praereptus ab astris,
Exemplum sequerer Tulli laniandaque dumis
Impia diversis aptarem membra quadrigis.
Germani nunc usque tui responsa colebat:
En iterum calcat. Tali te credere monstro
Post patrem fratremque paras?
'Sed magna rependit
Inque tuam sortem numerosas transtulit urbes!
Ergo fas pretio cedet? mercede placebit
Proditio? Taceo, laesi quod transfuga fratris,
Quod levis ingenio. Quam vis discrimine summo
Proditor apportet suspensa morte salutem:
Numquam gratus erit. Damnamus luce reperta

247 *Alc. Aviti c. VI 259:* Adversos haec signa petunt.

242 *Lucani V 729:* Stare sub ictu Fortunae, quo mundus erat Romanaque fata. 244 *Valerii Flacci IV 618:* hostemque iuvabis Auxilio. 247 *Taciti hist. II 93:* fides fluitasse. 254 *cf. Verg. Aen. VIII 642 sqq.* 260 *Lucani I 37:* scelera . . Hac mercede placent.

238 Gildonisue *B* sit palma *εP*, fit palma *CM*, fit causa *V*, sit causa *q* 239 Silicet *B* egregies *H*, *sed corr. m. 1* magniq; *C* tuendus] timendus ς, magnique putandus *ex C temptari* 240 meritis r *in ras. (fuit d?) C*[1] in fratre *VP*, a fratre *B*, *item Isengr. mg.*, infracta *q*, fraterna *Heinsius* 241 In primo] Invito *conieci;* in fratre recedat, In primo genito. Revide: *Mommsenus* uide] uidet *P*[1], uides ς *pauci* calebat] c *in ras. H*[1] 242 Dissidium *BA* 243 meotide *VPHB* 244 qui me non] qui non me *HA* quis n̄ me *B* 245 *interpunxi post* auxilio *suadente Val. Flacco* fouere *V*[1]*P*, fauere *V*[2]*CAH*, faure *B* gethe *H* uenere] *in ras. sive in membrana asperiore C* 246 at hic] adhuc *V*[1]*P*, at hic *V*[2] non] non̦ *P* pupe *B* 247 petissent] *scripsi (cf. c. 489 et Alc. Avitum);* petisset *ω*, tulisset ς *pauci. Sensus est:* si signa eius me obvia petissent 248 defecto *VP* summissius *C* subm. *q* dolerem *P*[2], dolorem *PC* 250 euentū *P* 251 cliens] caleus *Paul; sed intellege:* cliens futurus uictori *V*. 252—254 *praeter* dumis *scr. m. rec. in V* 252 fortuna] Bellona *Schraderus* mente] matre *H*[1], marte *(V)H*[2]*A*, mente *ε* (e *prius iteravit Livin.*) *q* 253 O] Et *ε(V)HA* cupidinis *B* praereptus *H*, praeruptus *PCA*, praeraptus *(V)*, praeceptus *B* 254 tullii *B* laniandaq; *P*, laniataq; *CABH(V)* dumis] crimine *P*[1], dumis *P*[2], durus *Paul* 255 Impia diuersis raptarem me *scr. m. rec. in V* aptarem] raptarem *(V) quod ex Vergilio Aen. VIII 544 sumptum, qui de Tullo agens* Raptabat *scripsit* me(m)bra *V* 256 Germani nunc us *m. rec. in V* 257 En] Hē *m. rec. in V (om. V*[1]*)*, Nunc *HA*, En *εq* calcas *B* 259 tuas sortes *H* 261 Proditio *V*[1], Sedicio *V*[2]*H* fratris] patris *HCA*, fratris l patris *B*[1] 262 Quam uis *scripsi (sc. salutem), ut agnoscatur pronomen* quivis. Quamuis *ω, quae coniunctio offenderet ubi licet dicendum foret* Summo] *in ras. C*[1] 263 adportet *C*, appar'tet *V*[1], appar'tet *V*[2], opportet *A* suspensam *A* 264 erit] errit *B* damnatus *C*, dampnamus, m *alterum ex corr. H*[1], *voluisse videtur* t' recepta *εV*[2]*C*, reperta *V*[1]*q; cf. Verg. Aen. IV 692*

Perfidiam nec nos patimur committere tali.
Hoc genus emptori cives cum moenibus offert,
Hoc vendit patriam. Plerique in tempus abusi,
Mox odere tamen: tenuit sic Graia Philippus
Oppida; Pellaeo libertas concidit auro.
Romani scelerum semper sprevere ministros.
Noxia pollicitum domino miscere venena
Fabricius regi nudata fraude remisit,
Infesto quem Marte petit, bellumque negavit
Per famuli patrare nefas, ductosque Camillus
Trans murum pueros obsessae reddidit urbi.
'Traduntur poenis alii, cum proelia tollunt;
Hic manet ut moveat? Quod respuit alter in hostem.
Suscipis in fratrem? Longi pro dedecus aevi!
Cui placet, australes Gildo condonat habenas
Tantaque mutatos sequitur provincia mores.
Quaslibet ad partes animus nutaverit anceps,
Transfundit secum Libyam refluumque malignus
Commodat imperium. Mauri fuit Africa munus.
Tollite Massylas fraudes, removete bilingues
Insidias et verba soli spirantia virus.
Ne consanguineis certetur comminus armis.
Ne, precor. Haec trucibus Thebis, haec digna Mycenis;
In Mauros hoc crimen eat.
'Quid noster iniquum
Molitur Stilicho? quando non ille iubenti
Paruit? An quisquam nobis devinctior extat?
Vt sileam varios mecum quos gesserit actus,
Quae vidi post fata loquar. Cum divus abirem,
Res incompositas (fateor) tumidasque reliqui.
Stringebat vetitos etiamnum exercitus enses

278 *Ovidi fast. V 589:* et longi dedecus aevi. 284 *Silii Ital. 16, 258:* Dimitte bilingues Ex animo socios.

265 nec uos *Claverius (ex vetere Cuiacii?)* 266 ēptori, *sed* ı *delevit* H auffert H, effert P^1, affert A, offert P^2. *Heinsius, alii sic interpungunt:* nec nos patimur comm. tali Hoc genus emptori. Cives cum moenibus offert 267 Hoc] Hic H 268 odore B tenuit P^2, renuit P^1 philippos V^1, o *in* u *mut.* V^2 269 Opida HPB pelleo $VHPAB$ 270 semper scelerum H sp͐uere P, r *add. m. 2, vix m. 1* 272 nuduta *sive* nucluta P^1, *corr.* P^2 273 Infesto] Infausto H^1, austo *in ras.* 275 obssesse H, obsese B reddidit] redditur C 276 cum] cū P, u *ex corr.* praemia B tollunt] V^2C (*sed* u *ex corr.* C, *fuisse vid.* a), soluant V^1q (si tollas proelia *Ovidius am. I 8, 96*), uoluant *Jeepius. Proelium sic sustulit e. g. Rufinus anno 395 e poenae traditus est* 277 respuit] respuat *Heinsius* 278 Suscipit H proh CB 279 Cui] Qui P (sibi *adser.* P^2) condonat V^1C, ł tradit V^3, cum tradit A, cum tradat HB, num tradit *Heinsius* 280 mutatos] mudatos B *Hic versus si deesset, nil deesset* 281 animus CA, animū q, animi *Heinsius* mutauerit V^2PH, nutauerit V^1q 282 libyam (libiam) secum HBA lybiam VC, libiam PHB refluumq͡ʒ P, *corr. m. 1 (?)* 283 inperium P affrica $VPBH$ Maurique fit Africa munus *Heinsius* 284 massilas VA, massilias PH, maxillas B bilingues *Ald.;* Ipiosqʒ biligues *explicat ε* 285 sperancia B 286 Ne] Nec BH cominus VHB 287 Ne precor] Deprecor B, hec precor H^1, ec *in ras.; scripta non fuerat nisi una hasta. Sed cf. illud* Ne pueri, ne tanta *Verg. Aen. VI 833; magis etiam Statii Theb. IV 513:* Ne precor; *Valer. Flacci VII 274:* ne vota repellat, ne mea miccnis PH, mirenis B 288 hoc P^2, huc P^1 289 Molitus *Heinsius* 290 an] *in ras.* H^1, haud *Heinsius* deuincior HP, deiuncior B 291 uarias P, *sed corr.* quos mecum HBA 292 fata] facta A loquar] sequar ł loquar H^1 293 inconponitas H^1, u *in* s *mut.* H^3 294 Trīgebat P etiam nc B, eciā nūc P^1, iam nunc *Isengr. mg.* uetitos etiam num exercitus ensses *in ras.* H^1

Alpinis odiis, alternaque iurgia victi
Victoresque dabant. Vix haec amentia nostris
Excubiis, nedum puero rectore quiesset.
Heu quantum timui vobis, quid libera tanti
Militis auderet moles, cum carcere moto
Ferveret iam laeta novis. Dissensus acerbus
Et gravior consensus erat. Tunc ipse paterna
Successit pietate mihi tenerumque rudemque
Fovit et in veros eduxit principis annos,
Rufinumque tibi, quem tu tremuisse fateris,
Depulit. Hunc solum memorem solumque fidelem
Experior. Volui si quid, dum vita maneret,
Aut visus voluisse, gerit: venerabilis illi
Ceu praesens numenque vocor.
                                        'Si tanta recusas,
At soceri reverere faces, at respice fratris
Conubium pignusque meae regale Serenae.
Debueras etiam fraternis obvius ire
Hostibus, ille tuis. Quae gens, quis Rhenus et Hister
Vos opibus iunctos conspirantesque tulisset?
Sed tantum permitte, cadat. Nil poscimus ultra.
Ille licet sese praetentis Syrtibus armet
Oppositoque Atlante tegat, licet arva referta
Anguibus et solis medios obiecerit aestus:
Novi consilium, novi Stilichonis in omnes
Aequalem casus animum: penetrabit harenas,
Inveniet virtute viam'.
                                        Sic divus et inde
Sic natus: 'Iussis, genitor, parebitur ultro.

306 *Dracontii 9, 104:* cum vita maneret.

306 *Verg. Aen. VI 608; 661: Statii Theb. VI 166:* dum vita manebat. 308 *Verg. georg. I 10.* praesentia numina. *Quintil. IV prooem. 5:* numen praesentius, *et alii.*

295 Alpinus *B* uieti] uiceti P^1 296 Victoresq; *V, sed* Victor *suppl. m. rec.* 297 nedum] ndum *B* puero] o *ex* e *corr.* P^1 quiesset V^1CA, quieuit V^3, quiescet *BP, sed tamen glossator in P adscripsit* Sineopa; *itaque ille* quiesset *cogitabat.* quiescit *H* 298 quid] quod *BH, sed H ita:* q: ne *Isengr. mg.* 299 molaes *ex* molas *corr. H* cum carcere moto V^1P, e terra remoto V^2, † ceca *add.* V^3 cum ceca remoto *q: moto pro remoto dici vix potuit:* cum calce remoto *conieci interpretans quasi extra calcem, ut dicunt, milites decurrere:* cum patre remoto *J. Koch monens ideo v. 301 paternam pietatem tribui Stilichoni, et ita sane Stil. I 149* tantoque remoto principe, *ubi simillime pergitur:* Nil inter geminas acies ceu libera frenis ausa manus 300 iam] tam *CBH* nouus *ex* nouis *corr.* P^1, nouis V^1C, metu V^2q disensus *B* acerbus [us] *HBAP*^{2}, acerbis *C*, aceruis V^1P^1, acerbis V^2 301 Et] Sed *Isengr. mg.*, at ÷ *pauci* consensus] confessus *B* ipse] iste *V*, ipsa *A*, ipsae *C* (*vel potius* ipse *ex* ipsa *corr.*) . 302 Successit *ex* Successus *corr.* P^1 tenerumque , *V* prudenq; *P* 304 Ruffinumq; *H* I u *H* 307 geris] s *ex* t *corr.* P^1 308 Ceu numen praesensq; uocor *HBA probante Buechelero* 309 At] Aut *H* at respice V^1PC, aat respice V^2q 310 Coniugium *ex* Conuiuium *corr.* P^1 311 etiam] Ī P^1*: virgulam erasit,* iam *add.* P^1 ire (*1 litt. erasa*) *H* 312 renus *P*, rethnus *B* 313 iunctis *ex* iunctas *radendo corr. P,* † o *supra scr.* P^2 Uos conspirantes opibus iunctosq; tulisset *HBA, sed* uictosq; *pro* iunctosq; *H* 314 cadat *VC*, cadet *q* 315 sirtibus *PB* 316 atlante *P*, athlante *CBV* (*deinde 1 littera vel interpunctio erasa V*), athlante *A*, adamante *H* referta] *ex* referte *corr.* P^1, refecta *B* 317 obiecerat V^1P, obiecerit *corr.* P^1*; item* obiecerit V^2q aestus P^1, astus V^1, estus V^2 318 conscilium *B* 320 et inde] at inde *Heinsius* 321 Sic natus] Signatus V^1P *corr.* V^2, P^2 *nil add. nisi* † parebimus *HBA* (e *ex corr.* H^1)

Amplector praecepta libens, nec carior alter
Cognato Stilichone mihi. Commissa profanus
Ille luat; redeat iam tutior Africa fratri'.
Talia dum longo secum sermone retexunt,
Hesperiam pervenit avus castumque cubile
Ingreditur, Tyrio quo fusus Honorius ostro
Carpebat teneros Maria cum coniuge somnos.
Adsistit capiti; tunc sic per somnia fatur:
'Tantane devictis tumuit dementia Mauris,
Care nepos? Iterum post me coniurat in arma
Progenies vesana Iubae bellumque resumit
Victoris cum stirpe sui? Firmumne iacentem
Obliti Libyam nostro sudore receptam
Rursus habent? ausus Latio contendere Gildo
Germani nec fata timet? Nunc ire profecto,
Nunc vellem notosque senex ostendere vultus:
Nonne meam fugiet Maurus cum viderit umbram?
Quid dubitas? exurge toris, invade rebellem,
Captivum mihi redde meum. Desiste morari.
Hoc generi fatale tuo: dum sanguis in orbe
Noster erit, semper pallebit regia Bocchi.
Iungantur spoliis Firmi Gildonis opima:
Exornet geminos Maurusia laurea currus:
Vna domus totiens una de gente triumphet.
Di bene, quod tantis interlabentibus annis
Servati Firmusque mihi fraterque nepoti'.
Dixit et afflatus vicino sole refugit.
At iuuenem stimulis inmanibus aemula virtus
Exacuit: iam puppe vehi, iam stagna secare
Fervet et absentes invadere cuspide Mauros.

325 *Prosper de ingratis 33:* Talia cum demens *eqs.* *Carm. de provid. divina 448:* ne longo sermone moremur. 326 *Venant. Fort. carm. VI 1, 35:* casta cubilia *(cf. Rapt. Pros. III 163).*

328 *Verg. Aen. IV 555:* Carpebat somnos, *georg. III 435:* mollis . . . carpere somnos. 329 *cf. Verg. Aen. IV 702.* 334 *Verg. Aen. IX 458:* multo sudore receptas. 336 *Verg. Aen. VIII 412:* castum . . . cubile. 340 *Statii Theb. XI 169:* desiste morari. 346 labentibus annis *Verg. Aen. II 14 et alii.* 349 *Lucani I 120:* stimulos dedit aemula virtus.

323 Cognato] o *ultimam ex corr. C* promissa *H*^{1}, con(missa) *H*^{2} 324 tustior *H* affrica *VPBH* 325 secum longo *BC, sed transposuit C*^{1} retexunt *V*^{1}*PC*, uoluptant *V*^{2}, uolutant *ς* 326 peruenit *V*^{2} conuenit *V*^{1} 327 tirio *P* quo *V*^{2}, qua *V*^{1} fusus] fortis *HA* hostro *P* 329 Asistit *A*, Adsistit *C*, Astitit et *H*, Assistit *ς* tunc sic] *om. B spat. vac. relicto,* tum sic *C* 330 deuictis *εHA*, deuictos *VBC* deu?ctos *P* tumuit dementia *H*, tenuit fiducia *ς*, *quae debentur fort. memoriae belli Pollentini v. 380 sive Vergilio I 132:* Tantane uos generis tenuit fiducia uestri? Mauris *εHA*, maros *B*, mauros *ς* 331 intrum *P*, *corr. P*^{2} 334 lybiam *VC*, libiam *PB*, libiam (?) *H*^{1}, *unde primum* libyam, *deinde* lybiam *corr. H*^{2} 335 habent] auent *Barthius*, arent *Gronovius* 336 *Sub* Germani nec f. timet *lineam subiecit ε* facta † fata *B*^{1} 337 senex *H*^{1}, senes *H*^{2} 338 uiderit] moleīt *A* 339 inuade rebellem] *ς fere duo Heinsii quasi variam lectionem:* inuadere bellum *P*, inuade rebellū *V*^{1}, inuade rebelles *V*^{2}*ς* 340 Captuum *H*, Capturum *B* morari *V*, *sed* rari *m. rec.* 341 fatale] e *ex* i *corr. P*^{1} orbe] urbe *H* 342 pallebit] llebit *in ras. H*^{1}, parebit *A*: *expectabam* bellabit bochi *V*, bocci *H*, bocci *ex* bacci *P*^{1} 344 maurissia *P*, maurisia *B*, marrusia *H* 345 thriumphet *P* 346 Di *P*, Dii *ex* Di *corr. V*, Dii *ς* 347 Seruati] *offendit,* Deuicti *temptavi* fraterque] fratriꝗ *H*, *sed corr. m. 1* 348 refugit] resurgit *B*^{1} *corr. B*^{2} 349 inmanibus *CA* aemula] epula *A* 350 setare *H*, seccare *B* 351 mauros] *ex* imarios *corr. P*^{1}

Tum iubet acciri socerum dextramque vocato
Conserit et, quae sit potior sententia, quaerit.
'Per somnos mihi, sancte pater, iam saepe futura
Panduntur multaeque canunt praesagia noctes.
Namque procul Libycos venatu cingere saltus
Et iuga rimari canibus Gaetula videbar.
Maerebat regio saevi vastata leonis
Incursu: pecudum strages passimque iuvenci
Semineces et adhuc infecta mapalia tabo
Sparsaque sanguineis pastorum funera campis.
Aggredior latebras monstri mirumque relatu
Conspicio: dilapsus honos, cervice minaces
Defluxere iubae; fractos inglorius armos
Supposuit servile gemens iniectaque vincla
Vnguibus et subitae collo sonuere catenae.
Nunc etiam paribus secum certare trophaeis
Hortator me cogit avus. Quonam usque remoti
Cunctamur? Decuit pridem complere biremes
Et pelagi superare moras. Transmittere primus
Ipse paro: quaecumque meo gens barbara nutu
Stringitur, adveniat: Germania cuncta feratur
Navibus et socia comitentur classe Sygambri.
Pallida translatum iam sentiat Africa Rhenum.
An patiar tot probra sedens iuvenisque relinquam
Quae tenui rexique puer? Bis noster ad Alpes
Alterius genitor defensum regna cucurrit.
Nos praedae faciles insultandique iacemus?'
Finierat. Stilicho contra cui talia reddit:
'Adversine tubam princeps dignabere Mauri?
Auferet ignavus clari solacia leti,

366 *Paulini epigr. 21:* colla catenis. 370 *Aratoris act. apost. II 1110:* Non pelagi ... minas.

356 *Verg. Aen. IV 121:* saltusque indagine cingunt. 370 *ibid. VI 113:* pelagique minas. 379 *ex Verg. Aen. X 530.* 381 *Lucani VIII 314:* magna feram solacia mortis: *IX 878:* solacia fati; *cf. Verg. Aen. X 829.*

352 Tunc *HB* acciri] *in ras. H²* socer̄ *B (virgulam m. rec.)* 533 potior] melior ς 354 pater] parens *C* 355 multæ q; *P²*, multa q; *P¹*, mutaeque *Buechelerus* 356 lybicos *VCH*, libicos *PB* uenatu cingere *V²CHBA*, uisus destringere *PV¹*, nisu destringere *vel* uenatu stringere *conatur Heinsius; sed cf. Zumptius ed. Rutilii p. 205* saltus] montes *A* 357 rimari] *cum ras. H; fuerat* rumari, uenari *A* gethula *H*, getula *PBA* uidebat *A* 358 regio] regia *P*, *sed corr.* 359 pecudūq; *H*, *sed* q; *del.* 362 Aggrediar *B*, Aggredio *H* 363 delapsus *H* honos] *ex* lienos *corr. P¹*, honor *B* 364 fractos] fractosque ς armos] annos *B* 365 Subposuit *P* iniectaque] ingestaque ς 366 sonuere] subiere *V²B*, subiere *H* e *add. H³*, sonnere *V¹q* catene *ex* cauete *corr. P¹* 367 certare] cętare *A* trophaeis] triumphis *B* 368 Hortator *V¹P*, Hortatu *V³q* remoti] *sc. ab Africa, cf. Ruf. II 301;* morati ς *unus fere;* remissi *Heinsius* 369 Cuntamur *P*, Cunctabimur *B¹*, mur *in ras. H¹* 370 moras] minas *H* primus] pinu *Heinsius* 371 nutu] mittu *sive* nutta *P*, uultu *B* 372 Stringuitur *H¹* cuncta ε *V¹PC*, tota *V³q* 373 socii *H* comitantur *H*, committentur *A* sychambri *V*, sygambri *C*, sycambri *HA*, sicambri *PB* 374 translacium *P* affrica *VBH* rhenum] *in ras. H¹*, renum *P*, rethnum *B* 375 patior *CB* iuuenisq; *V*, *sed* i *alterum m. 2* 376 Quae] quod *H* rexique] texiq; ε (t *in* r *mut. Lirin.*) bis] uix *C* 377 Alterius *VA*, Ulterius *q* 378 insultantiq; *H* 379 stilicho *C* contra] tra *in ras. H¹*, cuncta *P* cui talia] i talia *in ras. H¹* 380 tubam] iubam *A*, belli *post* tubam *V¹*, *del. V²*, pugnā *V³ supra scr.* 381 Auferet *V¹PC*, ! ac feret l afferet · feret *V²*, afferet *q*, An feret *Heinsius* ignauis *B* socialia *P* leti] ti *in ras. m. rec. in B*, loeti *C*, fati ς *unus fere*

Te bellante mori? Decernet Honorius inde.
Hinc Gildo? Prius astra chaos miscebit Averno.
Vindictam mandasse sat est; plus nominis horror
Quam tuus ensis aget. Minuit praesentia famam.
Qui stetit aequatur campo, collataque nescit
Maiestatem acies. Sed quod magis utile factu
Atque hosti gravius (sensus adverte) docebo.
Est illi patribus, sed non et moribus isdem
Mascezel, fugiens qui dira piacula fratris
Spesque suas vitamque tuo commisit asylo.
Hunc ubi temptatis frustra mactare nequivit
Insidiis, patrias in pignora contulit iras
Et quos ipse sinu parvos gestaverat una
Obtruncat iuvenes inhumataque corpora vulgo
Dispulit et tumulo cognatas arcuit umbras
Naturamque simul fratremque hominemque cruentus
Exuit et tenuem caesis invidit harenam.
Hoc facinus refugo damnavit sole Mycenas
Avertitque diem: sceleri sed reddidit Atreus
Crimen et infandas excusat coniuge mensas:
Hinc odium, non poena fuit. Te perdita iura,
Te pater ultorem, te nudi pulvere Manes,
Te pietas polluta rogat: si flentibus aram
Et proprium miseris numen statuistis Athenae,
Si Pandionias planctu traxere phalanges
Inachides belloque rogos meruere maritis,
Si maesto squalore comae lacrimisque senatum

394 *Terent. Adelph. 709:* gestandus in sinu est. 397 *Ovidi met. X 105:* Exuit hac hominem: *Cicero de fin. V 35:* hominem ex homine exuens naturam odisse videatur. 404 *sumpta ex Statii Theb. XII 481 sqq.* 409 maestas comas *Ovid. fast. IV 854.*

382 decernet εω 383 gildo] *ex* gillo *corr.* C^1 cahos *PB* miscebat *A* *V. 384 et 385 praeter Q initialem scr. m. rec. in V* 384 Vindictis H^1 (uindic)tam H^2 est] *om.* (V) 385 Quam] Qua (V) agit (V), agat *A* minuit ε*BA*, minuitit *(sic) H et prius* it *in ras.; fuerat* minuunt, *corr.* H^2; minuunt *q (deinde* que *erasum in P)*, minuet ς *unus fere* *V. 386 inde a* quatur *scr. m. rec. in V.* *A v. 386 usque ad carminis finem alterum quemque versuum (387. 389. 391 et ita porro) quasi pentameter sit per εἴσθεσιν insignivit P* ɔlataqȝ *P* 387 quod magis utile facto *m. rec. in V* quod] od *in ras.* H^1, quid *Heinsius* factu ε*HB*, factum *P*, facto *CA* 388 auerte *B* uerte docebo *suppl. m. rec. in V* 389 patruus V^1, patribus *ex* patruus *corr.* P^1, patribus V^2q et P^2, te P^1, est *B* idem *V (sed m m. rec.) PH*, iisdem *CA*, isdem *B* 390 Maste Zel *Ald.;* e *post* t *inseruit* ε *(qui idem in mg.* Mascezel f' Gildonis *eys.)* Mascezes (*magis* s *quam* l) *P*, Maseizel *C*, Mascelzer *H*, Masaietes *B* dira] dura H^1, dira H^2, dum *B* piacula] pericula *B* 391 asilo *PHB* 392 mactare] temtare *P*, temerare *Heinsius* nequiuit] *ex* nequiunt *corr.* P^1 393 patris *B*, patruas *Schraderus* 394 Et quos ipse sinu] ε*VP*, Et quos ipse manu *C*, Quosqȝ manu pueros *q ex Terentii Adelphis 563* paruos] l matri V^2, *sed erasum;* patruos *Schraderus* 395 Obtruncat *VC*ε *(simul delet* ε *stigmen quae sequitur in Ald)*, Obtrucat *P*, Occidit *HBA* inhumatiqȝ *A* 396 Dispulit *ex* Displicuit *corr.* P^1, Distulit ς *unus Putean., Gesner* tumulo V^2, cumulo V^1 arcuit] arguit *V* 398 cesis *ex corr.* H^1 *(fuerat* cecis?) 399 micenas *VBH*, micenos *P*, a *add. m. 2* 400 sceleris *CH* attreus *B* 401 inmanes (manes *in ras.*) *H*, l infandas *add.* H^2 402 Hinc V^1P, Hic V^2CA, Hoc *BH* perdita] prodita ς 404 pietas i *ex* e *corr. C* si flentibus *V*, si flentibus P^1, *sed ex corr.: fuisse videtur* sistentibus 405 Et] Si *H* misceris P^1 athene *CHBA* 406 pandioneas *C (sed* e *mut. in* i C^1) planctu *V, sed* c V^2, planetu *P* 407 Inachides *V, sed* h V^2, Inacides *P*, Inachide *C* rogos P^1, o *inferius ex corr.* mariti *C*, maritos *Heinsius* 408 maesto] moestae *exc. Ruben.* moesta . . . coma *Claverius in textu*

In Numidas pulsus solio commovit Adherbal:
Hunc quoque nunc Gildo, tanto quem funere mersit,
Hunc doleat venisse ducem seseque minorem
Supplicibus sciat esse tuis. Quem sede fugavit,
Hunc praeceps fugiat, fregit quem clade tremiscat
Agnoscatque suum, trahitur cum victima, fratrem'.
Haec ubi sederunt genero, notissima Marti
Robora, praecipuos electa pube maniplos
Disponit portuque rates instaurat Etrusco.
Herculeam suus Alcides Ioviamque cohortem
Rex ducit superum, premitur nec signifer ullo
Pondere: festinant adeo vexilla moveri.
Nervius insequitur meritusque vocabula Felix
Dictaque ab Augusto legio nomenque probantes
Invicti clipeoque animosi teste Leones.
Dictis ante tamen princeps confirmat ituros
Aggere conspicuus: stat circumfusa iuventus
Nixa hastis pronasque ferox accommodat aures:
'Gildonem domitura manus, promissa minasque
Tempus agi. Si quid pro me doluistis, in armis
Ostentate mihi; iusto magnoque triumpho
Civiles abolete notas; sciat orbis Eous
Sitque palam Gallos causa, non robore vinci.
Nec vos, barbariem quamvis collegerit omnem,
Terreat. An Mauri fremitum raucosque repulsus
Vmbonum et vestros passuri comminus enses?
Non contra clipeis tectos gladiisque micantes

431 *Marius Victor aleth. III 127:* Sitque palam.

409 *cf. Sallustii Iug. 14.* 410 *Verg. Aen. VI 429:* funere mersit. 421 *Statii Theb. VI 463:* meritumque vocabula Cygnum. 425 *Verg. Aen. II 63:* iuventus circumfusa ruit. *IX 229:* Stant longis adnixi hastis. 428 *Verg. Aen. V 638:* tempus agi res. 431 *cf. Ovidi a. Am. I 201.* 433 *cf. Verg. Aen. II 545.*

409 Numidas] Numidam *Gesnerus* solio] 1 *m. 2 in V, fuerat c (?); praeterea post* io *erasum* s *ut vid.* socios P^1, solio P^2 adherbal *VB*, aderbal P^1, aterbal P^2, atherbal *CAH (sed ras. post* h *in H)* 410 Nunc quoque *PB* tanto] *om. B*, quem tanto *H* 411 Hunc] Nunc *Ald.* Hunc *corr.* ε *(vel Livin.)*. Nunc *VP* uenisse] *vellem* flevisse; *flerant nempe Adherbal et Inachides* 412 esse tuis, *fort.* t *erasum, P* *V. 412 et 413 sic contraxit A:* Suppl. sciat esse tuis quem clade tremiscat; *deinde post 415 iterum sequitur v. 413 integer; ordinem corr.* A^1 Supplicibus] li *oblitteratum C* tremiscat *ex* tremecat *corr.* P^1 413 princeps *HB* (praecipites fugae sese mand. *Caes. b. Gall. II 24*) claude *B* 414 Agnoscitq; *B (corr. m. rec.)* cum *VP*, dum *q* fratrem V^3, marti V^1 *V. 415 in mg. suppl.* V^3 notissima] o *oblitteratum C* martis *B* 416 electa] erecta V^1, *corr.* V^2, elllecta *P* pube] plebe *BH* mani plos *P*, † maritis V^3 417 Disposuit *HA* 418 Herculiam *vetus Cuiacii* iouiam *B* choortem *P* 419 superũs P^1 *V. 420—445 om. et in primo codicis folio suppl. V (cf. praef.)* 420 adeo festinant *V* 422 augusto *C* legio] regio *B* 423 clipeoque] eo *ex corr.* H^1 leonis P^1; *et ita* leonis *Heinsius, fortasse recte* 424 iturus P^1C, ituros P^2q 425 Agere *B* 426 hastis] astis *B* pronasque] s *ex* x *corr.* P^1, que *om. B (add. m. rec.)* planas (*om.* que) *C* accomodet P^1, a *restit.* P^2, acommodat *B*, accomodat *H*, acomodat *V* 427 promissa] promulsa *(sive* promilsa*?) A* 428 agi] *sic* ς (agi *etiam P teste Clerq; habet tamen* agit), agit ω, adest ε, age *Isengrinius: cf. Verg.* pro me] Romae *Isengr. mg.* doluistis] meruistis ε: *interpunxit post* doluistis *P, fort. et alii libri: recte* 429 Obstentate *B* magno que C^1, *renovavit* C^3 430 Ciueles *C, sed corr.* abolete] adolete *H, sed corr. m. 1* notas *C*, tas *iteravit* C^3 sciat orbis] *C*, s, t *et* bis *iter.* C^3 Eous] eeus, *sed corr.* P^1 431 Scitq; *H* gallis *ex* gallos *corr.* P^1 robore *C*, ore *iteravit* C^3 432 omnem] *ex* orbem *corr.* P^1 433 an εω, aut *M*, haud ς fremitum *VC*, fremitus *H* (u *fort. in ras., certe non s*), *item q* 434 uestros εω cominus *HBA* 435 Non] Nec *A* tectos *P*, o *ex* i *corr. m. 1; punctum fort. casu ortum* gladiisq; *VC*, radiisq; *P*, galleisq; *A*, galeis ne *HB* miccantes *B*

Ibitis: in solis longe fiducia telis.
Exarmatus erit, cum missile torserit, hostis.
Dextra movet iaculum, praetentat pallia laeva:
Cetera nudus eques. Sonipes ignarus habenae:
Virga regit. Non ulla fides, non agminis ordo:
Arma ovium, fuga praesidio. Conubia mille:
Non illis generis nexus, non pignora curae:
Sed numero languet pietas. Haec copia vulgi.
Vmbratus dux ipse rosis et marcidus ibit
Vnguentis crudusque cibo titubansque Lyaeo,
Confectus senio, morbis stuprisque solutus.
Excitet incestos turmalis bucina somnos,
Imploret citharas cantatricesque choreas
Offensus stridore tubae discatque coactus,
Quas vigilat Veneri castris impendere noctes.
'Nonne mori satius, vitae quam ferre pudorem?
Nam quae iam regio restat, si dedita Mauris
Regibus Illyricis accesserit Africa damnis?
Ius Latium, quod tunc Meroe rubroque solebat
Oceano cingi, Tyrrhena clauditur unda:
Et cui non Nilus, non intulit India metas,
Romani iam finis erit Trinacria regni.
Ite recepturi, praedo quem sustulit, axem
Ereptumque Notum: caput insuperabile rerum
Aut ruet in vestris aut stabit Roma lacertis.
Tot mihi debetis populos, tot rura, tot urbes
Amissas: uno Libyam defendite bello.
Vestros imperium remos et vestra sequatur
Carbasa: despectas trans aequora ducite leges.

439 *cf. Lucani IV 683:* frenorum nescia, *Grattii cyneg. 517 sq. (De halieuticis p. 24).* 440 *Iuvencus evang. hist. II 339:* Non erit ulla fides.

436 7 lucis insolitis *(sic)* P^1 longe *(eras. a)* *B* fiducia telis] cia telis *in ras.* H^1 437 cōmissile *P* torserit] miserit ≈ *perpauci* 438 mouent *C* praetentat] *ex* praesentat *corr.* H^1, praetentant *ε*C, praetentāt, *sed virgula erasa P* lacuis *C* 439 Cetera] Dextra *A* nudus] *ex* nuchis *corr.* P^1 habenae] abhene *P* 440 regit P^2, gerit P^1 441 ouium V^1, oneri *CA*, honeri PV^3BH, *sed* eri *ex corr.* H^1; *recte mihi fuga dici videtur arma ovium; ita Ps. Ovid. halieut. 4* mundus dedit arma per omnes ... sic dammae fugiunt *(cf. De halieuticis p. 100). Certe arma oneri esse incomposite hic repetiisset poeta cum de telis et armis iam actum esset v. 435—439; ideo olim conieci* Turma oneri; *Buechelerus ex V* Arma odio connubia *H* nulle *B* 442 Non illis] Non nulli *P*, Non illi *B* 443 numero] *ex* maneo *corr.* P^1 444 rosis] togis *B* marcid° (d *in ras.*) H^1 445 Unguentis *B*, Ungentis *P* crudusque] u *alterum ex corr. C* lyeo *BA*, lieo *VH*, lieno *P* 446 strupisq; *B* 447 ingestos *PA* buccina *HPA* 448 Inploret *PH* cytaras *P*, cytharas *A* canthatricesq; *P* coreas *P*, choreas *C* ioculatricemque cohortem *Mediceus unus* 450 ueneri] uerum *A* castrisq; *B* inpendere *VPH* noctes] e *ex* i H^1 451 Non nemori *VC* quam uitae *A* 452 quae] *ex* q; *corr.* C^1, q̃ *ex* q; *radendo corr.* H^1 restat regio *B* dedita] d *alterum in ras.* H^1 *(fuitne* debita?) 453 illiricis CHV^2, ylliricis *PA*, illicitis V^1B affrica *VPBH* 454 lacium *VP* tunc] *om. B*, non *Heinsius* *V. 455—457 praeter* regni *scr. m. rec. in V* 455 tirrena (V?) *B*, tyrrena *P*, tyrrena *C*, tirena *H* 456 nylus *C* India] africa *A*, india *ex* intua (?) *corr.* P^1 457 thrinacria *A*, trinatria *sed corr.* P^1, trinachia *B* 458 Ite *rec.* praedo *scr. m. rec. in V* quem] que *V (fuerat fort.* quē) 459 Erectumq; BH^1, Ereptumq; H^2q. *sed* u *scr. m. rec. in V* nothum *PHB* 460 Aut] Aū *V (sed* A *et virgulam m. rec.)* uestris] nris *an* uris *in A non dispicitur*, nostris *M* 461 rura] iura V^3 462 uno] *malim* unam, *i. e. saltem* lybiam *VC*, libiam *PBH* 463 inperium *P* et uestr *eranidum iteravit* C^3 464 despecta s *B* (u *eras.*) ducete *C*, *sed corr.* C^1

Tertia iam solito cervix mucrone rotetur
Tandem funereis finem positura tyrannis'.
Omina conveniunt dicto fulvusque Tonantis
Armiger a liquida cunctis spectantibus aethra
Correptum pedibus curvis innexuit hydrum,
Dumque reluctantem morsu partitur obunco,
Haesit in ungue caput; truncatus decidit anguis.
Ilicet auguriis alacres per saxa citati
Torrentesque ruunt: non mons, non silva retardat:
Pendula ceu parvis moturae bella colonis
Ingenti clangore grues aestiva relinquunt
Thracia, cum tepido permutant Strymona Nilo:
Ordinibus variis per nubila texitur ales
Littera pennarumque notis conscribitur aër.
Vt fluctus tetigere maris, tunc acrior arsit
Impetus: arripiunt naves ipsique rudentes
Expediunt et vela legunt et cornua summis
Adsociant malis: quatitur Tyrrhena tumultu
Ora nec Alpheae capiunt navalia Pisae:
Sic Agamemnoniam vindex cum Graecia classem
Solveret, innumeris fervebat vocibus Aulis.
Non illos strepitus impendentisque procellae
Signa nec adventus dubii deterruit Austri.
'Solvite iam, socii', clamant 'aut rumpite funem.
Per vada Gildonem quamvis adversa petamus.

470 *Cor. Joh. I 231:* morsu . . obunco.

465 *Lucani VIII 637:* caput ense rotare. 467 *ex Homeri Il. XII 200 sq. vel Verg. Aen. XI 751 sqq. cf. Macrobii Sat. V 13), Ovidi Met. IV 361 sq.* 468 *Verg. Aen. XII 248:* rubra fulvus Iovis ales ab aethra . . pedibus rapit. *Valerii Flacci I 156:* Iovis armiger aethra Advenit *eqs.* 474 sq. *cf. Verg. Aen. X 264 sq.* 474 *Manilii IV 288:* pendentia bella. 476 *Lucani V 711.* 481 *Verg. Aen. III 532:* Vela legunt: *item Valerius Flaccus II 13.* 483 *Verg. Aen. X 179:* Alpheae origine Pisae. 488 *Verg. Aen. III 639:* funem Rumpite.

465 solito cernix] *VPC*, ceruix *ex* ceruice *corr.* P^1, ceruix solito *q* 466 fenereis *P*, *sed corr.*; funeris H^1, *sed corr.* tyrannis] ruinis H^1, tirannis H^2 467 Omina] *εPH*V^2, oĩa *C*, omn ' n *(?)* V^1, Omnia *q* dicto] *ex* ductos *radendo corr. V*, dietu *C*, dictis *ς* fulnisq; *B* 468 a liquida *HC*, ab liquida *A*, ad liquidam *q*; *locus iudicandus ex Vergilio et Flacco* aethra] ethra *CA*, ethra *H*, acerā, *deinde* aqbrâ P^1, ethtram *(sic) V*, ethram *q* 469 Collectum *HA*, Correptumq; *B*, *sed* q; *erasum* curuis] seuis V^1, seuis *ex* senibus *corr.* P^1, curuis V^2*q* hidrum *P*, ydrum *H*, idrum *B* 470 adunco *M* 471 in ungue] *ex* ingue *corr.* P^1 decidit] *ex* dedidit *corr.* P^1 472 Illicet *H* 473 *prius* nec] *VPC*, non *HBA* nec mons] mons nec *V (ord. corr. m. 1)* mons] on *in ras. A* aut *VPC*, non *HBA* 474 ceu] sic *ε* 475 clamore *HB* 476 Tracia *H*, Trachia *PB*, Thratia *A* Strymona *εCA*, Stymona *V*, strimona *PH*, stimona *B* nylo *C* 477 Ordinibus] d *ex* u *corr.* P^1 ales V^1, alis V^2*q* 478 Littera] *ex* Littora *corr.* P^1, Litera *H* pinnarumq; *C* notis] noctis *P* conscribitur *VP*, inscribitur *q* 479 Ut V^2, Et V^1 480 Inpetus *PB* 481 legunt V^1, ligant V^3 482 Adsociant *P*, Asociant *B*, Ass. *q* tyrrena *CA*, thirrena *V*, tirrena *PBH* 483 hora V^2*BH*, ora V^1*q* alfeae *V*, alfee *P*, alphae *C*, alphee *AHB* nanalia] *ex* nonalia *corr.* P^1 484 agamemnoniam *VPC*, agamenoniam *B*, agam̄noniā *H* 486 inpend . . . *VPH* 488 Soluite iam socii clamant aut rumpite] *ita CHBA nisi quod* clamant socii *H*, *ipse tamen ordinem vbb. corrigens.* Uellite (l soluite V^2) proclamant socii iam uellite *VP* 489 gildodnem *P*

Ad bellum nos trudat hiems per devia ponti.
Quassatis cupio tellurem figere rostris.
Heu nimium segnes cauta qui mente notatis.
Si revolant mergi, graditur si litore cornix.
Ora licet maculis asperserit occiduus sol
Lunaque conceptis livescat turgida Cauris
Et contusa vagos iaculentur sidera crines,
Imbribus umescant Haedi nimbosaque Taurum
Ducat Hyas totusque fretis descendat Orion:
Certa fides caeli, sed maior Honorius auctor:
Illius auspiciis immensa per aequora miles.
Non Plaustris Arctove regor. Contemne Booten,
Navita, turbinibus mediis permitte carinas.
Si mihi tempestas Libyam ventique negabunt,
Augusti Fortuna dabit'.
Iam classis in altum
Provehitur; dextra Ligures, Etruria laeva
Linquitur et caecis vitatur Corsica saxis.
Humanae specie plantae se magna figurat
Insula (Sardiniam veteres dixere coloni).
Dives ager frugum, Poenos Italosve petenti
Opportuna situ: quae pars vicinior Afris,
Plana solo, ratibus clemens: quae respicit Arcton,
Inmitis, scopulosa, procax subitisque sonora
Flatibus; Insanos infamat navita montes.
Hic hominum pecudumque lues, si pestifer aër
Saevit et exclusis regnant Aquilonibus Austri.
Quos ubi luctatis procul effugere carinis,
Per diversa ruunt sinuosae litora terrae.
Pars adit antiqua ductos Carthagine Sulcos:
Partem litoreo complectitur Olbia muro.

---

493 *Verg. georg. I 361:* revolant ex aequore mergi, *adde v. 389. Lucani V 553—556.* 494 *Verg. georg. I 441:* Sol . . . maculis variaverit ortum. 506 *Verg. Aen. V 164:* caeca . . saxa. 508 *Verg. ecl. 9, 4:* veteres . . . coloni. 513 *Horati carm. I 3, 20.* Insanos montes *Livius 30. 39; Florus 3. 7. 35.*

490 trudit *H*, trudat (i *supra*) *P*[1], *sed* da *ex corr.* hyemēs *B* perque auia *V*; *punxi post* ponti, *nam* per devia *anaphorice cum* per vada adversa *cohaeret* 491 Quassantis *B* cupio] cupidi *B* cellurem *P* figere] figite *B* 493 renoluant *P* si litore] si p littora *B* 494 asperserit] *ex* aspexerit *corr. H*[1], asperxerit *B* occidus *H* 495 liuescat] libescat *sed corr. P*[1] turbida *V*[1] *idem ex* turbula *corr. P*[1], turgida *V*[2]*φ*; „*hoc convenit conceptioni et livori*“ *Buecheler* Cauris] *Jeepius*, auris *V*[1], coris *A*, choris *V*[2]*φ* 496 contusa *εHA*, concussa *VP* (*ʔ supra lin. P*[1]) *C*, confusa *B* 497 Imbrique umescant *conieci*, umescant *P*[1]. h *add. P*[2], humescant *φ* hoedi] edi *A* 498 totisq3 *H* fretus *P* orioñ *P* 499 [h]onorius *et* o *prius ex corr. P*[1] 500 Illius auspiciis] s aus *in ras. H*[1] innensa *VBH* 501 arctoue *AH*, arctoq3 *εφ* regor *V*[1], regar *V*[2] bootē *VPC*, boeten *A*, boetē *BH* 503 lybiam *VC*, libiam *PBH* negabunt] negabant *V*[1] *corr. V*[2] 504 dabit] *ex* dabat *radendo corr. H* 505 etruria *VC*, aetruria (u *supra*) *sic corr. P*[1], hetruria *A*, etrusia *B* 506 cecis *rad. ex* cetis *corr. H*, celsis *Heinsius* 507 specie *VCPHA*, speciem *B*, in speciem *vetus Cuiacii* 508 Sardiniam] Sardoam *Heinsius* duxere *P* 509 ager *P*[2], aget *P*[1] penos *PH* 510 Oportuna *VPCBH* Afris] austris *εB* 511 arctō *H*, arcton *P* 512 Inmittis *V*, Inmitis *C* p copulosa *P*, *sed* p *del.* subditisq3 *P* *V. 514 et 515 om. V*[1], *in mg. add. V*[2] Hic *H*, Hinc *φ* si pestifer *H* (i *ex corr.*), hinc pestifer *φ* pestifer] f *ex corr. C*[1] (*fuitne* u?) 516 Quos] o *ex corr. H*[1] iactatis *ε* (is *minus certum; inde* iactatus *eff. Livin.*) 517 sinuse *H*, *sed corr.* 518 adit , *nescio quid erasum P* kartagine *VA*, cartagine *HB et* (c *ex* r *corr.*) *P* (*cf. v. 87*) sulcos *εVPC*, muros *φ* 519 olbia *εV*[1]*A*, *vetus Cuiacii* obuia *V*[2]*φ*

Vrbs Libyam contra Tyrio fundata potenti
Tenditur in longum Caralis tenuemque per undas
Obvia dimittit fracturum flamina collem:
Efficitur portus medium mare, tutaque ventis
Omnibus ingenti mansuescunt stagna recessu.
Hanc omni petiere manu prorisque reductis
Suspensa Zephyros expectant classe faventes.

523 *cf. Iuvenal. XII 76 sq.*

520 lybiam *VC*, libiam *IIPB* tirio *P* parenti *C* 521 carabis *P*, charalis *II* tenuemque] geminumque *conieci (cf. Zwei polit. Satiren p. 60); tamen unum tantum ibi promunturium clarum fuisse monet Mommsenus (Cluver. Sicil. ant., 1659, p. 276); possis etiam* laevumque undas] ω, undam ς *pauci* 522 dimittit it *II (fuit* dimittunt *cf. v. 385; corr. m. 2)* f^r^acturum *V* (r *V*[1] ?) facturum *P* flumina ε(*B*?), fla͞ina *ex* fla͞ma *corr. P* 525 reduct'is *(sic) P*[1] 526 zephiros *VPIIB* fa | uentes *(ras. 2 litterarum) C* Explicit de bello Gildoni . s · Incipit laus | stiliconis · libri numero · III · *V* Claudiani · de · bello · gildo͞s · explicit · Incipit laus stilicon͞ lib^r^ Numero · I · I · I · *P* (Clau)diani de Bell(o) Gildonico Explicit *(paene oblitterata subscriptio utpote in ultimi folii fine) C*

IN EVTROPIVM

LIBER PRIMVS.

Scriptus a. 399 init.

(XVIII.)

Semiferos partus metuendaque pignora matri
Moenibus et mediis auditum nocte luporum
Murmur et attonito pecudes pastore locutas
Et lapidum duras hiemes nimboque minacem
Sanguineo rubuisse Iovem puteosque cruore
Mutatos binasque polo concurrere lunas
Et geminos soles mirari desinat orbis.
Omnia cesserunt eunucho consule monstra.
Heu terrae caelique pudor! trabeata per urbes
Ostentatur anus titulumque effeminat anni.
Pandite pontifices Cumanae carmina vatis.
Fulmineos sollers Etruria consulat ignes
Immersumque nefas fibris exploret haruspex.
Quae nova portendant superi. Nilusne meatu

8 *Hunc v. citat Marcellinus Ind. XII (p. 274 ed. Roncallius).*

De Iuvenalianis in hoc carmine imitationibus cf. quae exposui Zwei politische Satiren p. 52 sqq.

1 *Lucani I 562:* Monstrosique hominum partus . . . matremque suus conterruit infans. 1 *sqq. cf. Iuvenal. II 117 sq.* 2 *cf. Vergilius georg. I 486. Lucani I 559.* 3 *Verg. georg. I 478:* pecudesque locutae. 4 et 5 *Horati c. I 2:* dirae grandinis . . . rubente dextera. *Petronii b. civ. 140:* Sanguineoque . . . Iuppiter imbre. 5 *Verg. georg. I 485:* puteis manare cruor. 7 *Verg. Aen. IV 170:* solem geminum; *cf. Eurip. Bacch. 912.* 8 *CIL. III 737 (anni 390)* Omnia Theodosio cedunt *(cf. Laus Ser. 209)* 11 *Lucani I 564:* Cumanae carmina vatis Vulgantur; *ibidem VIII 824.*

INCIPIT IN EUTROPIUM LIBER PRIMUS *V*. INCIPIT CLADIANI INEUTROPIŨ LIBER PRIMUS *P* *Inscriptio deest in φ*

1 emiferos *C*P^1, S *suppl.* P^2 que *om. B* 2 (Moenibus E) Urbibus *B* et] in *AB*, e *C* nocte noçtẹ *(sic)* H^1 3 adtonito *P* locuṣtas P^1 4 lapidum *C*, a C^2 *in ras.* diras *B*, duras *Cφ*, *sed* r C^2, diras *commendat Horatius* micantem *B* 5 sanguineoṣ P^1, sanuineo *A* cruore *(erasum m?)* V 6 Mutatos.qꝫ. P^1 binasqꝫ *B*, uisasque *Emφ* *(ras. inter* s a *P)*. *Haec lectio in φ satis otiosa frustraque* Visa *Burmannus etiam inculcare voluit Eutr. II 41:* trinae lunae *autem leguntur apud Plinium hist. nat. II 99 ibidemque* trini soles 9 cẹli terreqꝫ *A*. celi terreqꝫ *H* per urbem *ς unus fere* 10 effemiat *H* 12 soles *C* etruria *ex* ʼ7 ruria *corr.* P^1, hetruria *AA*, uel etruscia *add.* V^2, etrusia *B* consulit P^1 (a *superscr.*) ignis *CA* 13 Inmersumqꝫ *CA*, Inmensumqꝫ *VP*, Imensumqꝫ *BA*, Imensumqꝫ *H* exploret V^1, uel in(ploret) V^2 haruspex *A*, auruspex *A*, aruspex *φ* (spex *in ras.* H^1) 14 portendunt *A*, portendant *φ*. *De hoc loco Schraderus ed. Musaei p. 251.* Quae nova *eqs. epexegetice ad* nefas *appositum videtur, quod pro malo futuro est quale v. 15 sqq. describitur; olim tamen pungebam post* fibris, *idem suasit Mommsenus* meatu] *ex* matu *corr.* P^1

Devius et nostri temptat iam transfuga mundi
Se rubro miscere mari? ruptone Niphate
Rursum barbaricis Oriens vastabitur armis?
An morbi ventura lues? an nulla colono
Responsura seges? Quae tantas expiet iras
Victima? quo diras iugulo placabimus aras?
Consule lustrandi fasces ipsoque litandum
Prodigio: quodcumque parant hoc omine fata,
Eutropius cervice luat.
Sic omnia nobis,
Hoc regni, Fortuna, tenes? Quaenam ista iocandi
Saevitia? humanis quantum bacchabere rebus?
Si tibi servili placuit foedare curules
Crimine, procedat laxata compede consul,
Rupta Quirinales sumant ergastula cinctus;
Da saltem quemcumque virum. Discrimina quaedam
Sunt famulis splendorque suus, maculamque minorem
Condicionis habet, domino qui vixerit uni.
Si pelagi fluctus, Libyae si discis harenas,
Eutropii numerabis eros. Quot iura, quot ille
Mutavit tabulas vel quanta vocabula vertit!
Nudatus quotiens, medicum dum consulit emptor,
Ne qua per occultum lateat iactura dolorem!
Omnes paenituit pretii venumque redibat,
Dum vendi potuit. Postquam deforme cadaver
Mansit et in rugas totus defluxit aniles,
Iam specie doni certatim limine pellunt

19 *Verg. georg. I 47:* seges . . . votis respondet avari Agricolae. 20 *Lucani III 404:* structae diris altaribus arae. 22 *Verg. Aen. II 121:* fata parent. 24 *Verg. Aen. I 78:* tu mihi quodcumque hoc regni . . . concilias. *Horati c. III 29, 49:* Fortuna saevo . . . ludum ludere; *I 33, 12:* saevo mittere cum ioco. *Iuvenalis 3, 40:* voluit Fortuna iocari. 25 *Ovidi ex Ponto IV 3, 49:* Ludit in humanis . . . rebus. 33 *cf. Iuvenal. VIII 65.* 40 *Verg. Aen. VII 579:* limine pelli.

15 temtat *E*, tendat *ς* 16 miscere *Eω* ruptoq; *B*, ruptone *H* nifate *VP*, nifate *C* 17 Rursum *EHP*, Rursus *VCBA* 19 responsura *C*, *sed* u *partim in ras.* seges] *in ras., ut vid.* *H*^{1}, leges *A* tantis *H*^{1}, tantas *H*^{2} expiat *BA* 20 diras] diuum *Cuiacii cod.* iugul o *P*^{1} *(fuerat a?)*, gulo *in ras.* *H*^{1} aras] uel iras *B*^{1}, atras *coni. Paul; sed cf. Lucani exemplum et J. Kochium „de codd. Cuiacianis" sub finem* 21 litandū *P (sed littera nulla erasa)* 22 Prodigio] *in ras. A* qcumq; *B*, quodcumque *Eq* omine] omne *A* 23 omĩa *P*^{1}; uel oĩa *P*^{2}; *item* omina *V teste Jeep., tacet Man: ita Mommsenus:* E. c. luat: sic omina nobis. nobis] noluis *Cuiacii cod.* Sis omnia nobis? *Barthius* 24 Hoc *Eω* regnū *H* (u *artissime scripsit* *H*^{1}; *fortasse antea* i *fuit, item* regnum *legit glossator in H*). ṭegni *B*^{1} (r *suprascr.*), Sic omnia nobis, Sic regnum, Fortuna, tenes? *temptabam; sed cf. Vergilius et Kochius l. l.* iocandi] io *ex* lo *corr. P*, iocandi *H* 25 quantum] quonam *Heinsius* baccabere *HB* 26 Siṭ *P*^{1} 27 compede] de *ex corr. H* 28 quirinalis *A* sūmant *B* cintus *B* 29 Des *BA*, da *Emq* 31 Conditionis *EPH* uinxerit *H* uixerat (i *suprascr.*) uno (i *suprascr.*) *P*^{1}, *ceterum* uni *H*, uno *q* 32 fractus *B*^{1}, *corr.* *B*^{2} lybie *VP*, libie *HB* diṣcis *P*^{1}, diṣcis *V*, *ubi* s *del.* *V*^{2} hatenas *P*^{1}, *corr.* *P*^{2} 33 u uncrabis *P* aeros *PV*^{1}, heros *V*^{2}*q* quod *V*^{1} *bis, bis* quot *corr.* *V*^{2} 34 Mutabit *V*, Mutabat *H*, Mutaut (i *suprascr.*) *P*, *simul ras. supra* u *alteram; vix fuerat* mutabit, *fort.* mutarit 35 Mutatus *A*, Nudatus *ςq* emptor *V*, *sed* or *V*^{2} 36 *Versus deest in A;* Ne qua per occultum lateat iactura dolorem *Em* ocultum *A* 37 Omnes *A*; i *sic add. E*, Omnis *CHA* 38 postquam] post *in ras.* *H*^{1}, postquā *(hamulum fort. m. 2)* *V* 39 Mansit] *hoc est* superfuit: *cf. IV cons. 234, Scribon. Larg. 21 et vide indices* diffluxit *Heinsius* 40 speciem *C*, specie *Eq* doni (o *suprascr.*) *A*, o *sic add. A* lumine *P*, *sed corr. m. 1*

Et foedum ignaris properant obtrudere munus.
Tot translata iugis summisit colla, vetustum
Servitium semperque novum, nec destitit umquam.
Saepe tamen coepit.
Cunabula prima cruentis
Debet suppliciis; rapitur castrandus ab ipso
Vbere; suscipiunt matris post viscera poenae.
Advolat Armenius certo mucrone recisos
Edoctus mollire mares damnoque nefandum
Aucturus pretium; fecundum corporis iguem
Sedibus exhaurit geminis unoque sub ictu
Eripit officium patris nomenque mariti.
Ambiguus vitae iacuit, penitusque supremum
In cerebrum secti traxerunt frigora nervi.
Laudemusne manum, quae vires abstulit hosti,
An potius fato causam tribuisse queramur?
Profuerat mansisse virum: felicior extat
Opprobrio: serviret adhuc, si fortior esset.
Inde per Assyriae trahitur commercia ripae,
Hinc fora venalis Galata ductore frequentat
Permutatque domos varias; quis nomina possit
Tanta sequi? Miles stabuli Ptolemaeus in illis
Notior: hic longo lassatus paelicis usu
Donat Arinthaeo; neque enim iam dignus haberi
Nec maturus emi. Cum fastiditus abiret,
Quam gemuit, quanto planxit divortia luctu!
'Haec erat, heu, Ptolemaee, fides? hoc profuit aetas
In gremio consumpta tuo lectusque iugalis

45 *Arator act. apost. I 349:* ubere raptos Vulnera suscipiunt. *Ennodii 43, 91 (Vogel):* matris ab ubere raptis. 66 *Cor. Joh. IV 372 (VI 701):* Haecine vestra fides?

57 *Cic. Philipp. XIV 37:* fortiter feliciterque. 60 *Iuvenal. VI 225:* Permutatque domos. 66 *Stat. Theb. X 807:* Haec erat, haec *eqs.* (*Properti II 29, 9:* Hic erat, hunc *eqs.*). *Senecae Thyest. 1024:* haec fratris fides? 67 *Verg. Aen. IV 496:* lectumque iugalem.

41 obtrudere *om. B, sed spatium vacuum* obstrudere P^1 42 locis PV^1, uel iugis *add.* V^2 44 Cepit sepe tamen *BA* 45 Debet PV^1 (*cf. Hor. carm. I 14, 16*), debita *corr.* P^1, Debita *H*, dedita V^2q (dedam suppliciis *Lamprid. Alex. Sever. c. 53, 7*) erastandus *B, corr. m. rec.* 46 uiscere V^1, *sed corr.* plene *H*, pene *q* 47 certos P^1, certe *A* recissos P^1 48 mollire] *in ras. H* 49 fecundum *Emω* ignem] *ita Ald.* inguen forte *add. ε et in B* at inguen *add. m. rec. item* inguen *Isengr. mg. Sane* exhausto . . inguine *Martialis XIII 64* 50 exhausit *HB*, exaurit *P* 51 officium] officiumque *VH*, ofitiumq; P^1, *sed* q; *supra versum add.* patris] maris *Burmannus* numen V^1, *corr.* V^2: minuenq; *sive* numuenq; *P*, *corr.* P^2 54 malum que *A*, manum quae *q* (manū *H*, u *a m. 2*) uel magis quia *Em* 55 causas *V*, causas P^1, *sed ras. supra* a *alteram; fuit* causā 57 seuiret *B* 58 Assirie *PHB* 59 galatha *CH* 60 posset *ex* possit *corr. H*, poscit *C* 61 stabuli EAV^2, tabulis uel stabuli B^1, stabulis V^1CHP ptolemeus *C*, ptholomeus *A*, tholomeus *VHB*, stolomeus *P* stabulis Pt. in imis *Jeepius; sed ad* illis *supplendum nominibus; Ptolemaeus autem hic quod* miles stabuli *dictus est, illustratur illis* praesepibus *in v. 68* 62 Noctior *A* hinc *H* usus *B* 63 Donat *C, sed* t *in ras.* C^2 Arintheo *VHP* (Dona tarintheo *P*), arentheo *EmBC*, *sed* a C^2 *in ras.* arentheo *A*, Arantheo *Isengr. mg.* i am *P* 65 Quam *εAH*, Que *VP*, Quae *CBA* genuit *A* plansit V^1P^1, *corr.* V^2P^1 66 heu] H^1V^2, hec V^1P uel o H^2: haec *sane commendat Statius* ptolomee *C*, tolomee *H*, ptholomee *PA*, ptholomaee *A*, tholomee *VB* hoc] *ex* hac *corr. P*; hac *V* (o *add.* V^2), hec *H* pfuit *A*

Et ducti totiens inter praesepia somni?
Libertas promissa perit. Viduumne relinquis
Eutropium? tantasque premunt oblivia noctes.
Crudelis? Generis pro sors durissima nostri!
Femina, cum senuit, retinet conubia partu,
Vxorisque decus matris reverentia pensat.
Nos Lucina fugit, nec pignore nititur ullo
Cum forma dilapsus amor. Defloruit oris
Gratia; qua miseri scapulas tutabimur arte?
Qua placeam ratione senex?'
Sic fatus acutum
Aggreditur lenonis opus, nec segnis ad artem
Mens erat officiique capax omnesque pudoris
Hauserat insidias. Custodia nulla tuendo
Fida toro; nulli poterant excludere vectes.
Ille vel aerata Danaen in turre latentem
Eliceret. Fletus domini fingebat amantis
Indomitasque mora, pretio lenibat avaras
Lascivasque iocis; non blandior ullus euntis
Ancillae tetigisse latus leviterque reductis
Vestibus occulto crimen mandasse susurro
Nec furtis quaesisse locum nec fraude reperta
Cautior elusi fremitus vitare mariti.
Haut aliter iuvenum flammis Ephyreia Lais
E gemino ditata mari; cum serta refudit
Canities, iam turba procax noctisque recedit
Ambitus et raro pulsatur ianua tactu
Seque reformidat speculo damnante senectus;
Stat tamen atque alias succingit lena ministras
Dilectumque diu quamvis longaeva lupanar
Circuit et retinent mores, quod perdidit aetas.

88 *Sulpicii Severi dial. I 5, 5:* fraus aut furta.

82 *Horati c. III 16, 1:* Inclusam Danaen turris aenea. 85 *Ovidi a. am. I 605:* eunti velle latus . . . tange pedem. 88 *Ovid. met. XIII 32:* furtisque et fraude, *Iuvencus III 170:* furta et fraudes. 92 *cf. Horati c. I 25, 1 sq.*

68 ductus *H* sompnus *ex* sompni *corr. H*¹ 69 uiduumque ς 70 noctis *A* p̄munt *P, corr. m. 2* 71 Crudeles *H* pro *VPA*, proh *q*, probha sors *H* tenuissima *H* nostris *P, corr. m. 2?* nostris *V, expunxit V*² 72 cunsenuit *E* 74 Ilnos *P*, n *in ras.* nitimur *V*², *item, sed* mur *in ras. H*¹, nititur *V*¹*q* 75 amor *P*² *in mg.; P*¹ *nil habet nisi* d 76 miseriscapulas *P* 77 acutum] auitum *Isengr. mg.* 78 Adgreditur *P* ad | in *B* 79 Omnesq; *A*: i *sic add. E*. omnesq; *BC, sed* q; *add. C*²: omnisq; *q* pudori *Heinsius* 80 custodia | ust *obscuratum vel in ras. P* 81 exclaudere *P* 82 erata *C*, e *C*² *in ras.* danaen in] *A; item* in *Em*, danen in *H*, danaē in *P*, danaem in *B*, dane ne *V*¹, danaen e *V*², danaen *C* 83 figebat, *sed* u *rursus hasta traiecit C*¹ 84 Indomitas moraque *B, sed corr.* mora] mero ς 85 iocis] *ex* locis *corr. P* non *Emω* ullus] alter ς 86 leniterq; *A* reductae *Heinsius* 87 mandare *ABAC, sed* re *C*² *in ras.* mandasse *q*, *ex* mandase *corr. P* 88 retecta *Heinsius* 89 Cautiore lusi *P, sed corr.* fremit *P* 90 Haud *VB* ephireia *VB*, epyreia *AH*, uel corinthia *H*² lais *V*¹, uel nais uel thais *V*², lays *H* epyre ialais *C*¹ *(unde* talais *corr. efficit C*²*)*, ephirei alais *P*¹, *corr. P*² 91 E gemino *P*¹, Et gemino *EP*²*q* ditata *C*, dotata ς *vix unus, Heinsius* conserta *B* refudit *V*, refundit *q*; *scribendum* refugit *cum Livineio:* refutat ς *pauci* 93 tactatu *P*, iactu ς *unus teste Burmanno p. 277 (Hauptius Hermae IV p. 146)* 94 dampnante *AB*, dampnante *V*¹*H*, damnante *P*, dampnata *CV*², damnare *AH*² 96 nuuq; diu *H*¹ *in ras.* diu semel *PV*¹, uel diu *V*² 97 retinent *H*, retinent *Esq* quod *Esω*

Hinc honor Eutropio; cumque omnibus unica virtus
Esset in eunuchis thalamos servare pudicos,
Solus adulteriis crevit. Nec verbera tergo
Cessavere tamen, quotiens decepta libido
Irati caluisset eri, frustraque rogantem
Iactantemque suos tot iam per lustra labores
Dotalem genero nutritoremque puellae
Tradidit. Eous rector consulque futurus
Pectebat dominae crines et saepe lavanti
Nudus in argento lympham gestabat alumnae,
Et cum se rapido fessam proiecerat aestu,
Patricius roseis pavonum ventilat alis.
Iamque aevo laxata cutis, sulcisque genarum
Corruerat passa facies rugosior uva:
Flava minus presso finduntur vomere rura,
Nec vento sic vela tremunt. Miserabile turpes
Exedere caput tineae: deserta patebant
Intervalla comae: qualis sitientibus arvis
Arida ieiunae seges interlucet aristae
Vel qualis gelidis pluma labente pruinis
Arboris inmoritur trunco brumalis hirundo.
Scilicet ut trabeis iniuria cresceret olim,
Has in fronte notas, hoc dedecus addidit oris
Luxuriae Fortuna suae: cum pallida nudis
Ossibus horrorem dominis praeberet imago
Decolor et macies occursu laederet omnes,
Aut pueris latura metus aut taedia mensis
Aut crimen famulis aut procedentibus omen.
Et nihil exhausto caperent in stipite lucri.
Sternere quippe toros vel caedere ligna culinae

110 *Boethius cons. I carm. 1, 12:* laxa cutis.

98 *Iuvenal. VIII 20:* unica virtus. 108 *Verg. ecl. 2, 10:* rapido fessis . . . aestu. 110 sqq. *cf. Iuvenalis X, 191 sqq.* 111 *Lucilius v. 491 Lachm.:* rugosi passique senes. *Priapeorum c. 32:* Uvis aridior puella passis. 116 *Catulli 48, 5:* densior aridis aristis . . . seges osculationis. 117 *Sil. Ital. IV 112:* pluma labente. 125 *cf. Luciani Eun. 6:* δυσοιώνιστόν τι κτλ. 127 *Lucili v. 589 Lachm.:* lignum caedat.

98 que] *om. B* 102 caluisse teri *ex* caluiss e heri *corr. vid. V*¹, caluisset heri *V*², c aluisset theri *P* (t *erasum*), heri *q* rogantem *C, sed* nt *C*² *aut corrigendo aut renovando* 103 tottam *P*¹, tot iam *P*² 104 genero, (*fuerat* s) *V*, generos *P*¹ nu̅tritoremq̧ *P* que *Eμω* 106 lauanti *C*. u *in ras. C*² 107 lymfam *V*, lympham *P*, h *add. P*²; *ras. supra* p; *fuisse vid.* lynf . . . limpham *H*. linpham *B* 108 rabido *exc. Laeti* fessa *B* proiceret *B*, proiecerat *Eq* 109 Patricius] us *in ras. C* pauonem *A* uentilat] uestit et *V*¹, uentilat et alis *P*, uentilat *V*² 110 lassata *C et „quidam vetus liber“ apud Clarerium*; lapsata *M* sultisque *P*, t *ex* e *corr.* sulcisq̧, s *ex* f *corr. H* 111 Aruerat *Pricaeus* 112 manus *B* finduntur *Eω* 114 capud *H* tiniae *C*, timee *P* patebant *V*²*P*², petebant *V*¹*P*¹ 115 scicientibus *B* 116 seges] gleba *Burmannus* (hariste *H*) 118 immoritur *C* irundo *A*, hyrundo *H*¹, harundo *P*, arundo *H*², hirudo *C*¹, hirundo *C*²*q* 120 addedit *B, sed corr.* notas dedecus hac adidit *A* ori *Heinsius male* 121 fortuna *P* Ludibrio . . . suo *Schraderus*, Luxurie . . . sua *Mommsenus* 122 hororem *P*¹, *corr. P*² dn̄i (= domini) praebetur *A*, praeberer *H, sed* r *in fin. m. 2* 123 Discolor *ç* macies *Eω* omnis *A*, om̄is *P*¹ 125 om̄e *P*¹ 126 Ut nihil *A* exausto *P* cespite *A*, stipite *Eωq* e stipite *Heinsius* 127 totos *A* uel] aut *B*

Membra negant: aurum, vestes, arcana tueri
Mens infida vetat: quis enim committere vellet
Lenoni thalamum? Tandem ceu funus acerbum
Infaustamque suis trusere Penatibus umbram.
Contemptu iam liber erat. Sic pastor obesum
Lacte canem ferroque ligat pascitque revinctum,
Dum validus servare gregem vigilique rapaces
Latratu terrere lupos: cum tardior idem
Iam scabie laceras deiecit sordidus aures,
Solvit et exuto lucratur vincula collo.

  Est ubi despectus nimius iuvat. Vndique pulso
Per cunctas licuit fraudes impune vagari
Et fatis aperire viam. Pro! quisquis Olympi
Summa tenes, tanto libuit mortalia risu
Vertere? Qui servi non est admissus in usum,
Suscipitur regnis, et quem privata ministrum
Dedignata domus, moderantem sustinet aula.
Vt primum vetulam texere palatia vulpem,
Quis non ingemuit? quis non inrepere sacris
Obsequiis doluit totiens venale cadaver?
Ipsi quin etiam tali consorte fremebant
Regales famuli, quibus est inlustrior ordo
Servitii, sociumque diu sprevere superbi.

  Cernite, quem Latiis poscant adnectere fastis:
Cuius et eunuchos puduit! Sed vilior ante
Obscurae latuit pars ignotissima turbae,
Donec Abundanti furiis — qui rebus Eois
Exitium primoque sibi produxit — ab imis
Evectus thalamis summos invasit honores.

146 *cf. Corippi III 214 sq.*

136 *Apuleius metam. III 26:* deiectis auribus. 138 *cf. Stat. Theb. X 493:* Est ubi *eqs.* 140 *Lucani VII 544:* et fatis datus est . . . cursus. 151 *Valer. Flacci II 245:* Latiis . . . fastis.

128 archana $VCHBP$, arcamque *Burmannus* 129 uetat] negat *H* comittere *B* 130 funus P^1 131 truscere *P*, misere *A, ut vid., item* H^2 unbram C^1, umbram C^2 132 Contemptu *εω* obhesum *P* 133 Lacte *Eω*, Uecte *Heinsius* poscitq́ *C* 135 terere *sed corr.* H^1 tradior *sed corr.* P^1 136 scabit *C* deiecit *Eω*, demisit *Cuiacii vetus. ς* sordibus *C* 137 luctatur *B*. *Lucrari canem puto sicut Eutropium; itaque melius esset* Soluitur exuto lucratus uincula collo; *ceterum vincula lucrari idem puto atque lucrum ex iis habere vel iis carere; cf. Cic. II Verr. I 33* 138 nimi' *P* iuuet *Heinsius* 139 cunctas] ciuitas *B* inpune *VP* 140 fastis *AV* proh *CHBV*^{2}, pro *A*V^1, ꝓ / *P (an h erasum?)* olimpi *HP* 141 tanto libuit *VP (cf.* licuit *v. 139)* tanto licuit *H*, tantone libet *q* risu] *ex* nisu *vel* uisu *corr.* V^1, nisu *et Heinsius* 142 in H^1, ad H^2 143 ministris V^1, ministrum V^2q (mini P^1 *in ras.*) 144 moderatē *A* aulam *M* 145 texere] V^1, traxere AV^3 *Inter* palatia *et* uulpem *ras. trium vel quattuor litterarum V* 146 ingemit P^1, *corr.* P^2 inrepere *EVP*, irrepere *CA*H^2, irrumpere H^1B 148 etiam] et *B* 149 quibus] qui sub P^1, *corr.* P^2 inlustrior *P*V^1, illustrior V^2q trebmebant B^1 150 Seruici isotiumque *V* Seruitus P^1, *corr.* P^2, seruiciis H^1, ł seruicium H^2 diu] sibi *B*, diu *Eq* 151 q̃ (= quam) *B* laciis *H* annectere *PA* fastis V^1, ł fata V^3 fastis p. aun. latiis *P*, *sed corr. (m. 2?)* 152 Cuius *Emω, fort.* Huius heunuchos *B* 154 Donec] *sed* D *ex P effectum in P* abundanti] anhelanti *ε*, abundatii *P*, un *in ras.*, habundanti *B*, *similiter M, unde attulit Claverius* eoys *H* 155 Extium *P*, Exitium *Eq* primoq́ *BA*, primumq́ V^1CHP, ł o *supra scr.* V^3 perduxit *BA*, produxit *Eq* *Itaque dicitur Abundantius exitium rebus Eois et antea sibi ipsi produxisse; in quo iam nihil obscurum* 156 euentus *H*, *sed corr. m. 1* thalamis] stabulis *ς pauci*, tabulis *Heinsius; tamen idem* thalamis *defendebat (cf. Clergium apud Burm. p. 832)*, ab imo Euectus thalami *eqs. Paul, item* thalami *Buechelerus.* summos] summorum *(sc. thalamorum) desidero*

Quam bene dispositum terris, ut dignus iniqui
Fructus consilii primis auctoribus instet.
Sic multos fluvio vates arente per annos
Hospite qui caeso monuit placare Tonantem,
Inventas primus Busiridis imbuit aras
Et cecidit saevi, quod dixerat, hostia sacri.
Sic opifex tauri tormentorumque repertor,
Qui funesta novo fabricaverat aera dolori,
Primus inexpertum Siculo cogente tyranno
Sensit opus docuitque suum mugire iuvencum.
Nullius Eutropius, quam qui se protulit, ante
Direptas possedit opes nullumque priorem
Perculit exilio solumque hoc rite peregit,
Auctorem damnare suum.
Postquam obsitus aevo
Semivir excelsam rerum sublatus in arcem,
Quod nec vota pati nec fingere somnia possunt,
Vidit sub pedibus leges subiectaque colla
Nobilium tantumque sibi permittere fata,
Qui nihil optasset plus libertate mereri,
Iam iam dissimulat dominos alteque tumescunt
Serviles animi. Procerum squalore repletus
Carcer et exulibus Meroë campique gemiscunt
Aethiopum; poenis hominum plaga personat ardens:
Marmaricus claris violatur caedibus Hammon.
Asperius nihil est humili cum surgit in altum:
Cuncta ferit dum cuncta timet, desaevit in omnes
Vt se posse putent, nec belua taetrior ulla
Quam servi rabies in libera terga furentis:

162 *Rutilii Nam. de red. I 141:* sacrilegae . . cadat hostia gentis. 171 *carm. de provid. divina 83:* celsa . . . ab arce. 181 *citatus a Silvestro Giraldo (Hibernia expugnata II 15), aliis;* consurgat in altum *Mar. Victor aleth. II 403.*

158 *Hesiodi opp. et dies 266:* Ἡ δὲ κακὴ βουλὴ τῷ βουλεύσαντι κακίστη. *Versus cantatus a pueris apud Gellium IV 5, 5:* Malum consilium consultori pessimum est. 161 sq. *cf. Ovidi a. am. I 647 sqq.* (Illi Busiris: fies Iovis hostia primus). 170 *Verg. Aen. VIII 307:* obsitus aevo. 179 *Sil. Ital. IV 511:* haec personat ardens.

157 iniquis V^1 s *del.* V^2; iniquis P^1, iniq *H* 158 auxilii fructus *A* conscilii *B* 159 multos] ltos *ex corr. H*, multis P^1 uates arentes *P* 160 tonantē *H* 161 Inuentas P^1, tas *in ras.* primum *VH*, primus *ex* primum *corr.* P^1, primus *εAq* inbuit *P* 162 quod] qui *Isengr. mg.* dixerat] struxerat *Burmannus* 163 repertor] *ex* reparator *corr.* P^1, repentor *A* 165 tyranno] o *ex corr.* H^1 166 mugere P^1 167 Nullius] *ras. supra* i *P* etropius *H* quas V^1, quam V^2 pretulit *E* 168 Dereptas *A*, Directas *B*, Ereptas *Burmannus* 169 Pertulit *B* rite V^2, ire V^1 170 suum pro se postquam *B* obssitus *ex* obstitus *corr.* P^1 171 Senuit *A* excelsam *εω* 172 nota *A* pati] *obscurum;* satis *Isengr. mg.*, alii *temptari; ipse enim non optarat (v. 175)* somnia fingere *C*, fingeres sopma P^1 possunt] possent *Heinsius* 173 reges *Heinsius* que] *om.* H^1, *sed corr.* 174 permitē *P* 175 obtasset *B*, *corr.* B^1 Qui nihil optasset . . . dissimulat *in unam sententiam comprehendit Buechelerus* 176 dissumulat *H*, disimulat *B* timesc̄t *B* 177 animos *B* spalore *C* repletur AH^2, replet'ur *(sic)* P^1, repletus H^1q 178 gemescunt *ECH* merore *P*, merore *A*, Meroe *ε (ut vid.) q* 179 Ethiopum *HB* hominum] nimium *Mommsenus; potest tamen* hominum *cum pondere indignationis dictum esse, cum homines in plaga ardenti vivere non possint* resonat *B* arens *Heinsius* 180 Marmoricus *B* claris] plagis *C* uiolatatur *P* cedat P^1, *sed corr.* hammon *C*, hamon *B*, hamon H^1, ammon *VA*, amon *P* 181 surgat *EC* humili cum *praeter* m *ultimam et litteras* tu *vocis* altum *evanidas in C iteravit* C^2 182 cuncta timet *in C evanidum praeter ultimum* et *iteravit* C^2; *item v. 183 quattuor litterae, in 184 duae iteratae* dū seuit *B* 183 bellua *A* ulla est *AA*; est *del. E* 184 terga] colla *A*

Agnoscit gemitus et poenae parcere nescit.
Quam subiit, dominique memor, quem verberat, odit.
Adde, quod eunuchus nulla pietate movetur
Nec generi natisve cavet. Clementia cunctis
In similes, animosque ligant consortia damni;
Iste nec eunuchis placidus. Sed peius in aurum
Aestuat; hoc uno fruitur succisa libido.
Quid nervos secuisse iuvat? Vis nulla cruentam
Castrat avaritiam. Parvis exercita furtis
Quae vastare penum neglectaque sueverat arcae
Claustra remoliri, nunc uberiore rapina
Peccat in orbe manus. Quidquid se Tigris ab Haemo
Dividit, hoc certa proponit merce locandum
Institor imperii, caupo famosus honorum.
Hic Asiam villa pactus regit; ille redemit
Coniugis ornatu Syriam; dolet ille paterna
Bithynos mutasse domo. Subfixa patenti
Vestibulo pretiis distinguit regula gentes.
Tot Galatae, tot Pontus eat, tot Lydia nummis;
Si Lyciam tenuisse velis, tot millia ponas,
Si Phrygas, adde; parum! Propriae solacia sorti
Communes vult esse notas et venditus ipse
Vendere cuncta cupit. Certantum saepe duorum
Diversum suspendit onus; cum pondere iudex
Vergit, et in geminas nutat provincia lances.
    Non pudet heu, superi, populos venire sub hasta?
Vendentis certe pudeat. Quod iure sepultum

189 *Iuvencus evang. IV 668:* poenae consortia. 204 sqq. *Totus locus cf. cum Pacato paneg. Theod. c. 25 et 26 (et maxime:* stabat ipse . . ad lances et momenta ponderum nutusque trutinarum pallens . . . exigebat). 205 *cf. Horati sat. II 3, 69.* 210 *Lucani II 568:* Teque nihil Fortuna pudet?

186 Quam *Emω* quē *(virgulam m. 2) V*, quos *H* uerbera totis V^1, *corr.* V^2 187 Addeq; *A* heunuchus *B*, ẹeunuchus (h *supra*) P^1 188 generiṣ P^1, generis V^1, s *del.* V^2 natisq; *B*, natisue *Eq* dementia V^1, *corr.* V^3 189 In^s^imlẹs (i *supra*) *P*, *sed* i *supra scr. minus certum* legant V^1, *corr.* V^2 190 Iste *ω*, *sed A ex corr.* eunuch' *B* peius] penis *P*, uel peius P^1 *in mg.*, pronus *Heinsius*, pectus *Jeepius*, apertus *ego (cf. Eutr. II 560); tamen* peius *versui 182 opponitur: „male furit in omnes, peius in aurum"; ita Buechelerus* 191 siccisa P^1, *corr.* P^2 192 neruos *Eω* cruentam] furentem *Schraderus* 193 exçercita H^1 *corr.* 194 neglectq; *(sic) E*, neglectarẹq; P^1 areae *EmC*, archae *V*, aree *P*, arche H^1, arce ł ante H^2, arte ł arce *B*, artẹ (n *supra*) *(corrector voluit* ante) 195 remolliri *H* nunc *Eω* uberime P^1, *sed corr. (m. 2?)* 196 quicquid, c *ex* s *corr. H* haemo *C*, hemo *VPBH*, aemo *q*, Hebro *Buechelerus* 198 campo *B* 199 asyam *H* villā V^2B, villa V^1q partus *B*, pactus *A* redemit] *in ras.* H^1 200 tyriam *HA*, syriam *εq* dolet — paterna *in ras.* H^1 dolet] tulit *L. Muellerus mus. Rhen. XVII p. 182* 201 *Hunc v. om. et restituit in mg.* H^1 Bythinos *VA*, bytynos (a *supra*) *P* (a *add.* P^2), bithinos *C*, bitinos *B*, bitīnos *H* domos *P*, domo (u *supra*) *A*, dom (o *supra*), *et* o *ex corr. H* subfixa] sufixa *AB* potenti *εAB*, petenti *A*, potenti *ex* petenti *corr.* H^1, *inde* patenti H^2 202 regula] tegula *Rubenius* 203 galatẹ *ε(?)*, galathae *VC* (h *del. m. rec. in V*), galathe *H*, galete *B* erat *B*, eẹat (r *supra*) *(vel* eṭat) *P corr. m. 2* lidia *VB* 204 Ciliciam *A*, Siciliam *B* liciam *H* 205 phrigas *A*, frygas *VP*, frigas *CH* parum est V^1, est *del.* V^3 (propriẹ *et* solacia *E*) sorti] *EA*, sorti *C* *(quisse vid.* sortis), sortis *q* *In B sic:* Si frigias . . . . adde dure solacia sortis *et in mg.* ł proprie 206 uult] *in ras.* H^1 207 iubet cupit A^1, cupit *del.* A^2 certantum *Eω (item V unde* certatum *corr.* V^3 *vel* V^1) 208 /iudex *P* onus V^1, honus V^2 209 nutat *Eω (sed* u C^2 *in ras.)* prouincia H^1, sententia H^2 210 Num *P* pudet] *ex* podor *corr.* H^1 uenire *EmCPV*^{1}, uenisse V^2HBA asta *B*, hasta *ex* asta P^1 211 quod] quo V^1C, quid *A*, quod V^3q sepultum] sepulto *Burmannus*, repulsum *idem*

Mancipium, tot regna tenet, tot distrahit urbes?
Pollentem solio Croesum victoria Cyri
Fregit ut eunucho flueret Pactolus et Hermus?
Attalus heredem voluit te, Roma, relinqui,
Restitit Antiochus praescripto margine Tauri,
Indomitos curru Servilius egit Isauros
Et Pharos Augusto iacuit vel Creta Metello.
Ne non Eutropio quaestus numerosior esset?
In mercem veniunt Cilices, Iudaea, Sophene
Romanusque labor Pompeianique triumphi.
    Quo struis hos auri cumulos? quae pignora tantis
Succedent opibus? Nubas ducasve licebit:
Numquam mater eris, numquam pater; hoc tibi ferrum,
Hoc natura negat. Te grandibus India gemmis,
Te foliis Arabes ditent, te vellere Seres:
Nullus inops adeo, nullum sic urget egestas
Vt velit Eutropii fortunam et membra pacisci.
    Iamque oblita sui nec sobria divitiis mens
In miseras leges hominumque negotia ludit.
Iudicat eunuchus; quid iam de consule miror?
Prodigium, quodcumque gerit. Quae pagina lites
Sic actas meminit? quibus umquam saecula terris
Eunuchi videre forum? Sed ne qua vacaret
Pars ignominia neu quid restaret inausum,
Arma etiam violare parat portentaque monstris
Aggerat et secum petulans amentia certat.

---

212 *Orest. trag. 530:* pudet . . . quod pastor mea regna tenet. 215 sqq. *Sidon. II 462 sq.* Cilicas . . Isauros . . Servilius . . . Attalicum testamentum. 226 *Paulini epigr. 61.* 229 *Boethii consol. I cap. 2, 12* sui paulisper oblitus est. 234 *Aratoris act. apost. II 16:* pars ne qua vacaret. 235 *Anonymi carmen de laudibus domini v. 115 (Migne XIX p. 384):* et ne quid inausum restaret.

---

213 *Horati c. II 2, 17:* Cyri solio. 220 *Lucani II 593:* Incerti Iudaea dei mollisque Sophene, . . . Cilicasque feros. 224 *cf. Iuvenal. II 139.* 225 *cf. ad Rapt. I praef. 4.* 226 *Petronii b. civ. 119:* vellera Seres atque Arabum populus; *et cf. ad III cons. 211.* 227 *Verg. Georg. I 146:* urguens in rebus egestas. 229 *cf. Iuvenal. VII 100.*

---

212 regna] iura ς, rura *Heinsius* distrait *P*, disthrait V^1, destruit V^3, distrahat *H* 213 croesum *CA*, cresum *HBV*^{2}*P*^{2}, roesũ P^1 *(ante* r *una littera abolita)*, drusum V^1 uictoria uictoria *P*, *sed corr.* 214 flueret *VC*, fluerent *q* *(sed in H, ubi* fluerēt, *virgulam fort. m. 2)* hermus C^1, *sed* rm *in ras.* ermus *P* 215 Atthalus *H ex corr. fuisse vid.* Attalus, Athalus *B* 216 Anthiocus *HB* tauri P^1, cauri P^2 217 Indomitus *P* seuilius *H*, *sed corr.* hisauros *HB*, egit ysauros *V*, *sed* egit y *et* s *finalem* V^2 *in spatio vacuo* 218 creto (a) P^1 metallo (e) *A* 219 Ut nunc *C*, Nec non *H*, Ne non *q*, Ne *E* questos (u) V^1 220 mercem H^1 ł lapidem H^2, merces *A*; *illud* lapidem *non displicuit Koenigio* scilites *H* iudea *HP* sofene V^1PC, soferne V^2, sophoene *A*, sophone *AHB* 221 Romanosque (u) V^1, Romanosq; (u) P^1 222 Quos *A* 223 Succedant *H*, succedunt *B* ducasq; *B*, ducas ue *Eq* 224 eris *Eεω* hoc] h̄ (= hoc) *P*, *sed tam pingue punctum, paene ut* i *sit* 226 arabis V^1, arabes V^2 te] *om. sed suppl.* P^1, et *H*, *item V teste Jeep., tacet Mau* 227 inops] *om. et suppl. in mg.* H^1 cogit *BA*, urget *Emq*, coget ς egestat P^1, *sed corr.* *V. 227 omissus in A, sed repositus in mg.* 228 Eutropii] Eunuchi ε *ut vid.* pascisci *P* 229 olita *A* 230 In miseras] *suspectum; velim* Sinceras; En miseras *Heinsius*, Invisas *Buechelerus* negotia EC^1q, *sed* o C^2 *in ras.* ludit *Emω*, uenit ς 231 mirer *Heinsius* 232 Prodigium *HB*, Prodigium est *Aq* quocumque *B* littes *P* 233 Sic ętas (ac) V^1, uel femineas V^2, Sic femineas etas P^1, Sic actas *C*, *sed* ac *in ras.* C^1 *vel* C^2, femineos *H*, femineas *q*, Castrati *Barthius* 234 forum] totum *A* 235 ignominia *BA*, ignominię EV^1q, uel (ignomini)a V^2 neu] ne *BA*, nen *Eq* 236 portendaq; *B* monstrū *V*, monstri *B* 237 Aggregat *B*, Aggerat *Emq*

Erubuit Mavors aversaque risit Enyo
Dedecus Eoum, quotiens intenta sagittis
Et pharetra fulgens anus exercetur Amazon
Arbiter aut quotiens belli pacisque recurrit
Adloquiturque Getas. Gaudet cum viderit hostis
Et sentit iam deesse viros. Incendia fumant,
Muris nulla fides, squalent populatibus agri
Et medio spes sola mari. Trans Phasin aguntur
Cappadocum matres, stabulisque abducta paternis
Caucasias captiva bibunt armenta pruinas
Et Scythicis mutant Argaei pabula silvis.
Extra Cimmerias, Taurorum claustra, paludes
Flos Syriae servit. Spoliis nec sufficit atrox
Barbarus; in caedem vertunt fastidia praedae.
Ille tamen (quid enim servum mollemque pudebit?
Aut quid in hoc poterit vultu flagrare ruboris?)
Pro victore redit; peditum vexilla sequuntur
Et turmae similes eunuchorumque manipli.
Hellespontiacis legio dignissima signis.
Obvius ire cliens defensoremque reversum
Complecti. Placet ipse sibi laxasque laborat
Distendisse genas fictumque inflatus anhelat,
Pulvere respersus tineas et solibus ora
Pallidior, verbisque sonat plorabile quiddam
Vltra nequitiam fractis et proelia narrat
Perque suam tremula testatur voce sororem:
Defecisse vagas ad publica commoda vires;

244 *Alc. Aviti c. IV 27:* nulla fides.

238 *Statii Theb. V 356:* rubuit . . . Pallas et adverso risit Gradivus 244 *Lucani II 534:* Ardent . . populatibus agri. 261 *Persius I 34:* plorabile siquid.

238 maṛuors P^1 aduersaque *P*, auersaꝗ *Eεq* risit] *om. B* enio *P*, enyo *Eq* 239 intenta] violenta *vel* metuenda *fortius esset* 240 faretra *VP* surgens *B* exercetur *Eω* amaton P^1 *corr.* P^2 241 paṣcisꝗ P^1 242 Adloquitur *E*, alloquiturue *V*, Adloquitur uegetas P^1, ue *separavit* P^2, Alloquiturque *Aq* 244 Mures V^1, *corr.* V^2 populantibus *HP*V^1, n *del.* V^2, populatibus *Eq* 245 mari] *om.* P^1, *add.* P^2 tras P^1, *corr.* P^2 fasin *V*, fas in *P* 246 Capadocum *HBA* stabulis adducta *B* pat̄rus *P* 247 Caucaseas *A* armenta bibunt captiua *H* pruimas *P* 248 scithycis *V*, scithicis *H*, schiticis *P*, sithicis *B* argẹi *CP*, argei *q*, Argeïa *Heinsius. Argaeum montem recte intellexit Koenigius* 249 Cimerias *CA*, Cymerias (y *ex corr.*) H^1, Cimerinas *H*, cĩ̄merias *P* (*erasa virgula librata*) l ex tracia P^1 *in mg. quod del.* P^2 claustra] a *ex* u *corr. P*, claustra *partim in ras. A. v. 249 in suspicionem vocabat Barthius* 250 seruit *E* flos sirie seruit *BA*P^2, flos syriae feruit *vetus Cuiacii*, flos asie seruit V^3P^3, Assyriis feruet *C*, Assiriis feruet P^1, Assyrus feruet V^1, assiriis feruent *H*. *Pro* Syriae *lectione facit Orontes memoratus in Eutr. II 115 et 571. Quamquam* Flos Asiae *Iuvenalis V 54, cf. Zwei polit. Satiren p. 57* sufficit *P*, *sed* ic *ex* u *corr. vid.* 251 uertunt *ECH*V^1, uertit *P*V^3*BA* 252 mollemque] molemꝗ *P*V^1, *corr.* V^2 putebit P^1, *sed corr.* 253 potuit *ABA* flagrare] superare *Isengr. mg.* ruboris V^1 *ex* pudoris *corr.*, pudoris ς *prave* 254 peditum] tunc cum V^3A, *item, sed praeter* um *in ras.* H^1, unum *Emε*, peditum V^1*PCB*: truncum *Heinsius propter* similes *v. 255;* uanum *Paul:* Pro victore redit Hunum; vexilla sequuntur *Mommsenus* secuntur *VHP*, *sed* e *ex* r *effecit* P^1 255 manipli] *ex* manibli (?) *corr.* P^1 256 Helespontiacis *B*, Heleseṣ pontiẹiacis P^1; helleis P^2; *in A transposita vox est post v. 256* 258 laxatꝗ *B* 259 Contendisse V^1P^1, extendisse *ex* contendisse *corr.* H^1, distendisse V^2P^2q anhelat *A*, l *sic add. E*, anelat *P*, hanelat *H* 260 tinias *C*, tunicas *Isengr. mg.* 261 Palladior P^1 sordibus ora Squallidior *Heinsius* sonat] sena *B* 262 nequitiam *Eω*, Multa nequitia *Jeepius:* Vltra nutricem fractis *lusi ex Lucreti V 230:* nutricis blanda atque infracta loquela fractis *Eω*, fictis ε 264 Deffecisse *B* uagas] *vix sanum; conicio* auidas *vel* datas puplica comoda *H*

Cedere livori nec sustentare procellas
Invidiae; mergique fretis spumantibus orat.
Exoretque utinam! Dum talia fatur, ineptas
Deterget lacrimas atque inter singula dicta
Flebile suspirat: qualis venit arida socrus
Longinquam visura nurum; vix lassa resedit
Et iam vina petit.
Quid te, turpissime, bellis
Inseris aut saevi pertemptas Pallada campi?
Tu potes alterius studiis haerere Minervae
Et telas, non tela pati, tu stamina nosse.
Tu segnes operum sollers urgere puellas
Et niveam dominae pensis involvere lanam.
Vel, si sacra placent, habeas pro Marte Cybeben:
Rauca Celaenaeos ad tympana disce furores.
Cymbala ferre licet pectusque inlidere pinu
Inguinis et reliquum Phrygiis abscidere cultris.
Arma relinque viris. Geminam quid dividis aulam
Conarisque pios odiis committere fratres?
Te magis, ah demens, veterem si respicis artem,
Conciliare decet.
Gestis pro talibus annum
Flagitet Eutropius, ne quid non polluat unus,
Dux acies, iudex praetoria, tempora consul!
Nil adeo foedum, quod non exacta vetustas

274 *Sidon. XV 149:* tenet haec telas, vult haec plus tela tenere. *Verba Achillis in parthenone v. 24 (an haec ante Claudianum scripta?):* a telis ad tela decet transire.

266 *Livius XXVI 29:* mergi fretis satius . . . esse. 271 *Ovidi met. III 117:* te . . . insere bellis. 273 *Ovidi a. am. I 692:* Quid facis, Aeacide? . . . Tu titulos alia Palladis arte petas *eqs.* 276 *Lucilius v. 589 Lachm.:* pensum faciat *eqs.* 277 *cf. Verg. Aen. IX 618 sq.* 279 *Statii Theb. X 172:* in pectora pinus. 280 *Iuvenalis II, 116:* Phrygio . . . more . . cultris abrumpere partem. 281 *Verg. IX 621:* sinite arma viris.

266 *de hoc loco cf. Zwei politische Satiren p. 44.* 267 que] *om. H, seil add.* talia *P* ineptas *P*, ineptus *VC* 268 Deterget *EεHV*^{2}, Detergeret *P*^{1}, Detergeret *V*^{1}, Detergetqꝫ *A*, Detergit *BC*, *sed* i *C*^{2} *in ras.* lacrymas *E* 270 nutrum *P* resedit] *fort. ex* residit *corr. H* 271 turpissime] turpissima ς: *ad hunc vocativum in P adscriptum:* arnulphi *(!)* 272 seuis *VPB*, saeui *Eq* pertemtas *EH* pallida *BA*, pallada *C*, *sed quintam litteram C*^{2} *in ras. ut vid.*, p̄lia *H*, *item Isengr. mg.* campis *VPB*, campi *Eq* 273 alternis *H*^{1}, l alterius *H*^{2}, anterius *A* 274 Et] Tu *B* Tu, *sed* T *ex* E *corr. H*^{1}, Et *Emq* tu] te *P*^{1}, *corr. P*^{2} nosce *A*, nosse *q*, nesse *Heinsius ex* ς *uno recenti (sic* stamina neuit *Ovidius fast. II 771)* 275 solers *A*, l *sic add. E* puellas *V*^{1}, ministras *V*^{2} 276 m neam *P*, ninctam *V*^{3}*A*, tinctam ς planam *P*^{1}, *corr. P*^{2}, lanam (p *erasum*) *V*, lanam *H*^{1}, lenam *H*^{2} 277 saera *V*^{1}, tela *V*^{3} placeant *H* habeas] adeas *Heinsius*, *Schraderus* matre *V*^{1}, marte *V*^{3} Cybelem *EH*, cybelē *PV*, cibelen *B*, cybellem *A*, cybel em *C (parva ras.;* l *vix locum habuit; an fuit* cybebem?*)* 278 que *post* Rauca *add. P*^{1} *vel P*^{2} celenaeos *EC*, celeneos *VP*, celeneos *A*, cileneos *H*, sileneos *B* 279 Cinbala *B* ferre] disce *V* pectus *H*, pectusqꝫ *Eq* allidere *ε*, inlidere *PV*^{1}, illidere *V*^{2}*q* penu *A* 280 frigiis *ω* abscidere *P*, absidere *C*^{1}, abscidere *rest. C*^{2}, absīdere *A*, *virgulam add. E*, absindere *B*, absciudere *q* cultris] is *in ras. H* *V. 281* (Geminam . . .) — *284* (. . . decet) *satis turbant sententiarum nexum; nam sermo non nisi de eunuchi contra barbaros expeditione fuerat; neque tamen haec spuria videntur* 282 Conarisque] C *ex* T *corr. P* 283 ah *C*, a *V*^{1}, ha *V*^{2}*q* si *Eω* conspicis *H* arcem *C* 284 Consiliare *P*^{1} 285 Flagitat *CV*^{3}, Plagitet *A*, Flagitet *EV*^{1}*q* unus] anus *C*^{1} 286 acies *Eω* praeteria *P*^{1} tempera *B* 287 foedum *V*^{1}*A*, foedum est *V*^{2}*q* *(nisi quod* fedum *V)* exacta] e *C*^{1}, *iterum scr. C*^{2}

Ediderit longique labor commiserit aevi.
Oedipodes matrem, natam duxisse Thyestes
Cantatur, peperit fratres Iocasta marito
Et Pelopea sibi. Thebas ac funera Troiae
Tristis Erechthei deplorat scena theatri.
In volucrem Tereus, Cadmus se vertit in anguem.
Scylla novos mirata canes. Hunc arbore figit.
Elevat hunc pluma, squamis hunc fabula vestit,
Hunc solvit fluvio. Numquam spado consul in orbe
Nec iudex ductorve fuit. Quodcumque virorum
Est decus, eunuchi scelus est. Exempla creantur
Quae socci superent risus luctusque cothurni.
    Quam pulcher conspectus erat, cum tenderet artus
Exangues onerante toga cinctuque gravatus
Indutoque senex obscenior iret in auro:
Humani qualis simulator simius oris,
Quem puer arridens pretioso stamine Serum
Velavit nudasque nates ac terga reliquit,
Ludibrium mensis; erecto pectore dives
Ambulat et claro sese deformat amictu.
Candida pollutos comitatur curia fasces.
Forsitan et domini. Praebet miracula lictor
Consule nobilior libertatemque daturus,
Quam necdum meruit. Scandit sublime tribunal
Atque inter proprias laudes Aegyptia iactat
Somnia prostratosque canit se vate tyrannos.
Scilicet in dubio vindex Bellona pependit,
Dum spado Tiresias enervatusque Melampus
Reptat ab extremo referens oracula Nilo.

298 *Aratoris act. apost. I 621:* Exemplumque creat.

288 *Verg. Aen. XI 425:* variusque labor mutabilis aevi. *Valer. Flacci II 619:* longus labor abscidit aevi. 295 *Ovidi met. IV 410:* pluma levavit. 299 *cf. Iuvenal. XV 29* 315 *Tiresiae haec parodia extat apud Lucilium v. 1026 Lachm.:* quidam perditus Tiresia, *cf. ibid. v. 174.*

288 aeui C^1, *iteravit* C^2 289 Edipod'as *B* thyestes *P*, *sed* t *prior in ras.*, thiestes V^1, y *rest. m. rec.*, thiestes *HB* 290 Cantatur *VBH*, Cantantur *Eq* peeperit *H* frīs *B*, fres *P* 291 pelopea] *in ras. fere totum H*, pelopeia *B* thebas CV^1, labes *H*, labes V^3q, Thebes *Heinsius* 292 erechthaei *ε (?)*, ericthaei *A*, erectheis *cum parvulis rasuris C*, ericthei *V*, erictei *HB*, erit hei *P* 293 thereus *B* 294 Silla *B*, Sylla *A*, Scilla *q* mutata PV^1H^2, initata V^2, mirata H^1V^3q fi͞ngit *H*, fingit *ς* 295 Flebat V^1, Eleuat V^2 hanc *P* plumas squamis *P* (*corr.* P^2), pulma *A*, plunia *B* hnic *P* (*corr.* P^2; n *ex corr. m. 1*) 296 ūquam *P*, nusquam *HA*, nunquam *q* cūsul *P* orbe] *ex* urbe *corr. B* 297 quodcumq3 *Eo* 298 eunuchis *PA* exempta scelus est P^1; *ordinem mut.* P^2 299 soccis *P*, soci *B* (i *erasum*) risus *P* coturni *PH* 300 Quā *V* (*virgulam* V^2 *aut fecit aut iteravit*) pulcher V^3A, pulchre (pulcre) V^1q ?tenderet *B* 301 Exsangues *E* ornare *HA*, onerante *Em* V^3, onerare V^1q cinctuq3 *Aq*, cintuq3 *B*, cinctumq3 *A* granatus *H* (*sic add.* H^2) grauatur *ς pauci* 302 Inductoq3 *HPBA* obscenior] ce *obscuratum in P* 304 adridens *C*, irridens *Heinsius* (pretioso *E*) serū *P* (*sic*), sertum *E* 305 Uellauit *B* genas nates H^1 reliquid *H*, relīquit *P* 309 domini *ε*, dominus *Ao* littor *A*, lictor *Eq* 311 Quam *Eo*, Qui *Gronovius* necdum P^1, nondum *B*, necdum *Eεq* *punxi post* meruit *suadente Buechelero* 312 aegiptia *VP*, egiptia *HB* 313 prostratosq3 C^1 314 Si licet *B* 315 tyresias *H* que] *om. B* melanpus V^1, melāpus V^2, melamplus *P* 316 Reptat H^1, rapt H^2, Reptat A^1, Reptat V^1, raptat V^3, Reptet *ς perpauci.*

Obstrepuere avium voces, exhorruit annus
Nomen, et insanum gemino proclamat ab ore
Eunuchumque vetat fastis accedere lauus.
Sumeret inlicitos etenim si femina fasces,
Esset turpe minus. Medis levibusque Sabaeis
Imperat hic sexus, reginarumque sub armis
Barbariae pars magna iacet: gens nulla probatur.
Eunuchi quae sceptra ferat. Tritonia, Phoebe,
Terra, Ceres, Cybele, Iuno, Latona coluntur:
Eunuchi quae templa dei, quas vidimus aras?
Inde sacerdotes; haec intrat pectora Phoebus;
Inde canunt Delphi; Troianam sola Minervam
Virginitas Vestalis adit flammasque tuetur:
Hi nullas meriti vittas semperque profani.
Nascitur ad fructum mulier prolemque futuram:
Hoc genus inventum est ut serviat. Herculis arcu
Concidit Hippolyte; Danai fugere bipennem,
Penthesilea, tuam: claras Carthaginis arces
Creditur et centum portis Babylona superbam
Femineus struxisse labor. Quid nobile gessit
Eunuchus? quae bella tulit? quas condidit urbes?
Illas praeterea rerum natura creavit,
Hos fecere manus: seu prima Semiramis astu
Assyriis mentita virum, ne vocis acutae
Mollities levesve genae se prodere possent,
Hos sibi coniunxit similes: seu Parthica ferro
Luxuries vetuit nasci lanuginis umbram
Servatoque diu puerili flore coëgit
Arte retardatam Veneri servire iuventam.

---

322 sq. *Curtius Ruf. X 1, 37:* audieram .. in Asia olim regnasse feminas, hoc vero novum est regnare castratum. 325 sq. *cf. Iuvenal. I 114 sq.* 328 *Lucani I 597:* Vestalem .. Troianam soli cui fas vidisse Minervam. 339 *de Sem. cf. Ammian. Marcellin. 14, 6: idem iam docuit Hecataeus, cf. Westermanni paradoxogr. p. 215. Donat. ad Ter. Eun. I 2, 87.* 340 *Martial. I 90, 8:* Mentiturque virum. 344 sq. *cf. Petronii 119.*

---

317 Obstẽpuere (r *supra*) P^1, Obstupuere V^2, *item, sed* tu *ex corr.* *H*, Obstrepuere EV^1q an,um (i *supra*) P^1 318 orbe H^1PV^1 *corr.* V^2, ab ore H^2 319 Eunuchũ *B* fastis] tantis *H*, tristis *B* laynus *A*, ianus H^1, fastis H^2 320 Sũmeret *B* inlicitos PV^1, illicitos V^2q faces P^1, *corr.* P^3 321 muṇus B^1 sabaeis *C*, sabeis *q* 322 Imperat *εω* 323 Barbarię *H* notatur *Schraderus* 324 quae] qꝫ C^1, q̃ C^2, quẹe P^1, que *ex* qui *corr.* *H* phoebẹ *C*, phebe *VPBH* 325 Terra V^1P^1CH, uesta V^3P^2q cybelẹ *C*, cibele *HB*, cybelle *A* 326 aras] *scr.* H^2, *et* ar *in ras.* 327 intrat haec *B*, haec intrat *Eq* phebus *PH* 329 uestalis *Eω* flammasqꝫ *C*, *sed* a *alterum* C^2 *in ras.* 330 Hii *HB*, Ii *A*, Hi V^1, Hii V^2 m̃iti *ex corr.* *H* uitas *VB*, uictas *C* sempqꝫ *P* prophani H^2, phani H^1 331 prolẽqꝫ *H*, *sed* qꝫ *in ras.* H^2, *item virgulam* 332 arcum *P* 333 Condidit *P*, *idem ex* Concidit *corr.* V^1, Concidit *rest.* V^2, Occidit *B* hipolite *V*, hypolite *A*, ypolite *q* pauere *A* 334 Pentesilea *HB*, Penthesilia *P*, Penthesilea *Eq* cartaginis *H*, chart. *C* 335 babilona *VCPH* 336 struxisse *V*, *sed* r V^2 *aut add. aut iteravit* 337 tulis *A* arces *BAH*^{2}, urbeis *ε*, urbes EH^1q 339 Hoc V^1, Hos V^2, Hō *P* (c *fuerat* o) samiramis *C* 340 Assiriis *PHB* nec V^1, ne V^2 341 Mollities *Eω* leuesqꝫ *H*, leues uegene (nec *supra*) *P* 342 sibi *ECq*, *sed* si C^2 *in ras. ut vid.* similes] *in ras.* H^1 *ante* seu *1 vel 2 litterarum ras. in P* partica *Eω*, parthica (r *supra*) *B*, r *add. m. rec.*, parthia *H*, Persica *Delrio* 345 Arte H^1, ante H^2 uenerịs *P* seruire] *ex* seuire *corr.* H^1 seruire *Eq*

Fama prius falso similis vanoque videri
Ficta ioco; levior volitare per oppida rumor
Ridérique nefas: veluti nigrantibus alis
Audiretur olor, corvo certante ligustris.
Atque aliquis gravior morum: 'si talibus, inquit.
Creditur et nimiis turgent mendacia monstris,
Iam testudo volat, profert iam cornua vultur;
Prona petunt retro fluvii iuga; Gadibus ortum
Carmani texere diem; iam frugibus aptum
Aequor et adsuetum silvis delphina videbo;
Iam cochleis homines iunctos et quidquid inane
Nutrit Iudaicis quae pingitur India velis'.
Subicit et mixtis salibus lascivior alter:
'Miraris? nihil est, quod non in pectore magnum
Concipit Eutropius. Semper nova, grandia semper
Diligit et celeri degustat singula sensu.
Nil timet a tergo; vigilantibus undique curis
Nocte dieque patet: lenis facilisque moveri
Supplicibus mediaque tamen mollissimus ira
Nil negat et sese vel non poscentibus offert.
Quidlibet ingenuo subigit traditque fruendum;
Quidquid amas, dabit illa manus; communiter omni
Fungitur officio gaudetque potentia flecti.
Hoc quoque conciliis peperit meritoque laborum,
Accipit et trabeas argutae praemia dextrae'.

354 *Prisciani perieg. 992:* Carmani solis ab ortu.

348 *cf. Pacati p. 292, 9 sq. Baehr.* 349 *Verg. ecl. 8, 55:* certent et cygnis ululae. 350 *De* Atque aliquis, *quo inducitur interlocutor, cf. non solum Ovidi met. IV 186. fast. IV 929 al., sed etiam illud* Καί τις *apud Nonnum Dion. 36, 257, 47, 496, Musaeum v. 73.* 352 *cf. proverbium apud Apostol. XIV 88:* πρότερον χελώνη παραδραμεῖται δασύποδα. 353 *cf. Horati c. I 29, 11:* pronos *eqs.* 354 *cf. Dionysios perieges. 1083:* Καρμανοὶ ναίουσιν ἐπ' ἠελίῳ ἀνιόντι 355 *Hor. art. poet. 30:* Delphinum silvis. 362 *Persius I 58:* a tergo. 363 *Ovidi met. XII 46:* Nocte dieque patet *(cf. Verg. Aen. VI 127).* 365 *Taciti hist. II 54:* seque iam adulantibus offerebat. 367 *Ovidi a. am. III 658:* Saepe dabit ... ille manus. 370 *Lucilius v. 698 Lachm.* mendaci arguta manu *(Buechelerus, mus. Rhen. 42 p. 473).*

346 falsae *Heinsius* 347 ioco *P*, loco *an* loco *C, incertum,* loco *(?) V*¹, ioco *corr. V*² opida *P* 348 ueluti] sicut *BA*, ueluti *Emq*, ut si *Heinsius* 349 Audiȩretur *H*, Audi^r^etur *B, corr. m. rec.* certante] testante *P, sed* t *prius in capite adrasum;* estante *V*¹, *V*² *del.* es *ac rest.* certan *(sic). Latet ni fallor* prestante ligustis *H*¹, *corr. H*². *Cf. de hoc loco „Zwei polit. Satiren" p. 55* 351 in nimiis *H, corr. m. 2* (et *superscr.*) 353 retro] *om. H, post* fluuii *add. H*² iuga *Emε V*¹*PCA*, uada *HBV*² ortum *V, sed* um *V*² *in ras. ut vid.* 354 Carmani] *Heinsius*, Germani *Em*, Germani *(sic) ε*, Carmenii *C*, Armeniis *V*¹, Armenii *V*²*q* traxere *B* aptum *scr. H*² 355 adsuetum *P*, assuetum *VC*, adductum *H*, aduectum *εq* siluis *V*¹*H*² *om. H*¹, ł fluuiis *V*³ defilna *P, corr. P*³ 356 lã *C*² *in ras.* cocleis *VCPHB* hominis *V*¹*P*¹, homines *V*²*P*³ iunctos *H*², uinctos *H*¹ 357 Iudaicis] Niliacis *forte ε*, indaicis *V, cf.* beluata conchuliata tapetia *Plauti Pseud. 147;* Niliacis *vel* in Attalicis . . telis *Heinsius*, lydiacis *Grotius* quae] quod *Jeepius* pinguitur *B, corr. m. rec.* pĩg *H* *v. 356. 357 spurios putabat Koenigius* 358 Subi^c^it *H*. c *H*², Subiicit *A* mixtis] mictis *vel* mittis *P, corr. P*³ laciuior *H* 359—370 *De hoc loco cf. „Zwei politische Satiren" p. 45* 360 Conspicit *H* grandia *CBV*²*H*², gaudia *V*¹*PH*¹*A* 361 Diligit *V*¹*H*¹, Dirigit *V*³*H*² celeri *Eω* 362 Nihil *Em* 363 letus *H*¹, lenis *H*² moueri *H*¹, uideri *H*² 364 Suplicibus *V* molissimus *A* 365 ense se *P*¹, en sese *P*³ uel n. p. offert] *in ras. add. H*² 366 Quidlibet *A*, Quodlibet (i *superscr.*) *V*¹ *corr. ut vid.*, Quodlibet *q* ingenuo *V*², ingenio *V*¹*q*, ingenuos *Paul; cf. quae dixi l. l.* subigit] subicit *VPH* traditq3 *P*, tradit9 *Eq* fruendum *H*¹, nocendum *H*² 367 illa] ille *Gronovius* manus] *om. H, sed suppl.* 369 Hic *C* consciliis *B*, consiliis *q*. conciliis *ς unus, Rubenius (vide Heinsium); cf. de B Eutr. II 403* p^e^perit merito^quo^ *H (add. m. 2)* 370 argute *VPBH*

Postquam vera fides facinus vulgavit Eoum
Gentibus et Romae iam certius impulit aures,
'Eutropiumne etiam nostra dignabimur ira?
Hic quoque Romani meruit pars esse doloris?'
Sic effata rapit caeli per inania cursum
Diva potens unoque Padum translapsa volatu
Castra sui rectoris adit. Tum forte decorus
Cum Stilichone gener pacem implorantibus ultro
Germanis responsa dabat, legesque Caucis
Arduus et flavis signabat iura Suebis.
His tribuit reges, his obside foedera sancit
Indicto: bellorum alios transcribit in usus,
Militet ut nostris detonsa Sygambria signis.
Laeta subit Romam pietas et gaudia paene
Moverunt lacrimas tantoque exultat alumno.
Sic armenta suo iam defensante iuvenco
Celsius adsurgunt erectae cornua matri,
Sic iam terribilem stabulis dominumque ferarum
Crescere miratur genetrix Massyla leonem.
Dimovit nebulam iuvenique apparuit ingens.
Tum sic orsa loqui:
'Quantum te principe possim,
Non longinqua docent, domito quod Saxone Tethys
Mitior aut fracto secura Britannia Picto.
Ante pedes humili Franco tristique Suebo
Perfruor et nostrum video, Germanice, Rhenum.
Sed quid agam? Discors Oriens felicibus actis
Invidet atque alio Phoebi de cardine surgunt
Crimina, ne toto conspiret corpore regnum.

383 *Sidon. ep. VIII 9, 27:* tonso occipiti . . Sicamber.

372 *Verg. Aen. XII 618:* impulit aures. 375 *Ovidi met. II 506:* raptos per inania . . . Imposuit caelo. *Verg. Aen. X 574:* rapiuntque . . . currus. *Lucani IX 473:* per inania caeli. 391 *Verg. Aen. VI 125:* Cum sic orsa loqui; *Lucani X 185.*

371 facinus *P* eoum] um *in ras. H*¹ 372 certius] conscius *H* inpulit *B* 374 Hoc *C* 375 celi *V*¹, celerem *V*² cursus *B* 376 pardum *P*¹ transgressa *H* 377 adit tum] additii *P*, *corr. P*³, adit tunc *B* 379 caucis *E*, chaucis ε, chauchis *P*¹, chau chis *V*, *totum praeter* is *renovasse vid. V*², cayeis *A*, caicis *HB*, caducis *C*, Cheruscis *Scaliger teste Heinsio, non in ed. Raphel.* 380 signabat leges iura *P*, *corr. P*³ suaeuis *P*, sueuis *q* 381 Hiis *H*, Histribuit (uut) *P* reges *EV*¹*P*¹, leges *V*²*P*² *(sive P*¹ *corr.) q; in H* leges *ex* reges *corr. vid. H*² sancit] *ex* sanet *corr. P*¹, sauxit *H* 382 bellorumq; *B* transscribit *C*¹ 383 sigambria *V*¹, sygambria *C*¹, sicambria *AV*²*PB*, sycambria *C*²*HA* 384 poenae *A*, paenę *V* 385 tantoque o *ex* u *corr. P*¹ que] *om. B* exultet *H* 386 diffensante *H*¹, defensāte (n) *C*¹, defendente *B*, defensante *EmH*²*q* 387 Celsius] *praeter C in ras. P* asurgunt *B*, ad surgunt *P*, ass. *q* 389 Crecere *P*, *corr. P*³, crescere *H*¹, *sed* re *in ras.* genetrix *E*, genitrix ω, x *add. P*³ *in P* Massyla ε*V*², massylla *V*¹, masila *P*, maxilla *B*, massila *q* 390 niuēq; *B* 391 Tum *EVA*, Tunc *q* te] *om., sed add. P*¹ possim *EV*²*A et C*, *sed ultimam hastam C*² *in ras.*, possem *PV*¹*H*¹, possum *H*²*B* 392 Nos ε *(minus certum)*, Non, *sed* N *fort. ex* H *corr. P* docent] probent *temptari; aliter* non *pro* non solum *accipiendum* quo *B* santone *A* tethis *VP*³, techis *corr. ex* tectis *ut vid. P*¹, thetis *CH*, rethnus *B* 393 aut] et *A* secura] secum *P*, *sed corr. m. 1* picto *Emω* 394 Ante *H*², Aut *H*¹ franco *V*¹, fracto *V*³*A*, frāco *ex corr. H*¹, *fuisse vid.* fracto sueuo ω 395 renum *PH*, rethnum *B (ut fere semper)* 396 orr(i)ens *P*, *corr. m. 1 (?)* sedicibus *P*, felicibus *corr. P*² 397 febi *P*, phebi *H* 398 Carmina *P*, *sed corr. m. 1*

Gildonis taceo magna cum laude receptam
Perfidiam et fretos Eoo robore Mauros.
Quae suscepta fames, quantum discriminis. urbi,
Ni tua vel soceri numquam non provida virtus
Australem Arctois pensasset frugibus annum.
Invectae Rhodani Tiberina per ostia classes
Cinyphiisque ferax Araris successit aristis.
Teutonicus vomer Pyrenaeique iuvenci
Sudavere mihi; segetes mirantur Hiberas
Horrea; nec Libyae senserunt damna rebellis
Iam transalpina contenti messe Quirites.
Ille quidem solvit meritas (scit Tabraca) poenas,
Vt pereat quicumque tuis conflixerit armis.
'Ecce recens isdem clades a partibus exit
Terrorisque minus, sed plus habitura pudoris
Eutropius consul. Pridem tolerare fatemur
Hoc genus, Arsacio postquam se regia fastu
Sustulit et nostros corrupit Parthia mores.
Praefecti sed adhuc gemmis vestique dabantur
Custodes sacroque adhibere silentia somno.
Militia eunuchi numquam progressa cubili,
Non vita spondente fidem: sed inertia tutum
Mentis pignus erat. Secreta monilia servent,
Ornatus curent Tyrios: a fronte recedant
Imperii. Tenero tractari pectore nescit
Publica maiestas. Numquam vel in aequore puppim
Vidimus eunuchi clavo parere magistri:

408 *cf. Pauli Petric. V 475.*

408 *Plin. paneg. 31:* mirum .. si ... cessantem Nilum non sensisset urbis annona. 410 *Silii Ital. IV 645:* et meritas mihi perfide poenas Exsolves. 411 *Horati sat II 1, 43:* Ut pereat. 417 *cf. Horati sat. I 4, 16.* 424 *Iuvenci I 689:* per aequora puppis.

399 receptam] a *ex* u *radendo P, ut vid.*, recept a V^1, a *ex* u *inter scribendum fecit*, repertam ς *unus*, repressam *vel* retectam *Heinsius*, redemptam *ego ex Iuvenale IV 2* fraude *pro* laude *idem Heinsius; „cum laude Arcadii" interpretari possis cum Mommseno* 400 fractos *C* mauros *Emω* 401 Quae] Quam *H; velim* Nam *vel* Quin suscepta *V*, suspecta *εq*, funesta *Schraderus* urbis *CH* 402 Ne *C* uel] *add.* P^2 ñ quã *P* 403 arthois *HB*, harthois *inter rasuras P* frugibus *C*, gi C^2 *in ras.* 404 rhodani *EA*, rodani *CH*, rodano *VPB* hostia *AC* 405 Cynipheisq; *A*, cyniphiisq; *A*, cenypheisq; *C* cinufiisq; V^1, cinifeisq; V^2BP^2, cinifiisq; *H*, cimi .... feisq; P^1 406 Theutonicus *H*, Teuthonicus *B*, Teutunicus *P*, Lingonicus *Schraderus* pyrineiq; *V*, phyrineiq; *P*, pireneiq; *CH*, phireneiq; *B* 407 iberas *AA*, hibernas H^1 408 Horrea *Eω* (Horreas *P*, Horea *A*) libie *PB*, lybie *HV* rebelles V^1, rebellis V^2 409 contempti *B* quiritis V^1, quirites V^2 410 scit] se *C*, cit P^1, soc V^1, *sed* so *ex corr.*, scit V^2P^3 tabraca H^2PA, thabraca *C*, abraca *V*, itrabaca *B*, trabea H^1 411 Ut] Et *Heinsius* conflixerit] *V*, i *ex* u *corr. radendo; item ex* confluxerat *radendo corr. P* *Post v. 411 signum lacunae (?)* A^2 412 recens] repens *EεVC* hisdem *VCPH*, iisdem *A* *V. 413 et 414 post 416 transpos. P* 413 Terroris minusq; B^1, *sed corr.* mutus P^1, minus P^3 habituratura *P* 414 tolerare V^1, tolerasse V^2, tollerasse *B* 415 Arsatio *CH* 416 parchia *P* 417 geminis *A* uestiq; *C*, i *in ras.* C^2 gemmisq; *P*, uesti *om. et in mg. add.* P^1 418 adhibe(t)re P^1; adhibere silentia somno Militia eunuchi *coniungit Mommsen* 419 progressa] *sic ω*, s *alterum add.* P^2, transgressa ς cubil(i)e *P corr., ut videtur, m. 1 sicut v. 418, certe m. vetusta et primae magis similis quam ea quae v. 413 minus corr.*, cubile *q* (*cf. Ovidi met. VIII 87:* progredi porta) 420 spondente *Emω* tutum] tantum *PHBA* 421 seruent *Eω* 422 Ornatu(s) *et* s *ex corr.* H^1 iyrios V^1, tyrios V^2 a sorte *A; sed frons pro gubernaculo accipiatur* 424 Puplica *H (ut fere semper)* magestas *CB* puppim *AC*, pupem *PB*, puppem *q* 425 magistri] ag *in ras.* C^1, magistro V^1, magistri V^2

Nos adeo sperni faciles? orbisque carina
Vilior? Auroram sane, quae talia ferre
Gaudet, et assuetas sceptris muliebribus urbes
Possideant: quid belliferam communibus urunt
Italiam maculis nocituraque probra severis
Ammiscent populis? Peregrina piacula forti
Pellantur longe Latio nec transeat Alpes
Dedecus: in solis, quibus extitit, haereat arvis.
Scribat Halys, scribat famae contemptor Orontes:
Per te perque tuos obtestor Roma triumphos,
Nesciat hoc Thybris, numquam poscentibus olim
Qui dare Dentatis annos Fabiisque solebat.
Martius eunuchi repetet suffragia campus?
Aemilios inter servatoresque Camillos
Eutropius? Iam Chrysogonis tua, Brute, potestas
Narcissisque datur?
'Natos hoc dedere poenae
Profuit et misero civem praeponere patri?
Hoc mihi Ianiculo positis Etruria castris
Quaesiit et tantum fluvio Porsenna remotus?
Hoc meruit vel ponte Cocles vel Mucius igne?
Visceribus frustra castum Lucretia ferrum
Mersit et attonitum tranavit Cloelia Thybrim?
Eutropio fasces adservabantur adempti
Tarquiniis? Quemcumque meae vexere curules,
Laxato veniat socium aversatus Averno.
Impensi sacris Decii prorumpite bustis
Torquatique truces animosaque pauperis umbra
Fabricii tuque o, si forte inferna piorum

444 sq. *Sidon. V 66 sqq.* (Porsenna . . Cocles . . . Mucius).

434 *Livii XLIV, 22, 7:* contemptor famae. 437 *sqq.* et 453 sqq. *ex Iuvenale II 153 sqq.* 439 *Martial. I 24:* Curios assertoresque Camillos.

427 aurora est *B*, auroram *Eεφ* sane] saltem V^3, certe *B*, sane *Em* V^1*φ* *(aut in loco aspero aut in ras. P^1)* ta ⁱᵃ ia *C*, *quasi fuerit* talia 428 mulieribus *A* 429 qui V^3H^1, quid *corr.* H^1 *vel* H^2 430 nocitura *vix sufficit*, nocturna *Isengr. mg. probante Barthio*, natiua *ego* proba *C* 431 Amniscent *E*, Adm. *φ* piacula V^1, pericula V^3 432 nec *EC*, ne *φ* 433 extitit *in ras.* H^1, exiit *Heinsius* 434 Sc̄sbat *P* halis *VP*, alis *AHB* famae scribat *A*, scbat fome (a *superscr.*) *P*, *corr.* P^3; *legerim* Scibat Halys, scibat; *cf.* nesciat Tibris *v. 436* oruntes *BA* 435 obstetor (s *superscr.*) *P*, s *add.* P^3 436 Nesciat H^1 (nesci)et H^2 hoc] hⁱ *B* thibris *V*, tybris *CH*, tibris *PB* nūquam H^1, non qui H^2 437 Quid *E* dentatis *Eω* an̄is *A* *V. 438 ante 437 pos. in H* 438 Marcius *H* repetat VP^3, repetit (e *superscr.*) *A*, repetit P^1*φ*, referet *Schraderus* sufragia *B* campus] *ex* campis *corr.* P^1 439 Hemilios *C*, Emilios *HB*, Emilias *P*, *corr.* P^3 440 chrisogonis *VP*, crisogonis *B*, grisogonis *H* Brute *εω* 441 Narscisisq; *H* natis PH^3, natis *A* hoc] hic H^1B, uel hoc uel haec *add.* H^2, an *A*, quo *Heinsius* 442 patri *Emω* *V. 443—445 in A ante 439 collocati ab E suo loco restituti sunt* 443 Hoc] Num *H* hetruria *A*, etruria *V*, etrusia *H* 445 sponte *B* mutius *VPA*, mucius *Eφ* igne *P* 446 castrum *P* 447 attonitum] u *in ras.* C^1 transnauit *CPB*, tranauit *Eφ* cloelia *EmC*, thloetia V^1, chloelia V^2, choelia V^3, cloetia *P*, coelia *H*, coolia *B*, coelia *A* tybrin *P*, tybri *V*, thybrim *C*, tybrim *H*, tibrim *B* 448 obseruabantur *P*, adseruabuntur CV^2, adseruabantur *Eε* V^1*φ* adempti *C* 449 quemcunq; *Eε* V^3*φ*, quecūq; V^1 meis V^1, mee V^2, mee *vel* meo V^3 450 socium auersatus] V^1, socia uersatus *P*, spectator *in mg.* P^1, socii spectator V^2*φ* auerno] auerni H^1, *corr.* H^2 451 Inpensi *EVB*, Inpensi *P* (s *erasum*), Impensii *A* 452 cruces *P*, *prius* c *in ras.*; truces *corr. m. 1 (?)* animosaq; *A* 453 Fabricii *P* *(virgula erasa)* priorum *C*

Iugera et Elysias scindis, Serrane, novales.
Poeno Scipiadae, Poeno praeclare Lutati,
Sicania Marcelle ferox! gens Claudia surgat
Et Curii veteres; et, qui sub iure negasti
Vivere Caesareo, parvo procede sepulcro
Eutropium passure Cato; remeate tenebris.
Agmina Brutorum Corvinorumque catervae.
Eunuchi vestros habitus, insignia sumunt
Ambigui Romana mares; rapuere tremendas
Hannibali Pyrrhoque togas; flabella perosi
Aspirant trabeis; iam non umbracula gestant
Virginibus, Latias ausi vibrare secures!
 'Linquite femineas infelix turba latebras,
Alter quos pepulit sexus nec suscipit alter,
Excepti Veneris stimulos et vulnere casti
(Mixta duplex aetas; inter puerumque senemque
Nil medium): falsi complete sedilia patres.
Ite novi proceres infecundoque senatu
Eutropium stipate ducem; celebrate tribunal
Pro thalamis, verso iam discite more curules,
Non matrum pilenta sequi.
 'Ne prisca revolvam
Neu numerem, quantis iniuria mille per annos
Sit retro ducibus, quanti foedabitur aevi
Canities, unam subeant quot saecula culpam:
Inter Arinthaei fastos et nomen erile
Servus erit dominoque suos aequalis honores
Inseret! Heu semper Ptolemaei noxia mundo

458 *Carmen contra paganos 111:* parvo donatus sepulcro *(cf. adnotata ad Eutr. II 460).* 467 *Prudentii peristeph. X 1073:* mas esse cessat ille nec fit femina.

458 *Varro in schol. Persii II 36:* tumulo . . . Cato parvo. 469 *cf. Ovidi fast. III 774:* Et media est aetas inter utrumque tibi *(i. e. inter puerum et iuvenem).* 470 *Horati sat. I 2, 28:* Nil medium est.

454 Iugera et] *V*, *sed* a et V^2 *in ras. duarum litt.*, et *supra lin.* P^1 elisias *H* scindis *V* *(fuisse vid.* rescindis), sindis *B* serane *H*, serrane *εq*, *tertiam litteram* V^2 *in ras.* niuales *A*, i *sic add. E* 455 Peno *V* *(bis)*, peno *q* Scipiadae *CA*, Scipiade *q* luctati *B* 456 marcelle *Eω* *legatur* surgas 457 ueteres *VPH*, series *εq*; *sed* series Curii *pro* Curiorum *dici non quit* quis ubi V^1, qui sub V^2 negasti H^1, uel (neg)anti H^2 458 cesareo *PH* 459 remeate *V*, te *add.* V^2 460 brutrorum *V*, r *alteram del. m. rec.* 462 Ambigui mares *(sic) B* rapueres *P* 463 Hanibali *B*, Annibali *A* pyrroq3 *VCH*, pirroq3 *PB* et fabra flabra perosi *(sic) A* 464 nō *ex* nū *vel* nā *corr.* P^1 tollunt *A* 466 femineas] a *ex* u *inter scribendum corr. V* 467 suscipit alter] alter *in ras. C* 468 Excepti *B* stimulos *APHA*, stimulis *VC*, stimulos *B* 469 *in cancellis posui; nam sensus est: „mixtae sunt duae aetates“, neque* medium *vocativus esse potest* Mixta] ix *in ras.* P^1 470 conplecte *V*, *sed* c *altera erasa* senilia C^1, sedilia C^2 patris V^1, patres V^2 472 tribunal] *add.* H^2 473 curules *P* 474 Nom *H* ne] nec *B*, n *ex* ne *corr.* H^1 resoluam *B*, reuoluā, ā *in ras.* H^1 475 Neu EP^1VC, Nec BAP^2, Nec *ex* Neu *corr.* H^1 numerū V^1, numerē V^2, nuerē *vel* unerē *A* *V. 476—491 om. P, defectum notavit m. 1. Item v. 477—491 om.* V^1, *rest. in mg.* V^2; *contra v. 476 suo loco scripsisse videtur* V^1, *iterasse* V^2 476 Sit] Fit *Heinsius*; Sit *vitio conieci* sedabitur *A* 477 subeant] subeunt *HB*, subeant V^2 quod *ECA*, tot *H* 478 Inter] *expecto* Subter arinthei $EmCHV^3$, eristhei V^2, arenthei *A*, arinstei (?) *B* fastus *ε*, *item Cuiacii cod.*, fastos r *B*, fastos *Eq* erile *E*, herele *C*, *sed corr.*, herile *q*, i *ex* e *corr.* H^1 480 Inferet *ς* ptolomaei *A*, ptolomei *CA*, tholomaei V^2, tholomei *HB*

Mancipia! En alio laedor graviore Pothino
Et patior maius Phario scelus. Ille cruorem
Consulis unius Pellaeis ensibus hausit:
Inquinat hic omnes.
'Si nil privata movebunt,
At tu principibus, vestrae tu prospice causae
Regalesque averte notas. Hunc accipit unum
Aula magistratum: vobis patribusque recurrit
Hic alternus honos. In crimen euntibus annis
Parce, quater consul! Contagia fascibus, oro,
Defendas ignava tuis neu tradita libris
Omina vestitusque meos, quibus omne, quod ambit
Oceanus, domui, tanta caligine mergi
Calcarique sinas. Nam quae iam bella geramus
Mollibus auspiciis? quae iam conubia prolem
Vel frugem latura seges? quid fertile terris,
Quid plenum sterili possit sub consule nasci?
Eunuchi si iura dabunt legesque tenebunt,
Ducant pensa viri mutatoque ordine rerum
Vivat Amazonio confusa licentia sistro.
'Quid trahor ulterius? Stilicho, quid vincere differs,
Dum certare pudet? nescis quod turpior hostis
Laetitia maiore cadit? Piratica Magnum
Erigit, inlustrat servilis laurea Crassum.
Adnuis. Agnosco fremitum, quo palluit Hebrus,
Quo Mauri Gildoque ruit. Quid Martia signa
Sollicitas? Non est iaculis hastisve petendus:

492 *Verg. Aen. VI 267:* caligine mersas (*Statii Theb. V 150*). 494 *Lucani X 531:* in arma auspiciis Ganymedis eunt *(contulit iam glossator in H)*. 497 *Verg. Aen. I 293:* Iura dabunt. 498 *Lucil. 589 L:* pensum faciat. 499 (*Stat. Achill. I 352:* Ferre et Amazonio conubia pellere ritu). 506 sqq. *cf. Pacatus paneg. Theod. 30:* Et te quidem, imperator Auguste. . . . suffecisset vel solum venire; nam si olim domini . . . tantaque vis conscientiae fuit ut . . . darent terga verberibus; *idem Justinus II 5, Herodotus IV 1—3; poeta fort. ipsum Herodotum legit* (αἰχμὰς καὶ τόξα μετεῖναι et *hastis iaculisve* v. 506; ἐκπλαγέντες et *horror* v. 512).

481 pothino *EmC*, photino *HA*, fotino V^2B 482 Et] En *A* fario V^2B 483 pelleis V^2BH 484 Inquinat *B*, t *m. rec.* omnis *C* nihil *E* mouebunt *Emω* 485 uestre *EA*, nr̄e V^2 *item* nostrae *φ* ꝯspice *B*, consule ς *fere unus* 486 auerte *CA*, aduerte *φ* hinc *H* accipit *ACHB; idem add. A in mg.*, aspicit *Aφ* 487 magistratum] ratum *ex corr. H* nobis *H* 488 honor V^2B, amor amor *(sic) H*, honos $EH^2φ$ 489 quater *Emω* fa^s^cibus C^1 490 ingnaua V^2 491 Nomina *A*, Omina *φ* oīa *V*, 1 omina mea V^3 quod] *in ras.* H^1 492 Occeanūs *P* domuit *C*, demui *B* 493 ^nā^ ñā *P* geremus *A*, feramus *H*, geramus *Eεφ*, *idem ex* geremus *corr. videtur* B^1 494 Molibus *B* quae iam *VP*, aut quae *φ* conubia *Eω* (connubia *H*) 495 Uel] Aut *HB*, Uel *Emφ* frigem *P*, *corr. m. 1* latura seges V^1P, laturus ager $AV^2φ$ 496 poscit *B* 498 uiri] *ex* uirū *corr. V* 499 Uiuat] Uincat *malim* amazanto *sed corr.* P^1 confusa *H*, a *ex corr.* H^2, confisa *Burmannus* sistro *Emε*, ritu *ω*, *pro* ritu *faceret Statii exemplum* 500 differt *BA*, differs *Eεφ* 501 Dum V^1, num V^2 certare fugis V^1, pudet V^2, certa refugiis *P* quod] quo *Gesnerus* 502 cadet *PB* pyratica *CH* magnum] u *ex corr. C* 503 inlustrat *ex* inlustrant *corr.* P^1, ill. *φ* seruilis] r *ex corr. C* 504 Adnuis V^1, Annuis $V^2φ$ fremitū *H*, *et* u *in ras.*; *videtur erasum* s paluit H^1, *corr.* H^2 Hebrus] ^h b^ emus *(sic) H;* h *et* b *add.* H^2, eurus *φ*, Hebrus *item glossator in H, qui explicat:* hebrus flumen trachie, ubi stilicho getas deuicit, *deinde citat versum Ruf. I 332:* Quos tamen . . ad Hebri tendis aquas; *item* hebrus ς *pauci; etiam* Haemus *legi posse monet J. Koch* 505 Quo] Q (*an* Qui?) V^1, Q^o^ V^2, Quod P^1 506 iaculis hastisue *CH* (hastusue H^1, *unde* hastissue H^2), iaculis ue hasti^s^ue P^1, hastis iaculisue *V*, *sed* hastis V^2 *in spat. vac.*, iaculis hastisq; *φ*

Conscia succumbent audito verbere terga.
Vt Scytha post multos rediens exercitus annos
Cum sibi servilis pro finibus obvia pubes
Iret et arceret dominos tellure reversos,
Armatam ostensis aciem fudere flagellis:
Notus ab inceptis ignobile reppulit horror
Vulgus et addictus sub verbere torpuit ensis'.

IN EVTROPIVM

[LIBER SECVNDVS. PRAEFATIO.]

Anno 399, sed post librum II.

(XIX.)

Qui modo sublimes rerum flectebat habenas
Patricius, rursum verbera nota timet
Et solitos tardae passurus compedis orbes
In dominos vanas luget abisse minas.
Culmine deiectum vitae Fortuna priori
Reddidit insano iam satiata ioco.
Scindere nunc alia meditatur ligna securi
Fascibus et tandem vapulat ipse suis.
Ille citas consul poenas se consule solvit:
Annus qui trabeas hic dedit exilium.
Infaustum populis in se quoque vertitur omen:
Saevit in auctorem prodigiosus honos.

1 *Ennodii 27, 7:* flexit habenas.

2 *cf. in Eutr. I 512 sq.* 7 et 8 *cf. Lucilii v. 589 L.:* lignum caedat ... vapulet. 11 *Verg. Aen. II 190:* omen in ipsum Convertant.

507 Concia *H* subconbent *P*, o *in* u *mut. m. 1* 508 scithia *B*, scita *H*, scyta *P* annos *V*, *sed* o *V*² *(fuerat* u*?)*, annos *ex* annus *corr. P*¹ 509 finibus *V*. i *prius a m. 2 iteratum* prae finibus *Heinsius* 511 offensis *P* aciem *Eω* 512 ab *Emω* ignobile *Eω* (innobile *B*) 513 addictis *V*¹, ad dictå *P* (o *P*³), addictus *A V*²*CA vetus Cuiacii*, adductus *H*, adductus *B* (e *m. rec.*), adstrictus *ς pauci*, afflictus *Jeepius. Sed* addictus *pro* servo *dictus est;* ensis *autem* addictus *poetice praedicatur sicut* vultus captivus *laud. Stil. I 213 pro vultu captivorum*, cognati gladii *pro gladiis cognatorum laud. Stil. I 322*, famulae catenae *pro catenis famulorum in Rufin. II 386*, sublata audacia *pro sublati audacia Gigantom. 107. Ergo domini servorum aciem armatam „fundunt flagellis" quibus caedi servi solent. Horror autem hic flagellorum „notus" est servis et sub eorum verbere ensis torpet addictorum* uerbera *ε*, pulucre *H*¹, uerbere *H*²*φ* coruit *P* enses *A*, i *sic add V* Claudiani in Eutropium liber primus *C rubr.;* Explicit *add C*¹. Incipit liber Secundus Feliciter Prefatio *C rubr.* Cl. Claudiani in Eutropium liber I. explicit. Einsdem · I · I · *P*

Lib. II *E*. In eundem Eutropium liber seds *V*. *De PC vide finem libri prioris; ceterum de librorum partitione cf. Zwei polit. Satiren p. 49 et 51. Pentametrorum nulla εἴσθεσις P*

1 Qui] ui *P*¹*B*, Q *add. P*² sublimis *C* flectebat rerum *B* 2 rursum *Eω*, rursus *ς* 3 solidos *B* tardae] tarde *ω* 6 Reddit *A* Toco *P* (*fuit* loco) 8 Fascibus *(sic) C* 9 Ille citas] *scripsi*, Iulicitas *V*¹*P*, Illicitas *V*²*φ*, † Illatas *H*², Saucitas *Heinsius*, Illicitus *Barthius*, Elicitas *Buechelerus* 10 qui *H* 11 populis] *ex* populus *radendo V*¹, populus *P* 12 prodigiorsus *P* honor *HBA*, honos *Eφ*

Abluto penitus respirant nomine fasti
  Maturamque luem sanior aula vomit.
Dissimulant socii coniuratique recedunt,
  Procumbunt pariter cum duce tota cohors.
Non acie victi, non seditione coacti,
  Nec pereunt ritu quo periere viri.
Concidit exiguae dementia vulnere chartae:
  Confecit saevum littera Martis opus.

Mollis feminea detruditur arce tyrannus
  Et thalamo pulsus perdidit imperium.
Sic iuvenis nutante fide veterique reducta
  Paelice defletam linquit amica domum.
Canitiem raram largo iam pulvere turpat
  Et lacrimis rugas implet anile gemens
Suppliciterque pias humilis prostratus ad aras
  Mitigat iratas voce tremente nurus.
Innumeri glomerantur eri sibi quisque petentes
  Mancipium solis utile suppliciis.
Quamvis foedus enim mentemque obscenior ore.
  Ira dabit pretium; poena meretur emi.

Quas, spado, nunc terras aut quem transibis in axem?
  Cingeris hinc odiis, inde recessit amor.
Vtraque te gemino sub sidere regia damnat:
  Hesperius numquam, iam nec Eous eris.
Miror cur, aliis qui pandere fata solebas.
  Ad propriam cladem caeca Sibylla taces?
Iam tibi nulla videt fallax insomnia Nilus
  Pervigilant vates nec, miserande, tui.

29 *Corippi Iust. III 53:* Innumerae glomerantur aves.

17 *Lucani IX 272:* non armis, non obsidione subacti. 25 *Verg. Aen. XII 611:* Canitiem ... pulvere turpans (*X 844:* Can. multo deformat pulvere). 36 *Propert. I 2, 53:* Sive Hesperiis sive ... Eois *eqs.*

13 Abluto *ECA*, Ablato *q* 14 aula] aura *εHBA* uomit] it *ex corr.* H^1 16 Procumbunt *BA*, Procumbit *q* cum] in V^1P, *sed ante* in *spat. vac. duarum litterarum in P*, cum V^2 duce *P* toto V^1, tota V^2 17 acie *Eω* uictei P^1 non] nec *A* seditione *ACA*, sedicione *q*, † dedicione H^2, obsidione ς 18 Non pereunt H^1, Ne pereant H^2BA pergere *sed corr.* P^1 19 demē cia *H* carte *VHB*, cartae *P* 20 Confecit H^1, Cum fecit H^2B 21 arte CV^3H^2 22 E thalamo *C*, Ut thalamo *Barthius* 23 nutante H^1, † mutante fide · i · mutata H^2 24 Pelice *VPC*, Pellice *H*, Pellice *B* deflectam *B* linquit *H*. t *ex corr.*, liquit ς 25 Caniciemq; PH^1, q; *del.* H^2, Caniciem et *V* curā largo V^1, raram largo V^2BH^1P, *inde* raro largam *corr.* P^1, *deinde* largam raro *transpos. m. eadem*, raro largam H^2, largam largo *A* iam] *εC*, tam V^1H^1, de V^3H^2BA, *om. P* turpat C^1, *corr. ex* turbat, turbat *B*, carpit *Isengr. mg.* 26 lacrymis *E* anile *Eω* 27 Supliciterq; *VP* substratus *ACB* 29 In numerum *A* eri *VP*, heri *q* potentes V^1, *corr.* V^2, petentes, e *ultim. ex* i *corr.* H^1 31 que] *om. B* uel obscurior V^2 32 dabat *A*, i *sic add. E*, dabat A^1, dabat *VB*, addit *Heinsius*, facit *J. Koch*; dare *tolerari non posse Livius Andron. convincit apud Non. p. 365, 36 M.:* pretium poenae exitum, Livius Achille: „... pretium pro noxa dabis" pretium *Eω* pena *Em* meretur pena *B*, *sed corr.* enim V^1, emi V^2, enim emi P^1 33 Qua P^1 34 resistit *A* 36 Hesperium V^1, *corr.* V^2 37 aliis V^1, *sed* ii V^2 *ex corr.*, aliis P^1, *sordes circa* ii, *tamen vix ulla corr.* 38 cladem] c *ex corr. H* cecacladē *P* sybilla *CA*, sibilla *PHB* 40 Nec uigilant H^1, uel per H^2 nec V^2A, non *εB*, iam V^1 (*id quod del.* V^3) *q* tui] tibi *Em addita cruce*

Quid soror? audebit tecum conscendere puppim
  Et veniet longum per mare fida comes?
An fortasse toros eunuchi pauperis odit
  Et te nunc inopem dives amare negat?

Eunuchi iugulum primus secuisse fateris.
  Sed tamen exemplo non feriere tuo.
Vive pudor fatis. En quem tremuere tot urbes,
  En cuius populi sustinuere iugum!
Direptas quid plangis opes, quas natus habebit?
  Non aliter poteras principis esse pater.
Improbe, quid pulsas muliebribus astra querellis,
  Quod tibi sub Cypri litore parta quies?
Omnia barbarico per te concussa tumultu.
  Crede mihi, terra tutius aequor erit.

Iam non Armenios iaculis terrebis et arcu,
  Per campos volucrem non agitabis equum;
Dilecto caruit Byzantius ore senatus:
  Curia consiliis aestuat orba tuis:
Emeritam suspende togam, suspende pharetram;
  Ad Veneris partes ingeniumque redi.
Non bene Gradivo lenonia dextera servit.
  Suscipiet famulum te Cytherea libens.
Insula laeta choris, blandorum mater amorum.
  Nulla pudicitiae cura: placere potest.
Prospectant Paphiae celsa de rupe puellae
  Sollicitae, salvam dum ferat unda ratem.
Sed vereor, teneant ne te Tritones in alto
  Lascivas doctum fallere Nereidas,
Aut idem cupiant pelago te mergere venti,
  Gildonis nuper qui tenuere fugam.
Inclita captivo memoratur Tabraca Mauro,

51 *Alcuini carm. I 861:* vox . . . pulsaret Olympum.

41 *Ovid. fast. I 95:* puppim conscendit. 51 *Statii silv. V 1, 22:* pulsare querelis Caelicolas; *cf. Iuvencus I 266.* 55 *Horati c. I 22, 2:* non . . iaculis neque arcu. 56 *Verg. Aen. XI 770:* agitabat equum. 63 *Ovidi amor. III 15, 1:* mater amorum. 67 *Iuvenal. V 58:* ne te teneant.

41 Quo(i)d *H*[1] tecum ne ascendere *A* puppim *εC*, puppem *q*, puppes *ς* 43 eunuchu *A* (*fuerat* eunuchu) 46 meo *V*[1], *sed corr.* 47 pudor fastis *Paul* tremuere] *ex corr. H; fuerat* timuere 48 En cuius *Emω*, Cuius tot *Isengr. mg.* sustinere *P*, *corr. P*[3] 49 plangis *εω* habeb /it *P*[1] 51 Inprobe *H* mulie(b)ribus *P*[1], mulieribus *A* querellis *E*, querelis *ω* 52 Quid *V*[1]*H*[2], Quod *V*[2]*H*[1] cipri *B* parca *H* 53 confusa *B*, conc?issa *(sic) P* 54 terra *VH*, terris *q* erit *ABA*, erat *q* 55 terrebis *Eω* 56 agitabis] abis *supra lin. P*[1] 57 Dilectoque caret *ex cod. Loran. Heinsius*; Dilecto caret cu *ipse Heinsius;* careat *ego; ipsum autem quod* senatus ore caret *scite dictum est per inversionem; solet enim dici* careo senatu, careo foro, *i. e. absum* bizantius *C*, bizancius *HB* 58 conseiliis *B* extuat *A*, aestuet *flagito; scilicet v. 59 verbis* suspende togam *sensus vv. 57. 58 redintegratur sicut verbis* suspende pharetram *vv. 55. 56* 59 faretram *VP* 60 uentris *A* 61 dextera *Eω (ex* dexterra *H)* 62 Suscipitet (*vel* Suscipiret) *E* cytharea *A*, citharea *HB*, cyterea *P* 63 *Ita interpunxi ut enumeratio evaderet earum rerum quae placere possent* le(c)ta *H* choris *H*, thoris *H*[2] 64 pudicitiae *Eω* 65 paphyae *C*, pafye *V*, paphie *ex* paste *corr. P*[1] 67 ne te teneant *M*, *sed cf. „Zwei polit. Satiren" p. 57, 1* tritines, *sed corr. P*[1] 68 Lasciuias *B* docti *V*[1], doctu *V*[2] fallere *Eω* nerendas *P*, *sed corr.*, nereydas *H*[1], as *in ras.* 70 Gildoni *et* fidem *ς pauci* 71 thabraca *C*, t(a)braca *B*, trabraca *H*

Naufragio Cyprus sit memoranda tuo.
Vecturum moriens frustra delphina vocabis:
Ad terram solos devehit ille viros.
Quisquis adhuc similes eunuchus tendit in actus,
Respiciens Cyprum desinat esse ferox.

IN EVTROPIVM

LIBER SECVNDVS.

Scriptus a. 399.

(XX.)

Mygdonii cineres et si quid restat Eoi,
Quod pereat, regni: certe non augure falso
Prodigii patuere minae, frustraque peracto
Vulnere monstriferi praesagia discitis anni.
Cautior ante tamen violentum navita Corum
Prospicit et tumidae subducit vela procellae.
Quid iuvat errorem mersa iam puppe fateri?
Quid lacrimae delicta levant? Stant omina vestri
Consulis: inmotis haesere piacula fatis.
Tunc decuit sentire nefas, tunc ire recentes
Detersum maculas. Veteri post obruta morbo
Corpora Paeonias nequiquam admoveris herbas.
Vlcera possessis alte suffusa medullis
Non leviore manu, ferro sanantur et igni.

11 *Prosper de ingratis 676:* veteris contagia morbi.

76 *Herodotus II 141: εἰς ἐμέ τις ὀρέων εὐσεβὴς ἔστω.*

1 *Verg. Aen. II 431:* Iliaci cineres. 5 *Lucani VI 287:* malo nauta tremente Omnia . . subducit vela procellae. 9 *cf. Valerii Flacci II 572.* 10 *Verg. Aen. IV 597:* Tunc decuit. 14 *Properti monob. 1, 27:* ferrum saevos patiemur et ignes, *cf. Ovidi rem. am. 229, am. I 14, 25, heroid. 19, 183, Senecae Agam. 152:* Et ferrum et ignis saepe medicinae loco est *(ceterum Otto in archivo lexicogr. IV p. 36).*

72 sit H^1, fit *corr.* H^2, fit ς 73 Vecturum *Eω*, uel Venturum H^2, Vectorem frustra moriens *Boltius, silv. critic. p. 91 (cf. Arator ed. Arntzenius p. 141)* delfina *VP* 74 deueit *B* 75 similis *C*, silens *H* eunuchus EV^1PHBC^2, eunuchi C^1V^2A ad actus *B*, in actus *Eq* 76 ciprum *B*

Inscriptionem del. E Incipit liber III in Eutropium *V* Incipit liber seds *C* In Eutropium liber · I · I · explicit. incipit in eundem. liber · I · I · *(sic) P*

1 Mygdonii *εA*, Mildonii *B*, igdonii P^1, S *in mg.* P^2, Migdonii *q* prestat *C* eoy *H* 2 pereant *C* certe] *sic ω*, certae *vulgo* augre (*i. e.* augere) P^1, *corr.* P^2 3 per alto *B* 4 Vulnere] *om. B, sed spat. vacuum* mortiferi *B* discitis] P^1, di^s^citis H^1, ducitis $EmBP^3$, duscitis *(sic) ε (volebat* ducitis) 5 uiolentiū P^1 corum *A*, chorum *q*, Caurum *Jeepius* 6 Consulit ς tumide H^1, timide H^2 uela *Eω* 7 errores *CBA* 8 Quid . . . leuant V^1, cum luant V^3, Num . . . leuant *Koenigius* lacrymae *E* delicta C^1, i *in ras.* e *corr. ex* i; *fuerat* dilecta leuant C^1, le *in ras.* stat V^1, *corr.* V^2 omnia $V^2P^1H^1$, omina $εV^1P^3H^2q$ nostri *B*, uestri *Eq* *(alio atramento add.* H^1*)* 9 inmontis V^1, inmotis V^2PB, imm. *q* 10 *de* Tunc *cf. indices* 11 maculas] lacrimas *B* obruta *Eω* 12 Corpisa *P* peonias *VPHB* nequiquam *CP*, nequicquam *q* 13 possessis] *ex* possetis *corr.* B^1 suffossa *B*, diffusa *Burmannus* medullis *Eω*, li C^1 *in ras. idque iteravit* C^2 14 igne ς *perpauci*

Ne noceat frustra mox eruptura cicatrix.
Ad vivum penetrant flammae, quo funditus umor
Defluat et vacuis corrupto sanguine venis
Arescat fons ipse mali: truncatur et artus,
Vt liceat reliquis securum degere membris.
At vos egregie purgatam creditis aulam,
Eutropium si Cypros habet vindictaque mundi
Semivir exul erit. Qui vos lustrare valebit
Oceanus? tantum facinus quae diluet aetas?
        Induerat necdum trabeas: mugitus ab axe
Redditus inferno, rabies arcana cavernas
Vibrat et alterno confligunt culmina lapsu.
Bacchatus per operta tremor Chalcedona movit
Pronus et in geminas nutavit Bosphorus urbes.
Concurrere freti fauces, radice revulsa
Vitant instabilem rursum Symplegada nautae.
Scilicet haec Stygiae praemittunt signa sorores
Et sibi iam tradi populos hoc consule gaudent.
Mox oritur diversa lues: hinc Mulciber ignes
Sparserat, hinc victa proruperat obice Nereus.
Haec flagrant, haec tecta natant. Quam, numina, poenam
Servatis sceleri cuius tot cladibus omen
Constitit? Incumbas utinam, Neptune, tridenti
Pollutumque solum toto cum crimine mergas.
Vnam pro mundo Furiis concedimus urbem.

21 *Verba Achillis in parthenone 80:* meos nunc Scyros habebit.

15 *Pacatus paneg. Theod. c. 3:* altorum vulnerum cicatrices postquam cutem sanitate duxerunt . . tractabo. 23 *Catulli c. 88, 5:* (scelus) quantum . . . nec genitor lympharum abluit Oceanus. 24 sqq. *cf. Silii Ital. VIII 622 sqq.* (mugivit . . . . nautas). 31 *Lucani IX 838:* Stygiae . . . sorores. 37 *Dirae 51, 58:* campos perfundat harena . . . Neptunus . . . tridenti.

15 Neu *A* noceat] coeat *Barthius (cf. Scribon. Largi c. 29), quem tamen refellit Koenigius:* condat *ego; possis etiam:* Ne noceat crustans mox eruptura; *certe „eruptura" accusativus est pertinetque ad „ulcera"; nam cicatrix rumpitur quidem, sed non erumpit:* mox eruptura V^1, deinde erumpenda V^3, mox irruptura *Barthius*, mox se ruptura *Burmannus; v. 15 cum 16 coniungunt puncto deleto Mommsenus, Buechelerus* 16 flame *PB* quo VP^1H^1, ut P^3, quis $H^2BA A$, *ubi crucem add. Em* umor *V*, humor *q* 18 Arescat $ACBAV^2H^2$, Exundet V^1PH^1, Exsudet *Heinsius* ipse *C*, ille *q* truncatur V^1, truncautur V^2q 19 securum *Eω*, secure H^2, securo *Heinsius* degere] uiuere *ACB* 21 si] *artius scriptum praecedente rasura P* cypros *EC*, ciprus *B*, cyprus *q* habet] hab *in ras.* C^1 uindicta] ī. dicta *(sic) P*, ui *supra scr.* P^2 22 Semifer *C* qui ECV^1P, quomodo † quis V^2, quis H^1, quis *q* nos *B* 23 destruet *B* 24 nondum ς axe *Eω*, alto ε 25 Redditur *A* infernas *VP* cauernas *Eω* 27 Bachatus *VP*, Baccatus *B*, Bachatur *H*, *item* s *ex* r *C* operta] opaca ς calcedona *VPH*, calchedona *C* 28 nutabit V^1, *corr.* V^2, mutauit *B* bosforus *HB*, bosphorus *q* urbes] † undas H^2 29 Coccurrere *B*, Concurrere *Eq* radice] † tellure H^2 30 rursus $ACBH^2A$, rursum H^1q symphegada *A*, sīpli asa P^1, *corr.* P^3: † (simplega) de P^3, simplegada *Eq* nau ta *V (corr. m. 3)* 31 haec] et ACH^2B, haec H^1q stigie *VPH* sorores *V*, s *finalem* V^2 *add. sive iteravit*, sorori *P*, *corr. m. recentior* 32 iam *Emω* hoc] set *B* 33 mulcifer *E* 34 uicta VP^1H^1, uita *C*, uincta *Em*, victo P^2H^2q, rapta ε, *an latet* fracta? rupto *M* prorumperat *H* 35 Hec *E* fragant V^1, fragrant V^2, fraglant *P* hec *E* pena *V* (penā *m. rec.*) 36 seruatis P^1, Seruastis P^2 sceleris V^1, sceleri V^2 cuius *Eω* 37 Constitit *Eω* incumbas *Eω* (incombas *P*, *corr. m. 2*) 38 solū *H*, ū *ex corr.; fuisse vd.* soli toto] totum ς 39 Nam V^1, Unam V^2

Vtque semel patuit monstris iter. omnia tempus
Nacta suum properant: nasci tum decolor imber
Infantumque novi vultus et dissona partu
Semina, tum lapidum fletus armentaque vulgo
Ausa loqui mediisque ferae se credere muris;
Tum vates sine more rapi lymphataque passim
Pectora terrifici stimulis ignescere Phoebi.
Fac nullos cecinisse deos: adeone retusi
Quisquam cordis erit, dubitet qui partibus illis
Affore fatalem castrati consulis annum?
Sed quam caecus inest vitiis amor! Omne futurum
Despicitur suadentque brevem praesentia fructum
Et ruit in vetitum damni secura libido,
Dum mora supplicii lucro serumque quod instat
Creditur. Haut equidem contra tot signa Camillo
Detulerim fasces. nedum (pro sexus!) inerti
Mancipio, cui cuncta licet responsa iuberent
Hortantesque licet sponderent prospera divi,
Turpe fuit cessisse viros.
                    Exquirite retro
Crimina continui lectis annalibus aevi,
Prisca recensitis evolvite saecula fastis:
Quid senis infandi Capreae, quid scaena Neronis
Tale ferunt? Spado Romuleo succinctus amictu
Sedit in Augustis laribus. Vulgata patebat
Aula salutantum studiis: huc plebe senatus
Permixta trepidique duces omnisque potestas
Confluit. Advolvi genibus, contingere dextram
Ambitus et votum deformibus oscula rugis
Figere. Praesidium legum genitorque vocatur
Principis et famulum dignatur regia patrem.
Posteritas, admitte fidem: monumenta petuntur

52 *Orientius common. II 49:* in vetitum ruimus cupimusque negata. *Mar. Victor aleth. II 369:* vetitis succensa libido.

44 *Lucani III 331:* te credere muris. 45 *Verg. VII 377:* sine more furit lymphata. 46 *Statii Theb. III 667:* terrifici . . Phoebi. 51 *cf. Verg. Aen. II 9.* 52 *Horati c. I 3, 26:* ruit per vetitum nefas; *Ovidi am. III 4, 17:* Nitimur in vetitum. 67 *Lucani II 115:* Oscula pollutae fixisse . . . dextrae. 70 *Horati carm. II 19, 2:* credite, posteri; *Pacati pan. Theod. 12:* posteritas . . . praestabit . . . fidem.

40 campus *B* 41 Nauta *P, sed corr.* tunc *B* 43 tunc *B* 44 Ausa] Uisa *Burmannus* meliisq; *H, sed corr.* 45 Tunc *B* sine *Eω* more H^2, lege H^1 linphataq; *B* pasim *P* 46 Peectora *B* terrifici *Emω* ignoscere C^1, ignescere C^2 phebi *C*, phebi *HPB* 47 adoeone *P* recusi *P, corr.* P^3, retrusi ς 48 Quisquis *B* erit *H*, l erat H^2 dubitat H^1, dubitet H^2 qui] quin *Heinsius* 49 Adfore *P* amnum *P* 50 quam P^1, q; P^3, quia *BA* cetus P^1, certus P^2 inest uitiis] *in ras. C* 51 Despatur *B* spadentque *C* praesagia V^1, p̄sencia V^2 fiructū *P* 53 supliciique *V*, supplicii q; *P* lucrum *A* instant C^1, instat C^2 54 haut *CHB*, haud *q* 55 fascis *A* nec *P*, ne *Eq* pro V^1P^1CA, proh V^2P^2q 56 cui *Eω* cuncta] certa *Heinsius* licent *P* 57 licet] liceat *P*, simul *Heinsius* sponderet *H* diui] i *in fine ex corr. H* *V. 57 spurium putabat Barthius* 58 deos *ante* viros V^1, *sed del.* 59 continui *H* letis *C* anni *H* 60 recensetis CV^1, recensitis V^2q secula *E* 61 infantis *B* caprace *P* scerna *H*, sena *A* meronis *P* 62 ferat *C* succintus *VP* 63 angustis BP^1, *corr.* P^2 uulga H^1, ta *add.* H^2 patebant *H* 64 huc *AA*, hunc *P*, hinc *B*, huic *C*, ac *VH* 65 Permixtu V^1, *corr.* V^2, Permixsta *B* 66 aduoluit *A* 68 Figere] Iungere ς *unus fere* 69 famulū . *H* 70 monumenta V^1CA, monimenta V^2q ad monumenta parantur *Heinsius*

Dedecoris multisque gemunt incudibus aera
Formatura nefas. Haec iudicis, illa togati,
Haec nitet armati species; numerosus ubique
Fulget eques: praefert eunuchi curia vultus.
Ac veluti caveant ne quo consistere virtus
Possit pura loco, cunctas hoc ore laborant
Incestare vias. Maneant inmota precamur
Certaque perpetui sint argumenta pudoris.
Subter adulantes tituli nimiaeque leguntur
Vel maribus laudes: claro quod nobilis ortu
(Cum vivant domini!), quod maxima proelia solus
Impleat (et patitur miles!), quod tertius urbis
Conditor (hoc Byzas Constantinusque videbunt!).
Inter quae tumidus leno producere cenas
In lucem, foetere mero, dispergere plausum
Empturas in vulgus opes, totosque theatris
Indulgere dies alieni prodigus auri.
At soror et, si quid portentis creditur, uxor
Mulcebat matres epulis et more pudicae
Coniugis eunuchi celebrabat vota mariti.
Hanc amat, hanc summa de re vel pace vel armis
Consulit, huic curas et clausa palatia mandat
Ceu stabulum vacuamque domum. Sic magna tueri
Regna nihil patiensque iugi deluditur orbis?
    Mitior alternum Zephyri iam bruma teporem
Senserat et primi laxabant germina flores,
Iamque iter in gremio pacis sollemne parabant
Ad muros, Ancyra, tuos, auctore repertum
Eutropio, pelagi ne taedia longa subirent.

71 *Verg. Aen. VIII 451:* gemit . . incudibus. 79 *cf. Iuvenal. I 130.* 84 *Hor. sat. I 5, 70:* cenam produximus. 85 *Martialis I 28:* foetere mero. 88 *Verg. Aen. I 47:* Et soror et coniunx. 95 sq. *Verg. georg. II 331:* Zephyrique tepentibus auris Laxant arva sinus. 97 *Ausonii ordo urbium 30:* pacis et in mediae gremio.

71 *Ordinem verborum B mut., sed corr.* era *ex* in ira *corr.* B^1 72 (hęc *E*) his iudicis ora logati (et, nu *supra lin.*), His nitet armati sp. *Heinsius* 73 Hec *EPB*, Hęc *VC*, Hic *q* nit, *in ras. H (m. 2?)* merosus B^1; e *in ras.; fuerat* a 74 perfert *Heinsius* 76 plura *P*, pḷura *B* hoc ore *Eω*, hoc acre ς 77 Instaurare V^1P, Incestare V^2q inuota *VP*, ĩmota *Hq*, ĩ *in ras.* H^2; *ad* maneant *subiectum* aera *ex v.* 71 *supplendum est* *v.* 78 *post v.* 79 *collocat H, ordinem rest.* H^1 78 sụnt *H* 79 Supter *P*, Subtus ς 80 Vel H^1, ł ix *(?)* H^2 (*voluitne* Vix? *potest tamen scripsisse* ut) quod] qꝫ *A* 81 Cunuiuant *E*, Conuiuāt ε, Conuiuant *C*, Cū uiuā P^1 *unde* Cōniuā P^2 domini] donum *P* 82 patitur *Eq*. pat'um *B* tertius *Eω* orbis ς 83 h (= haec) *B* bizas *EVHB*, Byzas *PCAε* uidebunt] u *ex* a *corr.* P^1 *et* uidebant *placuit Buechelero;* uidebis ς *unus;* hoc Byzas, hoc Constantine uidebis *Heinsius* 84 Interqꝫ ḍ *B*, Inter quos ς tumidis *B, sed corr.* leno tumidus *H* 85 foetere *A*, faetere *CP*, fetere *Eq* dispargere *C*, dispergite *B* plausū yplaustr̄ P^1, plausu H^1, plaustrum H^2, plausum *Eq* 86 Empturas V^2, Ituras V^1, Vēturas *ex* Eturas *corr.* P^1 uulgas, *sed corr.* P^1 88 At (d *supra*) *A*; d *sic add. E*, Ad P^1, At P^3 portenti *H* ł is H^2, porten P^1 tis *add.* P^3 creditor C^1, *sed corr.* 89 Mulceat *B* 92 curas V^1 ł ceras V^3; *velim* arces *vel etiam* arcas 93 uacuam] ł uiduam *add.* H^2 *v.* 93 *cum* 94 *coniungi vult pungens post* mandat *Mommsenus* 94 nihil *Emω* (niichiḷ *H, sed* ! *add.* H^2) iugi] g *ex corr.* P^1 95 zephiri $VHBP^2$, zephari P^1, zephyris ς 96 gramina *H*, germina (a *supra*) *(sic) P*, germina *Eq* 97 que] *om. B* in gremio] e gremio *V*, gremio *et supra lin. add.* in P^1 *(certo e erasum)* paucis *Eε* sollenne *E*, solemne *VA*, solempne *CHB* 98 ancyra *EmV vetus Cuiacii*, ancyra in antiquo ε, anceya *C*, aufira *P*, amphyra *A*, amphira *H*, amphita *B* autore *H* 99 Eutropiū *sed corr.* P^1

Sed vaga lascivis flueret discursibus aestas:
Vnde tamen tanta sublimes mole redibant,
Ceu vinctos traherent Medos Indumque bibissent.
Ecce autem flavis Gradivus ab usque Gelonis
Arva cruentato repetebat Thracia curru:
Subsidunt Pangaea rotis altaeque sonoro
Stridunt axe nives. Ut vertice constitit Haemi
Femineasque togas pressis conspexit habenis,
Subrisit crudele pater cristisque micantem
Quassavit galeam; tunc implacabile numen
Bellonam adloquitur, quae sanguine sordida vestem
Illyricis pingues pectebat stragibus hydros:
'Necdum mollitiae, necdum, germana, mederi
Possumus Eoae? numquam corrupta rigescent
Saecula? Cappadocum tepidis Argaeus acervis
Aestuat: infelix etiamnum pallet Orontes.
Dum pereunt, meminere mali; si corda parumper
Respirare sinas, nullo tot funera sensu
Praetereunt: antiqua levis iactura cruoris!
'Aspicis obscenum facinus? quid crinibus ora
Protegis? en quales sese diffudit in actus
Parva quies, quantum nocuerunt otia ferri!
Qui caruit bellis, eunucho traditur annus.
Actum de trabeis esset, si partibus una
Mens foret Hesperiis: rueret derisa vetustas
Nullaque calcati starent vestigia iuris,
Ni memor imperii Stilicho morumque priorum

121 *Merobaudis paneg. Aetii 3:* otia ferro.

108 *Statii Theb. VIII 581:* formidabile ridens. 109 *Iuvenalis II 130:* Nec galeam quassas. *Valer. Flacci VII 577:* galeamque . . . quassat. 110 *Lucani IV 315:* sordidus . . . sanguis.

100 laciuis HP, *sed* c *ex* t *corr. vid.* H decursibus B etas HBV^2, estas V^1H^2q 101 sublimis V^1P^1, sublimes V^2P^3, sublimes *ex* sublimis *corr.* H^1 mole] laude H^1B, mòle H^2Emq 102 uinctos EH^2q, nictos H^1 nidum B, indum Emq, nilum M bibissent P^2, subissent P^1, bibissent *in ras.* H^1 103 gradiuus C, u *prius* C^2 *ex corr.: fuisse vid.* gradibus adusqꝫ H 104 repetebaṇt V^1 thratia P, tracia HB cursu V^1, curru V^2 105 pangea $AVCPHB$ alte^{que} *(sic)* V^1 sonoro] *ex* sonoris *corr.* V^1. 106 ut] et V^3A, ut E, *sed rursus delevit*, V^1q hemi $APHB$, emi A 107 pressas (i *supra*) H^1 compressit B, *m. rec.* ?spexit 108 Subridit *ex* Subsidit *corr.* H^1: *deinde* subrisit *corr.* H^2, † subsidit *add.* H^2 cristisqꝫ sH^1VPC, tristisqꝫ AH^2BA 109 Quassabat AA inplacabile VPH 110 Bellonam] a *ex* o *corr.* H adloquitur EP, all. q sanguine] s *corr. radendo* P 111 Illiricis $CBPH$ pingues (i *supra*) A, i *sic add.* E, pingues B pectebāt B, spectabat (e *supra*) P *(corr.* P^3*)*, spectabat V^1, pectebat V^2q, pascebat ς *unus fere*, pexabat *Heinsius; cf. quae dixi De moribus christianis eqs. (1885) p. IV* stragibus] g *ex corr.* H ydnos H 113 aesae A, ae oae E, eo e P, eoạe V *(punxit* V^2*)*, eoo C correpta H^1, *corr.* H^2 rigescunt H^1, rigescent EH^2q 111 (Sęcula Em) capadocum CBA, *idem* H *in ras.* tepidis] *ras. supra* t *in* P argaeus C, argeus q 115 *post* infelix *olim interpunxeram, item Mommsenus* etiam nunc CAA *et ex* q̄ nc *corr.* B^1; c *del.* E, etiā n HP^1, etiam num P^3V pallet] palet A, squallet *Heinsius* orūtes B 116 si corda parump H^2 *in ras.* 117 tot *om. add.* H^2 118 antiqua V^1, tantique V^3q 119 Aspicis] V^1, s *ultima ex* t *corr.* H, respicis V^2 120 en H^2, an H^1 qualis V^1P^1CB, quales V^2P^3q diffudit C, diffundit P, deffundit H, defendit A, defundit q actus] artus H, *sed corr.* 121 otia EV^1, secula V^3, *supra* otia *rasum in* P ferro *Heinsius* 122 Quid B anus B 123 Ac tum P^1 paribus V^1, partibus V^2 124 derisa] s *ex corr.* P 126 minor V^1 *corr.* V^2, minoris P^1, memor P^3 stilico P

Turpe relegasset defenso Thybride nomen
Intactamque novo servasset crimine Romam.
Ille dedit portum, quo se pulsata referret
Maiestas Latii deformataeque secures;
Ille dedit fastos, ad quos Oriente relicto
Confugeret sparsum maculis servilibus aevum.
    Quam similes haec aula viros! Ad moenia visus
Dirige: num saltem tacita formidine mussant?
Num damnant animo? Plaudentem cerne senatum
Et Byzantinos proceres Graiosque Quirites.
O patribus plebes, o digni consule patres!
Quid? quod et armati cessant et nulla virilis
Inter tot gladios sexum reminiscitur ira?
Hucine nostrorum cinctus abiere nepotum?
Sic Bruti despectus honos?
                    Ignosce parenti,
Romule, quod serus temeratis fascibus ultor
Advenio: iam iam largis haec gaudia faxo
Compensent lacrimis. Quid dudum inflare moraris
Tartaream, Bellona, tubam, quid stringere falcem,
Qua populos a stirpe metis? Molire tumultus,
Excute delicias. Thracum Macetumque ruinae
Taedet et in gentes iterum saevire sepultas.
Damna minus consueta movent: trans aequora saevas
Verte faces; aliis exordia sume rapinis.
Non tibi Riphaeis hostis quaerendus ab oris,
Non per Caucasias accito turbine valles
Est opus. Ostrogothis colitur mixtisque Gruthungis
Phryx ager: hos parvae poterunt impellere causae

134 *Merobaud. pan. Aet. 107:* nec dicere mussant. 135 *Sidon. c. VIII 9:* plaudente senatu.

134 *Incerti paneg. Constantini p 194 B:* non solum tacite mussantibus; *Pacati pan. Theod. 43:* cunctari saltem aut mussitare. 146 *Ovidi heroid. 6, 84:* pabula falce metit; *cf. Verg. Aen. IV 513.* — 147 sq. *Tacit. hist. III 35:* sepultae urbis ruinis.

127 thibride *C*, tibride *BA*, a thibride *V*, atybride *PH*, *sed* y *ex* i *corr. H* 128 Intactūq; *B* 130 lacii *B* 131 deldit *P* 132 Confugeret] g *ex corr. P* 133 similis *C*, simil(i)es *A*, i *sic add. E* haec] habet *Livineius*, *idem* habet *a glossatoribus velut in P adscribitur ut ellipsis explicetur* uiros *C*, o *in ras.* C^2. Quam similes habet aula uiris *Barthius* 134 Dirig(e)e *A*, e *sic add. E*, *quem sequi non ausus sum conferens Theod. cons. 96, Ruf. I 81 e. a.* nunc *PHB*, num *Eq*, non *M* mussant *Eω* 135 Nunc *PH*, Nō *B*, Num *Eq* dampnat *H*, *corr.* H^2 senatū *H*, *sed* ū *ex corr.* 136 bizantinos *VB* grecos'ß *H* 137 consule] sul *in ras. P* 138 Quid quod *Eω* amati *H*, *corr.* H^2, armari *A* uiriles V^1, uirilis V^2, uirilem ς *pauci* 139 gladio *B* sexum] sexus ς *pauci* remun(i)escitur *P*, *sic corr.* P^3 140 Hucine *E*, Honccine *A*, o *non planum:* Hucinc *(volens* Hucine?) P^1, Huccine P^2q cintus *B*, cunctis H^1, cinctus H^2 141 dispectus P^1, despectus P^2 honor *B* 142 temeratis *Emω* 143 largis] *om.* H^1, *add.* H^2 144 Conpescent, e *alterum ex corr. H* lacrymis *E* dudum] *om.* H^1 *suppl.* H^2 Quam dudum *Paul* inflare] *ex* instare(?) *corr. vid.* P^1 145 bellolana *P* 146 Qua P^1 in P^2 metis *AVCB*H^2, meos *PHA*, metas ς molire H^1, mollire H^2 147 tracum *H*, trachum *B* maceduniq; *HBA*, macetumque *Eq* 148 repulsas V^1P^1, sepultas V^3P^3q; *cf. Tacit.* 149 mouent] moue *expectabam* 150 exordia V^1, primordia V^3 sūme *B*, sume *Eq* 151 Non P^1 vel nunc P^2 ripheis *CB*, rifeis *VP*, rypheis *H* hostis *Emω* horis *VBH* 152 Nom *H*, Non P^1 vel nunc P^2 caucaseas *A* excito *Heinsius* 153 ostrogotis *PHA*, osdrogothis *C*, obstrogotis *B* colitur P^1, contra P^3 gruthungis *EC*, grutūgis ε, grutungis „*veteres quidam codices*“ *apud Claverium*, gruthōgis *A*, gruthunnis *VP*, grotunis *HB* 154 Phrix *B*, Frix *VPH* ager hos] getos P^1, ager P^2, geticos ς inpellere *VP*, ĩpuluere *H*, *corr.* H^2 causae / *C*

In scelus: ad mores facilis natura reverti.
Sic eat; in nostro quando iam milite robur
Torpuit et molli didicit parere magistro,
Vindicet Arctous violatas advena leges,
Barbara Romano succurrant arma pudori'.
Sic fatus clipeo, quantum vix ipse deorum
Arbiter infesto cum percutit aegida nimbo,
Intonuit. Responsat Athos Haemusque remugit:
Ingeminat raucum Rhodope concussa fragorem.
Cornua cana gelu mirantibus extulit undis
Hebrus et exanguem glacie timor alligat Histrum.
Tunc adamante gravem nodisque rigentibus hastam,
Telum ingens nullique deo iaculabile torsit.
Fit late ruptis via nubibus. Illa per auras
Tot freta, tot montes uno contenta volatu
Transilit et Phrygiae mediis affigitur arvis.
Sensit humus. Gemuit Nysaeo palmite felix
Hermus et aurata Pactolus inhorruit urna
Totaque summissis fleverunt Dindyma silvis.
Nec dea praemissae stridorem segnius hastae
Consequitur, centumque vias meditata nocendi
Tandem Tarbigilum (Geticae dux improbus aulae
Hic erat) aggreditur. Viso tum forte redibat
Eutropio vacuus donis, feritasque dolore
Creverat et, teneris etiam quae crimina suadet
Ingeniis, Scythicum pectus flammabat egestas.
Huic sese vultu simulatae coniugis offert
Mentitoque ferox incedit barbara gressu.
Carbaseos induta sinus: post terga reductas

183 *Prudentii psychom. 186:* carbasea . . . sinu.

155 *Iuvenal. XIII 239:* ad mores natura recurrit. 156 *Lucani II 304, V 217:* Sic eat. 160 sq. *Verg. Aen. XII 332:* clipeo intonat. 164 *Ovidi Met. V 487:* caput . . . extulit undis. 165 *Germanici Arat. 294:* tremor alligat artus. 175 *Anthol. lat. 4, 52 (R):* mille nocendi vias *(ex Aen. VII 338).* 176 *Statii Theb. X 466:* Dircaeae iuxta dux concitus alae.

155 In V^2, En V^1 156 Sic] Hoc V^1, Sic V^2 eat] erat *B* nostro] uro̅ *B* quando] qn̄ẹ *H* quoniam ς 157 Sorpuit V^1, Sorbuit P^1, Torpuit $P^2 V^2$ parere] *in ras. C (m. 2?)* magistro] ministro *Schraderus* 158 Vendicet *HA* artous *B*, arthous *H* 159 succurant *PH* pudoriṣ P^1 160 nix P^1, rex P^3 161 aegida *EmεC*, egida V^1, ethera *ex* egida *corr.* P^1, ethera $V^2 \varsigma$ *cf. Verg. Aen. VIII 34*, aera ς 162 Intonuit, *P* responsa tachos *P* heṛmusq; *H*, hemusq; *PB* 163 Ingeminat raucum rhodope *Eω*, *sed* rodope *PHB*, rodope *V* *vellem* Et geminat *v. 164 post 165 collocat H, ord. rest.* H^1 164 exulit *H* 165 et] *om.* H^1, *add.* H^2 exanguem] em *ex corr. H;* exanguis *Buechelerus dubitanter* hystrum *C*, istrum H^1, histrum H^2 166 hastam] *ex* aastam H^1 167 Telum *Eω* deo] l adeo H^2; *velim* deus iacubile *B*, iaculabile *Emq* 168 ruptis H^1, raptis H^2, rupis *B* 169 contempta *AB*, *item H, sed corr.* 170 Transṣlilit *H* frigi(a)e *VPHB* affigitur] *sic ω*, affligitur ς horis *B*, oris *A*, aruis *Emεq* 171 Sentit H^1, Sensit H^2 gemui *H*, t *add.* H^2 nyseo *P*, niseo *CH*, uiseo *B* 172 urṇa *P*, unda *BAH*^{2}, urna $H^1 q$ 173 summissis *C*; idem *in* submissis *mut.* V^1, subm. *q* fleuerunt H^1, fluxerunt H^2 dyndyma *P*, dyndima *H*, dindima *B* 174 p̄misseṣ *P* 175 centumque t *ex corr. H* 176 Tharbigilum *εC*, tarbigilum *VPH*, targibilum *B*, trabigilum *A*, thrabigilum *A*, bi *in ras.*, Tribigilum *Heinsius* aulae] alae *Rubenius quod placet* 177 Hic erat ag H^1 *in ras.* agreditur *P*, l alloquitur V^2 tunc *B* redidạbat P^1 179 (que *E*, q; *A* suadent *A* 180 scithycum *V*, sithicum *B*, sciticum *PH* 181 Hinc V^1, Huic V^2, *item P, sed circa* c *ras.* sụmulate *P*, simulatae *Eq*, simulato ς congingis, *sed corr. P* 182 incedit] t incendit *add.* H^1, incedens *Emε* 183 induta H^2, inducta *B tH*^{1} reductas] *ex* reuinctas *corr.* V^1

Vberibus propior mordebat fibula vestes
Inque orbem tereti mitra retinente capillum
Strinxerat et virides flavescere iusserat angues.
Advolat ac niveis reducem complectitur ulnis
Infunditque animo furiale per oscula virus.
Principe quam largo veniat, quas inde reportet
Divitias, astu rabiem motura requirit.
Ille iter ingratum, vanos deflere labores,
Quos super eunuchi fastus, quae probra tulisset.
Continuo secat ungue genas et tempore pandit
Arrepto gemitus:

'I nunc, devotus aratris
Scinde solum positoque tuos mucrone sodales
Ad rastros sudare doce. Bene rura Gruthungus
Excolet et certo disponet sidere vites.
Felices aliae, quas debellata maritis
Oppida, quas magnis quaesitae viribus ornant
Exuviae: quibus Argivae pulchraeque ministrant
Thessalides, famulas et quae meruere Lacaenas.
Me nimium timido, nimium iunxere remisso
Fata viro, totum qui degener exuit Histrum,
Qui refugit patriae ritus, quem detinet aequi
Gloria concessoque cupit vixisse colonus
Quam dominus rapto. Quid pulchra vocabula pigris
Praetentas vitiis? Probitatis inertia nomen,
Iustitiae formido subit. Tolerabis iniquam
Pauperiem cum tela geras? et flebis inultus
Cum pateant tantae nullis custodibus urbes?
'Quippe metus poenae. Pridem mos ille vigebat.

184 *Verg. Aen. XII 274:* fibula mordet. (185 *Ovidi heroid. 9, 63:* mitra redimire capillos.) 193 *Verg. Aen. XI 459:* ait, o cives, arrepto tempore Turnus. *cf. Statii Ach. I 317.* 209 *Horati epod. 6, 16:* inultus ut flebo puer?

184 Uberior proprias *H*, ǂ uberibus ꝑpor (i *supra*) H^2 proprior *CP* 185 tereri *B* retinente] *dedi ex* ε, redeunte *Eω*, *item Aldina; ε delevit non* eunte, *sed potius has sex litteras* deunte *lineam subducens, deinde quod supra scripsit, id vix* imente, *sed satis perspicue* tinente *esse agnovi; voluit itaque* retinente 186 Strinxerat] Struxerat *PB*, *item ut vid.* H^1 *unde* Strixerat H^2 iuserat *P*, *corr.* P^3 187 ac] et *BA*, ac *Eq* 188 Infuditqȝ *VP*, Infūditqȝ, *virgulam fort. m. 2 H* 189 quam ǂ quod H^1 ueneat *A* reportat *B*, reportat (e *supra*) P^1, *item A* 190 actu H^1, astu H^2, astu *P* requirit] *ex* reliquit *corr.* B^1 191 ingradum *B* uanos] uacnos ꞔ deffetque *E* 192 eunuchi *A; E an* enuchi *correxerit incertum* quae] *om. B* 193 pandit *P* 194 Arepto *H*, *corr.* H^2 i] iam V^1PB, i V^2q aratrix *A* 195 positosque *B* 196 Adrastros (r *supra*) P^1 gruthungus *Eε*V^1C, grotungus *B*, gruthōgus *A*, gruthunnus V^2, grunthūgus *P*, ĝtudus *H* 197 disponet] e *ex* i C^1 sidere] foedere *Buechelerus* uittes *V* 198 maritis] t *in ras C*, *ras. supra* a *P* 199 Opida *HB* magni V^1P^1, magnis V^2P^2, magni^s^ (s *m. 2*) *H* 200 pulchraeue ꞔ 201 Thesalides *B*, Tessalides *H* lacenas *VPBH* 202 nimum *P* tumido H^1, timido H^2 remisso] *add.* A^2 203 Fata *V*, *sed* Fa V^2 *in ras.: fuisse vid.* Is qui degener] quid ege' *B* dege ner *V*, deneger *H* hystrum *C* 204 Qui] V^2 *in ras.;* Hunc (?) V^1, Nunc *P* Nunc refugis H^1, Qui refugit H^2 quem] ꝗ H^1, q (i *supra*) H^2 aequi] *ex* eui *corr.* B^1 205 gloria H^1q, *item V*, *sed* glo V^2 *in ras.: fuerat* Prop. gloria *in ras.* P^1, *deinde spat. vacuum fere 3 litterarum*, ǂ singula H^2 cupis H^1, cupit H^2 206 Quam V^2, Iam V^1 207 Praetentas] ǂ contemptas ǂ praetendas *add.* H^1, Praetendis ε, *sed* i *in ras.; cf. Valer. Flacc. VI 75 qui locus nostro defenditur* pietatis *H (cf.* pium *v. 228)* inhercia *B* 208 Iustitiae *Eω* formide P^1, *corr.* P^2 tolerabilis inquam V^1P^1, *corr.* V^2 *et* P^1 209 cum *Emω* et] uel ꞔ flebit P^1, *corr.* P^2 inultus *Eω* 210 Cum *Emω* nullis] *media vox in ras. P* 211 metus] met' P^1, u *supra scr.* P^2 *volens* metu; *item* metu *Barthius, fort. recte* uigebat *Eω*

Vt meritos colerent impacatisque rebelles
Vrgerent odiis; at nunc, qui foedera rumpit,
Ditatur, qui servat, eget. Vastator Achivae
Gentis et Epirum nuper populatus inultam
Praesidet Illyrico; iam, quos obsedit, amicos
Ingreditur muros illis responsa daturus,
Quorum coniugibus potitur natosque peremit.
Sic hostes punire solent, haec praemia solvunt
Excidiis. Cunctaris adhuc numerumque tuorum
Respicis exiguamque manum? Tu rumpe quietem:
Bella dabunt socios. Nec te tam prona monerem,
Si contra paterere viros: nunc alter in armis
Sexus et eunuchis se defensoribus orbis
Credidit; hos aquilae Romanaque signa sequuntur.
Incipe barbaricae tandem te reddere vitae,
Te quoque iam timeant admirenturque nocentem,
Quem sprevere pium. Spoliis praedaque repletus
Cum libeat Romanus eris'.
Sic fata repente
In diram se vertit avem rostroque recurvo
Turpis et infernas tenebris obscurior alas
Auspicium veteri sedit ferale sepulcro.
Ille, pavor postquam resoluto corde quievit
Et rigidae sedere comae, non distulit atrox
Iussa deae; sociis, quae viderit, ordine pandit
Irritatque sequi. Coniurat barbara pubes
Nacta ducem Latiisque palam desciuit ab armis.
Pars Phrygiae, Scythicis quaecumque Trionibus alget
Proxima, Bithynos, solem quae condit, Ionas,

213 *Verg. Aen. XII 582:* foedera rumpi. 222 *Livius XXIX 30, 5:* ratus agendo ac moliendo vires quoque ad agendum aliquid conlecturum. 230 *cf. Verg. Aen. XII 862 sq.* 235 *Verg. Aen. III 179:* ordine pando.

212 meritos ‡ mitis H^1 inpaecatisq; *P*, a *prius in ras.* inpacatisq; *V* rebellis V^1, rebelles V^2 213 Urgerent *Eω* at nunc] ‡ atra H^2 sidera rupit *B* 214 Dicatur *B* seruet V^1, seruat V^2 achiue *P* 215 epyrum *VPCH*, ephirum *B* inultam *H*, in *in ras.* H^2; *ras. 2 litterarum ante* in *in P, fuerat* ad multam? *an voluit* adultam? *ita* ς; inermem ς *unus fere ac recens*, opimam ς *alius neque melior* 216 Presidet *E*, Possidet *A*, praesidet *εq* illiryco V^1, illirico PH^1, illiricis *B*, illiricos H^2, illiryeos V^2, illyricos *A*, illyrico *EC* obedit V^1, *corr.* V^2 amicos *C*, amictus P^1, amicus P^3q, sed *H in ras.* 218 premit *A* 219 soluūt V^2, soluu V^1 220 ?xcidiis *B* conctaris *A* 221 rupe *B* quiete V^1, quietē V^2 222 tam] iam *B* mouerem H^1, monerem H^2 223 paterere] pa^c^terere *A*, c *sic add. E*, patere BH^2, raperere V^2, moneare *A*, *non sensit scriba* contra *pro adverbio accipi debere* nonne *Heinsius* in armis] inermis ε, inhermis *B* 224 et] *om.* V^1 *add.* V^2 225 secuntur *H*, se?tur *P* 227 admiranturq; P^1, *corr.* P^2 228 Quem] Que^i^ *P*; i *fort. m. 2 add.* spreuere] re *in ras.* C^1 repleri V^1, repletus V^2, repletū V^3 229 romanus̡ *H* (*punxit* H^2) erit V^1P^1, eris V^2P^2 (*fort. tamen corr.* P^1) repente] e *in fine m. 2 V* 231 infernis *A*, infernas *q* 233 Illi V^1, Ille V^2, Inde *Heinsius* pauet *A* 235 uiderat *VC* 236 Irritat $EmCV^2$, Irritaqueq; V^1, inuitat V^3q cūiurat *P* pubes *C* 237 laciisq; *HB* 238 frygie *V*, frigie *PHB*, Phrygiam *Scaliger* scithicis *PHB* tironibus *P*, rigoribus (?) P^2 239 bithynos *E*, bythinos *A*, bythynos P^1, bithimos (?) H^1, bithinnos H^2, bithinios *B*, bythynis P^2, bityno *V* (b *iteravit* V^2), bithyno *C* solem^a^q *P* (a *add.* P^2) condidit *P* yonas *VH* (a *ex corr. H*), yionas *B*

Quae levat, attingit Galatas. Utrimque propinqui
Finibus obliquis Lydi, Pisidaeque feroces
Continuant australe latus. Gens una fuere
Tot quondam populi, priscum cognomen et unum
Appellata Phryges: sed (quid non longa valebit
Permutare dies?) dicti post Maeona regem
Maeones. Aegaeos insedit Graecia portus:
Thyni Thraces arant, quae nunc Bithynia fertur:
Nuper ab Oceano Gallorum exercitus ingens
Illis ante vagus tandem regionibus haesit
Gaesaque deposuit, Graio iam mitis amictu,
Pro Rheno poturus Halyn. Dat cuncta vetustas
Principium Phrygibus; nec rex Aegyptius ultra
Restitit, humani postquam puer uberis expers
In Phrygiam primum laxavit murmura vocem.
Hic cecidit Libycis iactata paludibus olim
Tibia, foedatam cum reddidit umbra Minervam,
Hic et Apollinea victus testudine pastor
Suspensa memores inlustrat pelle Celaenas.
Quattuor hinc magnis procedunt fontibus amnes
Auriferi; nec miror aquas radiare metallo,
Quae totiens lavere Midan. Diversus ad Austrum
Cursus et Arctoum fluviis mare. Dindyma fundunt
Sangarium, vitrei puro qui gurgite Galli
Auctus Amazonii defertur ad ostia Ponti.
Icarium pelagus Mycalaeaque litora iuncti

261 *cf. Sidon. Apoll. c. XI 100.*

241 feroces *Livius I 13.* 244 *Verg. Aen. III 415:* longinqua valet mutare vetustas. 247 *Verg. Aen. III 14:* Thraces arant; *item Statii Theb. V 53, Priscianus perieg. 321.* 252 *cf. Herodoti II 2* 258 *Statii Theb. IV 186:* illustres Satyro pendente Celaenas; *ceterum cf. Herodotus VII 26:* ὑπὸ Ἀπόλλωνος ἐκδαρέντα ἀνακρεμασθῆναι.

240 leuat] lęua *A*, leua V^1P^1, leua *C*, lauat *B*, leuat V^2P^2q galathas *VCH* utrūqȝ P^1, utriqȝ = utriusqȝ P^2, utrique *A*, utrinque *BA* propinquis *PB* 241 lidy ipisideque *V*, i *add. m. rec.* lydi *A*, lydii *C*, lidii *PHB* pysidaeque *C*, pissideqȝ *B*, p̃sideqȝ P^1, piside P^2, pisidaeqȝ *Eq* 242 latus *C* fuere *C* 243 priscus *P*, *sed corr. m. 1* 244 Apellata *H* friges *PV (ubi* phryges *m. rec.)*, phriges *H* quid non C^1, quidā P^1, quid non P^2 ualebit] i *ex* a *corr.* H^1 245 meona *VPBHA* 246 Meones *VBH*, Moeones *A* aegeos *C*, egeos *q* 247 Thiny V^1, *corr. m. rec.* Thini *ACBA*, Thīni *H*, *sed virgulam m. 2*, Thynni ς traces *CBPH* arant V^1A, erant V^3q quae] *fort.* qua bythynia *A*, bythinia *V*, bytinia *P*, bithinia *CB*, bithinia *H* 248 Nuper] Serus *temptavi.* Hospes *Paul.* 249 uagas *B unde* uagās *m. rec.* 250 Gaesaque *C*, gessaqȝ *EA*, gesaque *q* graio iam *H*, iam graio *q* mittis *V* 251 Pro *V* halyn *C*, halym *VA*, halim *P*, alim *ABH* halim dat cunctaț *in ras.* P^1 252 frigibus *VPH*, frugibus *B* egiptius *VPBH* 253 uberis *Aω*, † isidis *Em* 254 In] *om. V, add. m. rec.* phrigiam *PHB* primū P^1, prima P^2 uoce *P cum ras.; fuerat* uocē 255 Hic V^2 *in sp. vac.* cecinit *C* lybicis *VPCH*, libicis *BA*, liciis *vetus Cuiacii* iactat P^1 a *add.* P^2 256 Tibia V^2 *in sp. vac.; om. P, add.* P^3 umbra] unda ς *pauci: cf. Marklandus ad Statii silv. V 3, 88* minerue V^1, mineruā V^2 257 Hic V^2 *in sp. vac.* 258 *Post* Suspensa *una litt. erasa C* inlustrat V^1, ĩlustrat *P*, illustrat V^3q celenas *VPBH*, celęnas *εq* 259 hinc *EC*, hic *q*, huic *Heinsius* 261 labere *C* midan *C*, midā *V*, midam *PA*, mydam *H*, muda *B* austrum *Eω* 262 Cursus *Eω* arctoum V^1P, *sed ras. supra* a *P*, arcthoum *H*, arthoum V^2B flauiis *B*, fluuii H^1, s *add.* H^2 dindyma *PA*, dindima *VCHB* (dyndyma *m. rec. in V*) 263 nitreą *P*, *corr. m. 1 (?)*, nitrei *B* 264 Actus ς amatonii *H*, to *non sine corr.* fertur *B* ostia EV^1, hostia V^2q, hostia *C* (*etiam* ⊣ *valet* h) 265 Ycharium *H*, Ycarium *B* mycalaeaqȝ *ε*, mycaleaque *C*, micaleaqȝ *VPB*, michaleiaqȝ *H*

Marsya Maeanderque petunt; sed Marsya velox,
Dum suus est, flexuque carens iam flumine mixtus
Mollitur, Maeandre, tuo contraria passus
Quam Rhodano stimulatus Arar: quos inter aprica
Planities Cererique favet densisque ligatur
Vitibus et glaucae fructus attollit olivae,
Dives equis, felix pecori pretiosaque picto
Marmore purpureis, caedit quod Synnada, venis.
Talem tum Phrygiam Geticis populatibus uri
Permisere dei. Securas barbarus urbes
Inrupit facilesque capi. Spes nulla salutis,
Nulla fugae: putribus iam propugnacula saxis
Longo corruerant aevo pacisque senecta.
Interea gelidae secretis rupibus Idae
Dum sedet et thiasos spectat de more Cybebe
Curetumque alacres ad tympana suscitat enses,
Aurea sanctarum decus inmortale comarum
Defluxit capiti turris summoque volutus
Vertice crinalis violatur pulvere murus.
Obstipuere truces omen Corybantes et uno
Fixa metu tacitas presserunt orgia buxos.
Indoluit genetrix, tum sic commota profatur:
'Hoc mihi iam pridem Lachesis grandaeva canebat
Augurium: Phrygiae casus venisse supremos
Delapsus testatur apex. Heu sanguine qualis

---

271 *Merobaudis paneg. Aetii 40:* glauca . . oliva. 272 *cf. Venantii Fort. vitae Mart. II 379.* 276 *cf. Orestis trag. 171.*

---

272 *Silii Ital. I 393:* Dives agri, dives pecoris (*Verg. Aen. IX 26:* Dives equum, dives pictai vestis). *Stat. silv. II 2, 28:* Synnade . . . ubi marmore picto . . purpureo distinguitur area gyro. 276 *Verg. Aen. IX 131 (X 121):* Nec spes ulla fugae; *Lucani X 538:* via nulla salutis, Non fuga.

---

266 Marsya] *ε*, Marsia *VHB*, Mersia *P*, *corr.* P^3 meanderqꝫ *ε (?)*, me auderqꝫ *C*, meanderqꝫ *PBA*, menanderqꝫ *H* marsya *εH*, marsia *V*, martia (s *supra*) *P (corr. m. 1?)* 267 suus est] *ex* suū *corr.* V^1; Dum suus inflexuque *conicei* flexusque V^1P^1, *corr.* V^2P^1 carens] arens *in ras. C* 268 Meandre *ε*, me andre *C* (*cf. v. 266*), meandre *PB*, menandre *H* 269 rodano *PHB* stimulator H^1, stimulatus H^2 Arar] *ex* arax *corr. P*, Atax *Heinsius* aprisca *B*, prica P^1, aprica *corr.* P^2 quo sint era prica V^1, *corr.* V^2 270 Planities *Eω* 271 Uittibus *V* glaucae *A*, glaucos *ϛ* fluctus *C* attollit *Eω* oliue, ine *in ras.* C^1 272 equi *A*, *item C teste Breitero:* equis *ϛ* pecoris *CH*, pecori V^1*ϛ*, pecori *(sic)* V^2, *cf. Silii Italici exemplum* pretiosa *Eω* 273 caedit quod] *A*, *ubi* cui *add. cruce Em*, cedit que *C*, cedit quoque *A*, cedit cui *ϛ*, *item ϛ*, cui cedant *Heinsius*, caedunt quod *Schraderus* Synnada *CA*, signada *H*, sirmada *B*, symada *A*, *unde* synnada *E*, sinnada *ϛ*, Trabacha *ϛ* 274 Tales tum] Taletus V^1, *corr.* V^2 ne *B*, tum *Eϛ* phrigiam *A*, frigia V^1, frigiā V^2PHB populantibus V^1, populatibus *Eε*V^2*ϛ* uri] uti *vel* irti *A* 275 Permisere] *prius* er *ex corr. H* urbes (i *supra*) *A*, i *sic add. E* 276 Inrupit *VP*, Irr. *ϛ* facilisqꝫ *BA*, facilesqꝫ, e *ex* i *corr. C*, facilesqꝫ (i *supra*) *A*, i *sic add. E* 277 patribus V^1, putribus V^2 saxi V^1, saxis V^2 278 senecta *V* a *add. sive iteravit* V^2 279 rupibus] partibus BH^2, rupibus *Emε*H^1*ϛ* yde *H* 280 Dum] Cum *H* thyasos *CA*, tyasos *H*, thysos *P* cybebe *Em*, cybele *VP*, cybele *C*, cibele *HB*, cybelle *A* 281 euses *V*, *sed* uses V^2 *in sp. vac. ut vid.* 282 inmortale *VHB*, imm. *ϛ* immortale comarum decus *P*, *ordinem corr. m. 1* 285 Obstipuere *ECA*, Obstrepuere *H*, Obstupuere *ϛ* ome *B* coribantes *HBA*, coubantes P^1, *corr.* P^3, corybantes *εϛ* uno H^1, † imo H^2 286 tacita *et* buxo *A* 287 genetrix *E*, *idem ex* genitrix *corr. A*, genitrix *ϛ* tū *V*, tun *(sic) P*, tunc *ACHBA* commota *εVPCH*, irata *ABA* (commta, o *supra*, P^1) 288 grandaeua *εVCP* (u *ex* b *corr.* P^1), longeua *ϛ* canebit *P*, *sed corr. m. 1*, tenebat *A* 289 frigie *PHB* 290 Dilapsus *ϛ* apex P^2, ?pex P^1

Ibit Sangarius quantasque cadavera lenti
Maeandri passura moras! Inmobilis haeret
Terminus, haec dudum nato placuere Tonanti.
Par et finitimis luctus frustraque Lyaei
Non defensuros implorat Lydia thyrsos.
Iamque vale Phrygiae tellus perituraque flammis
Moenia, conspicuas quae nunc attollitis arces,
Mox campi nudumque solum! dilecta valete
Flumina! Non vestris ultra bacchabor in antris
Nec iuga sulcabit noster Berecynthia currus'.
Dixit et ad tristes convertit tympana planctus.
Labentem patriam sacris ululatibus Attis
Personat et lacrimis torvi maduere leones.
    Eutropius, nequeat quamvis metuenda taceri
Clades et trepidus vulgaverit omnia rumor,
Ignorare tamen fingit regnique ruinas
Dissimulat: parvam latronum errare catervam.
Ad sontes tormenta magis quam tela parari
Nec duce frangendas iactat, sed iudice vires:
Vasta velut Libyae venantum vocibus ales
Cum premitur calidas cursu transmittit harenas
Inque modum veli sinuatis flamine pennis
Pulverulenta volat: si iam vestigia retro
Clara sonent, oblita fugae stat lumine clauso
(Ridendum!) revoluta caput creditque latere
Quem non ipsa videt. Furtim tamen ardua mittit

292 *Verg. Aen. IV 614:* sic fata Iovis poscunt, hic terminus haeret; *VII 250:* inmobilis haeret. 296 *Verg. Aen. II 789 (et saepius):* Iamque vale. 298 *Catonis Dirae 89:* dulcia rura valete ... et fontes et felix nomen agelli. 312 *Xenophont. anab. I 5, 3:* *ὥσπερ ἱστίῳ χρωμένη.* 315 *Oppiani halieut. IV 623:* *κεφαλὴν δὲ κατακρύψασα .. ἔλπεται οὐχ ὁρόωσα λαθεῖν ὁρόωντος ἐφορμήν.*

291 sanguarius *B* quantasque *V, sed* s *postea add. V³ sive V¹* que] *om. B* 292 Maeandri *C*, Meandri *VPHBA*, Mȩandri *ε (hamulum sine dubio ε fuit qui adderet sic ut certo addidit v. 266. 268)* inmobilis *PB*, imm. (*vel* im̄.) *φ* 293 terminus] i *ex corr. P¹* 294 finitimus *H¹A* ł i *add. E*, finitimis *H²φ* frustraq; *P, sed* s *ex* c *corr.* lyei *VBPA*, lyeri *H* 295 inpl. *P* tirsos *V*, thirsos *C*, thy^r^sos *P¹*, thyr^s^sos *H* 296 male *B* frigie *VPHB* telus *P¹*, *corr. P²* penturaq; *P¹*, *corr. P²* 297 atollitis *P (ita saepius)* 298 dudumq; *B* ualete] *ras. supra* te *P* 299 non] nec *B*, non *Eφ* non ultra uestris *H* bachabor *V*, baccabor in antris ultra *P*, *corr. m. 1* 300 berecinthia *CP*, berechintia *V*, birechincia *B* *V. 301 post 302 collocat P, ord. rest. P²* 301 planct^9^ *H*, planctus, *ras. supra* t *P* 302 Labente *B* attis *P¹* (a *in ras.* t *prior paene* c), attys *EA*, atys *H*, actis *C*, *ν* athis *add. C¹*, athis *B*, actas *V* 303 lacrymis *E* torui lacrimis *C*, *sed corr.* *Initia vv. 304—307 vacua reliquit V¹, explevit V²* 304 Entropius *VP*, *sed* Eut *V²P²* nequeant *P¹*, nequeat *P²*, neq^n^eat *C¹* tacer^e^i *P* (e *m. 2?*) 305 Clades] Cla *V²*; *item* Cla *om. P¹*, clades *in mg. P²*, Differt *in textu ante* des *posuit P³* uulgauer^a^it *P¹* timor *B* 306 Ignorare *V²P²*, orase *V¹*, I . . . g . rare *P¹* regiq; *B* ruinas *Emω* 307 Dis *V²* latronum] adsontes *BA*, latronum *Emφ* 308 Ad sontes] Latronum *BA*, Ad sontes *Emφ*; *locus initialis vacuus in V*; In sontes *ς unus fere* 309 sed] se *B* sub *H* iudice] uindice *AH²V³* frangendos ... viles *conieci* 310 Uasta] ł uesta *add. H¹* uelud *H* lybiae *CA*, lybie *VP*, libie *B* uallibus *BA* ales] implet *V¹*, *sed corr.* 311 remittit *H¹*, *corr. H²* 312 In q̄ *P* nodum *A* uelis *P¹* s nuate *P¹*, sinuantes *V¹*, sinuatis *V²P²* fla mine *C* pennis ł pinnis *H¹*, p^i^ennis *A*, i *sic add. E*, p^e^innis *P* (e *m. 2?*) 313 uolant *A* si] si ł sed *H¹* si iam] suam *P* 314 Slara *V¹*, *sed corr.* sonent] sonant *ς* oblita] a *ex corr. P¹* fuge est *A*, fugam *ς* *Post* stat *ras. 3 fere litt. in P* 315 Ridendum] ł retrorsum *P²* reuoluta] uelata *ς* capud *B* creditque] re *in ras. H* 316 Quem non] quod vero *B* mitit *P*

Cum donis promissa novis, si forte rogatus
Desinat. Ille semel nota dulcedine praedae
Se famulo servire negat: nec grata timentum
Munera; militiam nullam nec prima superbus
Cingula dignari: nam quis non consule tali
Vilis honos?
Postquam precibus mitescere nullis,
Non auro cessisse videt creberque recurrit
Nuntius incassum nec spes iam foederis extat:
Tandem consilium belli confessus agendi
Ad sua tecta vocat. Iuvenes venere protervi
Lascivique senes, quibus est insignis edendi
Gloria corruptasque dapes variasse decorum,
Qui ventrem invitant pretio traduntque palato
Sidereas Iunonis aves et si qua loquendi
Gnara coloratis viridis defertur ab Indis,
Quaesitos trans regna cibos, quorumque profundam
Ingluviem non Aegaeus, non alta Propontis,
Non freta longinquis Maeotia piscibus explent.
Vestis odoratae studium: laus maxima risum
Per vanos movisse sales minimeque viriles:
Munditiae; compti vultus; onerique vel ipsa
Serica. Si Chunus feriat, si Sarmata portas,
Solliciti scaenae: Romam contemnere sueti
Mirarique suas, quas Bosphorus obruat, aedes:
Saltandi dociles aurigarumque periti.

325 sqq. *cf. Iuvenalis IV 72 sqq.* 325 *Silii Ital. I 609:* Concilium vocat; *item Val. Flacci I 213.* 330 *Iuvenal. VII 32:* Iunonis avem *(plura coll. Mayor ed. Iuv. I p. 281).* 331 *Verg. georg. IV 293:* coloratis amnis devexus ab Indis. 332 *Verg. georg. III 430:* hic piscibus atram Improbus ingluviem ... explet. *Ceterum cf. Iuvenal. IV 141 sq.* 337 *cf. Iuvenal. VI 259, I 26: Pacati p. Theod. p. 301, 16 Baehr.*

317 Non P^1, ł cum P^2 318 semel] senilis *B* nota] *ex* nora *corr. A*, notae ς *pauci* 319 Sed ‾mulo *C*; *litterae* d *pars inferior et ipsa in ras.* gratia *A* timentis *M* 321 quis P^1, quid P^2 tali, *P ex corr.*, t *fort. m. 2* 323 gessisse *C* 324 Nuntius *Eω* 325 Tandem V^2, Tamen V^1 conscilium *B* (*ut fere semper B pro* consilio), consilium *q*, concilium ς *cf. exempla poetarum et infra v. 403* belli *erasum* s *V*, *sed* b V^2 *in ras. Conicio* bellis confessus agendis *(cf. v. 356)* 326 Ad H^2, Ac H^1 uenire *B* 327 est] ē *P* 328 correptasque *Heinsius*, perpetuasque *vel* ructatasque *ego* uariare *H* decorū *V*, *sed* ū *in ras.* V^2, deq̊reū P^1; *itaque fuerat in V* decore 329 irritant *Heinsius* pretio *Eω* palato] *om.* V^1, *add.* V^2 330 aues] es *ex corr. H* 331 nara P^1, Gnara P^2 differtur *H* 332 Quesitos *VC*, Quaesitus H^2q, Quaesitu* H^1 trans regna] *praeter* tran *in ras. C*, trans stagna *Schraderus* cibos *VC*, cibus *q* profundam] *praeter* per *et* ū V^2 *ex corr.* 333 aegeus *CA*, egens *PVBH* proponti *H* 334 longuinquis *B* maeotia, *paene* macocia *C*, meotia V^1, meotida *PH*, moeotica *E*, meotica V^2q 335 adornate H^2 *in ras.* maxima] a *ult. ex* e *corr.* P^1 336 uanos *εCP^1V (ubi* uarios *m. rec.)*, uarios P^2BA, *item* H^1, *sed* ri *in ras.* sales] alas V^1 *corr.* V^2 minimaeqȝ *AC*, minimeqȝ P^1, nimieqȝ *corr.* P^2 uirilis V^1 *corr.* V^2. *Interpunxi post* uiriles, *ne lex frangatur quam de copula omittenda observat poeta: nominativi sine verbo in v. 337 ita positi ut Gild. 359* 337 Munditiae *Eω* cēptiqȝ *B* uultus *Eω*, cultus *Heinsius* uultus tū tegmina cunctis *A*, oneri uultusque V^1 *corr.* V^2 oneriqȝ *Eω* (honeriqȝ V^2B, oneriqȝ *H*) 338 Serica: desertas custodit sarmata portas *A* sic hunnus V^1, sic huńus *P*, sic hunus *C*, si hu͞nus *H*, si hunnus V^2BA, sin *cum cruce add. Em; hos A et Em sequi maluit J. Koch comparans Ruf. I 321, II 270, Stil. II 110, item Amm. Marcellinum, qui ubique fere Hunos, semel Chunos loco incerto XXXI 8, 3* si sarmata P^1, sic sirmata P^2 porcas *C* *Circa hunc v. intercidisse aliquid putabat Paul.* 339 Sollieiti cene *V* (s *eras.*), Sollicitis cene *P*, Solliciti s cęnae *C* caenae ε, cene *HB* suesti *P* sueti *C* 340 Mirari *Emω*, ri *ex* u *corr. P (m. 2?)* bosphorus *EVPA*, bosforus *CHB* obruat] *scripsi (cf. v. 28)*, horruit V^1, orruit P^2, oruit P^1, obruit V^2q; obruit edes *in ras. H*, 1 obstruit H^1, abluit *Isengr. mg.*, obluit, alluit ς; *cf. v. 37 sqq.* cernit quas bosporus ς *unus minimae fidei* 341 aurigandique *in margine codicis Cuiacii a m. altera*

Pars humili de plebe duces. Pars compede suras
Cruraque signati nigro liventia ferro
Iura regunt, facies quamvis inscripta repugnet
Seque suo prodat titulo. Sed prima potestas
Eutropium praefert Hosio subnixa secundo.
Dulcior hic sane cunctis prudensque movendi
Iuris et admoto qui temperet omnia fumo,
Fervidus, accensam sed qui bene decoquat iram.
Considunt apices gemini dicionis Eoae.
Hic cocus, hic leno, defessi verbere terga,
Servitio, non arte pares, hic saepius emptus.
Alter ad Hispanos nutritus verna Penates.

Ergo ubi collecti proceres, qui rebus in artis
Consulerent tantisque darent solacia morbis,
Obliti subito Phrygiae bellisque relictis
Ad solitos coepere iocos et iurgia circi
Tendere. Nequiquam magna confligitur ira
Quis melius vibrata puer vertigine molli
Membra rotet, verrat quis marmora crine supino?
Quis magis enodes laterum detorqueat artus,
Quis voci digitos, oculos quis moribus aptet?
Hi tragicos meminere modos; his fabula Tereus,
His necdum commissa choro cantatur Agaue.
Increpat Eutropius: non haec spectacula tempus
Poscere; nunc alias armorum incumbere curas:
Se satis Armenio fessum pro limite cingi
Nec tantis unum subsistere posse periclis:
Ignoscant senio, iuvenes ad proelia mittant —:
Qualis pauperibus nutrix invisa puellis

343 *Ovidi am. II 2, 47:* compedibus liventia crura. 348 de iure *hoc cf. Zwei politische Satiren p. 75 et 126.* 349 *Homeri A 81:* χόλον καταπέπτειν. *Catulli 68 B, 139:* concoquit iram. 354 *Silii Ital. V 477:* in artis Nimirum rebus. 358 *Terenti Eun. 626:* miles tendere: inde ad iurgium. 365 *Verg. Aen. VI 37:* Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit.

342 ducis V^1, duces V^2 343 C ruraq; *P* 344 quamuis facies *A* 345 prodat] t P^2: uel reprobat H^2 titulo] *om. B* 346 pferret *B* hosio *CAP*^{2} *(om P*^{1}*), item addita cruce Em,* otio V^1, osio V^2, osia *H*, oxo *B* secunda H^2P^2, se?do P^1H^1 347 Doctior (o *ex corr.*) H^1, uel dulcior *add.* H^2, Dultior P^1, Doctior P^2 monendi *H*, mouendi *Eq*, nouandi *vetus Cuiacii* 348 I amoto H^2, admoto *glossator in P explicat:* olfa(c)to temperat *B*, temperet *Eq* fumo] naso *ed. Isengrini* 349 qui] *om. B* dequoquat *P* 350 geminę *C*, gemini, n *ex corr.* V^1 ditionis *E*, dictionis *A* 351 Hinc coquus, hinc *Heinsius* defessi] ς *unus, Scaliger,* defossi V^1q. *sed* o V^2; *an fuit* e? descissi ς *unus fere,* diffissi *temptavi,* perfossi *Heinsius,* duo fossi *Buechelerus,* defossi *Trumpius p. 8 tutatur ope Vergilii Aen. IX 544:* transfossi pectora uerbere] uulnere *PH* 352 emtus *E* 354 arctis V^2PA, artis V^1q, uel altis *add.* B^1 355 tanteque V^1 solatia *E* mortis V^1, † tantis morbis V^2 *in mg.* 356 Obliti V^2, Ob *in sp. vacuo, dein* liti *ex corr.*, oblitię P^1 subito,, o *ex corr. H* frygie *P*, frigiae *V*, frigie *HB* belloque relicto *ABA* 357 Ad V^2 *in sp. vacuo* cepere *VPH* et] ad *B* *v. 358 locum initialem vacuum reliquit P quasi per* εἴσθεσιν nequiquam *EC*, nequicquam V^1B, nequaquam V^2, nec quicquam *PH* conflagitur P^1, *corr.* P^2 360 uertat *H* marmore H^1, marmora H^2 361 Quis *AHBA*, Qui *E (ut vid.) CVP* enodes *Eω*, idoneos H^2 arcus ς 362 oculos *V*, o *alterum* V^2; *fuisse vid.* i *vel* u qui *B* motibus ς *duo fere, Scaliger* 363 Hii HBP^2, Hiis P^1 modos] iocos *M* 364 Hiis *H* comissa *H* choro] thoro H^2, toro *A*, choro H^1 365 haec] hoc *Buechelerus ex Vergil.* 366 alias] altas ς *unus fere* curas *V*, cu V^2; *fuisse vid.* aras, c͔ᵘras *P* (u, *ut vid. m. 2*) 367 armoenio V^1, o *prius del.* V^2 368 obsistere *B* periclis *Eω*, procellis *Heinsius* 369 iuuentes *P* 370 Qualis] s *ex corr.* H^1

Adsidet et tela communem quaerere victum
Rauca monet: festis illac lusisse diebus
Orant et positis aequaevas visere pensis,
Irataeque operi iam lasso pollice fila
Turbant et teneros detergent stamine fletus.
  Emicat extemplo cunctis trepidantibus audax
Crassa mole Leo, quem vix Cyclopia solum
Aequatura fames, quem non ieiuna Celaeno
Vinceret: hinc nomen fertur meruisse Leonis.
Acer in absentes linguae iactator, abundans
Corporis exiguusque animi, doctissimus artis
Quondam lanificae, moderator pectinis unci.
Non alius lanam purgatis sordibus aeque
Praebuerit calathis, similis nec pinguia quisquam
Vellera per tenues ferri producere rimas.
Tunc Aiax erat Eutropii lateque fremebat,
Non septem vasto quatiens umbone iuvencos,
Sed, quam perpetuis dapibus pigroque sedili
Inter anus interque colos oneraverat, alvum.
Adsurgit tandem vocemque expromit anhelam:
  'Quis novus hic torpor, socii? quonam usque sedemus
Femineis clausi thalamis patimurque periclum
Gliscere desidia? Graviorum turba malorum
Texitur, ignavis trahimus dum tempora votis.
Me petit hic sudor. Numquam mea dextera segnis
Ad ferrum. Faveat tantum Tritonia coeptis.
Inceptum peragetur opus. Iam cuncta furore
Qui gravat, efficiam leviorem pondere lanae
Tarbigilum tumidum, desertoresque Gruthungos

382 sqq. *cf. Hieronymi epist. 130, 15 (anni 414)*: habeto lanam semper in manibus vel staminis pollice fila deducito *eqs.*

377 *Verg. Aen. XII 161*: ingenti mole Latinus. 386 Aiax *et v.* 390 Adsurgit *ex Iuvenale 7, 115*: surgis tu pallidus Aiax. *Ceterum cf. Homeri H 219 sq.* 391 *Verg. Aen. XII 867*: noves . . . torpor.

371 Adsidet *E*, Ass. *ω* comunem *B* 372 mouet *BA* luxisse *B*, lusum ire *L. Muellerus Mus. Rhen. XVII 182* 373 aeque pauescere P^1 *unde* pausescere *corr.* P^2 pennis *B* 374 *malim* lasso iam fila] telam *Heinsius* 375 tenebros *P* detergant *B* tletus *Eω* 376 exemplo, ł tem *supra scr.* C^1 377 mo|le *P* cyclopea *CAA*, ciclopeia *B*, ciglopia V^1P^1, ciclopia V^2P^2H 378 ieiunia *B*, ieinna *Emq*, *sed* i *utrumque ex* l *corr. P* celono *B*, celeno *CPHV*, no V^2 *in ras.* 379 hic *EPH*, hīc H^2 leonis *in sp. vacuo* V^2 380 lingua *Scaliger* abundas V^1, habundās V^2 381 que] *del. E*, *om. B* animo *B* artis *in sp. vacuo* V^2 382 Quendam V^1 *corr.* V^2 nuderator *B* pectinis unci *V*, *sed* s unci V^2 *in sp. vac.* unci] uncti *Eε* 383 purgata *B* aeque] ue *m. 2 P* 381 Praebuerat (i *supra*) *A*, i *sic add. E*, Praebuerat *PB* quisquam *V*, *sed* nam V^2 *ex corr.* 385 tenuis *ς* 387 sēptem *B* iuuencos *V*, *sed* o V^2 *(ex* u?*)* 388 Sed quod *P*, Sed qui *H*, ł quam H^2 cubili V^2 389 honerauerat *HB et V*, *sed* h V^2 aluum *B* 390 Adsurgit *VPB*, Assurgit *q*, Exsurgit *M* expmit *B*, exponit *H* anhellam *E*, anhelam *ω*, anilem *ς* 391 ł Quid H^2 stupor V^3 quonam *P* 392 clausit P^1 que] *om.* P^1 *add.* P^2, ł ne V^3 periclum *Eω* 393 desidie *B* graiorum H^1 *corr.* H^2 turbo *Schraderus*, tela *Buechelerus* 394 ignauis *Eω*, *sed* u *in ras. C* trahimur *et* notis *B* 395 hic H^1, hīc H^2 396 cēptis *H* 397 furorem *EC*, *sed* m *postea add. vid.* C^1, pauore *Heinsius* 398 linorem *A*, leniorem *Eq* 399 Tharbigilum *ECB*, Tharbigilū *ε*, Tarbigilum *q*, *sed* ar *in ras. H* tumidum H^2V^3, timidum H^1V^1q gruthungos ECV^2, gruthuncos V^1, gruthōgos *A*, grutungos *ε*, gruthunnos *P*, *idem ex* gruthuncos *corr.* V^1, grotūnos *B*, grotūpnos *H*

Vt miseras populabor oves et pace relata
Pristina restituam Phrygias ad stamina matres.'
    His dictis iterum sedit: fit plausus et ingens
Concilii clamor, qualis resonantibus olim
Exoritur caveis, quotiens crinitus ephebus
Aut rigidam Nioben aut flentem Troada fingit.
Protinus excitis iter inremeabile signis
Arripit infaustoque iubet bubone moveri
Agmina Mygdonias mox impletura volucres.
    Pulcher et urbanae cupiens exercitus umbrae,
Adsiduus ludis, avidus splendere lavacris
Nec soles imbresve pati multumque priori
Dispar, sub clipeo Thracum qui ferre pruinas,
Dum Stilicho regeret, nudoque hiemare sub axe
Sueverat et duris haurire bipennibus Hebrum,
Cum duce mutatae vires. Byzantia robur
Fregit luxuries Ancyranique triumphi.
Non peditem praecedit eques; non commoda castris
Eligitur regio; vicibus custodia nullis
Advigilat vallo: non explorantur eundae
Vitandaeque viae; nullo se cornua flectunt
Ordine: confusi passim per opaca vagantur
Lustra, per ignotas angusto tramite valles.
Sic vacui rectoris equi, sic orba magistro
Fertur in abruptum casu, non sidere puppis;
Sic ruit in rupes amisso pisce sodali
Belua, sulcandas qui praevius edocet undas
Inmensumque pecus parvae moderamine caudae
Temperat et tanto coniungit foedera monstro:

422 *Marius Victor aleth. III 741:* angusto tramite.

413 *Verg. Aen. II 512:* nudoque sub axe. 424 *Verg. Aen. XII 687:* Fertur in abruptum.

400 populasbor *P*, populator *H*¹ *corr. H*² ouis *EA*, obes *V*¹ *corr. V*² parce *H*, parce *P*¹, *primum* parcere, *deinde* parte *corr. P*² reducta, ducta *in ras. H* 401 phrigias *B*, frygias *P*, frigias *H* 402 Hiis *P*, *sequente ras. 3 fere litt.* iterum dictis *H*, *sed corr.* 403 Conscilii *B*, Consilii *H*, Concilii *Eq* 404 caueis *V*, ueis *in ras. V*² crinit', t *ex corr. H* (*fuit* crinibus) 405 Ad *P*¹, Aut *P*² uiobem *A*, molē *B* fi/ git *C* 406 Protinus *V*, Prot *in sp. vac. V*² exitus *add. cruce Em* inremeabile *VPCB*, irr. *q* 407 Arripit *V*, Arri *in sp. vac. V*². *Item* ꝑit *P*¹, *unde* ꝑdiit *effecit P*² infaustoq; *EmεVPCH*¹, infestoq; *H*²*BA* iubent ūbone *P* (*ante* ū *spat. vac. 1 vel 2 litterarum*) 408 mygdonias *A*, migd. *q* 409 umbrae] aulae *M*, aurae *Heinsius* 410 Adsiduus *EA*; Assiduis *PH*¹, † duus *H*², assiduus *q*. *in V* u *alterum V*², *sed idem etiam V*¹(?). ludis *H*¹, † dus *H*²: *om. P*¹; *P*² *post* auidus *inserit* quondam lauacris *B* 411 multumue *HB* 412 sub] b *ex* p *H*¹ tracum *PHBA* ferre] *litt. ultima ex corr. H* 414 Sucurat *P*, Suerat *B* ebur *B* 415 byzantia *E*, bizantia *q* (bizancia *B*) 416 luxurie sanciranyque *V*¹, luxuries anc . . . . *V*² ancyrani *EmεC vetus Cuiacii*, ancyrrami *H*², ancirani *P*, anthicherani *H*¹, ansitani *B*, amphirani *A* 417 pedientem *P* praecepit *H corr. H*², procedit *A* 418 regio *V*, i *V*² (*an fuit* n?), legio *V*³ nullis *H* 419 Aduigilat *Ew* endae *V*¹, eūde *V*², eunde (e *ex* i *corr.*) *H*¹ 420 nulle *B* 421 sparsim *A* operta *V*¹ (*ex v. 27?*), opaca *V*² uagant^ur *P* 422 ignotos *V*¹ *sed corr.*, ignotas *praeter* s *in ras. C*¹ arguto *H*¹, angusto *H*² tramite *ex corr. H*¹ (*an fuit* limite?) ualles *in ras. H* (*m. 2*) ignotos . . . calles *Heinsius* 425 pupes *P*¹, rupes *P*² 426 Bellia *rad. in* Belua *mut. C*, Bellua *P*, Belua *Eq* qui *EVC*, cui *BPA*, cui *ex* eum *corr. H* 427 Inmensumque *C*, Inmensumque *q* 428 coniungit federe monstrum *V*¹, 1 coniungi monstrat *V*², coniungi foedere monstrat *C*, coniungit federe monstra *PH*¹, *sed* e *ultima ex corr. H*¹, *item in* monstra a *in ras. H*, coniungit federa monstro *V*³*H*²*q*. *Temptavi* et dando coniungi foedera monstrat: et tuto coniungi foedere monstrat *Buechelerus;* et tantum coniungit foedere monstrum *Heinsius: v. 427 et 428 del. Jeepius*

Illa natat rationis inops et caeca profundi;
Iam brevibus deprensa vadis ignara reverti
Palpitat et vanos scopulis inlidit hiatus.
Tarbigilus simulare fugam flatusque Leonis
Spe nutrire leves improvisusque repente,
Dum gravibus marcent epulis hostique catenas
Inter vina crepant, largo sopita Lyaeo
Castra subit. Pereunt alii dum membra cubili
Tarda levant; alii leto iunxere soporem;
Ast alios vicina palus sine more ruentes
Excipit et cumulis inmanibus aggerat undas.
Ipse Leo damma cervoque fugacior ibat
Sudanti tremebundus equo: qui pondere postquam
Decidit, implicitus limo cunctantia pronus
Per vada reptabat. Caeno subnixa tenaci
Mergitur et pingui suspirat corpore moles
(More suis, dapibus quae iam devota futuris
Turpe gemit, quotiens Hosius mucrone corusco
Armatur cingitque sinus secumque volutat,
Quas figat verubus partes, quae frusta calenti
Mandet aquae quantoque cutem distendat echino:
Flagrat opus; crebro pulsatus perstrepit ictu;
Contexit varius penetrans Chalcedona nidor).
Ecce levis frondes a tergo concutit aura:
Credit tela Leo; valuit pro vulnere terror

453 *Alcimus Avitus IV:* movet plus vulnere terror *(?) (non extat in l. IV; attulit Barth).*

430 *Ausonii Mosellae 139:* Aut brevibus deprensa vadis. 431 *Verg. georg. III 261:* scopulis illisa. 432 *Appiani Iber. 64: ὑπεκρίνατο φεύγειν eqs.* 435 *Horati c. I 18, 5:* quis quod vina gravem militiam .. crepat? 437 *Petronii 79:* somnumque morti iungerem. 438 *cf. Appiani Iber. 54.* 445 *Verg. Aen. I 712:* pesti devota futurae; *I 210:* dapibusque futuris. 447 *Verg. Aen. II 333:* mucrone corusco. 450 *Verg. Aen. I 436:* Fervet opus. *Statii silv. I, 1, 65:* strepit ardua pulsu Machina. 452 *cf. Statii Theb. VI 157 sq. Lucani VIII 789:* levis aura.

430 depssa *B*, dempssa *P*, deprehensa *A*, dep^r^hensa V^1, h *del.* V^2, defensa *C* ignora *H, sed corr.* natanti V^1, reuerti V^2 431 inlidit *V*, ill. *ς* 432 Tarbigilus *ε VH*, Tharbigilus *ECAP*, tragbilus *B* flatusque] fastusque *ς* leoni *C* (s *erasum?*) 433 leuis *ABA*, leuis *P*, *malim* breues inprouisusque *VPHB* 435 lyeo *CBA*, lieo *VHP* *Pro v. 436 et 437 in P haec leguntur* castra subdit pereunt. alii iunxere soporem 436 cum *A* dum menbra cubili H^2 *in ras.* *v. 437 om.* H^1 *add.* H^2 leto *VC* sopores *ς* 438 morte *H*, morte *P* 439 tumulis *B* inmanibus *VP*, in manibus *A*, imm. *ς* aggat *H item B* 440 [dāma *E*] que] *om. B* 441 timebundus P^1, tremebundus P^2 qui] *scilicet Leo qui primum de equo decidit, deinde reptat* 442 inplicitus *V* con^c^tantia *A* pronus V^1, o *iteravit* V^2 444 pingui suspirant V^1, pinguis suspirat V^2 corpora V^1 a *expunxit* V^3, e *posuit* V^2 molis V^1, moles V^3 445 sui V^1, suis V^2 *paene* tapibus *P* 446 gemit] *ex* genuit *corr.* P^1 quatiens *P*, quaciens H^1, t quoci. H^2 ho^sius^ V^1, osius, *sed* us *ex corr., ut vid. P, (m. 2?)*, hosias *H*, osius *B*, hosius *Emς* 447 Armatus *P* 448 Quis P^1, Quas P^2 ueribus CV^2, uerubus $V^1ς$, *idem ex* ueribus *corr. P (m. 1?)* partis *A* frustra *P*, frustra *HB*, frusta *Eς* 449 quātūque V^1, quantoque V^2 cute (*voluit* cutē) *P* distendat] dat *ex* tet *corr. H* echine *A*, echino *Aldina; id notavit quidem ε quasi corrigendum, sed nil adscripsit.* achīno *PHB* 450 Flagrat] Teruet *(sic)* t Flagrat *C*, Flagrat V^1, Feruet V^2 pulsatus] pulsu cos *Barthius;* cultri sus *vel* pulpae ius *ego; sed sbst.* pulsatus *e coniectura legitur apud Baehrens. p. lat. min. V p. 120 v. 169* pestrepit V^1, r *add.* V^2 pulsu cos perstrepit icta *temptavit idem Barthius;* pulsatus aper strepit *Buechelerus; v. 450 et 451 spurios dixit Koenigius* 451 Conteritur *M*, Subtexit *Heinsius* Tunc exit *Buechelerus* calchedona *EVC*, calcedona *εq* nitor *B, corr. m. rec.* *V.* 452–517 *(unum folium, quaternionis primum, exsectum vel abscissum) desunt in C* 452 Ecce *in sp. vac.* V^2 leues V^1, leuis V^2 frondis *A* contutit *B* 453 Credit *in sp. vac.* V^2

Implevitque vicem iaculi vitamque nocentem
Integer et sola formidine saucius efflat.
Quis tibi tractandos pro pectine, degener, enses,
Quis solio campum praeponere suasit avito?
Quam bene texentum laudabas carmina tutus
Et matutinis pellebas frigora mensis!
Hic miserande iaces: hic, dum tua vellera vitas,
Tandem fila tibi neverunt ultima Parcae.
Iam vaga pallentem densis terroribus aulam
Fama quatit; stratas acies, deleta canebat
Agmina, Maeonios foedari caedibus agros.
Pamphylos Pisidasque rapi. Metuendus ab omni
Tarbigilus regione tonat; modo tendere cursum
In Galatas, modo Bithynis incumbere fertur.
Sunt qui per Cilicas rupto descendere Tauro,
Sunt qui correptis ratibus terraque marique
Adventare ferant: geminantur vera pavoris
Ingenio: longe spectari puppibus urbes
Accensas, lucere fretum ventoque citatas
Omnibus in pelago velis haerere favillas.
Hos inter strepitus funestior advolat alter
Nuntius: armatam rursus Babylona minari
Rege novo; resides Parthos ignava perosos
Otia Romanae finem iam quaerere paci.
Rarus apud Medos regum cruor, unaque cuncto
Poena manet generi: quamvis crudelibus aeque

456 *cf. Verba Achillis in parthenone v. 27.* 460 *Carmen contra paganos 111:* Sic miserande iaces (*cf. adnotata ad Eutr. I 485*). 461 *Sidon. VII 600:* nevere sorores, *cf. Cor. Ioh. II 82 sq.*

454 *Taciti ann. IV 8:* meamque vicem explete. 460 *Verg. Aen. X 327:* miserande iaceres. 470 *Statii Theb. III 344:* geminatque acceptos fama pavores.

454 Imp *in sp. vac.* V^2; fleuit V^1, *sed* f *eras.* 455 Inte *in sp. vac.* V^2 saurius P^1, saucius P^2 afflat *B*, *corr. m. rec.* 456 Quis *in sp. vac.* V^2 deneger *H* ensis *A* V^1, enses V^3 457 Quis *in sp. vac.* V^2 solium campo *P* H^1, solio capum H^2, solum campo *B*, solio *E*, campo *A*, solio campum *q* 458 Qu *in sp. vac.* V^2 extentum P^1 *corr.* P^2 crimina *B*, tramina H^1, carmina H^2, *hinc* stamina *Heinsius; Bluemnerus technol. et terminol. I p. 104* carmina *pro pectine caritoris accepit; contra disputat Mayor ed. Iuvenal. I p. 462* 459 mensis] pensis *Rubenius* 460 iaces] taces *M* uellera] stamina V^2 461 filia P^1, *corr.* P^2 uenerunt *A* P^1, *corr.* P^2 parche P^2 462 Iam] Idam P^1 463 delecta *H* 464 moeonios *A*, meonios *PHB* fedari, i *ex corr.* (?) H^1 465 Pamphilos *EA*, Pamphylios *V*, Pamphilios *q* pysidasq; *P*, paphidasq; *praeter* dasq; *in ras. H* ab omni *Eω* 466 Tarbigilus ε *V*, *item, sed* arb *ex corr.* H^1, Tharbigilus *A*, Tarbilgilus *P* (*sed* ar P^2), Tarbil'gil' *B*, Thargibilus *E* sonat *PHB*, tonat *Eq* modo] meo *B* cursus *V*, cursu *Heinsius* 467 galathas *VPH* bithinis *VP*, bythinis *A*, bitinis *B* 468 scilicas *H*, silicas *B* descendere] *ex* discedere *corr.* H^1, decendere *P* (P^2 c *supra* c *iteravit*) tauro P^1, taurum P^2 469 corruptis *A et* P^1, *corr.* P^2 *et* A^1 iratibus, *sed corr.* P^1, ratibus V^1 (t *fort. ex* c *corr.*) 470 farant *B* pauoris] *ex* puduris *corr. B* 471 spectatī (*sic, hoc est:* spectatire?) puppibus P^1, spectari e puppibus *V*, spectari puppibus P^2*q*, sp. a puppibus ς, e rupibus *Heinsius* urbis *A* 472 citatas] titanas *B* 474 alter] er *ex corr. P* 475 Nuntius *Eω* babilona *VPHBA* mirari *A* 476 perosus *V*, *sed* u V^2 *ex corr.* 477 Otia *Eω* paci] *in sp. vac.* V^2 478 aput *V* (apud *m. rec.*), hī (= habet) *B* cuncto *in sp. vac.* V^2, cunctos P^1, cunctos *B* 479 „*Una poena, scilicet rex unus immanis, ubi semel factus est, ad vitae terminum usque cuncto generi dominari solet, non tolli caede tempestiva*“ *Mommsenus* monet (o *ex corr.*) *H* generis *B* aeque] eque *in sp. vac.* V^2; usque *Paul.*

Paretur dominis. Sed quid non audeat annus
Eutropii? socium nobis fidumque Saporem
Perculit et Persas in regia vulnera movit
Rupturasque fidem, leto pars ne qua vacaret,
Eumenidum taedas trans flumina Tigridis egit.
    Tum vero cecidere animi tantisque procellis
Deficiunt. Saepti latrantibus undique bellis
Infensos tandem superos et consulis omen
Agnovere sui, nec iam revocabile damnum
Eventu stolido rerum didicere magistro.
Namque ferunt geminos uno de semine fratres
Iapetionidas generis primordia nostri
Dissimili finxisse manu: quoscumque Prometheus
Excoluit multumque innexuit aethera limo,
Hi longe ventura notant dubiisque parati
Casibus occurrunt fabro meliore politi.
Deteriore luto pravus quos edidit auctor,
Quem merito Grai perhibent Epimethea vates,
Et nihil aetherii sparsit per membra vigoris,
Hi pecudum ritu non impendentia vitant
Nec res ante vident, accepta clade queruntur
Et seri transacta gemunt.
                                Iam sola renidet
In Stilichone salus, et cuius semper acerbum
Ingratumque sibi factorum conscius horror
Credidit adventum, quem si procedere tantum
Alpibus audissent, mortem poenasque tremebant,
Iam cuncti venisse volunt, scelerumque priorum
Paenitet; hoc tantis bellorum sidus in undis
Sperant, hoc pariter iusti sontesque precantur:
Ceu pueri, quibus alta pater trans aequora merces

480 *Alcimus Avitus c. V 644:* Quid non furor audeat.

489 *Livii XXII 39:* eventus . . . stolidorum iste magister est; *similiter Ovidi her. 2, 86.* 490 *Hesiodi opera 89 sqq.* 496 *Iuvenalis 14, 35:* Et meliore luto finxit; *ceterum cf. Otto in archivo lexic. IV p. 29.* 501 *Persius V 61:* transisse dies . . . seri vitam ingemuere relictam.

480 annus *in sp. vac.* V^2 481 sotium *E* saporem *Emε* V^1, soporem V^2, sodalem V^3 *ς* (sodalē *P*), *gloss. in H ad sodalem:* regem parthorum 483 Rupturasq; *E* V^2, Rupturusque V^1, Rapturasq; *ς* lecto V^1, leto V^2 ne] ī *B* uacare V^1, t *add.* V^2 484 tygridis *H* 485 Tunc *B*, Tum *Eς* *V. 486 om. P, add.* P^2 486 septi *E* 487 Infestos *B*, Infensos *Eς* et] V^1, ad ł ob V^2 488 damni *A* 489 Euento P^1, Euentu P^2, *unde* Euentū *effecit tertia m.* stolido] stilico *B* rerum] *conicio* serum *(cf. v. 53)* didiscere *H* rerum stolidi did. magistro *Gesnerus (cf. Livius l. l.). Sed* stolido *per hypallagen quandam pro* stolidorum *accipe.* stolidis *Heinsius* magīstro (i *eras.*) *P* 491 Iapetionidas *E* V^1 *H*, Iapitionidas *P*, Iapetianidas *B*, Iapetioniadas V^2 *A* 493 multoque intexuit V^1, multumq; innexuit V^2 *ς*, multum qui nexuit *conicci* 494 Hii *PHB* V^2, Hi V^1 *ς* notan P^1, t *add.* P^2 que] *om.* H^1, *add.* H^2 495 Clasibus *sed corr.* P^1 frabro *P* 496 Deterio H^1, re *add.* H^2 edidit] condidit *Isengr. mg.*, ς 497 graii *PHA* periment P^1, peribent P^2 epimetiahea P^1 498 nichil (1 *m.* 2) *H* aetherii *E*, ętherei *A*, etherei *VHB* (eth'i *P*) spasit *B* 499 Hii *PHB* V^2, Hi V^1 *ς* inperitia V^1, inpendentia V^2, impendentia H^1 *ς*, impedientia H^2 501 sero *A*, i *sic add. E*, sero *B*, serie V^1, seri V^2 *ς* renidet (et *ex corr.?*) *P* 502 In V^2, Et V^1 cuius *Emω* acerunm V^1, acerbum V^2 503 Ingr *in sp. vac.* V^2 concius *H* horor P^1 *corr.* P^2 504 Credi *in sp. vac.* V^2 505 Alpibus *in sp. vac.* V^2 tremebant, a *ex corr. A* 506 Iam c *in sp. vac.* V^2 priorū *P* 507 Pe *in sp. vac.* V^2 hoc] hunc *(ex* huic *corr.)* H^1, hunc *Isengr. mg.* 508 Spe *in sp. vac.* V^2, Spāt *P: fuerat ? (= us)* hoc *VPA*, hunc *ς* 509 Heu V^1, Ceu V^2 pat *P*, parēs *B*

Devehit, intenti ludo studiisque soluti
Latius amoto passim custode vagantur:
Si gravis auxilio vacuas invaserit aedes
Vicinus laribusque suis proturbet inultos,
Tum demum patrem implorant et nomen inani
Voce cient frustraque oculos ad litora tendunt.
    Omnes supplicio dignos letoque fatentur,
Qui se tradiderint famulis Stilichone relicto.
Mutati stupuere diu sensuque reducto
Paulatim proprii mirantur monstra furoris
Avertuntque oculos (prostratis fascibus horret
Lictor et infames labuntur sponte secures):
Quales Aonio Thebas de monte reversae
Maenades infectis Pentheo sanguine thyrsis,
Cum patuit venatus atrox matrique rotatum
Conspexere caput, gressus caligine figunt
Et rabiem desisse dolent. Quin protinus ipsa
Tendit ad Italiam supplex Aurora potentem
Non radiis redimita comam, non flammea vultu
Nec croceum vestita diem: stat livida luctu,
Qualis erat, Phrygio tegeret cum Memnona busto.
Quam simul agnovit Stilicho nec causa latebat,
Restitit; illa manum victricem amplexa moratur
Altaque vix lacrimans inter suspiria fatur:
    'Tantane te nostri ceperunt taedia mundi?
Sic me ludibrium famulis risumque relinquis
Dux quondam rectorque meus? solamque tueris

---

532 *Angilbertus carm. 6, 5:* Victricemque manum.

---

515 *Verg. Aen. III 68:* voce ciemus *ex Lucretio IV 578.* 519 *Lucilius v. 565 Lachm.:* nunc ignobilitas huius mirum ac monstrificabile. 525 *Verg. Aen. VI 159:* vestigia figit. 528 *cf. Verg. georg. I 349; Martial. VIII 65, 5:* lauru redimita comas et candida cultu Roma. 531 *Statii Theb. VIII 250:* Causa latet.

---

510 intenti *Eω* 511 Latius *A, idem invenit Schraderus,* Laetius *φ;* laeti summoto *Mommsenus* amato *B, corr. m. rec.* 513 Uicinus *Eω* inultus *Mommsenus* 514 Tunc *ς* demū̃t *B* patrem implorant *Eω, nisi quod* patrē̃ꝗ *PB* monen *A* 515 cierit *P*¹, cient *P*² frustaꝗ *P* que] *om. B* tedunt *B,* tendut *A* 516 Omnes *A,* i *sic add. E,* Omnis *A* digitos *P*¹, *corr. P*² letoque *V* 517 famulo *HB,* famulis *Eφ* 518 Mutatis *V*¹, s *del. V*² stipuere *P*¹*H*¹, *corr. P*²*H*² 520 Auertũque *P*¹, *corr. P*², Auertantꝗ *B* prostratis *V*¹, proiectis *V*²*φ* *paene* fastibus *H* 522 aenio *A* thebis *V*¹, thebas *V*² 523 Menades *HB* penteo *P* *Versus 524—535 (usque ad* Sic me) *V*¹ *alia manus est atque in reliquis (fort. V*²*)* 524 uenator *V*¹, uenatuˢ (s *m. 2*) *H,* uenatus *V*² rotatum *εω* matriꝗ rotatum *om. B* 525 Conspersere *V*¹, Conspexere *V*² capud *B* fiugunt *H,* fingunt *CHP* 526 descesse *Em addita cruce,* descisse *B,* desisse *H, sed prius* s *ex corr., idem ex* desissent *corr. P*¹, cessisse *Isengr. mg.* ipse *V*¹, ipsa *V*², ipsam *ς* 527 Tent t *V*¹, Tendit *Eφ V*² Ytaliam *H* suplex *VH* aurora] ora *in ras. P* potentem *V*, em *V*² *(ex corr. vel in spat. vac.)* 528 redimita] o *ex corr. C* non flammea uultu] *A, item* non *et* uultu *E,* flammea *A,* nec lumine sicco *H,* non lucida uultu *P*² *(om. P*¹*),* flameatus *C add. signo defectus,* nec flammea uultu *V, sed* a uultu *in sp. vac. V*², ‡ luce corusca *add. V*²; nec flammea uultu *B,* non lumine sueto *Isengr. mg.* 529 Nec] Non *A* liuida] lurida *ς pauci* 530 frigio *VPHB* memnona *C,* mēmona *P,* menona *B,* mem *V*¹, *nil plus;* memnona busto *V*² 531 Quam] *ex* Quem *corr. P*¹ (simul) ac nouit *Isengr. mg.* nec *V*², ne *V*¹ patebat *in sp. vac. V*² 532 moratur *in sp. vac. V*² 533 Atque ita *P,* Altaque *εφ,* l atque ita *add. H* (atque *H*¹, ita *H*²) lacrymans *E,* lacrimis *B* suspiria] ia *in ras. P*¹ 534 Tanta to ne *P, sed corr. P*² caeper *V*¹, ceperunt *V*²

Hesperiam? domiti nec te post bella tyranni
Cernere iam licuit? Sic te victoria nobis
Eripuit Gallisque dedit? Rufinus origo
Prima mali: geminas inter discordia partes
Hoc auctore fuit. Sed iam maiora moventi
Occurrit iusta rediens exercitus ira,
Fortis adhuc ferrique memor. Brevis inde reluxit
Falsaque libertas; rursum Stilichonis habenis
Sperabam me posse regi. Pro caeca futuri
Gaudia! Fraterno coniungi coeperat orbis
Imperio (quis enim tanto terrore recentis
Exempli paribus sese committeret ausis?),
Cum subito (monstrosa mihi turpisque relatu
Fabula) Rufini castratus prosilit heres,
Et similes iterum luctus Fortuna reduxit,
Vt solum domini sexum mutasse viderer.
'Hic primum thalami claustris delicta tegebat
Clam timideque iubens; erat invidiosa potestas,
Sed tamen eunuchi, necdum sibi publica iura
Sumere nec totas audebat vertere leges.
Sed postquam pulsisque bonis et faece retenta
Peiores legit socios dignusque satelles
Hinc Hosius stetit, inde Leo, fiducia crevit
Regnandique palam flagravit aperta libido.
Patricius, consul maculat quos vendit honores:
Plus maculat quos ipse gerit. Iam signa tubaeque
Mollescunt, ipsos ignavia fluxit in enses.
Exultant merito gentes facilisque volenti
Praeda sumus. Iam Bistoniis Haemoque nivali
Vastior expulsis oriens squalescit aratris.
Ei mihi, quas urbes et quanto tempore Martis
Ignaras uno rapuerunt proelia cursu!

---

555 *Lucani IX 249:* publica iura. 560 *Horati c. I 25, 13:* flagrans .. libido.

---

537 hesperidam P^1 538 sic te] te sic V 539 rufinus $E\omega$ (ruffinus H) 540 partis A 541 fuit] fluit *Heinsius* sed P^2, si P^1 mouendi B 542 ira V^1, aula V^2 543 reluxit $E\omega$ 544 libertis V^1, libertas V^2 545 tegi H pro V^1A, proh V^2q 546 iam cingi B, coniungi Eq 548 patribus B ausis] C 549 monstrosa] o *alterum ex* a? *corr.* C mihi] lues ς *unus* 550 crufini P, rufini Eq (ruffini H) 551 Et *in sp. vac.* V^2 similis $ABAC$, i *ultimam in ras.* C luctus] ludos *vel* lusus *Heinsius*, luctatus B reluxit C 552 Ut *in sp. vac.* V^2 mutasse $E\omega$ 553 Hic *in sp. vac.* V^2 thalamis B delecta V^1, *corr.* V^2 554 Clam *in sp. vac.* V^2 timidique V^1, timideque V^2 555 Sed ta *in sp. vac.* V^2 nondum ς puplica H iura] uica P^1, iura *corr.* P^2, cura B 556 Sum *in sp. vac.* V^2, Sumere $E\omega$ totas *s* V^1C, tantis P^1, tantas P^2V^3q audebant PA uertere $EmVCH$, sumere Eq 557 Set (*sive* Sed) PHB *et in sp. vac.* V^2 (V^1 *deficit*), At q fasce retenta P, ł fasce retento H^2 558 Pei *in sp. vac.* V^2 sotios E 559 osius $AVBH^1$, osias H^2 leo inde B Hinc Hosius, stetit inde Leo *interpungendum putat Hilberg.* fiducia, *sed* i *prius ex* u *radendo* V cruit (cernit?) B 561 Patriciis *Heinsius* maculat H 562 ipse] ille H regit BA tubaeqꝫ] tu *obscuratum in* H 563 Mollescunt V creuit V^1, fluxit V^2 ousis A 564 Esultant B, insultant V^2, Exultant V^1q uolentum M 565 bisthoniis V, bystoniis H hemoqꝫ $VPBH$ 566 squalescit H (*cf. Flav. Caper p. 93, 19 K*), squaleuit V, squalebat *ex* spualebat *corr.* C, squalebit AAP^2, qslebit P^1, sealebit B expulsis . . . aratris] euulsis . . . aristis *Schraderus* 567 Hei A urbis A tempor (e *finale absorptum*) V

Nuper ab extremo veniens equitatus Araxe
Terruit Antiochi muros ipsumque decorae
Paene caput Syriae flammis hostilibus arsit.
Vtque gravis spoliis nulloque obstante profunda
Laetus caede redit, sequitur mucrone secundo
Continuum vulnus; nec iam mihi Caucasus hostes
Nec mittit gelidus Phasis; nascuntur in ipso
Bella sinu. Legio pridem Romana Gruthungi,
Iura quibus victis dedimus, quibus arva domusque
Praebuimus, Lydos Asiaeque uberrima vastant
Ignibus et si quid tempestas prima reliquit.
Nec vi nec numero freti: sed inertia nutrit
Proditioque ducum, quorum per crimina miles
Captivis dat terga suis, quos teste subegit
Danuvio, partemque timet qui reppulit omnes.
'Aula choris epulisque vacat nec perdita curat,
Dum superest aliquid. Ne quid tamen orbe reciso
Venditor amittat, provincia quaeque superstes
Dividitur, geminumque duplex passura tribunal
Cogitur alterius pretium sarcire peremptae.
Sic mihi restituunt populos; hac arte reperta
Rectorum numerum terris pereuntibus augent.
'In te iam spes una mihi. Pro fronde Minervae
Has tibi protendo lacrimas: succurre ruenti.
Eripe me tandem, servilibus eripe regnis.
Neve adeo cunctos paucorum crimine damnes
Nec nova tot meritis offensa prioribus obstet.
Iamiam flecte animum. Suprema pericula semper
Dant veniam culpae. Quamvis iratus et exul

573 *Taciti hist. III 75:* caedem eius laetam. 591 *Curt. Ruf. IX 5, 18:* in Aristono spes ultima haerebat. 596 *cf. Statii Theb. X 570.*

569 equitatus] ł comitatus V^2 570 antioci *A*, anthiochi *B* decorae] decorem *P*, ł decorem V^3, decorum *B* 571 Pena *B* sirie *PB* hostibus *BP*, *corr.* P^2 arsit, r *ex corr. H (fuit s?)* 572 qȝ, *hamulum in ras.* H^1 573 caede//, *P* secundo] cruento *H* 574 cauca P^1, sus *add.* P^2 hostes *A*, i *sic add. E* 575 Nec P^2, Ne P^1 fasis *V* ab ipso *H* *Clausulas vv. 576. 577. 578. 580. 581 utrum in sp. vac. scripserit* V^2 *an iteraverit scriptas a m. 1 dispici nequit.* 576 gruthungi *EC*, grutūgi P^1, ghrutun V^1, gi V^2, grotūngi *B*, gruthongi *A*, gruthunni ε, grutūni P^2, g̊tumpni *H* 577 Iura] *ex* Lura *(?) corr. P* uictis *V*, *sed* c V^2 arua] arma *HB* domusqȝ *EHP*, domos *V*, *sed* o *alterum* V^2 *(?)*, que *add.* V^2, domosqȝ *CA*. domos, *om.* que, *B* 578 Prebui V^1, m' V^2 lidos *PB* asyaeqȝ *C*, asyeqȝ *H* uberiua *H* ua V^1, stant V^2 580 Nec ui nec numero seui *Em* Nec ui *C*, Ne cui V^1, Nec duce $V^3 q$ freti ω, *nisi quod* freti/ V^1 (s *eras.*) inertia $P^2 q$, n'tia P^1, maetia V^1, *corr.* V^2 nutrit] nut V^1, rit *add.* V^2 581 Prodigioqȝ P^1, Prodigiumqȝ $P^2 H$, Prodigium *B* miles *in sp. vac.* V^2 *(?)* 582 Captiuus *ACP* subegi *V* 583 Danubio ω repulit *CH* omnes *A*, i *sic add. E*, omne V^1, omnē V^2, oms *A*, o͡s *H* 584 curat *C* V^2, curant $V^1 q$ 585 ne] nec *P* resiso P^1, *corr.* P^2, reciso V^1, diuiso V^2 586 Uendituro *B* 587 que] *om.* V^1, *add.* V^2 passura] *om.* P^1, *add.* P^2 588 pretium *E*ω sarcire *E*ω redemptae *vel* diremptae *Heinsius* 589 restituunt P^2, restituerit P^1 hac] ac *PH* 590 num̄ H^1, *corr.* H^2 591 una] uita *B* frode *B*, s. ndo V^1, f'onde V^2 592 protendo] *absurdum videtur;* p̃tendo *B*, *item* praetendo *Heinsius.* pro! tendo *Mommsenus.* Has, Stilicho, tendo lacrimas *ego (cf.* tendo oculos *Verg. Aen. V 508;* lumina *ibid. II 405;* lucem ingenii *Ciceronis de or. I 184)* lacrymas *E* succurrere *P* ruenti V^1, r V^2 *ex corr.* 593 *De hoc loco cf. Zwei politische Satiren p. 50 sq.; interpunxi post* tandem *codices velut P secutus* 594 Neue V^1, ł nonne V^2, Neue, eu *in ras.* H^1 595 tot] tam *PHA* obstent *C* 596 animū (ū *non satis planum*) *V* suporna P^1, suprema P^2 pericula] piacula BP^2

Pro patriae flammis non distulit arma Camillus.
Nec te subtrahimus Latio; defensor utrique
Sufficis. Armorum liceat splendore tuorum
In commune frui; clipeus nos protegat idem
Vnaque pro gemino desudet cardine virtus.'

---

599 Nec *C*, Non*q* subtraimus lacio *B* utrique V^2, ubique V^1, at utrinque *add.* A^1 600 Sufficis *V*, *sed* S V^2 *in sp. vac.* 601 In commune *V*, *sed* Inc V^2 *in sp. vac.* comune *B* strui *P* In eutropium Lib. III. explicit. Incipit epythalam̄. Laurentii *V*. Claudiani in Eutropium Liber secd̄s Explicit. Incipit de Bello Gothico · Praefatio · *C*

FESCENNINA
DE NVPTIIS HONORII AVGVSTI.

I. (XI.)

Edit. a. 398 init.

Princeps corusco sidere pulchrior,
Parthis sagittas tendere certior,
Eques Gelonis imperiosior,
Quae digna mentis laus erit arduae?
Quae digna formae laus erit igneae?
Te Leda mallet quam dare Castorem;
Praefert Achilli te proprio Thetis;
Victum fatetur Delos Apollinem;
Credit minorem Lydia Liberum.
Tu cum per altas impiger ilices
Praedo citatum cornipedem reges
Ludentque ventis instabiles comae,
Telis iacebunt sponte tuis ferae
Gaudensque sacris vulneribus leo
Admittet hastam morte superbior.
Venus reversum spernit Adonidem,
Damnat reductum Cynthia Virbium.

I 14 sq. (*Iosephus Devonius VI:* gaudet iaculis et morte superbit).

I 1 sqq. *sonum captat qualem Ausonius epist. XXI, 2, 2:* iambe pinnis alitum velocior, Padi r. i. torrentior, magna s. gr. vi densior, flammis e. f. vibratior. 1 *Horati c. III 9, 21:* sidere pulchrior. 2 *Horati c. I 29, 9:* Doctus sagittas tendere. 6 sqq. *cf. Senecae Med. 83 sqq.* 12 *Verg. Aen. XI 497:* luduntque iubae.

Incip̄ Fescennina de nuptijs Honorj Augusti *Em* Alcaicum carmen constans spondeo, iambo, caesura, et duobus dactylis *ad titulum add.* ε. Epitalamium honorii et marie u (1 *supra*) eructaū cor meum etc ut cantica canticorum. haec distinctio monocolos est ex pentimemeri iambica et duobus dactilis siue amphimacro et dactilo *V.* Fescennini metro lyrico in nuptiis Honorii Aug. et Mariae *inscripsit Claverius ex vetere Cuiacii. Deest inscriptio in PHBA. — De neutro* fescennina *cf. Apollinaris Sidon. c. X 21, XIV init., schol. Prudentii apud Barthium p. 766*

I 1 rinceps *P*¹, P *add. m. 2* cheruseo *H* 2 Partis *P* sagitas *V* tendere] mittere ς *pauci* certior] doctier *V* 4 Que *P*², A *P*¹ 6 lede *B* 9 lidya *V*, lidia *PB* 10 Tu] Tum *E*, Tunc ς 11 Praedo *B*ε *et E addita cruce eademque in mg. repetita*, Praeda *q*, Freno *Heinsius* regas *H*¹ reges (a *supra*) *Ald.*; a *sic add.* ε, reges *H*²*q*, regis ς 12 Ludantq; *E*, Ludentq; (a *supra*) *ut supra* ε, Luduntq; *H*, Ludentq; *q* 13 iacebunt] herebunt *Em* 14 leto *B* 15 superbier] s̄rior *P*¹, *sed corr.* 16 Venus 1 *B* spernit] *ita P*¹, spernet *P*², spernat *M* ad eradē *P*¹ *corr. P*² 17 Damnat *AA*, Dampnat *P*¹*BH*, Dapnat *V*, Dampnet *P*²ς reductum *H*¹, reuinctum *H*² cinthia *VPB* ubium (i *supra*) *V*

Cum post labores sub platani voles
Virentis umbra vel gelido specu
Torrentiorem fallere Sirium
Et membra somno fessa resolveris:
O quantus uret tum Dryadas calor!
Quot aestuantes ancipiti gradu
Furtiva carpent oscula Naides!
Quis vero acerbis horridior Scythis,
Quis beluarum corde furentior,
Qui, cum micantem te prope viderit,
Non optet ultro servitium pati,
Qui non catenas arripiat libens
Colloque poscat vincula libero?
Tu si nivalis per iuga Caucasi
Saevas petisses pulcher Amazonas,
Peltata pugnas desereret cohors
Sexu recepto; patris et inmemor
Inter frementes Hippolyte tubas
Strictam securim languida poneret
Et seminudo pectore cingulum
Forti negatum solveret Herculi
Bellumque solus conficeret decor.
Beata, quae te mox faciet virum
Primisque sese iunget amoribus.

---

28 *Dracontii 8, 346:* quis nollit victus . . . Sorte tua post bella capi?

18 *Horati c. II 11, 13:* Cur non sub alta vel platano . . . iacentes. 21 *cf. Verg. Aen. XII 867 (item I 92. XII 951); Ovidi fast. I 371:* sommo resoluta. 24 *Petron. c. 26:* furtivis . . osculis. 37 *Plauti Men. I 3, 18:* ab Hippolyta subcingulum Hercules haud aeque magno unquam abstulit periculo. 40 *Martialis VIII 46:* Felix . . quae te faciet prima puella virum.

18 post] pi' *V* uoles] *ita VAM*, petes *Em add. cruce*, uires *PB*, iaces *H*[1], cubes *H*[2], lubet *Heinsius* 19 Umbra uirentis *B* gelida *VB* 20 syrium *ABH*, sirum *P*[1], *inde* uirtutim *(?) corr. P*[2] 22 uret] ibit ł iret *V*, iret *P* tum] in *VP*, tunc *B* dryadas *Eε*, driadas *H*, driades *ς* 23 Quot *VB*, Quote *P*[1], Quod te *A*, d *del. E*, Quo te *A*, Quo^r te *H* (*r add. H*[2]) anticipi *P*, *corr. m. 2* 24 carpent *(sic) P*[1] naides *EB*, nayades (des *in ras.*) *H*, naiades *ς* 25 acerbis] horridis *V* scytis *P*, scithis *B*, sethis *H* 26 ferocior *ς* 27 Qui *AVH*, Qui *ex* Quis *corr. P*[1], Quis *ς* ?micantem *V*, comicantem *B* 28 seruitium *Eω* 29 Qui] *scripsi, cf. v. 27; et ita sane* Quis *habet P sic ut v. 27, sed punctum fort. a m. 2 et in sordem diffusum; sed certo punctum est;* Quis *ς* chatenas *H* aripiat *B*, accipiat *ς* 30 liberto *P* 31 Tu] tū *V* 32 petisses *H*[1], petisti *H*[2] amazones *BH* 33 Peltata cohors pugnas desereret *B* choors *P* 34 *post* recepto *interpungunt mss. velut P, idque recte* inmemor *PH*, imm. *ς* 35 hyppolite *A*, ypolite *VBH*, ipolite *P* 37 Et] ꝗ *V (?)* semitudo *P*, *corr. P*[2] 40 quae nox te *B* nox *Eε*

II. (XII.)

Age cuncta nuptiali
Redimita vere tellus
Celebra toros eriles:
Omne nemus cum fluviis,
Omne canat profundum.
Ligures favete campi,
Veneti favete montes,
Subitisque se rosetis
Vestiat Alpinus apex
Et rubeant pruinae.
Athesis strepat choreis
Calamisque flexuosus
Leve Mincius susurret
Et Padus electriferis
Admoduletur alnis;
Epulisque iam repleto
Resonet Quirite Thybris
Dominique laeta votis
Aurea septemgeminas
Roma coronet arces.
Procul audiant Hiberi,
Fluit unde semen aulae,
Vbi plena laurearum
Imperio feta domus
Vix numerat triumphos.
Habet hinc patrem maritus,
Habet hinc puella matrem

II *Memor huius carminis fuit Prosper Aquitanus in poemate coniugis ad uxorem:* Age iam precor mearum *eqs. (pag. 418 ed. secundae Venetae, 1782).* 15 *Prisciani perieg. 76:* electra legunt alnis.

Cum II conferendus Optatianus Porfyrius c. 20, 9 Müller: urbesque flore grato Et frondibus decoris Totis virent plateis. 4 et 5 *haec metra tunc etiam adhibuit Mart. Capella II 124.* 12 *Verg. georg. III 14.* 13 *Verg. eclog. I 56:* levi .. susurro. 19 *Statii silv. IV 1, 6.* 20 *Optatianus l. l.:* Iam Roma culmen orbis Dat munera et coronas.

In Fescenn. II plerumque, in III praeter v. 1 semper binos versiculos in unum coniunxit P, sed cuiusque coli initium puncto et l. initiali indicari solet. Singularum stropharum versus quartos et quintos in unum v. contraxerunt B et H. Per quinos versiculos strophas distinxisse videtur vetus Cuiacii

II 1 Age] ge *V*, Auge *H* 2 telus H^1 *corr.* H^2 3 Celebra/// (t *eras.*) *H* coros *P*, thoros H^1, chores H^2 erilis *E*, herilis V^1A, uiriles *P*, heriles V^2q 4 foliis H^1, ł flu *add.* H^2 6 fauete] *ex* fauere *corr.* P^1 campi *Eω* 7 ueneti P^2, ueñi P^1 8 Cubitisq; *P*, *sed corr.* se] iam *A* 11 Atesis *H* coreis *V*, chorreis *H* 12 calamisq; fluxuosus P^1, ł calamus P^2, uel calamus fluctuosus *iterum in mg.* P^2 13 Leue *ε*, Leūe *A*, n *sic add. E insuper addita cruce,* Lene *H*, Leue *q*; lene *ex Horati c. I 9, 19 fluxisse monet J. Koch* miciusque *V*, mĩcius *H*, mĩtius *P*, *sed virgulam add.* P^2, *deinde* que *erasum in P*, mintius *BA* 14 Et spadus *V*, Epadus *P* (Et *corr. m. 2*) helecriferis *A*, t *sic add. E*, electri. feris *V* 16 alnis] ulnis *P*, *sed corr.* 17 qui rite *B* tybris *P*, thyberis *H*, tibris *q* 18 Dominiq;] Demumq; H^1A, Dominiq; *Em* H^2q uotis] iocis *A* 19 septemgeminas] inas, *inprimis* a *ex corr. P*, septem geminis *B* 20 arsces *H* 21 iberi *AA*, hyberi *H* 22 Fluit *Eω* 24 foeta *AA*, freta (*sic volens aperte* freta) *H*, freta *q* *V. 26 om. A* hi e (*certe non* n *erasum*) *H* 27 hinc *H* puella *V*, ł regina V^2

Geminaque parte ductum
Caesareum flumineo
Stemma recurrit ortu.
Decorent vireeta Baetim,
Tagus intumescat auro
Generisque procreator
Sub vitreis Oceanus
Luxurietur antris.
Oriensque regna fratrum
Simul occidensque plaudat;
Placide iocentur urbes,
Quaeque novo quaeque nitent
Deficiente Phoebo.
Aquiloniae procellae,
Rabidi tacete Cori,
Taceat sonorus Auster.
Solus ovantem Zephyrus
Perdominetur annum.

III. (XIII.)

Solitas galea fulgere comas,
Stilicho, molli necte corona.
Cessent litui saevumque procul
Martem felix taeda releget.
Tractus ab aula rursus in aulam
Redeat sanguis. Patris officiis
Iunge potenti pignora dextra.

42 *Rutilii I 463:* rapidus . . . Corus.

34 *Ovidi met. V 47:* vitreis . . . sub antris *(cf. Silii VIII 191, IV 346, Statii silv. III 2, 16).* 36 *Statii silv. III 3, 47:* Occasus pariter famulantur et ortus. 44 *Statii silv. III 2, 46:* soli Zephyro sed copia caeli.

III 2 *Ovidi met. III 555:* mollesque coronae.

28 quae P^1, que P^2 29 Cesareum *VPHB* tlamineo *AM*, flāmineo *V*, tlamineo *B*, *idem ex* flammeo *corr.* H^1, tlamigero *A*, flammeo ε, foemineo *Claverius* 30 Stemma] m̄ai (c *sic*) *V*, stema *BH* *V. 29 et 30 ita* P^1: Cesareum tlāme hostem mare currit ortu; P^2: cesareum tlamin(eo?) stema recurrat ortu 31 uirecta *EP*, uireta *q* boetim *A*, bethem (i) *A*, i *sic add. E*, bethim *B*, böothē *V*, bethen *P*, beten *H* 32 intumescit *V* 33 que] *om.* AHP^1 *add.* P^2 35 antris *Emω* 36 que] *om.* P^1, *add.* P^2 signa patrum *A* *Versum 36 post 37 transponendum indicat Em sed add. cruce quam repetiit in mg.; v. 36 ante 37 ω; in H schol. ita incipit: „Oriens et occidens regna fratrum" eqs.* 37 simil *P* que] *supra scr. V* plaudant *B* 38 Placide ω (*sed A fort.* placidę) locentur *PB*, letentur *A*, iocentur *Eq* 39 quae, que *P* nitent] ni *ex corr. P* 40 phebo *HB* 41 aquilone *V* 42 Rapidi *BH* tacete] *ex* tacere (?) *H* cori *AA*, chori *q*, Cauri *Acepius* 44 tephirus *P*, zephirus *q* 45 Prodominetur *A*, dominetur *B*

III *Hoc carmen et in E et in aliis codd. iterum scriptum est in carminum minorum collectionis loco primo, ubi vide. „Hi versiculi media sui parte dissilierant in v(etere) manuscr." Claverius. Binos dimetros in singulo versu ponit P praeter v. 1 et 12*

1 Sollitas *A* galea H^2, gelea H^1 3 fessent *P*, *sed corr.* saeuumque] uacuumque ς 4 religet *B* 5 Gratus *V* in] *supra lin.* H^1 6 patrisq́ *B*

Gener Augusti pridem fueras,
Nunc rursus eris socer Augusti.
Quae iam rabies livoris erit?
Vel quis dabitur color invidiae?
Stilicho socer est, pater est Stilicho.

IV. (XIV.)

Attollens thalamis Idalium iubar
Dilectus Veneri nascitur Hesperus.
Iam nuptae trepidat sollicitus pudor.
Iam produnt lacrimas flammea simplices.
Ne cessa, iuvenis, comminus aggredi,
Impacata licet saeviat unguibus.
Non quisquam fruitur veris odoribus
Hyblaeos latebris nec spoliat favos,
Si fronti caveat, si timeat rubos:
Armat spina rosas, mella tegunt apes.
Crescunt difficili gaudia iurgio
Accenditque magis, quae refugit, Venus.
Quod flenti tuleris, plus sapit osculum.
Dices 'o!' quotiens: 'hoc mihi dulcius
Quam flavos deciens vincere Sarmatas!'
Adspirate novam pectoribus fidem
Mansuramque facem tradite sensibus.
Tam iunctis manibus nectite vincula,
Quam frondens hedera stringitur aesculus,
Quam lento premitur palmite populus,

IV 10 *Dracontii 7, 49:* Sic rosa miscetur spinis . . . favos apis alma tuetur. 18 *Alc. Aviti c. III 104, Venant. Fort. vitae Mart. I 54:* vincula nectens.

IV 1 *Catulli 62, 1:* vesper . . . lumina tollit; Idalium . . . astrum *habet Propertius IV 6, 59.* 3 *cf. Martiani Capellae IX 103:* flammea . . . obnubere sueta pudorem. 6 ungues *Martianus l. l.* 19 *cf. Horati epod. 15, 5:* artius atque hedera. 20 *Verg. eclog. 9, 41:* populus . . et lentae vites.

8 pridem] prius *V* 10 linuoris *H* liuor quis erit? *temptabam* 11 dabitur] *om. B* color *P*[1] locus *P*[2] 12 Sthilico socer est, Sthilico pater est *A*, Stilico socer est: pater est Stilico *ç*, Stilico pater est socer est Stilico ς *nonnulli;* gener *pro* pater *voluit Scaliger*

IV *c. IV cum III arte conectit P adeo ut III 12 cum IV 1 in unum versum coniunxerit*

1 Atollens *VPH* ydalium *VH*, idarium *P*, *sed corr.* 2 esperus *P* 3 pudor *Emω* 4 produnt *A*, p *supra scr. A* lacrymas *E* flamea *HA* 5 Ne] Nec *VB* comminus *P*, cominus *ç* agredi *VB*, ad gredi *H* 6 Im paeata *E*, Inpacata *B*, Ipacecata *V* Implacata *P*, Nam pacata *A* 7 Non] Nec ς 8 Hybleos *VHAB*, hibleos *P* favos] *ex corr. H*[1] (*scripserat* rubos) 10 Arma *H*[1], *sed corr.* tegunt] *malim* negant 12 Accenditqꝫ *ex* Ascenditqꝫ *corr. P*[1] que] *om. B* 13 flenti[si] tuleris (*sine* Quod) *V* flecti *H*, *sed corr. m. 1* tuleris] s *ex* t *corr. V*[1] 14 o] hoc *V* hoc mihi] mdepl *V* (m *ex* in *corr.*) 16 Adspirate *EH*, Asp. *ç* fidem] facem ς *pauci, Schraderus* 17 facem] fidem ς *pauci, Schraderus* tradite] subdite *ego* (*cf. Quintil. I 2, 25, Stat. Silv. II 6, 14, Senecae ep. 115*) sensibus *H* (*corr. H*[2]) 18 uunctis *P*, uictis *B* nectite *EHA*, tradite *ç* 19 hesels *H*, esculus, us *ex corr. P*

Et murmur querula blandius alite
Linguis adsidui reddite mutuis.
Et labris animum conciliantibus
Alternum rapiat somnus anhelitum.
Amplexu caleat purpura regio
Et vestes Tyrio sanguine fulgidas
Alter virgineus nobilitet cruor.
Tum victor madido prosilias toro
Nocturni referens vulnera proelii.
    Ducant pervigiles carmina tibiae
Permissisque iocis turba licentior
Exultet tetricis libera legibus.
Passim cum ducibus ludite milites,
Passim cum pueris ludite virgines.
Haec vox aetheriis insonet axibus.
Haec vox per populos, per mare transeat:
'Formosus Mariam ducit Honorius'.

---

33 et 34 *verborum hanc iterationem aemulatus est Merobaudes carm. 4, 5 sq.:* Omnes nunc Latiae favete Musae, Omnes nunc Latiae virete silvae.

---

29 *Catulli 66, 13:* nocturnae referens vestigia rixae. 31 *Senecae Medea 114:* solvat turba iocos. 33 *Senecae l. l. v. 107 sq.*

---

21 querula *A* 22 adsidui] *scripsi,* assiduis *VP,* assiduo *φ* reddite] ddi *ex corr. H*[1] mutuis ł ñcu *V,* ñcij (= nuncii) *P,* mutuis *φ,* mutui ς *unus fere* 23 animum] animam (?) *A, item Gronovius* 24 capiat *B* hanelitum *BH,* hanelitus *V* 25 Amplexu] *fort. ex* amplexi *H*[1] caleat *H, item Isengr. mg.,* careat *P*[1]*φ,* iaceat *P*[2] 26 tirias *V,* tirio *P* 28 Tunc *P* madido *P*[1], tepido *P*[2] *(sive P*[1]*) restit.* proxilias *B,* prosileas *H* 29 referas *H* 31 Premissisqꝫ locis *P*[1], uel Per *P*[2] 35 uox] *paene* nox *P* ethereis *VHBA* insonet] intonet ς *pauci* auxibus (*ras. supra* u) *P,* auribus *B* 36 pepulos *V*[1], scopules *V*[2] 36 mariē *P* duxit *PB;* „*praesens moris fuisse fescenninis docet Verg. catal. 4, 7*" *Buechelerus*

EPITHALAMIVM DE NVPTIIS HONORII AVGVSTI.

PRAEFATIO.

Editum a. 398 init.

(IX.)

Surgeret in thalamum ducto cum Pelion arcu
Nec caperet tantos hospita terra deos,
Cum socer aequoreus numerosaque turba sororum
Certarent epulis continuare dies
Praeberetque Iovi communia pocula Chiron,
Molliter obliqua parte refusus equi,
Peneus gelidos mutaret nectare fontes,
Oetaeis fluerent spumea vina iugis:
Terpsichore facilem lascivo pollice movit
Barbiton et molles duxit in antra choros.
Carmina nec superis nec displicuere Tonanti,
Cum teneris nossent congrua vota modis.
Centauri Faunique negant. Quae flectere Rhoeton,
Quae rigidum poterant plectra movere Pholum?

Septima lux aderat caelo totiensque renato
Viderat exactos Hesperus igne choros:

Cum hac praef. cf. Sidon. Apollin. c. X.

Ad hoc carmen cf. Catulli c. 64; quod vero v. 17 Parcarum vicem habet Apollo de Achille vaticinans, cf. Quintus Smyrnaeus III 103 sq.

1 *Statii Achill. I 107:* Pelion arcu. 10 *Propert. II 34^b, 42:* molles . . . choros. 13 sq. *Verg. georg. II 456:* Centauros . . . Rhoetumque Pholumque.

Incipit Epithalamium de nuptijs Honorij Aug̅. Pr̅ef. *Em.* proemium de nupciis pelei et tethyis propter nupcias marie et honorii *V. Inscriptio deest in PHBA*

2 deos] *ex* dies *corr. P*[1] Nec caperent . . . tecta deos *Schraderus* 3 que] *om. P*[1] *add. P*[2] deorum ł sororum *H*[1] 5 chiton *V*, *sed corr.* 6 obliqui *Heinsius* 7 mutaret] misceret *Isengr. mg.* fontes (i) *A*, i *sic add. E* *Versui 8 crucem praefixit Em* Oetheis *VP*, Oetcis *A*, Oeteis *H*, oetes *B* 9 Terpsichore *A*, Terpsicore *A*, Terspicore *H*, Tersichore *V*, Tersicore *PB* lasciuo *P*, lasiuo *B* 10 Barbitō *PB* molles *V*[2], moll̄ *V*[1], mollis *A* chorôs *(sic) E* 11 non superis *V* displicuere] li *ex* il *corr. H*[1] 12 Cum *Emω* noscent *A* congrua *Emω* (cong̃rua *B*[1]) 13 Centauri] Certauri *P*, *sed corr.* At Satyri *Cuiacii cod.* fauniq; *Eω* negant] notant *cod. Cuiacii (cf. c. 74, 9); contra dixit J. Koch p. 58* rhoeton *Em.* Rhaeton ε, rethō *B*, crathon *VH*, craton *PA*, *et P quidem ita:* flecte re craton, *et hamulum supra* ι *fort. a m. 2* 14 peletra *A*[1] *corr. A*[2] polum *P*[1] *corr. P*[2] 15 adherat *P* renatos *V*, renato *Eεllq*, ł tos ł tus *add. H*[1]; *in P rasura supra* o; *fort. primum scripserat* renat⁹ 16 exactos] exhaustos ς

Tum Phoebus, quo saxa domat, quo pertrahit ornos,
Pectine temptavit nobiliore lyram
Venturumque sacris fidibus iam spondet Achillem,
Iam Phrygias caedes, iam Simoenta canit.
Frondoso strepuit felix Hymenaeus Olympo:
Reginam resonant Othrys et Ossa Thetim.

EPITHALAMIVM.

(X.)

Hauserat insolitos promissae virginis ignes
Augustus primoque rudis flagraverat aestu,
Nec novus unde calor nec quid suspiria vellent,
Noverat incipiens et adhuc ignarus amandi.
Non illi venator equus, non spicula curae,
Non iaculum torquere libet; mens omnis aberrat
In vulnus, quod fixit Amor. Quam saepe medullis
Erupit gemitus! quotiens incanduit ore
Confessus secreta rubor nomenque beatum
Iniussae scripsere manus! Iam munera nuptae
Praeparat et pulchros, Mariae sed luce minores
Eligit ornatus, quidquid venerabilis olim
Livia divorumque nurus gessere superbae.
Incusat spes aegra moras longique videntur

17 *Quinti Smyrnaei III 103: σεῦ φορμίζοντος ἐπήιεν ἀθρόα φῦλα . . βαθυσκόπελοί τε κολῶναι καὶ . . ὕλη.*

7 *Venantius Fort. carm. VI 1, 45:* animoque recurrens Ad vultus quos pinxit Amor (*ubi tamen meliores codd. P* piexit, *C* piexit, *M*[1] pi*xit, *R* pixit *meliorumque solus fere A:* pinxit).

21 *Verg. georg. I 282:* frondoso . . Olympo.

7 *Statii silv. I 2, 84:* vulnera fixi, *quod ibi dicit Amor.* 14 *Horati epist. I 1, 21:* diesque longa videtur.

(*Versus 17—22 in V iterum scr. m. vetus in fol. 7ʳ, quae rectius exhibet v. 18* lyram *20* frygias *et* simoenta, *21* hymineus, *22* othrys *et* thetim. *Etiam P v. 17—22 iterum scripsit in fol. 6ʳ, sed rursus delerit; ibi scriptum est v. 20* simorinta, *21* frondroso, *22* othrys *et* tetim) 17 phebus *VPHB* pertrahit *A*, † pro *supra scr. E; item* pro *ex* per *corr. P*[1] ornos] alnos *M* 18 temtauit *E* liram *VPHB* 20 phrigias *H*, frigias *VPB* cedas *P, sed corr.* simounta *V*, simoũta *P*, simoonta *B*, symoonta *H*, simeoenta *A* 21 erepuit *A*, tepuit *P* himeneus *VPB* olympo *EA*, olimpo *φ* 22 resonans *A, sed* us *ex corr.* resonet *H* othris *AA*, *sed* i *ex corr. A*, otris *φ* tethim *V*, tethra (im supra) *P* (im *P*[2]), thetim *φ*

Inscriptionem, quam habet A, del. Em; Incipit epitalamium metro heroico *V*. *Deest inscriptio in PHBA*

1 auserat *P* 2 haugustusq; *P (corr. m. 2)* primoq; *V*[1]*P*[1], pronoq; *AHAV*[2]*P*[2], prono *B* (que *add. m. rec.*) rudis] *corr. P*[2]; uidis *(?) P*[1] 3 calor *P*[2], clamor *P*[1] 5 equus] equs *P*[2]*B*, orius *P*[1] 6 oberrat oīs *B, sed transpositionis signa add.* oīs *P*[1] *del. et restit.* oīs oberrat, o *ex corr. H* 7 uulnus quod fixit (fixit *in ras.*) *H*[1], *item Isengr. mg.*, † pinxit *add. H*[2], fixit *ε*, uultus quos pinxit *V*, uultus quos uulnus pinxit *P (corr. m. 1)*, uulnus quod pinxit *BA*, uultus quos finxit *Clarerius*, finxit *ex „optimo“*. *Nexu sententiarum unice commendatur lectio recepta; antecessit enim mentio iaculi, quod ad vulnera pertinet. Antithesis autem haec est: iaculum torquere non curat Honorius, nam iaculum Amoris vulnus ei fixit in quod mens aberrat; ideo etiam medullarum mentio fit; mens in medullis haeret quippe vulneratis et inde gemitus fundit. His de causis Venantii loco non obtemperari; immo cf. Statium et infra v. 76 ubi Amor reges figit* 8 Eripuit *B* 10 Iniussae *Eω* scripsere *(sic) P* munera *(et* u *ex corr.) P* 11 Praeparat *Eω* set *V*[2], sub *V*[1] 12 quidquid *E*, quicquid *ω* 13 dinoxq; *P*[1] *corr. P*[2], *antecedit autem spat. vac. 3 litterarum* superbe *VPBH* 14 moras] *ex* mores *corr. P*[1]

Stare dies segnemque rotam non flectere Phoebe.
Scyria sic tenerum virgo flammabat Achillem
Fraudis adhuc expers bellatricesque docebat
Ducere fila manus et, mox quos horruit Ide,
Thessalicos roseo pectebat pollice crines.
Haec etiam queritur secum: 'Quonam usque verendus
Cunctatur mea vota socer? quid iungere differt,
Quam pepigit, castasque preces implere recusat?
Non ego luxuriem regum moremque secutus
Quaesivi vultum, thalamis ut nuntia formae
Lena per innumeros iret pictura Penates;
Nec variis dubium thalamis laturus amorem
Ardua commisi falsae conubia cerae.
Non rapio praeceps alienae foedera taedae,
Sed quae sponsa mihi pridem patrisque relicta
Mandatis uno materni sanguinis ortu
Communem partitur avum. Fastidia supplex
Deposui gessique procum; de limine sacro
Oratum misi proceres, qui proxima nobis
Iura tenent. Fateor, Stilicho, non parva poposci,
Sed certe merear princeps hoc principe natus,
Qui sibi te generum fraterna prole revinxit,
Cui Mariam debes. Faenus mihi solve paternum,
Redde suos aulae. Mater fortasse rogari
Mollior. O patrui germen, cui nominis heres
Successi, sublime decus torrentis Hiberi,
Stirpe soror, pietate parens, tibi creditus infans
Inque tuo crevi gremio, partuque remoto
Tu potius Flaccilla mihi. Quid dividis ergo

15 *Paulini nat. Fel. IX 5:* dum tardi nitens rota vertitur anni.

18 *Statii Ach. II 197:* sine, perfida palleat Ide. 34 *Ovidi her. 15, 19:* magna quidem, sed non indebita posco; *met. XIII 16:* magna quidem fateor, sed *eqs.* 35 *Iuvenal. 8, 198:* principe natus. 39 *Ovidi met. VI 239:* nominis heres. 40 *Lucani VII 15:* torrens . . Hiberus.

15 dies] *om.* A^1, *rest.* A^2 rotam V^2, moram V^1 fleetere *Emω* phebus H^1, f be H^2, phębe *V*, phebe *PB* 16 Scycia V^1, Schyria V^2, Seiria *B*, Scyria *Eq* flammabat] *ex* clamabat *corr.* P^1, flamabat *A* 18 ide *EBA*, yde *q* 19 Tessalicos (Th V^1) roseo EV^1B, Thessalico roseos V^3PA *et* (*sine* h) *H* pectebat] H^1BAV^3, nectebat AV^1H^2, *idem ex* nedebat *corr.* P^1 pollice EmV^1PA, pectine V^3BH crines *A*, i *sic add. E*, crinis *A* 20 Haec] Hoc *E*, Haec *Ald.* o *supra scr.* ε queritur] ri *ex corr.* H^1 21 Cuñctatur (*sic*) *P* differt] t *in ras. B* 22 pepigi *Heinsius* preces quid *B* (quid *del. m. rec.*) *V. 23 scr. m. rec. in V* luxuriam *A*(*V*)*A*, luxuriem *q* moremue *B*, moremq3 *q*; *relim* procerumque *V. 24 praeter* Que *scr. m. rec. in V* thalamis] tabulis ς *unus fere „cod. Moreti"* ut] ú (*punctum in ras.*) *P*; ut iret *pendet ex* morem: *„cum scilicet morem non sequor ut pictura thalamis formam nuntiet"* nuntia *EP*, nuncia *q* *V. 25 inde ab* meros *scr. m. rec. in V.* Lena] HAV^3M, Laena *A*, *crucem add. E*; Plena *Em item add. cruce*, Plena εV^1B *et ex* Plene *corr. P* 26 uarii *E* lamis lecturus amorem *scr. m. rec. in V* laturus *P*, lecturus *q*. *Amor variis thalamis dubius idem est ac dubius per varietatem concubinarum itaque ad* laturus *dativum „puellae" suppleas* amorem] honorem *A* 27 commissi *H* (*corr.* H^2) conuiuia P^1, conubia P^2H, conubia *Eq* cere *add. m. rec. in V* 29 patrisq3 V^1, patriisq3 V^2 30 Materni/ uno mandatis, *sic corr.* V^1 (*ras. s vid.*) uno] imo P^1, immo P^2 31 auum] *ex* aū *corr.* P^1 fastidia VP^1, fastigia P^2q supplex] lex *in ras.* H^1, simplex *B*, supel P^1, *corr.* P^2 32 ta *post* procum *P*, *sed del.* 33 Ortatum *B* missi *PBA* 34 fateor stilico *Eω* 35 certe] *om. B* hoc *Eω*, de ε, sed ς *unus fere* 36 prole] mole *P* 37 Cui *Emω* fenus V^1, fedus *ex* fenus *corr.* P^1; *om.* H^1, foedus *AA*, fedus BV^2H^2 38 suos] tuos *B* 39 cui *Eω*, cui germen *B* 40 torentis *H* hyberi *H*, aberi A^1 *corr.* A^2 41 creditur *H* 43 flaccilla *sed* c *alterum in ras. V*, facilla *H*, facilla *ex* flacilla *corr.* P^1, flacilla *AB*, placilla *A*, l placella *add.* H^1 diuidis] *ex* diuitis *corr.* B^1 ergo P^2, ego P^1

Pignora? quid iuveni natam non reddis alumno?
Optatusne dies aderit? dabiturne iugalis
Nox umquam?'
Tali solatur vulnera questu.
Risit Amor placideque volat trans aequora matri
Nuntius et totas iactantior explicat alas.
Mons latus Ionium Cypri praeruptus obumbrat,
Invius humano gressu, Phariumque cubile
Proteos et septem despectat cornua Nili.
Hunc neque canentes audent vestire pruinae,
Hunc venti pulsare timent, hunc laedere nimbi.
Luxuriae Venerique vacat. Pars acrior anni
Exulat; aeterni patet indulgentia veris.
In campum se fundit apex; hunc aurea saepes
Circuit et fulvo defendit prata metallo.
Mulciber, ut perhibent, his oscula coniugis emit
Moenibus et tales uxorius obtulit arces.
Intus rura micant, manibus quae subdita nullis
Perpetuum florent, Zephyro contenta colono,
Vmbrosumque nemus, quo non admittitur ales,
Ni probet ante suos diva sub iudice cantus:
Quae placuit, fruitur ramis; quae victa, recedit.
Vivunt in Venerem frondes omnisque vicissim
Felix arbor amat; nutant ad mutua palmae
Foedera, populeo suspirat populus ictu
Et platani platanis alnoque adsibilat alnus.

48 (*Pauli Albari carm. 4, 11 ed. Traube:* explicat alas). 52 *Ennodii 245, 15 Vogel:* cauas .. pruinas.

48 *Martialis XIII 70:* explicat alas. 52 *Homeri ζ 43:* οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται οὔτε ποτ' ὄμβρῳ δεύεται οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται, ἀλλὰ κτλ. *Aviani fabul. 34, 7:* candentes ... pruinas. 59 uxorius *Horatius nimirum I 2, 20, Verg. Aen. IV 266.* 65 *Manilius III 655.* 67 *Verg. culex 142:* fraternos plangat ne populus ictus; *ceterum* de ictu foederis *cogitavit, cf. Lucani V 372.* 68 *cf. Theocriti 27, 57:* ἀλλήλαις λαλέουσι .. αἱ κυπάρισσοι.

44 iuuenem *P* non] n̄ P^1 reddis *VP, sed* d *alterum hasta traiectum in P*, tradis *ç*; dedis *Buechelerus ex P coll. Catulli 61, 58 al.* 45 Obtatusqʒ *B* dabiturue (*sive* ne) *A* 46 nunquam *A* questu *V* 47 placideque] *sic ω*, placidusque *ς fere unus*, placidaeque *vulgo* matri] *in ras.* B^1 48 Nuntius E, Nuncius *ω* iactantior P^1 49 ionium *AHA*, onium (?) *B*, eoum *V*, *idem ex* eorum *corr.* P^1; „*Paphia regio et ἄκρον Ζεφύριον (v. 61) describitur, latus eoo et arctoo oppositum*" *Buechelerus* cypri praeruptus V^1, cypreae (*vel* cypree) rupis V^3*ç* 50 gressu V^1H^1, ⁊ ni *add.* H^2, generi V^3 pharumqʒ *A*, fariumqʒ *B* 51 Protheos *VPBH* septem *A*, *punctum add. E* despectat *EVP*, despectans *ç* 52 canentes V^1P, *sed* s P^1 *ex corr. vel postea add.*, candentes AV^2BAH (*sed* s H^2), † caedentes *Em add. insuper cruce* *Pro* neque *desidero* non; Hunc nunquam algentes *Paul; nisi potius v. 52 post 53 transponendus id quod mihi persuasit J. Koch Homerum comparans* 53 Huc *A* 54 uentriqʒ *A*, uenerisʒ *Eç*, ⁊ uentri *add.* H^1 55 Exultat P^1, Exulat *A, sed* la *ex corr. A* 56 se] *om. rest.* P^2 fundit] fudit *AB* sepes] s *in fine m. 2, H* 57 Circumit *A* fuluo *V et ex* fuluo *corr.* P^1, flauo *ç* deffendit *B* 58 peribent *B* emit] *add.* H^2 59 talis *A* optulit *VH*, abstulit P^1, obstulit P^2 arcos *P* 60 rura V^1P, prata V^3*ç* (*cf. v. 57*) nullis] *add.* H^2; *ex* illis *corr.* P^1 61 Perpetuo *V*, Perpetuum *ç* zephiro *PBH* concepta *P, sed ex* p *m. 1 corr.* n, *et* c *cum* t *similitudinem habet*, contenta *Eç* 66 nutant *Emω* *V. 67 et 68 scr. m. rec. in V. V. 67–70 in H scripsisse videtur m. 2* 67 populo *H* ictū, *sed virgula erasa P*; „*populus populum pulsat (oblitus erat interim versum 61) tamquam puella amatorem*" *Buechelerus* 68 platani platanis *AA*, platanus platanis (*sed hoc* is *ex* o *corr.*) H^1, plata̅no platanis *P, sed* no *add.* P^2, platanus platano *B*, platano platanus (*V*) adsibilat *EP*, assibilat *ç*

Labuntur gemini fontes, hic dulcis, amarus
Alter et infusis corrumpunt mella venenis.
Vnde Cupidineas armari fama sagittas.
Mille pharetrati ludunt in margine fratres,
Ore pares, aevo similes, gens mollis Amorum.
Hos Nymphae pariunt, illum Venus aurea solum
Edidit. Ille deos caelumque et sidera cornu
Temperat et summos dignatur figere reges;
Hi plebem feriunt. Nec cetera numina desunt:
Hic habitat nullo constricta Licentia nodo
Et flecti faciles Irae vinoque madentes
Excubiae Lacrimaeque rudes et gratus amantum
Pallor et in primis titubans Audacia furtis
Iucundique Metus et non secura Voluptas:
Et lasciva volant levibus Periuria ventis.
Quos inter petulans alta cervice Iuventas
Excludit Senium luco.
Procul atria divae
Permutant radios silvaque obstante virescunt.
Lemnius haec etiam gemmis extruxit et auro
Admiscens artem pretio trabibusque smaragdi
Supposuit caesas hyacinthi rupe columnas.
Beryllo paries et iaspide lubrica surgunt
Limina despectusque solo calcatur achates.
In medio glaebis redolentibus area dives
Praebet odoratas messes; hic mitis amomi,
Hic casiae matura seges, Panchaeaque turgent

72 *Sidonii carm. XI 42 sq.* 85 sqq. *Corippi in laud. Iust. IV 115 sq.* 87 sqq. *Sidonii carm. XI 14 sq.*

72 *Statii silv. I 2, 64:* pharetrati . . . fratres. 73 *Domitii Marsi epitaph. Tibulli:* molles qui fleret amores. 74 Venus aurea *apud Verg. Aen. X 16, Ps.-Ovidi her. 16, 35, alios.* 78 *De* Licentia *cf. Cic. de legg. II 42, ceterum Prudentii psychom. 437 sqq.* 81 *cf. Ovidi ars am. I 729.* 83 *Paulini epist. III ad Auson. fin.:* levibus se tollere pennis. 85 sq. *De templo cf. Apoll. Rhod. III 36 sq. Statii silv. I 2, 147 sq.* 90 *Verg. Aen. I 448:* surgebant limina.

V. 69 praeter amarus *scr. m. rec. in V* *V. 70 usque ad* corrumpunt *scr. m. rec. in V* infusis] insulis *vel* infulis P^1 *corr.* P^2 corrumpunt] (corrumpi *in ras.*) *H*, *dein* corrumpit *mut.* H^1, corrumpens *conieci,* corruptus *Paul* *V. 71 usque ad* arm *scr. m. rec. in V* armari *Em VP*, armauit *εq*, *sed* uit *in ras.* H^1 72 Mille pharetrati *scr. m. rec. in V* faretrati *PH* 73 Ore par *scr. m. rec. in V* aeuo similes] *(ita, sed* similis *H)* similes habitu *VP* 74 H *initiale m. rec. in V* 77 Hii *BH* 78 districta *εB* 79 Et, *sed* t *postea add.* V^1 facilles *A* 80 lacrymaeqȝ *E* 81 furtis] fortis *PA*, *corr.* P^1; *in A* o *ad* u *paulo adsimulatum* 82 Iucundiqȝ A^2, Iocundique A^1q 83 laxiua *B*, laeiua *ut saepe H* uentis] pennis ϛ: *cf. Paulin.* 84 Quos *VP*, Hos *q* iuuentas *EVA*, *sed in A* s *erasum*, iuuentu H^1, iuuenta H^2, iuuentus *BP*, *sed* u *in fine fort. ex corr. P*, iuuentus (as *supra*) *Ald.* as *sic add. ε* 85 lueo H^1, ludo H^2 lucro procul *coniungendum censuit Mommsenus* atria] ara (r *supra*) *P* 86 Permutant *Eω*, *sed* a Permittant *paene non differt in P*, Permittunt *A*, Permittant ϛ, Transmittunt *Heinsius; sed* rerumque colores mutans *Corippus l. l.* 87 Lenius *ex* Lemnius *corr.* P^1, lempnius *H* gemmis P^2, gentis P^1 construxit H^1, ruxit *in ras.* 88 Admicens *B* (pretio *E*) trabibus V^1P, granibus V^3q smaragdi] *Gesnerus*, zmaragdi *P*, zmaragdis *V* (smaragdis *m. rec.*), smaragdis *q* 89 caesas] celsas *A* yacinthi *V*, iacinthi *HP*, iacinti *B* rupe (o *ex corr.*) *A* 90 surgunt] fulgent *Schraderus* 91 solo] *om. B* 92 redeuntibus *B*, florentibus *temptavi* 93 messis *A* mitis] mittis *VP* amomi] amemi *P*, *corr. m. 2*, amoni *A* 94 casie *ex* caste *corr. V*, cassile *et* e *ex* a *corr.* P^1 pancheaqȝ V^1PH^1A, plangeaqȝ *B*, pangeaqȝ V^3H^2A, g *in* ch *et* e *in* ę *mut. E*, panchaia *ε* turgent *Emεω*, surgunt ϛ *(sed cf. v. 90)*

Cinnama, nec sicco frondescunt vimina costo
Tardaque sudanti prorepunt balsama rivo.
Quo postquam delapsus Amor longasque peregit
Penna vias, alacer passuque superbior intrat.
Caesariem tunc forte Venus subnixa corusco
Fingebat solio. Dextra laevaque sorores
Stabant Idaliae: largos haec nectaris imbres
Inrigat, haec morsu numerosi dentis eburno
Multifidum discrimen arat; sed tertia retro
Dat varios nexus et iusto dividit orbes
Ordine neglectam partem studiosa relinquens:
Plus error decuit. Speculi nec vultus egebat
Iudicio: similis tecto monstratur in omni
Et rapitur, quocumque videt, dum singula cernit,
Seque probat. Nati venientis conspicit umbram
Ambrosioque sinu puerum complexa ferocem
'Quid tantum gavisus?' ait; 'quae proelia sudas
Improbe? quis iacuit telis? Iterumne Tonantem
Inter Sidonias cogis mugire iuvencas?
An Titana domas? an pastoralia Lunam
Rursus in antra vocas? Durum magnumque videris
Debellasse deum'.
Suspensus in oscula matris
Ille refert: 'Laetare, parens; inmane trophaeum
Rettulimus, nostrum iam sensit Honorius arcum.
Scis Mariam patremque ducem, qui cuspide Gallos
Italiamque fovet, nec te praeclara Serenae
Fama latet. Propera: regalibus annue votis:

100 *Orestis trag. 957:* laeva dextraque sorores. *Patricii epithal. (Baehrensii poet. lat. min. V p. 422) v. 10:* Venus Idaliis comitata sororibus. 111 *Prudentii cathem. II 76:* sudavit impar proelium. 116 sq. *cf. Sidonii X 59 sq.* oscula sic matris carpens . . .: nova gaudia porto Felicis praedae, genetrix: calet ille *cqs.* 117 *Patricii epithal. (Baehr. poet. lat. min. V p. 423) v. 79:* inmane tropaeum.

96 *Verg. georg. II 118:* sudantia . . . Balsama. 99 sq. *Verg. Aen. IV 148:* crinem fingens. 100 sq. *cf. Apollon. Rhodii III 44 sqq.* 101 *Verg. georg. IV 115:* et amicos irriget imbres. 102 *Martialis 14, 24:* Multifido buxus qui tibi dente datur. 116 *Properti monob. 21, 27:* Oscula suspensis . . plumis.

95 Cinnama V^1, Kenele *explicat* V^3 sicco *VB* H^2, sicca *PA* H^1, ł casto *add.* H^2: a *ad dextrum adrasum in P* costo] achanto *Em*, acantho *ε* 96 sudandi] fudeti P^1, *corr. m. 2, vix m. 1* prorepunt H^1, prorūpunt H^2 riuo *Emε VPH*, succo *BA*, ligno *ς* 97 dilapsus *EB*, delatus *Heinsius* 98 Pinna *E* allacer *A*, al acer (l *eras.?*) *H* pasuqꝫ *B* 99 tum *M* coruscho *P*, cõrusco *B*, chorusco *H* 100 Figebat *B* 101 adalie, *sed corr.* P^1, ydalie *H*, yliades *B* 102 Inrigat *E*, Irrigat *ω* 103 Multimodum *AM*, Multifidum *Eq* arat *Eω* 104 et] nec *Mommsenus* orbis *AA* 105 relinquens] reliquit V^1, relinquit V^3P, quēs *add.* P^1 106 Plus] *ex* Pulus *corr.* B^1 speculi] *supra lin. A; ex* specula *corr.* P^1 108 quocumque] quodcūqꝫ *A cod. Cuiacii*, quo^d^cunqꝫ *Ald.*, d *sic add. ε*, q̃rūqꝫ P^1, quocunqꝫ P^2, quicunque H^1, ł quod ł quo *add.* H^2. „*ad* rapitur *necessario supplendum est* speculo *vel* tecto, *i. e. ihr Bild wird aufgefangen von jeder Spiegelrand, auf die sie blickt, cf. e. g. Iuvenal. VII 183" J. Koch; „ihr Bild erscheint und flieht wohin sie sieht" Buechelerus ita ut potius eius imago sit quae* rapitur *post* cernit *comma delendum cens. Buechelerus* 109 Seseqꝫ *B*, *sed corr.* 110 Ambrosio^o^qꝫ P^1 112 Inprobe *P* iacuit it *ex corr. H* iterumne] iter omne *P*, *sed corr.* 114 An] Ant *(sic) H* Tytana *VBH* pastorilia *H* 115 Rurrus *V (corr. m. rec.)* Ruf' *P* durum] et durum *P* 117 inmane *VH*. imm. *q* 118 Rettulimus *VA*, Retulimus *PB* H^2, Detulimus H^2 sentit *A* 119 Scis *Eω* patremque] patemqꝫ *P*, *sed corr.* galbos *A* 121 Fama *Eω* propere *Heinsius*

Iunge toros.'
                    Gremio natum Cytherea removit
Et crines festina ligat peplumque fluentem
Adlevat et blando spirantem numine ceston
Cingitur, impulsos pluviis quo mitigat amnes,
Quo mare, quo ventos irataque fulmina solvit.
Vt stetit ad litus, parvos affatur alumnos:
 'Heus! quis erit, pueri, vitreas qui lapsus in undas
Huc rapidum Tritona vocet, quo vecta per altum
Deferar? Haut umquam tanto mihi venerit usu.
Sacri, quos petimus, thalami. Pernicius omnes
Quaerite, seu concha Libycum circumsonat aequor,
Aegaeas seu frangit aquas. Quicumque repertum
Duxerit, aurata donabitur ille pharetra.'
 Dixerat et sparsi divisa plebe feruntur
Exploratores pelagi. Sub fluctibus ibat
Carpathiis Triton obluctantemque petebat
Cymothoen. Timet illa ferum seseque sequenti
Subripit et duris elabitur uda lacertis.
'Heus, inquit speculatus Amor: non vestra sub imis
Furta tegi potuere vadis. Accingere nostram
Vecturus dominam: pretium non vile laboris
Cymothoen facilem, quae nunc detrectat, habebis.
Hac mercede veni.'
                    Prorupit gurgite torvus
Semifer: undosi verrebant brachia crines;

---

123 *Tibulli I 6, 66:* crines ligatos. 129 *Ovidi met. I 333:* Caeruleum Tritona vocat. 132 *Verg. Aen. VI 171:* dum personat aequora concha *(cf. Aen. X 209).* 142 *Pseudo-Ovidi heroid. 17, 163:* pretium non vile laboris.

---

122 thoros *EPB*, thorum V^1, choros V^2AH gremio natum *EVPH*, natum gremio *BA* cyterea *P*, cytharea *BH*, cythārea *A* refouit *AVPH*, remouit *add.* P^1, *idem* *ϛ* 123 crines *Eω* 124 Adlebat *E*, Adleuat *B*, Alleuịt (a supra) *P*, Alleuat *ϛ* colligit H^2 cestē *P*, *sed* o *supra* ē *add. m. 1* 125 inpulsos *VH* fluuiis *PB* quo, q *ex* c? *corr.* H^1 annes *P* 126 fulmina (?) *B*, flumina *ex* fulmina *corr.* V^1, lumina P^1, flumina $AHAP^2$, fulmina soluit *Scaliger recepit* soluit] † sistit *add.* H^2; *idem Koenigius*, siluis *ego* 127 litus *Eω* paruos] paruis P^1V, paruos P^2 affatur] haec fatur *V* alumnos] alumnis *V*, alumpnos *P*, p *ex corr. a m. 2* 128 Heus quis P^2BH *(sed* Heu[s] *in ras.* H^1*)*, Heu quis VP^1, † heu *add.* V^3, Ecquis *εAA* udas H^1, *corr.* H^2 129 Hunc *B* 130 Defferar *B* aut *P* nūqam *P*, unquam *E* 131 Sacris *et* thalamis P^1 *sed* s *supra lineola, ut solet P; haec lectio placuit Scaligero;* sacri P^2 *in mg.* pernitius *B*, pernicius *Eϛ* 132 concha] conca *ex* conclia *corr.* *P (m. 1?)* lybicum *V*, libicum *PH* circumsonat VBH^2, circumtonat H^1A, *idem ex* circumsumat *corr.* P^1 133 Aegeas, *sed* as *ex* os *corr.* P^1, Egeas *VB*, Ogygias *εAA*, ogigias *H* 134 dominabitur H^1, † dona. H^2 135 sparsi diuisa H^2 *(cf. v. 205)*, pars aduersi de V^1, sparsi diuersa H^1V^3*ϛ* plebe AV^1P^1HA, parte V^3P^2B 136 *Interpunxi post* pelagi; *et ita punxit H* 137 Carpathiis *εA*, Carpatiis *AV*, Carpaciis *BH*, Carphatiis *P*, Carpathii *ϛ* triten *P sed corr.* patebat *H* 138 Cymotoen *VP*, thimotoen *B* timet] timen *P sed corr.* feram *ϛ* sequenti] potenti *M*, tenenti *Schraderus* 139 Surripit *PA* uda] p̄ uṇda *P*, *sed* p *delendum indicavit*, uṇda *H (corr.* H^1*)*, uda *ex* una *corr.* V^1 140 Eus *A* inquid *PH* non *BH*, num *Eϛ*. *Interrogativum* num *parum apte scribitur: non interrogandum, sed dicendum fuit: ne credas furta vestra posse celari.* 141 Furta tegi] ta te *in ras.* H^1 nostram] *ex* vestram *corr.* P^1 142 pretium *E*, precium *ϛ* *Post v. 142 P repetiit v. 138, sed rursus del.* 143 Cymotoen facilem P^1 *in ras.*, thimothoen *B* faciem *H*, *sed corr.* detrectat *V*, detractat *ϛ* 144 prorupit *EV*, prorumpit *ϛ* 145 Somifer V^1, Semiuir V^3 uerrebant *Emε*V^1, uelabant V^3*ϛ* *(ex* uelebant *corr. A)*

Hispida tendebant bifido vestigia cornu.
Qua pistrix commissa viro. Ter pectora movit:
Iam quarto Paphias tractu sulcabat harenas.
Vmbratura deam retro sinuatur in arcum
Belua: tum vivo squalentia murice terga
Purpureis mollita toris: hoc navigat antro
Fulta Venus: niveae delibant aequora plantae.
Prosequitur volucer late comitatus Amorum
Tranquillumque choris quatitur mare. Serta per omnem
Neptuni dispersa domum Cadmeia ludit
Leucothoe, frenatque rosis delphina Palaemon.
Alternas violis Nereus interserit algas.
Canitiem Glaucus ligat inmortalibus herbis.
Nec non et variis vectae Nereides ibant
Audito rumore feris (hanc pisce volutam
Sublevat Oceani monstrum Tartesia tigris:
Hanc timor Aegaei rupturus fronte carinas
Trux aries: haec caeruleae suspensa leaenae
Innatat: haec viridem trahitur complexa iuvencum)
Certatimque novis ornant conubia donis.
Cingula Cymothoe, rarum Galatea monile
Et gravibus Spatale bacis diadema ferebat
Intextum, rubro quas legerat ipsa profundo.
Mergit se subito vellitque corallia Doto:
Vimen erat dum stagna subit: processerat undis:

156 *Sidonii l. l. 43:* exhibet delphina rosis . . . frens. 164 *Sidon. 43:* viridique iuvenco.

146 *cf. Apollon. Rhodii IV 1610 sqq.* 149 *Ovidi met. III 42:* sinuatur in arcus, *cf. met. XIV 51.* 156 *Ciris 396:* Leucothea parvusque dea cum matre Palaemon. 159 *cf. Moschi Europae v. 114.* 163 *Plauti Bacch. V 2, 29:* arietes truces. 170 *Ovidi met. IV 751:* Vimen in aequore erat, fiat *eqs.*

146 Hispida *VP*, Aspera *AHBA* tendebant V^1PA, tendebat EV^3BH^1, terrebat H^2 147 commixta H^1, commissa H^2 ter $EHBAV^3P^2$, per V^1P^1 mouet *P, sed corr.* 148 quartū *P, sed corr.* pafias *VP*, phaphias *H* stractu *P* 149 Umbratura] † uibratura H^2 sinuatur *Emω* arcū P^1, artum *B*, artum *Scaliger ed. Manilii p. 122* 150 Belua EV^3BA, Belia V^1, Uela *P, corr. m. 1* tum *AHBA*, tunc *q* uiuo] uo P^1 *ex corr.; fuerat* le? 151 toris *A*, rosis *VP*, thoris P^1 *in mg., q* antro] P^1, alto P^2, ostro ς *cf. programma Marpurg. 1885 p. VI* 152 Pulchra V^1, Pulcra *P*, Fulta *H*, fulta P^1 *in mg.*, V^3q niueae *Eω, nisi quod* niueeq; *B* debant, *sed corr. H* 153 Prosequitur] Pro *ex* Per *corr.* P^1 uolucer] *in ras. H*, uolucrum *B*, uotis *Em* 154 Transquillumq; *H* omnis *AA*, oīs *B*, ōs *H* 155 domos *AHBA* cadmeia *P*, cadmeia *H* *de* ludit *cf. libellum academ. Marpurg. 1885 p. VII;* fudit *frustra conieci* 156 Leuchotoe *VH* rusis *P, sed corr. m. 1* delfina *P* palemon *PH* 157 serit] *in ras.* H^1 158 Canitiem *Eω* inmortalibus *VHP*, imm. *q* 159 et] in *B* uecte P^2, uecto P^1, uecte *B* 160 rumore *Emω* (rumorum, *sed corr.* P^1) tritone ς uolutam $AHBAV^3$, voluto V^1P, soluto *Jeepius;* uolui curru *Vergilius; itaque de pisce Nereis devolvitur* 161 tartesia *εA*, *ex* tarsesia *corr. vid.* V^1, tarcesia *P*, tharchesia *H* (e *in ras.*, ch H^2), carthesia *E*, carchesia V^2B 162 aegei *VA*, egei *PH*, egaei *B* rupturus *Eω*, fracturus *quasi glossema H glossator; idem* ς fonte *A* 163 cerulea *AHA* leaena *AA*, leena *H* 165 ornant] ς, honerant *H*, onerant *B* (h *erasum*), onerant *q* conubia *Eω* (connubia *H*) 166 cimothoe *P*, thimotee (tee *in ras.*) B^1 rarum] carum ς *perpauci pretii nullius* galatea *εA*, galathaa *P, corr. m. 1*, galathea *VH*, galethea *B* 167 Spatale] pigmea V^1P, spathale AV^3, fatale (a *alterum ex corr.*) *H*, spatale P^1 *in mg.*, *item q: de nomine cf. Quintiliani VIII 5, 17; 19;* Psamathe *conieci* l. l. p. VII bacis EVP^2A, baccis *H*, bachis *B*, uacis P^1 168 legaerat *V* 169 uellitque] *ex* uelitq; H^1 *corr.* coralia *P* doto *EmA*, *cod. Cuiacii,* Loto *ε*, dote *P et* e *ex* o *corr. V*, *inde* clotho *corr.* V^2, cloto *B*, clotho *H*

Gemma fuit.
Nudae Venerem cinxere catervae
Plaudentesque simul tali cum voce sequuntur:
'Hos Mariae cultus, haec munera nostra precamur
Reginae regina feras. Dic talia numquam
Promeruisse Thetin nec cum soror Amphitrite
Nostro nupta Iovi. Devotum sentiat aequor,
Agnoscat famulum virgo Stilichonia pontum.
Victrices nos saepe rates classemque paternam
Veximus, attritis cum tenderet ultor Achivis.'
Iam Ligurum terris spumantia pectora Triton
Appulerat lassosque fretis extenderat orbes.
Continuo sublime volans ad moenia Gallis
Condita, lanigeri suis ostentantia pellem,
Pervenit. Adventu Veneris pulsata recedunt
Nubila, clarescunt puris Aquilonibus Alpes.
Laetitiae causas ignorat dicere miles
Laetaturque tamen: Mavortia signa rubescunt
Floribus et subitis animantur frondibus hastae.
Illa suum dictis affatur talibus agmen:
'Gradivum, nostri comites, arcete parumper.
Vt soli vacet aula mihi. Procul igneus horror
Thoracum, gladiosque tegat vagina minaces.
Stent bellatrices aquilae saevique dracones:
Fas sit castra meis hodie succumbere signis.
Tibia pro lituis et pro clangore tubarum
Molle lyrae festumque canant. Epulentur ad ipsas
Excubias; mediis spirent crateres in armis.
Laxet terribiles maiestas regia fastus

---

183 *Sidonii epist. VII 17 v. 20:* Et quae lanigero de sue nomen habent.

---

182 *Lucani I 248:* haec moenia condita Gallis. 193 *Valer. Flacci I 68:* saevos . . dracones *(?)*. 195 *Lucani IV 750:* clangore tubarum (*Verg. Aen. II 313. XI 192:* clangorque tubarum). 196 *Ovidi met. V 113:* festumque canendo (celebrare).

---

171 Gemma *P* nudae *V¹PH*, † a *add. H¹*, nuda *AV³BA* uenerem *Eω* caleruae *V¹PH*, † a *add. H¹*, † corona *add. V³*, caterua *ABAV³* 172 secuntur *H* 173 haec] *ex* har *corr. P¹* munera] mu *in ras.*, n *ex corr. P¹* 175 thetin *V*, thetim *ς* amphitriade *V¹*, *corr. V³*, amphitride *P*, *sed corr. m. 1*, amphitrites *B* 176 Nrm *V¹*, Nri⁷s *P¹*, nro *V³*, nost° *P²* ioui *V³*, sibi *V¹* sentiāt *P* 177 stilicouia, ni *ex* lu *corr. P¹* 178 Victricis *HAA*, 1 e *add. E* saepe rates] sępe rates *add. cruce Em*, spem patriae *A*, uela patris *H¹*, sepe rates *H²*, uela ratis *Heinsius* 179 attritis *EmεV*, adtritis *P*, ad tristes *HB*, ad tristis *A* achiu(i)os *A*, i *sic add. E*, achiuis *εVP*, achiuos *ς* 181 fretis *AHBAV³P²*, frequens *V¹P¹*, fremens *Jeepius* orbis *AA* 182 Continue *B* 183 lanigeri suis *V¹*, *item vetus Cuiacii (cf. Sidonius Apoll.)*, lanigeris ouis *AV³PHA*, lanigeri ouis (l *in ras.*) *B* 184 spissata *H¹A*, pulsata *H²*, pulsata *add. cruce Em* 185 rarescunt *AHBA* puris] sudis *Heinsius* alpes *EmVPB*, imbres *HA* 186 Laetitiae *Eω* discere *H* 187 que] *om. sed add. in mg. P¹* *Ad hunc v. cf. Lipsius ad Taciti ann. I 24* 188 frondibus] *ex* frontibus *P¹* 190 nostri] nostrae *Heinsius*, castris *Koenigius* 191 michi *ex* mihi *corr. V¹* igneus] ignibus *P*, *corr. m. 1?* 192 gladi^os^que *H* (o *add. H¹*, s *H²*) 193 *De* stent *vide indicem* seuiquę *P¹ et in mg. add. ꝑ* 196 festum] faustum *EmεH* que *P¹*, ue *P²* epulentur, *sed* entur *ex corr. H¹*, epulemur *H²* ad ipsas *add. H²* 197 mediis *H* spirent] *ex* spirant *corr. H¹* 198 Lasset *A* terribilis *AA*

Et sociam plebem non indignata potestas
Confundat turbae proceres. Solvantur habenis
Gaudia nec leges pudeat ridere severas.
'Tu festas, Hymenaee, faces, tu, Gratia, flores
Elige, tu geminas, Concordia, necte coronas.
Vos, pennata cohors, quocumque vocaverit usus,
Divisa properate manu neu marceat ulla
Segnities: alii funalibus ordine ductis
Plurima venturae suspendite lumina nocti:
Hi nostra nitidos postes obducere myrto
Contendant: pars nectareis aspergite tecta
Fontibus et flamma lucos adolete Sabaeos:
Pars infecta croco velamina lutea Serum
Pandite Sidoniasque solo prosternite vestes.
Ast alii thalamum docto componite textu
Stamine gemmato, picturatisque columnis
Aedificetur apex, qualem non Lydia dives
Erexit Pelopi nec quem struxere Lyaeo
Indorum spoliis et opaco palmite Bacchae.
Illic exuvias omnes cumulate parentum:
Quidquid avus senior Mauro vel Saxone victis,
Quidquid ab innumeris socio Stilichone tremendus
Quaesivit genitor bellis, quodcumque Gelonus
Armeniusve dedit; quantum crinita sagittis
Attulit extremo Meroë circumflua Nilo;
Misit Achaemenio quidquid de Tigride Medus,
Cum supplex emeret Romanam Parthia pacem.
Nobilibus gazis opibusque cubilia surgant
Barbaricis; omnes thalamo conferte triumphos'.
Sic ait et sponsae petit improvisa Penates.

201 *Ovidi ex Ponto III 3, 57:* lege severa. 202 *Statii silv. I 2, 19 sqq.:* Gratia . . . floribus. 203 *Iuvenal. 6, 51:* necte coronam. 204 *Statii Theb. II 19:* quoscumque vocaris in usus. 225 *Lucani X 107:* pax empta.

V. 199 et 200 praeter Confu *scr. m. rec. in V* 200 Confundant *A*, Confundant *H*, Confundat *q*, *sed virgulam supra* a *erasam P* 201 es pudeat ridere seueras *add. m. rec. in V* 202 hymenee *H*, hyminee *V*, himenee *PB* tu gratia flores *add. m. rec. in V* gratia] gła (= gloria) *B* 203 l, lege *Heinsius lusit* coronas *add. m. rec. in V*, catenas *Marklandus ad Statii silv. I 2, 240* 204 pennata *A*, i *sic add. E*, pinnata *PH*, uel pennata P^1; *idem q* choors *PB* quo quemque *Heinsius* usus *V*, *sed* sus *m. rec.* 205 marceat] *ex corr. P* (*voluerat* parcat) 206 aliis *H* (*corr.* H^2) funalibus] u *ex* ri *corr. B* 208 Hii *B*, Hic *EH* obducere] ostendite *A* mirto *VPH* 209 Contendat *EHA* aspergere *AHA*, aspergite *q* 210 Floribus *B*, Fontibus *Emq*, Roribus *Heinsius* flama *A* adolete] adolere *AHBP*, *sed* r *ex corr.* P^1, *fuerat* t. *Infinitivos* aspergere *et* adolere *frustra tutatur Trumpius p. 37.* sabeos *H* 211 chroco *H* lutea] lintea *BA* 212 sydoniasq; *H*, sinodiasq; *P*, *sed corr.* praesternite *Scaliger* 213 docto ł (doc)te P^1, docte *M* conponite *H* textu ł (tex)tum P^1, textum *M*; *et fort. verius* docte textum stamine 214 Stamine] Stramine *Buechelerus* 215 Edificetur, ee *ex corr. H* non] nū, u *in* o *mut.* P^1, ñ (= non) H^1, n̊ H^2 lidia *VPHB* 216 liaco *V*, lieo *PHB* 217 bache *B* 218 omnis *A* cumulare *B* parentium *H* (*corr.* H^2) 219 Quidquid *E*, Quicquid *ω* santone *A* 220 Quidquid *E*, Quicquid *ω* tremendis *EH* 221 quaecumque *A*, quodcunq; *εω* 222 quantum H^1, quicquid H^2 223 merore *H*, *et* oro *ex corr.* (*fuit* morere) 224 Mittit V^1P, misit V^3 achemenio *EV*, achemonio *P*, achimenio *BH*, achimonio *A* quidquid *E*, quicquid *ω* 225 pacem P^2, panē P^1 226 gazis] gatis P^1, granis P^2, ł gazis *add.* P^1 opibusque] o *in ras. B* 227 omnes *A*, i *sic add. E*, omnis *A* conferre B^1 *corr.* B^2 228 sponse P^2H^2, sponte PH^1 inpronisa *VPH*

Illa autem secura tori taedasque parari
Nescia divinae fruitur sermone parentis
Maternosque bibit mores exemplaque discit
Prisca pudicitiae Latios nec volvere libros
Desinit aut Graios, ipsa genetrice magistra.
Maeonius quaecumque senex aut Thracius Orpheus
Aut Mytilenaeo modulatur pectine Sappho
(Sic Triviam Latona monet: sic mitis in antro
Mnemosyne docili tradit praecepta Thaliae):
Cum procul augeri nitor et iucundior aër
Attonitam lustrare domum fundique comarum
Gratus odor. Mox vera fides numenque refulsit.
Cunctatur stupefacta Venus; nunc ora puellae,
Nunc flavam niveo miratur vertice matrem.
Haec modo crescenti, plenae par altera lunae:
Assurgit ceu forte minor sub matre virenti
Laurus et ingentes ramos olimque futuras
Promittit iam parva comas; vel flore sub uno
Ceu geminae Paestana rosae per iugera regnant:
Haec largo matura die saturataque vernis
Roribus indulget spatio; latet altera nodo
Nec teneris audet foliis admittere soles.
    Astitit et blande Mariam Cytherea salutat:
'Salve sidereae proles augusta Serenae,
Magnorum suboles regum parituraque reges.
Te propter Paphias sedes Cyprumque reliqui,

240 vera fides *placuit ecclesiasticis velut Sedulio c. pasch. I 299; cf. Claud. Eutr. I 371* 243 sq. *Corippi Iust. II 72, 78.*

238 *cf. Ovidi fast. IV 6.* 240 sq. *Verg. Aen. I 402* (comae .. odorem .. refulsit); *II 309:* manifesta fides. 244 *Verg. georg. II 18:* laurus Parva sub ingenti matris ... umbra. 247 *(cf. Ausonii de rosis 11).* 251 *Iuvenci evang. IV 518:* blanda cum voce salutat. 253 *Verg. Aen. IX 642:* Dis genite et geniture deos 254 *Horati c. I 19, 9:* Venus Cyprum deseruit.

229 autem] *in ras. B* thori *EPHV*^{3} thedasq; *H* 230 diuinae *V*^{1} (diuin)o *V*^{3} 232 pudatitie *P*, a *in* i *mut. P*^{2}, pudicitiae *Eq* nec] non *H* 233 genetrice *EA*, genitrice *q* 234 Meonius *VHB* (eo *in ras. B*^{1}) quecũq; *in ras. B*^{1}, quoscunque senes *A* thracius *EVA*, tracius *q* orfeus *VP* 235 mythileneo *V*, mytileneo *A*, mitilenio *P*, *sed* io *in* eo *corr. (m. 1?)*, mitileneo *BH* sapho *HB*, *ex* saphe *corr. P (haec et alia correxisse videtur P*^{1}*, sed alio usus atramento)* 236 monet] *ex* mouet *corr. H* mitis] mittis *VP* antra *P* 237 Mnemosine *V*, mnemasine *P*^{2}, nemasine *H*, Nemosyne *A*, Anemosine *P*^{1}, nemosine *A*, hermosine *B* tradit *Eεω* tradidit docili *H* talie *BH* 238 Cum] tunc *ς perpauci* augeri] ri *ex corr. P* iocundior *B* (i *prior in ras.*) 240 numenque] lumenq; *V*^{1}*P*, numenq; *V*^{3} 242 niueo] rutilo *Heinsius*, nitido *Burmannus non male; possis etiam* ingenuo *coll. Statii silv. II 1, 44:* ingenui crines; flauo niueam *Gesnerus. Fortasse tamen vittam cogitabat poeta qua niveus vertex mulieris factus est; cf. Koenigius.* *VV. 243—245 scr. m. rec. in V* 243 modo *P*^{1}*A*, *item Isengr. mg.*, noua *EmP*^{2}*q* *post* crescenti *P*^{2} *inserit* ceu plene, n *ex corr. P* par] pars *P* 244 Assurgit] *ex* Adsurgit *corr. H*^{1}, Asurgit *B* seu *(V)H*, ceu *Eq*, *item P*, l ceu *iterum m. 2* *V. 246 praeter* sub uno *scr. m. rec. in V* iam] *ex* etiam *corr. P* *V. 247 usque ad* rosae *scr. m. rec. in V* Seu *H* paestanę *(V)*, pestana *H* regnant] nant *ex corr. H* 248 Hec, e *ex* o *H*^{1} Haec largo matura d *scr. m. rec. in V* matura *Eω* uernis (u *ex corr. P*), ueris *ς unus fere* 249 Roribus indul *scr. m. rec. in V*, Rosibus *B* indilget *P (fort. ex* induget *corr.)* spatio] o *in ras. B* 250 Nec *scr. m. rec. in V* foliis *P*^{2}, soliis *P*^{1} admittere *H*^{1}, committere *H*^{3} solis *V*^{1}*P*^{1} *(nisi quod* s *adrasum)*, soles *V*^{3}, solem *P*^{2} 251 citherea *VP*, cytharea *B*, citarea *H* 253 Magnorum *V*, *sed* rum *V*^{2} suboles *E*, soboles *ω* 254 sedes] s *prius ex corr. A*, aedes *A*, edes *BH* cyprũq; *P*, ciprumq; *HB*

Te propter libuit tantos explere labores
Et tantum transnare maris, ne vilior ultra
Privatos paterere Lares neu tempore longo
Dilatos iuvenis nutriret Honorius ignes.
Accipe fortunam generis, diadema resume,
Quod tribuas natis, et in haec penetralia rursus,
Vnde parens progressa, redi. Fac nulla subesse
Vincula cognatae: quamvis aliena fuisses
Principibus, regnum poteras hoc ore mereri.
Quae propior sceptris facies? qui dignior aula
Vultus erit? Non labra rosae, non colla pruinae,
Non crines aequant violae, non lumina flammae.
Quam iuncti leviter sese discrimine confert
Vmbra supercilii! miscet quam iusta pudorem
Temperies nimio nec sanguine candor abundat!
Aurorae vincis digitos umerosque Dianae;
Ipsam iam superas matrem. Si Bacchus amator
Dotali potuit caelum signare corona,
Cur nullis virgo redimitur pulchrior astris?
Iam tibi molitur stellantia serta Bootes
Inque decus Mariae iam sidera parturit aether.
I digno nectenda viro tantique per orbem
Consors imperii! iam te venerabitur Hister;
Nomen adorabunt populi; iam Rhenus et Albis
Serviet: in medios ibis regina Sygambros.
Quid numerem gentes Atlanteosque recessus
Oceani? toto pariter donabere mundo'.
Dixit et ornatus, dederant quos nuper ovantes
Nereides, collo membrisque micantibus aptat.

260 sq. *carm. de providentia divina 419:* Ite ipsi in vestrae penetralia mentis. 270 *Cor. Iust. II 73 sq.* 275 *Ennodii 43, 20 (Vogel):* parturit aether. 277 *Cor. Iust. I 272:* imperii . . consors.

255 *Statii silv. I 2, 41:* Hanc propter libuit *cqs.* 258 *Ovidi met. VI 493:* ignes Ipse suos nutrit. 270 *cf. Homeri illud:* ῥοδοδάκτυλος Ἠώς. 279 *Statii Theb. II 362:* ibis regina per urbes.

255 tantos libuit *H, sed ord. corr.* explere] *ex corr. H (fuisse videtur* explesse) 256 transnare *V*, transmare *P*[1], tranasse *EHP*[2]*A*, transnasse *B*, tranare ϛ mares *P*, *corr. P*[2] 257 Primatos *P*, *corr. P*[2] patiare *A*, paciare *H* neu] ne *BH* 258 nutriret] differret *H* *post* honorius *erasum* an *in V* ignes *A*, i *sic add. E*, ignis *H*[1], ignes *H*[2] 259 Auspice Fortuna *Burmannus* resūme *B* 260 Quid uel quod *P* 261 Vnde] Uncte *P*, *corr. P*[2] parens] *om. B* 264 proprior ł propior *H*[1]*q* qui *E*, quis *P*, quis *q ; cf. Eutr. II 22 et 361* auli *H*, *sed corr. m. 1* 265 erit] erat ϛ *pauci; cf. Martial. XIV 191* non] *om. H*[1], *restit. H*[2] 266 crinis *A* nec lumina *H* *Versui 267 crucem praefixit E* iuncti] *HA*, uincti *A*, *inde* iuncti *eff. E, supra aliquid erasum;* iuncto *VPB*, ł (iunc)ti *add. P*[1], iusto *Isengr. mg.* leuiter *H*[2], pariter *H*[1] 268 pudorem *V*[1], ruborem *V*[3], *item H glossator* 269 nimio] *ex corr. P*[1] *(fuit* ñmtuo) color *E* 270 humeros *ω* 271 si *V*[1], sic *V*[3] bachus *ex* baccecis *corr. P*, bachus *VB*, bacus *H* 272 signare *Em V*[1]*PB*, l. i *add. V*[3] *colens* signire *(?)*, ditare *H t*, insignire *Heinsius* 273 Cur *V*[1], ł cum *V*[3] 274 Iam] *ex* Is *corr. P*[1] molitur *Eω (ex* molior *corr. P*[1]) stilantia *H*[1], *corr. H*[2] bootes *EVP*, boetes *q* 276 I] *Eϛ*, O *ω* 277 te] *om. B* hyster *H* 278 Numen *Jeepius* populi] Galli *Burmannus ;* Picti *vel etiam* Scoti *temptabam* rhinus *B*, rhenus *A*, renus *P* Albis] alpis *B* 279 sycambros *VHA*, sicambros *B*, *idem ex* sigambros *corr. P*[1] 280 gentis *A* attalantheosq; *B*[1], athlanteosque (eos *ex corr. H*[1]) *q*, Atlanteique *Heinsius* 281 toto] tōnto *et in mg.* toto *P*[1] donabere *VP*, *sed* n *ex corr. P*, *fuerat* t, dotabere *ABA*, ditabere *H*[1], ł donabere ł dominabere *H*[2]

Ipsa caput distinguit acu, substringit amictus:
Flammea virgineis accommodat ipsa capillis.
Ante fores iam pompa sonat. pilentaque sacra
Praeradiant ductura nurum. Calet obvius ire
Iam princeps tardumque cupit discedere solem:
Nobilis haut aliter sonipes, quem primus amoris
Sollicitavit odor, tumidus quatiensque decoras
Curvata cervice iubas Pharsalia rura
Pervolat et notos hinnitu flagitat amnes
Naribus accensis; mulcet fecunda magistros
Spes gregis et pulchro gaudent armenta marito.
    Candidus interea positis exercitus armis
Exultat socerum circa; nec signifer ullus
Nec miles pluviae flores dispergere ritu
Cessat purpureoque ducem perfundere nimbo.
Haec quoque velati lauro myrtoque canebant:
    'Dive parens, seu te complectitur axis Olympi,
Seu premis Elysias animarum praemia valles,
En promissa tibi Stilicho iam vota peregit.
Iam gratae rediere vices. Cunabula pensat;
Acceptum reddit thalamum natoque reponit
Quod dederat genitor. Numquam te, sancte, pigebit
Iudicii nec te pietas suprema fefellit.
Dignus cui leges, dignus cui pignora tanti
Principis et rerum commendarentur habenae.
Dicere possemus quae proelia gesta sub Haemo
Quaeque cruentarint fumantem Strymona pugnae,
Quam notus clipeo, quanta vi fulminet hostem,

---

286 *Cor. Iust. III 6:* Ante fores iam pompa.

---

289 sqq. *cf. Homeri Z 506 sqq., Verg. Aen. XI 493 sqq.* 311 *Verg. Aen. XI 284:* quantus in clipeum .. quo turbine torqueat hastam.

---

284 distinguit] constringit *EmH* amictū *V* 285 Flamea *A* accomodet *E* 286 sacra] sacram *PA* 287 Praeradiant *add. m. rec. in V* murum *B* ouius *H* 288 Iam *V, sed* I *a m. rec.* cupit P^2, capit P^1 289 aut P^1, haut P^2 primus] m *ex* rn *corr.* H^1, priscus *VP* 290 tumidus *in spat. vacuo restit.* V^2 291 Curuata] Cur(t b)uata *A*, t *et* b *sic add. E volens* turbata, curuatas *B* farsalia *VP* 292 notos] totos ς *pauci* hinnitu] *ex* rinitu *corr. P (m. 1?)* flagitat V^1, commouet V^3 amnes *EmVHA*, annes *P*, ignes *B*, ignotosque ... amnes *Heinsius*, et nodos hinnitu flagitat amens *ego; cf. illos nodos Veneris apud Ovid. her. 4, 136. Lucret. 4, 1142 et indicem s. v.* 293 accens(i)us *A*, i *sic add. E, ras. post* accensis *H*, accensus H^2A mulcet V^2, mulget V^1, magistros] o *ex* a *corr. H* 296 circa *Emω* signifere *B* ullus] us *in ras. H* 297 flores H^1, rores H^2 298 diem V^1, ducem V^3 pfundere *B* nimbo] n *ex corr.* P^1 299 Hoc *H* mirthoqꝫ *B* 300 olimpi *VPHB* 301 premis *VP*, uel colis *add.* P^1, colis *q* elisias *VPB* premia (mia *in ras.*) *B* uall(i)es *A*, i *sic add. E*, uallis *A*, ualles *(sic) P* 303 Iam] En *VPH* radiere *H* cunabula] ε*H*, connubia *A*, conubia *VPBE* al'z. cunabula *add. Em*, l cunabula pensat P^1 pensant *Aε* 304 reddit P^2A^2, redit A^1, reddat P^1 reponit V^1, rependit V^3B 305 dederat genitor] genitor dederat *A*, dederas ς 306 supprema *H*, extrema *B* 307 cui V^3HA, quem *Em* V^1P q̧ (= quod) *B* legeres EV^1B, leges *APAH* V^3 *sed* le *ex* li *corr.* H^1 cui *alterum] Eω* 308 rerum] tantę *V*, tante *P* 309 Discere *P* possemus] nunc possem *EεA; sed enim non unus loquitur, sed hominum turba* gesta] iusta *B* hemo *VBH*, emo *P* 310 Queqꝫ *P* cruentarent *AA, E del.* nt *et add.* int strimona *PBH*, strymona *εq* 311 notus] *vix sufficit; placeret* fortis hostem] hastam *m. rec. in H*

Ni prohiberet Hymen. Quae tempestiva relatu,
Nunc canimus. Quis consilio, quis iuris et aequi
Nosse modum melior? Quod semper dissilit, in te
Convenit, ingenio robur, prudentia forti.
Fronte quis aequali, quam sic Romana decerent
Culmina? sufficerent tantis quae pectora curis?
Stes licet in populo, clamat quicumque videbit:
Hic est, hic Stilicho! Sic se testatur et offert
Celsa potestatis species, non voce feroci,
Non alto simulata gradu, non improba gestu.
Affectant alii quidquid fingique laborant,
Hoc donat natura tibi. Pudor emicat una
Formosusque rigor vultusque auctura verendos
Canities festina venit. Cum sorte remota
Contingat senio gravitas viresque iuventae,
Vtraque te cingit propriis insignibus aetas.
Ornatur Fortuna viro. Non ulla nocendi
Tela nec infecti iugulis civilibus enses.
Non odium terrore moves nec frena resolvit
Gratia; diligimus pariter pariterque timemus.
Ipse metus te noster amat, iustissime legum
Arbiter, egregiae pacis fidissime custos,
Optime ductorum, fortunatissime patrum.
Plus iam, plus domino cuncti debere fatemur,
Quod gener est, invicte, tuus. Vincire corona:

317 *Aratoris a. apost. II 1218:* culmina Romae.

325 *Plinii panegyr. 4 fin.: laudantur in Traiano* proceritas corporis, aetatis indeflexa maturitas, festinatis senectutis insignibus . . ornata caesaries. 326 *Pacati pan. Theod. 7 fin.:* virtute iuvenum et maturitate seniorum.

312 Ni| Ne *P*, *sed corr.* himen *PB*, hiemé *H* quae| cui *Heinsius* 314 dissilit *EP²H¹A* (*cf. Horati epist. I 18, 41*); dissidet *VP¹BH²* 315 ingenuo *Marklandus ad Statii silv. II 6, 18* 316 aequali *V¹*, aequalis *V³* quam| quam *add. cruce Em*, quem *Aω*, *expectatur tamen* et quam *vel* aut quam decernent *H*, decorent *V* 317 Culmina| *sic ω* tantis quae *AH.A*, quae tantis *q* pectora| culmina *H* 318 Stes| *ex* Stet *H¹*, Stet *A*, Sis *ς* clamet *VH* 319 hic est hic *VPB*, hic *alterum in ras. B*, Hic ille est *AHA* sic se| *B*, sese *PV¹*, l sic *add. V³* (*hoc est* sic se), sic te *q* 322 quidquid *E*, quicquid *ω* fingique| fungiq; *A* 323 Hoc| Haec *A*, h (— hic) *B*, Hoc *εq* 324 Formósus *A*, *hamulum add. et rursus del. E* uultusque| que *om. H* autura *H*, actura *B* auctura uerendos † auctore uerendo *P* (*add. m. 2?*) 325 Canities *Eω* cum sorte *VPAEm add. cruce quae etiam in mg. repetita*, consorte *HB Claverius M*, cu sorte *Isengr. mg.* remoto *H*; Cum sorte remotae contingant *Heinsius*; „sorte remota *i. e. remota sorte aliqua extra ordinem a fato concessa*" *Mommsenus* 326 Contingat *V¹*, Contingant *Isengr. mg.*, Contingunt *EV³q* (Cont̄g̅ *P*) senio grauitas *VP¹*, grauitas senii *A*, o *sic add. E, crux in mg. repetita*, grauitas senio *A*, grauitasque seni *P² item Isengr. mg.*, grauitasq; senio *B*, grauitas senii *εH* (*ex* senum *corr. H¹*), † seni *add. H¹* iuuente *H²*, iuuenti *H¹*. *Lectionem in H sic interpretari possis: gravitatem et vires inter se consortes esse praesumitur; nam unius summae virtutis partes sunt; iam inter alios quidem homines alter tantum horum consortium cuilibet contingat altero consorte remoto, nempe gravitas seniori, vires iuniori: Stilichonem contra aetas utraque sue propria virtute exornat.* 327 insignibus *H* 328 Ornatur| *ex* Miratur *corr. P* nocenti *Heinsius* 329 infecti| infensi *H¹*, infesti *H³*, infectos *Jeepius* 332 te| *om. B* 333 aegregie *H* fidissime *Eω*, custos fidissime pacis *ς* 334 doctorum *V¹*, *rest.* ductorum *V² vel V³* patrm *H* (u *add. H²*; *ras. supra* m) 335 Plus tibi quam *H*, Plus tibi iam *Isengr. mg.* funeti *P*, cuncti *H* fatemus *H* 336 uincire *H²*, iuncete *H¹*, uincere *A*, i *sic add. E, crucem in mg. repetiit* coronam *H*, corona *Eq*

Insere te nostris contempto iure choreis!
Sic puer Eucherius superet virtute parentem;
Aurea sic videat similes Thermantia taedas;
Sic uterus crescat Mariae; sic natus in ostro
Parvus Honoriades genibus considat avitis*.

340 *Ad hoc exemplum Licentius ad Augustinum carminis clausulam conformavit:* sic nobis . . patescat, sic *eqs.*

338 uirtute] ir *ex corr. P* parentem *Eω* 339 similes *A*, i *sic add. E*, similis *HA* thermancia *P*, stermanthia *B*, termantia *ex* tremtintia *corr. H*[1] 340 uterus] proles *H* 341 considet *A* Epitalam̄ Honorii aug̅ explicit Incipit de bello gild̄ liber ·I· *Γ*

PANEGYRICVS
DE TERTIO CONSVLATV HONORII AVGVSTI.

PRAEFATIO.

Editus a. 396 init.

(VI.)

Parvos non aquilis fas est educere fetus
  Ante fidem solis iudiciumque poli.
Nam pater, excusso saluit cum germine proles
  Ovaque maternus rupit hiulca tepor,
Protinus implumes convertit ad aethera nidos
  Et recto flammas imperat ore pati.
Consulit ardentes radios et luce magistra
  Natorum vires ingeniumque probat.
Degenerem refugo torsit qui lumine visum,
  Vnguibus hunc saevis ira paterna ferit.
Exploratores oculis qui pertulit ignes
  Sustinuitque acie nobiliore diem,
Nutritur volucrumque potens et fulminis heres,
  Gesturus summo tela trisulca Iovi.
Me quoque Pieriis temptatum saepius antris

1 sqq. *cf. Ennodii c. 150:* Ut valeant aquilae formatos prodere foetus *eqs.* 4 *Ennod. l. l.:* frangit tepor insitus ovum. 8 *Arator act. apostol. II 533:* oculos radiis ardentibus ingerit.

1 sqq. *cf. Aristotelis hist. an. 9, 34; Aeliani h. an. II 26; Silii Ital. X 108 sqq.; Ambrosii hexaem. V 18.* 1 *Verg. Aen. VIII 413:* parvos educere natos. 4 sq. *Lucani IX 902:* calido cum protulit ovo Implumes natos; solis convertit in ortus, qui potuere pati radios. 5 *Ariani fab. 21, 5:* inplumes . . . nidos. 6 *in Horati carm. I 3, 18* rectis oculis *coniecit Bentleius, quem adeas.* 8 *Ambros.:* is probatur. 9 *Ambrosius:* quasi degener *et* oculorum aciem.

Hoc carmen deest in VC Panegyricus de tertio consulatu eiusdem Pref *Em; inser. om. ω;* panagiricus honorii de tertio consulatu *M index (J. Koch p. 46)*

1 aruos *P* non est fas aquilis educere *H* 3 saluit] *Em*, saliit (a *ex* e *corr.* H^1) *ω (cf. arch. lexicogr. IV p. 593)* tegmine *ε*, germine *Aω*, fragmine *vel* segmine *Heinsius; sed germen ita excutitur velut matris onus excutitur apud Ovidium heroid. XI 44; contra tegmen excuti dici nequit, unde* e scisso saluit cum tegmine proles *J. Koch* proles P^1, prolis P^2 4 maternis H^1, *sed corr.* yulca, e *ex* t (?) *corr.* H^1 5 inplumes *HPB*, in plumis *A* ad thera *(sic) P* *de* nidos *cf. Schraderus observ. I c. 7 p. 70* 6 receto P^1 flamas *PA* 7 et] ce *P, corr.* P^3 magra P^1, magistra P^3 8 Natorum] Naturam *ς* 9 Degenerem — uisum *E*, Degenerem *B, idem* uisus *(?)*, Degeneres — uisus *PHA* 10 ferrit *H* 11 ignes *H, corr. m. 2* 12 acie] *in mg. add.* H^1 13 que] *om. B* et] ce *P, corr.* P^3 fulueris P^1 *corr.* P^3 *Versum 13 om.* H^1, *restituit* H^2 15 pyeriis *H* temptatus *H*, temptatum P^1 *(potest fuisse* temptat') antris] tr *in ras. P*

Audet magna suo mittere Roma deo.
Iam dominas aures, iam regia tecta meremur
Et chelys Augusto iudice nostra sonat.

PANEGYRICVS.

(VII.)

Tertia Romulei sumant exordia fasces
Terque tuas ducat bellatrix pompa curules:
Festior annus eat cinctusque imitata Gabinos
Dives Hydaspeis augescat purpura gemmis:
Succedant armis trabeae, tentoria lictor
Ambiat et Latiae redeant ad signa secures,
Tuque o qui patrium curis aequalibus orbem
Eoo cum fratre regis, procede secundis
Alitibus Phoebique novos ordire meatus,
Spes votumque poli, quem primo a limine vitae
Nutrix aula fovet, strictis quem fulgida telis
Inter laurigeros aluerunt castra triumphos.
Ardua privatos nescit Fortuna Penates
Et regnum cum luce dedit. Cognata potestas
Excepit Tyrio venerabile pignus in ostro
Lustravitque tuos aquilis victricibus ortus
Miles et in mediis cunabula praebuit hastis.
Te nascente ferox toto Germania Rheno
Intremuit movitque suas formidine silvas
Caucasus et positis numen confessa pharetris

3 *Corippi Iust. IV 127:* augens habitus ritusque *(?)* Gabinos Cuius Hydaspeis r. purpura gemmis. 15 *Alcuini carm. I 736:* Tyrio nutritus in ostro.

1 *Verg. Aen. IV 284:* exordia sumat. 2 *Statius de bello germanico (schol. Iuvenal. IV 94):* signat utrumque purpura, ter memores implerunt nomine fastos. 3 *cf. Lucani I 596. Iuvenal. 10, 299.* 4 *Senecae Med. 725:* gemmifer *Hydaspes.* 7 *cf. Statii Theb. I 24.* 10 *Lucani II 106:* nec primo in limine vitae *(cf. Senec. Herc. fur. 1140); Statii Theb. V 260:* in limine vitae. 12 *Avieni descr. 1382:* Ducit laurigeros . . . triumphos. 14 sqq. *cf. Themistii or. XI (paneg. Valentiniani).* 15 *Herodiani I 5, 14:* ἅμα τῷ τῆς γαστρὸς προελθεῖν ἡ βασίλειος ὑπεδέξατο πορφυρίς. 20 *Verg. Aen. II 591:* confessa deam.

17 aures] arces *Isengr. mg.* 18 chelis *ABH; om. P, add. P*³

Claudii Claudiani Pangyric *(sic)* de tertio consolatu Honorii Aug. *A; inscr. om. ω*

1 sumant] *om. P*¹, *P*² sumt *in mg.*, ducunt *P*³, sūmant *B* 2 Teque tua *HP*¹, Terq3 tuas *P*³*BA A*, suas *cod. Cuiacii, ς unus fere;* datas *conieci dubitanter offendens in* tuas; *nam demum v. 7 Honorium adloquitur poeta; nisi v. 1—9 quasi pro una periodo accipias anaphorica* di͏ͧcat *P*¹ pompa] roma *A* curili *H*¹, curuli *H*² 3 cintus *B*, cinctus *εq* gabinos *H*¹, sabinos *H*² 4 ydaspeis *HP*, Hydaspeis *εq* augescat *H*¹, lucescat *H*², lucescat *vel* fulgescat *Heinsius* 5 armis] axitus *P*¹, *unde* aritus *P*³, artus *in mg. P*² temptoria *BH* 8 eoõ *P* secundis *H* 9 phoebiq3 *E*, febiq3 *P*, phebiq3 *HBA* orire *P*¹, *corr. P*², ordire, re *ex* ne *H*, ordine *A* 10 Spes *H*¹, spem *H*² que primo *H*¹, primeno *H*², quem primae *Heinsius* 11 strictis] tristis *H* 12 larigeros *B* 14 Et] Hęc *A* regnum *Emω*, regimen *ς* redit *B* 15 tirio *PB* 16 artus *Schraderus* 17 uenabula *PH*¹*q*, ł cuna *H*², cunabula *P*² *in mg.* escis *PH*, l hastis *H*² praedita castris *Heinsius* 18 rethno *B* 19 Intremuit *H*¹, intonuit *H*² 20 numen *Emω* faretris *E*, faxetris *P*

Ignavas Meroë traxit de crine sagittas.
Reptasti per scuta puer, regumque recentes
Exuviae tibi ludus erant, primusque solebas
Aspera complecti torvum post proelia patrem,
Signa triumphato quotiens flexisset ab Histro
Arctoa de strage calens, et poscere partem
De spoliis, Scythicos arcus aut rapta Gelonis
Cingula vel iaculum Daci vel frena Suebi.
Ille coruscanti clipeo te saepe volentem
Sustulit arridens et pectore pressit anhelo
Intrepidum ferri galeae nec triste timentem
Fulgur et ad summas tendentem brachia cristas.
Tum sic laetus ait: 'Rex o stellantis Olympi,
Talis perdomito redeat mihi filius hoste,
Hyrcanas populatus opes aut caede superbus
Assyria, sic ense rubens, sic flamine crebro
Turbidus et grato respersus pulvere belli,
Armaque gaviso referat captiva parenti'.
Mox ubi firmasti recto vestigia gressu,
Non tibi desidias molles nec marcida luxu
Otia nec somnos genitor permisit inertes,
Sed nova per duros instruxit membra labores
Et cruda teneras exercuit indole vires:
Frigora saeva pati, gravibus non cedere nimbis,
Aestivum tolerare iubar, tranare sonoras
Torrentum furias, ascensu vincere montes,
Planitiem cursu, valles et concava saltu,
Nec non in clipeo vigiles producere noctes.

---

22 *Sidon. II 135:* Reptabat super arma patris. 23 *Sidon. II 138:* Ludus erat puero raptas ex hoste sagittas *eqs.* 40 *Sidon. VII 317:* nunquam tamen otia, nunquam Desidia imbellis.

---

22 *Stat. Theb. IX 620:* Inque meos reptavit ... arcus; Tela puer lacrimis ... poposcit. — *Verg. Aen. IX 612:* semperque recentes ... praedas. 23 *Statii Achill. II 441:* Ludus erat, *item Iuvencus II 52* (*Martialis VI 2, 1:* Lusus erat.) 30 *Verg. Aen. VI 18:* pectus anhelum. 33 *cf. Verg. Aen. VII 210.* 34 sqq. *cf. Homeri Il. VI 476 sqq.* 34 *Ovidi trist. II 1, 177:* sic redeat superato victor ab hoste. 37 *Stat. Theb. IX 711:* sudore et pulvere gratum. 39 sqq. *Verg. Aen. III 659:* vestigia firmat. *cf. Stat. Achill. II 392 (= 106) sq.* 41 sqq. *cf. Silii Ital. I 245 sqq.* 48 *Lucani X 173:* producere noctem.

---

21 sagitas *P* 22 per] qꝫ *A* scuta] *Em AH*^{2}, signa *PBH*^{1} regumqꝫ *PH*^{1}, *id quod pro regnorum accipit scholiasta in P*, ł regum *H*^{2} iacentes *H*^{1}, ł recentes *H*^{3} 23 (Exuuię *Em*) 25 istro *B*, histro *A I*, ystro *P*, hystro *H* 26 Aretoa *EH*, Artoa *P*, Arthoa *B* patrem *BH* 27 scythicos *AA*, scithicos *H*, sithicos *P*, sciticosue *B (contra de B test. Heinsius)*, sciticosque ς gëlonis *P* 28 dachi *B* frena *ex* fraena *corr. P*^{1} sueui ω 29 choruscanti *H* uolentèntę *H*^{1} 30 anhelo *A* (l *sic add. E*), hanelo *BH* 31 Intrepitu *P* timentès *H*^{1} 33 Tum *E*, Tunc ω olimpi *BH*^{1}*P* (olimpy *H*^{2}) 34 per domito *H*, per *ex corr.; fuerat* pro 35 Hyrchanas *B*, Hircanas *P* superb' *P* 36 Assiria *PB* flāmine *A* crebo *B* 37 repersus *A* 40 mollis *A* luxu *P* 41 (Otia *E*) sompnos *P* inertis *A*, inhertes *B* 42 Sed *P*^{1}, Nec *P*^{2} 44 nimbis *P*^{2}, mbris *P*^{1} 45 tollerare *B* transnare *PBA*, ns *del. E* 46 ascensu *PBH*, ascensū *E*, ascensú (= um) ε, ascense *A* montes *A* (i *add. E*), montis ε*A* 47 Planitiē *P* (*virgulam P*^{2}) ualles] le *ex corr. H*^{1}, uallis *A* 48 producere ε*PH*, perducere *AAB* *vetus Cuiacii*

In galea potare nives, nunc spicula cornu
Tendere, nunc glandes Baleari spargere funda.
Quoque magis nimium pugnae inflammaret amorem,
Facta tui numerabat avi, quem litus adustae
Horrescit Libyae ratibusque impervia Thyle:
Ille leves Mauros nec falso nomine Pictos
Edomuit Scottumque vago mucrone secutus
Fregit Hyperboreas remis audacibus undas
Et geminis fulgens utroque sub axe tropaeis
Tethyos alternae refluas calcavit harenas.
Hos tibi virtutum stimulos, haec semina laudum,
Haec exempla dabat. Non ocius hausit Achilles
Semiferi praecepta senis, seu cuspidis artes
Sive lyrae cantus medicas seu disceret herbas.
    Interea turbata fides. Civilia rursus
Bella tonant dubiumque quatit discordia mundum.
Pro crimen superum, longi pro dedecus aevi:
Barbarus Hesperias exul possederat urbes
Sceptraque deiecto dederat Romana clienti.
Iam princeps molitur iter gentesque remotas
Colligit Aurorae, tumidus quascumque pererrat
Euphrates, quas lustrat Halys, quas ditat Orontes:
Turiferos Arabes saltus, vada Caspia Medi,
Armenii Phasin, Parthi liquere Niphatem.
    Quae tibi tum Martis rabies quantusque sequendi
Ardor erat? quanto flagrabant pectora voto
Optatas audire tubas campique cruenta
Tempestate frui truncisque inmergere plantas?

49 *Sidon. c. II 443:* potetur casside. 59 *cf. Sidonii IX 130 sq.* 64 *Corippi Ioh. III 377* discordia mundo. 73 *Cor. VI 146:* rabiem . . Martis.

49 *Eleg. in Maecenatem 58:* potasti galea — *Verg. Aen. VII 686:* pars maxima glandes . . . spargit, pars spicula. 51 *Iuvencus I 690:* falso qui nomine. 59 *Stat. Achill. II 374 (= 88):* laudum tibi semina pandere . . . Virtutisque aditus. 60 *De Achille sumpta ex Stat. Achill. II 438 (= 152) sqq.* 64 *Sil. Ital. XII 300:* bellum tonat. 65 *Lucan. VIII 597:* Pro superum pudor. 68 *Verg. Aen. VI 477:* molitur iter. 73 *Stat. silv. I 2, 209:* Quis tibi tunc . . . . . dies? quanto salierunt pectora voto? *Ceterum* belli rabies *Verg. Aen. VIII 327.*

49 galeas *BH* portare *P* (r *expunxit m. 1;* re *om. m. 1, add. m. 2*), portare *AΔBH*, portare *Cuiacii codex*, potare *idem in mg., ceterum cf. Burmannus ad Propertium p. 605* niuis *A* curnu / (*fuit* s) *P* 50 glandes *A* (i *E*), glandis *A* spargere *Eω* 51 Quodque *P*, Quoque *Eq* inflamaret *PHΔ* magis iuuenem p. infl. amore *Burmannus* 52 nuabit *A*, numerabat *Eq* (litus *E*) 53 Horres,it *P* (c *m. 2*) libie *BP*, lybie *H* inperuia *B* tyle *P*, thile *EHΔ*, tile *B* 54 leuis *ΔA* mauros *Eω* 55 scotumq; *A* (t *add. E*), scotumq; *ω* uago *H*[1], ł uagum *H*[2], *item* uagum *Isengr. mg.* 56 Hyperboreas *εq*, yperboreas *P* 57 auxae *P* 58 Thetios *P*, Tethyas *A*, thethios *B*, Thet,ios *H* refugas *B* 59 uirtutum] uirtutis *Em* laudum] um *in ras. B*[1] 60 achillas *H* 61 cupidis *H* 62 cantus] *ex* cantum *corr. H*[1] 63 fides] quies *Schraderus* 63 *Ad v. 63 scholium satis amplum de Eugenio tyranno ex „codice vetusto" add. Em* 64 tument ς *unus fere* 65 Proh *PHB*, Pro *A*, Pro superum crimen *A* superbum *P* longi pro *EA*, longi proh *PHB* 66 Barbaus *P*[1], *corr. P*[2] urbes *A* (i *add. E*) deiecto] despecto *Mommsenus; cf. tamen VI cons. 230 et Rapt. III 297* 68 molitur *Eω* (molibat *B*[1], molitur *corr. B*[2]) gentisq; *A* 70 Euphrates*EA*, Eufrates *PBH* halis *A*, alis *APBH*, alys ε ditet *H* 71 arabes *EP*[1]*q*, arabum *P*[2] *Versum 71 in ras. H*[1] 72 phasin *PBH*, phasim *ΔA* pharti *P* loquere *P*[1], *corr. P*[2] nyphatem *A*, niphatem *P*, nimphatem *A*, niphatē *BH* 73 tunc *B* 75 Obtatas *B* 76 inmergere *PH*, imergere *A*, inungere *B*, intingere *Heinsius*, impingere *Paul*, inspergere *sive* aspergere *temptavi; sed cf. Silii Ital. XI, 247*

Vt leo, quem fulvae matris spelunca tegebat
Vberibus solitum pasci, cum crescere sensit
Vngue pedes et terga iubis et dentibus ora,
Iam negat imbelles epulas et rupe relicta
Gaetulo comes ire patri stabulisque minari
Aestuat et celsi tabo sordere iuvenci.
Ille vetat rerumque tibi commendat habenas
Et sacro meritos ornat diademate crines.
Tantaque se rudibus pietas ostendit in annis,
Sic aetas animo cessit, quererentur ut omnes
Imperium tibi sero datum.
Victoria velox
Auspiciis effecta tuis. Pugnastis uterque:
Tu fatis genitorque manu. Te propter et Alpes
Invadi faciles cauto nec profuit hosti
Munitis haesisse locis: spes irrita valli
Concidit et scopulis patuerunt claustra revulsis.
Te propter gelidis Aquilo de monte procellis
Obruit adversas acies revolutaque tela
Vertit in auctores et turbine reppulit hastas.
O nimium dilecte deo, cui fundit ab antris
Aeolus armatas hiemes, cui militat aether

78 *Corippi Ioh. III 197.* 82 *Alc. Aviti carm. V 153:* aestuat ire. 84 *Sidon. c. VII 13:* emerita trabeis diademata crescunt. *Corippi Iust. I 38:* sanctoque . . . diademate. 89 *Sidonii c. V 386:* certatum est iure magistri, Augusti fato. 96 sqq. *Augustinus civ. dei V 26:* Unde et poeta Claudianus quamvis a Christi nomine alienus in eius tamen laudibus dixit: O nimium dilecte deo, cui militat aether Et coniurati veniunt ad classica venti. *Orosius hist. VII 35:* poeta quidem eximius, sed paganus pervicacissimus huiusmodi versibus et deo et homini testimonium tulit quibus ait: O nimium dilecte deo, tibi militat aether. Et coniurati . . . venti. *cf. Paulini Petric. V 576. Ex Orosio sumpsit Paul. Diaconus hist. misc. XIII 303, 24 sq.; ceterum Sedulius Scotus de rectoribus christianis c. 15, Otto Frisingensis chron. IV 18, Engelbertus in speculo virtutum XII 6 eosdem atque illi versus proferunt (cf. Barthii inter testimonia praemissa editioni Claud. II).* 97 *Corippi Ioh. I 289:* Te venti . . pavent, tibi militat aer . . . intonat aether. *Paulini Petric. V 557:* cui militat aer. *Alc. Aviti c. V 312:* cui . . . militat omne malum *eqs. Venantii Fortun. vitae Martini I 311:* tibi militat aether. *Sedulii c. pasch. I 363:* tibi militet annus. (*Gunterus VIII:* pro Caesare dimicat aer.)

77 *Stat. Theb. IX 739:* Ut leo, cui parvo mater Gaetula . . . Suggerit ipsa cibos, cum primum crescere sensit Colla iubis *eqs. Horati c. IV 4, 14:* fulvae matris ab ubere. 81 *Verg. Aen. II 704:* tibi comes ire recuso *(Trumpius p. 46).* 82 *Statii Theb. XI 582, XII 701:* sordida tabo; *Senecae Herc. fur. 785:* sordidum tabo caput. *Valerii Flacci III 150:* taboque labantia (natantia *Heinsius*) terga. 83 *Verg. Aen. VII 600:* rerumque reliquit habenas, *cf. Silii Ital. I 144.* 84 *Nemesiani cyn. 93:* cohibe diademate crines. 97 *cf. Taciti hist. III 53:* imperatori suo militare; *ceterum cf. Florus II 6:* rerum natura consensit . . . Hannibal . . . vento pulvere sole pugnabat.

78 Uerberibus P^1, *corr.* P^2 tum P^1, † cum P^2 79 terga] colla *Barthius* 80 inbelles *B* 81 Getulo *PB* mirari *A* 82 cae¦si *A* (¦ *sic add. E*), celsi ε, cesi *PHB*, cęsi *A* tabo sordere ε, terga absoluere *A*, terga absorbere *Aq*, *nisi quod* obsorbere H^2: *cf. bell. Gild. 360 et Statii, Senecae exempla supra allata.* 83 tibi] ı *P* (ı *ex corr.*) 85 pietas rudibus *B*, rudibus pietas *Eq* ostentat *B*, ostendit *Eq* 87 Imperim *A* sero *Aω*, serŏ ε 88 efecta *B* pugnanti^s *P* (s *m.* 2) 89 Tu fastis *Acepius; sed cf. Sidonius* 90 nec] non *H* 91 esisse *P* 93 aquilŏ *H*, aquilon *A* 94 acie^s *H*, s *m.* 2 95 actores *PH* repulit *PBH* hastis P^1 96 cui *Emω* ab austris *P*, in antris *A* *Verba* cui fundit ab antris Aeolus armatas hiemes *omm. Augustinus et Orosius propterea nimirum quia Aeolus gentilem redolens ad Christiani sermonem non aptus videbatur.* 97 Eolus *PBH* armatas *Eω* cui *Eω Augustinus (et Otto Frising.)*, tibi *Orosius Paul. Diac. Sedul. Scotus, item* ς *perpauci ut videtur (item* tibi *in obelisci inscriptionis C. I. L. III 737 exemplis Cyriacanis deterioribus, ubi nostri vv. 96–98 adnexi sunt et falso a librariis additi, neque vero in lapide fuerunt, cf. Mommsenus l. l. p. 138)*

Et coniurati veniunt ad classica venti.
Alpinae rubuere nives, et Frigidus amnis
Mutatis fumavit aquis turbaque cadentum
Staret, ni rapidus iuvisset flumina sanguis.
At ferus inventor scelerum traiecerat altum
Non uno mucrone latus, duplexque tepebat
Ensis, et ultrices in se converterat iras
Tandem iusta manus. Iam libertate reducta,
Quamvis emeritum peteret natura reverti
Numen et auratas astrorum panderet arces
Nutaretque oneri venturo conscius Atlas,
Distulit Augustus cupido se credere caelo,
Dum tibi pacatum praesenti traderet orbem.
Nec mora; Bistoniis alacer consurgis ab oris,
Inter barbaricas ausus transire cohortes
Impavido vultu; linquis Rhodopeia saxa
Orpheis animata modis; iuga deseris Oetes
Herculeo damnata rogo; post Pelion intras
Nereis illustre toris; te pulcher Enipeus
Celsaque Dodone stupuit rursusque locutae
In te Chaoniae moverunt carmina quercus.
Illyrici legitur plaga litoris; arva teruntur
Dalmatiae; Phrygii numerantur stagna Timavi.
Gaudent Italiae sublimibus oppida muris
Adventu sacrata tuo, summissus adorat
Eridanus blandosque iubet mitescere fluctus
Et Phaetonteas solitae deflere ruinas
Roscida frondosae revocant electra sorores.

98 *cf. Alcimi Aviti c. IV 453:* coniurant elementa neci *eqs.* 104 sqq. *cf. Corippi Ioh. III 205 sqq.* 122 *Sidon. c. II 388:* submissus adorat.

101 *Lucan. II 214:* Ad molem stetit unda sequens, dum sanguinis alti Vis . . . haerentes adiuvit aquas. 102 *Verg. Aen. II 164:* inventor scelerum. 109 *Verg. Aen. VI 15:* se credere caelo. 118 *cf. Valer. Flacc. I 303.* — carmina movere *Ovid. met. X 148. XIV 20.* 119 *Verg. ecl. 8, 6:* saxa Timavi sive oram Illyrici legis aequoris. 120 *Martialis VIII 28:* numeravit lana Timavum.

99 rubere H^1, *corr.* H^2 frgidus H^1, *corr.* H^2 amnis BP^1, *corr.* P^2 101 ni P^2, in P^1 rapidas (u *supra*) *P*, *corr.* P^2 iuuisset] *sic ω; cf. Lucani locum c.* 102 Aut *P*, *sed corr.* scelerum *Eω* transiecerat *B* altum] *fortasse* alte 104 Ensis *P*, *sed* nsis P^2 ultri(i)ces *A* (i *add. E*), utrices H^1, *corr.* H^2 conuertera *A* in se] *laxius dictum; an pungendum post* iras *ut* Tandem iusta manus! *quasi exclamatio separetur?* 105 iustra B^1 iam] cum *P* 108 Nutariqȝ *P*, *corr.* P^2 oneri(s) *A* (s *sic add. E*), coram H^1, ł oneri H^2, honeri *A*, *item fuit in B*, *sed* h *erasum* uenturo (i *supra*) *A* (i *sic add. E*), uenturo *ω* cōcius *P* athlas *PAB*, *item H*, *sed* l *inseruit* H^2 109 cupio *H* se reddere *AHB*, *quod commendat Buechelerus comparans Lucani VII 266; cf. tamen Vergilium* 110 paccatum *BH* 111 bystoniis *H* consurgis *AHB*; ł tu fugit *add.* H^2, confug̅ *P*, confugis *A* horis *PH*; *item fuit in B*, *sed* h *erasum* H^1 *versum 113 ante 112 scripsit; post v. 112* H^2 *versum 113 iterum posuit in mg.* 112 chohortes *H* 113 Impauido *ε*, In pauido *APHB* rodopeia *PBH* 114 anima *A* oethes *B*, oete *H* 115 Hec tu leo *P* 116 illustrate *A* toris *ε*, choris *AP.ABH* enipheus *AB*, eniphe' *PH*, enypheus *A* 118 In te] Per te *Heinsius; mallem* De te; Venti *J. Koch* Chaoniae] *ε*, chaonie *P*, caonie *H* mouerunt carmina P^1, mouere cacumina P^2, mouerunt culmina *L. Mueller, Mus. Rhen. XVII 182* 119 Ilirici *B*, Illirici *HP* 120 Dalmacie *B* frygii *B*, stigii *PH*, gelidi *A* timani *A (?)*, tymaui *H* 121 ythalie *H* opida *PB* 122 summissus *EP*, subm. *ς* adoret *B* 123 Euridanus *H*, *sed* u *falsam* H^2 que] *om. B* blandoˢqȝ, s *m. 2 H* 124 phaetontaeas *A*, phetonteas *PBH*, phetonteas *A* 125 Rosida *AB*, Rocida (s *supra*) *H*, s *m. 2* sorrores *P*

Quanti tum iuvenes, quantae sprevere pudorem
Spectandi studio matres, puerisque severi
Certavere senes, cum tu genitoris amico
Exceptus gremio mediam veherere per urbem
Velaretque pios communis laurea currus!
Quis non Luciferum roseo cum Sole videri
Credidit aut iunctum Bromio radiare Tonantem?
Floret cristatis exercitus undique turmis,
Quisque sua te voce canens. Praestringit aena
Lux oculos, nudique seges Mavortia ferri
Ingeminat splendore diem. Pars nobilis arcu,
Pars longe iaculis, pars comminus horrida contis;
Hi volucres tollunt aquilas, hi picta draconum
Colla levant, multusque tumet per nubila serpens
Iratus stimulante Noto vivitque receptis
Flatibus et vario mentitur sibila tractu.
Vt ventum ad sedes, cunctos discedere tectis
Dux iubet et generum compellat talibus ultro:
'Bellipotens Stilicho, cuius mihi robur in armis,
Pace probata fides: quid enim per proelia gessi
Te sine? quem merui te non sudante triumphum?
Odrysium pariter Getico foedavimus Hebrum
Sanguine, Sarmaticas pariter prostravimus alas
Riphaeaque simul fessos porreximus artus
In glacie stantemque rota sulcavimus Histrum.
Ergo age, me quoniam caelestis regia poscit,
Tu curis succede meis, tu pignora solus
Nostra fove: geminos dextra tu protege fratres.
Per consanguineos thalamos noctemque beatam,

145 *Sidon. c. VII 232:* Nil sine te gessit.

127 *Verg. Aen. II 63:* visendi studio. 129 *cf. Verg. Aen. VIII 590. Stat. Silv. II 2, 134:* duas veherere per urbes. 131 *cf. Verg. Aen. VIII 589; ceterum XI 913* (roseus . . . Phoebus). 134 *Verg. Aen. II 470:* luce . . aena. 135 *Verg. Aen. III 45:* ferrea . . . seges. 150 *ex Ovidi ex Ponto II 10, 33 sq.* 151 *Iuvencus I 482:* regia caeli.

126 Quanti] Quantae *Koenigius* tunc *B*, tum *H*[1]*q*, nunc *H*[2] quantae] quanti *H*[1], quante *H*[2]. 127 puerisq; *HA*, puerisq; *Em et cruc. in mg.*, puerisq; *PB* 129 mediamque *H* ueherere *Eω* urbem *P* 132 iunctum *Emω* radiare *Eω* 133 Floret *Em, idem Isengr. mg.;* Fleret *P*[1], Flebat *P*[2], Feruet *BA*, Iret *H; cf. Verg. VII 804, Val. Flacci V 565* 134 canenens *H*, canit *Jeepius;* Diuersa *vel* Assidua te uoce canens *temptari; complures exercitus, et barbarorum, adesse fingi statuit Mommsenus; „varias exercitus partes" interpretatur Buechelerus* perstringit *B*, praestringit *H*[1], prae *in* pro *mut. H*[2], † praestrinxit *H*[2] aena *ex* aene *corr. P*[1], ahena *A* 135 undiq; *B*, strictiq; *A* seges *Eω* ferri *EmH*[2]*AB*, belli *PH*[1] 136 arc̃ *H* 137 cominus *B*, cōminus, *sed* i *ex* a *P*[1] horrida *Eω* 138 Hii *bis PBH* 139 tumet *Eω* 140 notho *PBH* saeuitque *Schraderus* recept'is *P*, is *add. fort. m. 1* 141 mentur *H*[1], *corr. H*[2] sybila *A* tinctu *P* 142 cunctos *BAAP*[2]*H*[2], tutas *H*[1], tuos *P*[1]; *an* comites? *ita iam Heinsius* dscēdere *B*, dicedere *H* 143 compella*t P* (t *P*[2]) talibus] uocibus *A* 144 cuius *Emω, sed* cui *in ras. H* 145 fidis *P*[1], fides *P*[2] 146 triumphum] tropheum *PH* 147 Odrisium *EεP*, otrisium *B*, othrisium *H*, th *ex corr.; fuit fort.* odrisium, othrysium *A* gento *P*[1], *corr. P*[2] sudauimus *P*[1], fedauimus *P*[2] hebrum *P*, hebrum *A* 148 sarmaticas *Em, item Isengr. mg. (cf. Amm. Marc. 29, 6)*, dalmaticas *ex* dalm. *corr. ε*, dalmaticas *q P*[2], damaticas *P*[1] 149 Rypheaq; *A*, ripheaq; *PABH* proiecimus *Heinsius* arcus *P*, arctus *H* 150 hystrum *P*, histrum *BA*, ystrum *H* 151 Ergo *Emω* 152 Tuturis *P, inde* Tu tectis *effecit P*[2] 153 prige *P* *V. 154 inde a* thalamos *H*[2] *in ras. scripsit*

Per taedas, quas ipsa tuo regina levavit
Coniugio sociaque nurum produxit ab aula,
Indue mente patrem, crescentes dilige fetus
Vt ducis, ut soceri. Iamiam securus ad astra
Te custode ferar; rupta si mole Typhoeus
Prosiliat, vinclis Tityos si membra resolvat,
Si furor Enceladi proiecta mugiat Aetna,
Opposito Stilichone cadent'.
Nec plura locutus,
Sicut erat, liquido signavit tramite nubes
Ingrediturque globum Lunae limenque relinquit
Arcados et Veneris clementes advolat auras.
Hinc Phoebi permensus iter flammamque nocentem
Gradivi placidumque Iovem: stetit arce suprema,
Algenti qua zona riget Saturnia tractu.
Machina laxatur caeli rutilaeque patescunt
Sponte fores. Arctoa parat convexa Bootes,
Australes reserat portas succinctus Orion
Invitantque novum sidus pendentque vicissim,
Quas partes velit ipse sequi, quibus esse sodalis
Dignetur stellis aut qua regione morari.
O decus aetherium, terrarum gloria quondam,
Te tuus Oceanus natali gurgite lassum
Excipit et notis Hispania proluit undis.
Fortunate parens, primos cum detegis ortus,
Aspicis Arcadium; cum te proclivior urges,
Occiduum visus remoratur Honorius ignem;
Et quocumque vagos flectas sub cardine cursus,
Natorum per regna venis, qui mente serena
Maturoque regunt iunctas moderamine gentes

---

163 *Sidon. c. II 405:* sicut erat liquidam transvecta per aethram . . petiit . . Hyperionis ortus. 66 *Corippi III 55:* Flamma nocens. 183 *Paulin. Petric. II 657:* moderamina rexit.

---

163 *Ovidi met. VI 657:* Sic ut erat, *item Lucanus II 365 et saepius.* 170 *cf. Verg. georg. I 32 sqq.*

---

155 lenabit (u *superscr.*) *P*¹ 156 Coniugio] o *alterum ex corr. P*¹ nirum *H*¹, mirum *P*¹, nurum *P*²*H*²*ς* 158 asträ *P* 159 feror *P*¹, *sed o ex a corr.* mole *Eω (ex more corr. P)* tiphoeus *ABH*, tipeh⁹ *P*, thiphens *A* 160 Prosiliat uinclis *E*, Undis prosiliat *PABH* (proxiliat *B*), uinclis *Isengr. mg.: punxi ante* uinclis *suadente Buechelero* tityůs *A* (o *sic add. E*), tityus *A*, thitius *P*, ticius *BH* 161 enceladi *E*, encheladi *PAB*, ancheladi *H* mugia techna *P* etna *A*, ethna *BH* 163 stramite *P* nubes *A* (*sic add. E*) 164 limenqȝ *EP*¹*A*, lumenqȝ *HB*, l lumenqȝ *P*² relinquit *Aς*, relinquid *H* *V. 165 totum in ras. H*¹ 165 Arcados *E*, Archadis *PABH* peruolat *AB* auras *Eω* 166 phebi *PH* 168 trâtu *P* (c *add. P*²) 170 arthoa *PBH* conuexera *H* boetes *AB*, bootes, e *ex* i *corr. H* 171 Austral (= lis) *P* succintus *B* 173 partes *A* (*sic add. E*), partis *HA* ipse *HP*, ille *ς* esse] *sic ω* 174 stelis *A* (l *add. E*) morari *εB*, moueri *APAH* 175 Aetherium *E*, ethereum *PABH* 176 lapsum *A* 177 hyspania *A* pluit *A* undis] i *ex* a *P*¹ 178 Fortunate *Eω*, Fortuneqȝ *Em addito* ++, *denique in mg. extremo* † primůs *A* (o *sic add. E*) 179 archadium *PABH* proclinior *Eω* urgens *H* 180 Occidum *H*¹ *corr. H*² iguem *Eω* 181 quodcq̄ȝ *P* uagas *H* flectas *EPH*, flectis *BA* l currus *H*², currus *B* 183 iunctas *A*, iunctas *PH*, uincta *A*, cunctas *B* gentis *A*

Saecula qui rursus formant meliore metallo.
Luget Avarities Stygiis innexa catenis
Cumque suo demens expellitur Ambitus auro.
Non dominantur opes nec corrumpentia sensus
Dona valent: emitur sola virtute potestas.
Vnanimi fratres, quorum mare terraque fatis
Debetur, quodcumque manus evasit avitas,
Quod superest patri: vobis iam Mulciber arma
Praeparat et Sicula Cyclops incude laborat,
Brontes innumeris exasperat aegida signis,
Altum fulminea crispare in casside conum
Festinat Steropes, nectit thoraca Pyragmon
Ignifluisque gemit Lipare fumosa cavernis.
Vobis Ionia virides Neptunus in alga
Nutrit equos, qui summa freti per caerula possint
Ferre viam segetemque levi percurrere motu,
Nesciat ut spumas nec proterat ungula culmos.
Iam video Babylona rapi Parthumque coactum
Non ficta trepidare fuga, iam Bactra teneri
Legibus et famulis Gangen pallescere ripis
Gemmatosque humilem dispergere Persida cultus.
Ite per extremum Tanaim pigrosque Triones,
Ite per ardentem Libyam, superate vapores
Solis et arcanos Nili deprendite fontes,
Herculeum finem, Bacchi transcurrite metas:
Vestri iuris erit, quidquid complectitur axis.

---

185 *Paulini Petroc. vitae Mart. I 39:* Vicit avaritiam . . . iacet . . Ambitio. 202 *Sidon. c. V 601:* Sic Parthus rectum fugiat *eqs.* 203 *de* famulis *cf. Sidon. c. II 93, Rutilius I 151.* 209 *Merobaudis paneg. Aetii 19:* Nil nostri iam iuris erat.

---

189 *Stat. Theb. VIII 670:* Unanimi fratres *(cf. Verg. Aen. VII 335).* 195 *Verg. Aen. VIII 425 (ubi v. Heyne).* 197 sqq. *cf. Verg. Aen. VII 808 sqq. (Apollon. Rhod. I 179 sqq.).* 201 sqq. *cf. Statii silv. IV 1, 10 sqq.* 203 *Ovidi fast. I 286:* famulae Rheni aquae; *cf. Martial. IX 2.* 208 *Dionys. perieg. 623: στῆλαι Θηβαιογενέος Διονύσου. Curt. Ruf. III 10, 5:* Liberi patris terminos.

---

185 auariciis *H, sed corr. m. 1* stigiis *PHB* īmcusa *A* (r *supra*) immersa cauernis *Heinsius* 187 Non] Nec *HP* nec] *Eω, ex* ne *corr. H*[1] 189 terraq; *ex* terrat (= tur) *H*[1] factis *A* 190 Debetur *E*, Debentur *ω* quidcunq; *E* auitatas *H* 191 nobis *P* mulcib' *P* 192 Preparat, e *ex* o *H* scicula *B*, sycula *H* ciclops *PBH* include *H* 193 Brontes *Eω* innumeris] *velim* anguiferis; *nam Medusae locus est in aegide; cf. IV cons. v. 164; Buechelerus conferri iubet Verg. Aen. VIII 626 sqq.* exasperat *Eω* 195 Festinet *P (corr. P*[2]*)* storaca *A* (h *A*[2]) pyragmon *AA*, pyragmō *H*, piragmon *P*, piramon *B* 196 Ignifluit gemit *P*[1], Ignifluis gemitus *P*[2], Igniferisq; gemit *H* 197 yonia *P* 198 posst/ *P*, p'sl (= possunt) *H*, possint *q* 199 percurrere *ex* pertercre *corr. P*[1] 200 spumas] *P*, s *m. 2*, spicas *ς*, *sed cf. Vergili l. l.:* nec tingeret aequore plantas proteret *B*, proterat *Eq* 201 uidet *P* (as *add. P*[2]) babilona *P*, *corr. P*[2], babilona *H* 202 bactra *AAH*[2], bracta *PBH*[1] 203 gangen *H*, gangē *PH*, gangem *AA* palescere *A* (l *sic add. E*), pallascere *P*, *corr. P*[2], flauescere *H*[1], pallescere *H*[2]*q* ripis *ex* rupis *P*[1] 204 dispergere *EBA*, disperderae *P*, disperdere *H* 205 thanaim *A*, tanaim *BA*, tanaī *P*, tanaym *H* 206 arentem *Heinsius* libiam *PH*, zonā *B* superate *Eω* 207 archanos *PBH* 208 bacchi *Em*, bachi *B*, bactri *PA*, blactri *H* 209 Vestra *A* quidquid *EA*, quicquid *PBH* complectur *H* auxis *P*

Vobis rubra dabunt pretiosas aequora conchas,
Indus ebur, ramos Panchaia, vellera Seres.

211 *Sidon. c. V 42—47:* fert Indus ebur . . . Ser vellera . . . Panchaia myrrham. *Paulini carm. 25, 51 et Boethii II c. 5, 8:* ellera Serum. *Carmen de providentia divina 144:* vellere Serum. *Alc. Aviti c. VI 40:* vellera Seres.

211 *Verg. georg. I 57:* India mittit ebur, molles sua tura Sabaei.

210 rubra] iura *H*[1], rubra *H*[2] pretiosas] *E*, p̄sciosas *P* concas *Em* 211 panchaala *B*, pachaia *H*, *paene* panchara *P*

PANEGYRICVS
DE QVARTO CONSVLATV HONORII AVGVSTI.

VIII.

Editus a. 398 init.

Auspiciis iterum sese regalibus annus
Induit et nota fruitur iactantior aula,
Limina nec passi circum privata morari
Exultant reduces Augusto consule fasces.
Cernis ut armorum proceres legumque potentes
Patricios sumunt habitus et more Gabino
Discolor incedit legio positisque parumper
Bellorum signis sequitur vexilla Quirini?
Lictori cedunt aquilae ridetque togatus
Miles et in mediis effulget curia castris.
Ipsa Palatino circumvallata senatu
Iam trabeam Bellona gerit parmamque removit
Et galeam sacras umeris vectura curules.
Nec te laurigeras pudeat, Gradive, secures
Pacata gestare manu Latiaque micantem
Loricam mutare toga, dum ferreus haeret
Currus et Eridani ludunt per prata iugales.

---

4 *cf. Meroband. pan. Aetii 46 sq.*

2 iactantior *ex Statii silv. IV 1, 6.* 4 *ex Lucani V 384.* 5 *(Lucani VIII 554:* legumque potens, *incerta lectio).* 6 et 8 *Verg. Aen. VII 612:* Quirinali trabea cinctuque Gabino. *Lucani V 388:* gladiis miscere curules. 9 *Lucani V 389:* Addidit et fasces aquilis. *Cicero apud Quintilianum XI 1, 24:* Cedunt arma togae. *Paneg. ad Pisonem 27:* togatae Militiae; *ibid. v. 36.* 15 *Martialis VII 5, 2:* Latia ... toga.

Cl. Clau. panaegyris de quarto consolatu Honorii Aug. *A*; panegyricus *et* consulatu *corr. restituit E (cf. subscriptionem).* incipit in eundem. ui⁹ · iiii ti · 9sulat⁹ dictus *P* Panagiricus de quarto *M index (J. Koch p. 47). Hoc carmen deest in VC*

1 uspiciis *P*, A *add. P*[2] regentibus *B* 3 Lumina *H* passi *BH*[1], passim *AH*[2]*P*[1], passis *P*[2] morati *AH*[2], morari *H*[1]*φ* 5 legumque] regumque *A*, stragumque *temptari, cf. v. 364 et Ruf. II 502. Sufficit tamen dignitates civiles ut praefectos praetorio et magistrum officiorum cogitare qui ne ipsi quidem togati incedere solebant; ceterum Stilicho ipse* Armorum legumque parens *audit, laus Stil. III 136* 6 sūmant *B* en more *Heinsius* 8 quiritu, *i. e.* Quiritum *ς unus; cf. tamen* Quirinalis amictus *v. 157,* iura Quirini *apud Rutilium Nam. de red. I 157 nec non et Servius ad Aen. I 292:* Mars enim cum saeuit Gradiuus dicitur, cum tranquillus est Quirinus *eqs. et quae dixi „de Romae urbis nomine" (index lect. Marpurg. 1887) p. 16* 10 efulget *B* ca^s^tris (s *m. 2*) *P* 11 senatu *Eμω* 13 sacra *B*[1], sacras *B*[2], sacris *H* umeris E, hum *φ* ductura *Heinsius* 14 *deest hic v. in PAHM*[1]; *in mg.* uersus deficit[t] *H a manu antiqua. Habent BM*[2]*A* 15 Pacata *Eω* (Paccata *P*) 16 togam *B*[1] herret *B* 17 eridani *H*[1], euridani *H*[2] *(cf. de III cons. v. 123)*

Haut indigna coli nec nuper cognita Marti
Vlpia progenies et quae diademata mundo
Sparsit Hibera domus. Nec tantam vilior unda
Promeruit gentis seriem: cunabula fovit
Oceanus; terrae dominos pelagique futuros
Inmenso decuit rerum de principe nasci.
Hinc processit avus, cui post Arctoa frementi
Classica Massylas adnexuit Africa laurus,
Ille, Caledoniis posuit qui castra pruinis.
Qui medios Libyae sub casside pertulit aestus,
Terribilis Mauro debellatorque Britanni
Litoris ac pariter Boreae vastator et Austri.
Quid rigor aeternus, caeli quid frigora possunt
Ignotumque fretum? maduerunt Saxone fuso
Orcades: incaluit Pictorum sanguine Thyle;
Scottorum tumulos flevit glacialis Hiverne.
Quid calor obsistit forti? per vasta cucurrit
Aethiopum cinxitque novis Atlanta maniplis,
Virgineum Tritona bibit sparsosque venenis
Gorgoneos vidit thalamos et vile virentes
Hesperidum risit, quos ditat fabula, ramos.
Arx incensa Iubae, rabies Maurusia ferro
Cessit et antiqui penetralia diruta Bocchi.
Sed laudes genitor longe transgressus avitas
Subdidit Oceanum sceptris et margine caeli
Clausit opes, quantum distant a Tigride Gades,
Inter se Tanais quantum Nilusque relinquunt:
Haec tamen, innumeris per se quaesita tropaeis,

22 *Horati c. I 1, 6, Ovidi ex Ponto I 9, 36:* terrarum dominos. 30 *Verg. georg. III 279:* frigore caelum.

18 Haut *PH*, Haud *q* condita P^1, cognita P^2 19 Vulpia *H*, *corr.* H^2 20 Sparsit] supersit *B* hibera *PBH*, ibera *AA* tantam] tandem P^1, tantam P^2, tantae ς 21 gentis seriem *H*, seriem gentis *APAB* fouit *P* 23 Immenso *A* 24 auis (u superscr.) *P* (*corr.* P^2) cui *Emω* arcthoa *H*, artoa *PB* frementi] merenti *Paul* 25 massylas ε, massilas *EmA*, massillas *B*, massilias PH^2, massilios H^1 adnexuit *APB*, ann. *q* affrica *BH* lauros (u superscr.) *A* (u *sic add. E*), lauros BAP^2, † lauros (u superscr.) H^2, mauros H^1P^1 26 calydoniis (o superscr.) *A* (e *sic add. E*) calcedoniis *B* 27 medio *exc. Laeti* libice *P*, libie *BH* caside *B* 28 Terribiles mauros *B* 29 (Litoris E) Littoris *H*, s *add.* H^2 ac] et *H* 30 *interpunctionem correxi; et ita* H^1 *punxisse videtur post* eternus, *erasit* H^2 *et punxit post* celi frigora *EmPAH*, sidera *B* possunt H^1, prosunt H^2q 31 que] *om. B* saxone] sauxone (t superscr.) A^1, sanguine H^2B *ex v. 32 inrepsit* fuso *P* (o *adrasum; voluit fort.* fuse), fus o H^1 32 Orchades *PAB*, orchadies H^1 pictonum *A* tyle *EmPB*, thile *AH* 33 Scottorum *A* (t *sic add. E*), Scatorum (o superscr.) *P* (*corr.* P^2), Scotorum *q* tumulos H^1, cumulos H^2q Hiuerne] *scripsi suadente Iulio Koch (cf. laus Stil. II 251);* Iuerne *Delrio*, hiberne *PHB*, hibernae *A*, hyberne *A*, Ierne *Claverius ex Cuiacianis (??), Graecos Aristotelem, Strabonem secutus (cf. Koch l. l. p. 37)* 34 Quid *EP*, quis *H*, s *add.* H^2, Quis *AB* obstituit B^1, obstiterit *sive* obsistat *Heinsius, sed cf. archiv. lexic. IV p. 592* cucurit *P* 35 Ethiopum *PBH* cinxit *Eω* nouis] uotus P^1, *inde* totis *corr.* P^2, iouis *B* athlanta *PABH* 36 Uirgneum *H* que] *om.* H^1, *reposuit m. rec.* 37 Gorgoneos] Gorgoneis ς *pauci* 38 Hesperidum *P*, id *m. 2* dictat P^1 *item* H^1, dictat *A* *malim* ditat quos 39 Arx P^1, Ars P^2 incensa *P*, extructa *adscripsit* P^2, incensa, ensa *ex corr. H* nube B^1, iube *corr.* B^2 maurusia P^2, martusia P^1, maurisia *B* 40 bocchi *A*, bocchi *A* (c *sic add. E*), bocci *H*, bochi *PB* 41 lonoe H^1, *unde* longe H^2 42 septris *A*, sectris H^1, *corr.* H^2 *V. 43. 44: nihil habet P nisi* Clausit opes quantum nilusque relinquunt; P^2 *in mg. add.:* quantum distant a tigride gades Inter se Tanais; *item* ganges *supra* nilus *scr.* P^2 43 tigide H^1, tigride H^2 44 thanais *A*, tanais *praeter* n *totum ex corr. A* reliuquit *BH*, relinquunt *PAA* 45 tamen] sunt ε, tm *B* tropheis *PABH*

Non generis dono, non ambitione potitus.
Digna legi virtus. Ultro se purpura supplex
Obtulit et solus meruit regnare rogatus.
Nam cum barbaries penitus commota gementem
Irrueret Rhodopen et mixto turbine gentes
Iam deserta suas in nos transfunderet Arctos,
Danuvii totae vomerent cum proelia ripae,
Cum Geticis ingens premeretur Moesia plaustris
Flavaque Bistonios operirent agmina campos:
Omnibus afflictis et vel labentibus ictu
Vel prope casuris, unus tot funera contra
Restitit extinxitque faces agrisque colonos
Reddidit et leti rapuit de faucibus urbes.
Nulla relicta foret Romani nominis umbra,
Ni pater ille tuus iamiam ruitura subisset
Pondera turbatamque ratem certaque levasset
Naufragium commune manu: velut ordine rupto
Cum procul insanae traherent Phaethonta quadrigae
Saeviretque dies terramque et stagna propinqui
Haurirent radii, solito cum murmure torvis
Sol occurrit equis; qui postquam rursus eriles
Agnovere sonos, rediit meliore magistro
Machina concentusque poli, currusque recepit
Imperium flammaeque modum.
Sic traditus illi
Servatusque Oriens. At non pars altera rerum
Tradita: bis possessa manu bis parta periclis.
Per varium gemini scelus erupere tyranni

46—48 *cf. Sidon. ep. VII 17, 14.* 51 *Sidon. c. VII 321:* barbaries totas in te transfuderat arctos. 62 *Sidon. c. VII 405 sqq.* 68 *Nonni 38, 412 (ἁρμονίην).*

57 *Curtii Rufi X 9, 5:* Quot ille tum extinxit faces. 71 *Synesii de regno c. 6: ἀλλ' ἐπὶ δύο τυράννους ἐλθὼν καὶ ἄμφω βαλὼν κτλ.*

46 nodo *Heinsius* potitur *EmPB*, potitus *HA* 47 suplex *B* 50 rodopen *H*, rodopē *PB* mix^to^ *H*, to *add. H²* gentes *BH¹*, gent^i^es *A (sic add. E)*, gent^e^is *P¹*, gentis *rest. H²* 51 deserta *Emω* suos ^h^^uimos *B¹* tranfunderet *P*, transfunderat *H* arthos *B* 52 Danubii *ω* mouerent *P¹*, uomuerent *H*, l quaterent *P²* 53 geniticis *P¹* ingens] lugens *Heinsius* mysia *AA*, misia *PBH*, *mesia ς unus nec bonus,* massia *alius* 54 Vlauaq; *P¹*, *corr. P²* Bistonios] *εω nisi quod* bystonios *H*, bistotios *P¹*, bistonios *rest. P²* opi^r^ent *P* (r *P²*) 55 atlictis *P* 57 faces] fares *P¹*, *inde* feros *P²*, l fares ⁘ poplos *P² in mg.* agrisq; *PAH*, agr^i^osq; *A* (i *sic add. E*), agriq; *(sic) ε*, agrosque *B* colonos *εHPA*, colonis *AB* 58 Reddidit *P* (e *m. 2*) laeti *A* 61 turbatamque] *bell. Pollent. 272* turbatae rati; *contulit Buechelerus* 62 Naufrigium *P* nelud *BHP* rupto] u *ex corr. H* 63 insane *A* phaetonta *A*, phetonta *BH*, *item, sed* o *ex* u *corr. ut videtur P¹* 64 Seuiretq; *A* terrasq; *H* et] in *P*, *sed corr.* 65 toruis *Em*, toruus *q* 66 cequis *P¹* eriles *E*, herilis *A*, heriles *q* *Ad v. 66* currus *Em, sed deinde delevit; corrigendum scriba putavit* rursus, *cum iam ad v. 68 aberrasset* 67 magistros *P* 68 contemptusque *H¹*, contēptus *P² (punxit m. 1)*, concentusq; *H²q* currus *ε, Isengr. mg., de Em cf. ad v. 66*, cursus *P¹*, *inde* rursus *P² effecit et idem in mg. repetiit,* rursus *q* 69 Imperiumq; *P* tlāmaeq; *A*, tlamaeq; *E* traditus *EA*, tradit^s^ur (s *sic add.*) *ε*, traditur *PH*, trahitur *B* illis *P¹* 70 Seruatusq; *EB*, Seruatu^s^rq; (s *sic add.*) *ε*, seruaturq; *HAP*, *sed P* serua^v^r *ita ut notam* ur *ex* 9 (= us) *correxisse videatur m. 1* non] nō *P*, *sed* o *ex* c *per ras. ortum vid.* altera] *in ras. H²* 72 ^s^celus *(?) H* erūpere *P*

Tractibus occiduis: hunc saeva Britannia fudit:
Hunc sibi Germanus famulum delegerat exul:
Ausus uterque nefas, domini respersus uterque
Insontis iugulo. Novitas audere priori
Suadebat cautumque dabant exempla sequentem.
Hic nova moliri praeceps, hic quaerere tuta
Providus; hic fusis, collectis viribus ille;
Hic vagus excurrens, hic intra claustra reductus.
Dissimiles, sed morte pares. Evadere neutri
Dedecus aut mixtis licuit procumbere telis.
Amissa specie, raptis insignibus ambo
In vultus redierc suos manibusque revinctis
Oblati gladiis summittunt colla paratis
Et vitam veniamque rogant. Pro damna pudoris!
Qui modo tam densas nutu movere cohortes,
In quos iam dubius sese libraverat orbis,
Non hostes victore cadunt, sed iudice sontes.
Damnat voce reos, petiit quos Marte tyrannos.
Amborum periere duces: hic sponte carina
Decidit in fluctus, illum suus abstulit ensis.
Hunc Alpes, hunc pontus habet. Solacia caesis
Fratribus haec ultor tribuit: necis auctor uterque
Labitur. Augustas par victima mitigat umbras.
Has dedit inferias tumulis, iuvenumque duorum
Purpureos merito placavit sanguine Manes.
 Illi iustitiam confirmavere triumphi,
Praesentes docuere deos. Hinc saecula discant
Indomitum nihil esse pio tutumve nocenti:
Nuntius ipse sui longas incognitus egit

---

78 *Corippi Ioh. III 197:* tutas . . quaerere terras. 84 *Sidonii carm. XXII 44:* manus . . revinxit. 86 *Paulini eucharist. 581:* damna pudoris, *item Orestis trag. 177; Venant. Fort. c. VI 1, 54 (cf. bell. Gild. 188).* 87 *cf. Rutil. Namat. I 273.* 88 *Sidon. c. II 306:* Non tam victoris periit quam iudicis ore.

---

84 *Verg. Aen. II 57:* manus . . . revinctum. 85 *Iuvenci II 42:* submittant colla. 86 *Lucani IV 231:* pro dira pudoris . . . . 89 *Pacatus paneg. Theod. 32 de iisdem:* nec tam ad proelium conserendum quam ad supplicium . . sumendum venires. 97 *Verg. Aen. II 116:* sanguine placastis. 101 *Mamert. genethl. Max. c. 8:* ipsos . . . nuntios *eqs.*

---

73 Tractibus *Emω* brytannia *Π* 74 delegant *P*¹, delegerit *P*² 75 repsus *P* 77 Suadebat *Eω* cautum *Em (item Barthius)*, tantum *ω* dabat *PB* sequenti^em *A* (em *add.* E), sequenti *B*, sequentem *εφ* 78 tuta *Emω* 80 intra *Em*, inter *ω* clastra *P* 81 Disimiles *B* 82 Dedecus] Deditur *P*, *sed notam* ur *ita ut notae ? similis sit (cf. ad v. 70)* 83 raptis *Eω* ambo|||| *P* 84 In cultus *Heinsius et doctus apud Minellium; mallem* In titules *(cf. Eutr. II 345)* que] *om. P*¹, *add. P*² 85 summittunt *E*, subm. *ω* 86 pro *AA*, proh *φ* 88 seso] se iā *Π* librauerit *B*, uibrauerat *Π* 89 iudice] uindice *A* 90 quos] qui *Scaliger* 91 Ambo rei *Scaliger* per^i^gere *P*¹ carinaṣ *P*¹ 93 solatia *ω* 94 haec] † hic *Π*² autor *Π* utriq; *(?) ex* utraq; *corr. P*¹ 95 angustas *PΠ*² per *A*, par *Eφ* mitigat umbras] *in ras. Π*² 96 tumulus *P* duorum] dō?| *B* (= deorum), d *ex corr. Π* 97 Purpureas *B*, Purpureo *Π*, *supra* o *adfuit* s, *sed deletum*, Purpureos *φ* meritos *Π*, merito *φ*. *Idem quod Π voluit Schraderus* 99 Preacsentis *(sic) A*, Presentis *A*, Psent^o^is *P*, e *add. P*², Presentes, es *ex* is *Π* hinc] h° *B* 101 sui|| *P*, sibi *Isengr. mg.*

Praevento rumore vias, inopinus utrumque
Perculit et clausos montes, ut plana, reliquit.
Exstruite inmanes scopulos, attollite turres,
Cingite vos fluviis, vastas opponite silvas,
Garganum Alpinis Appenninumque nivalem
Permixtis sociate iugis et rupibus Haemum
Addite Caucaseis, involvite Pelion Ossae:
Non dabitis murum sceleri. Qui vindicet, ibit.
Omnia subsident meliori pervia causae.
    Nec tamen oblitus civem cedentibus atrox
Partibus infremuit. Non insultare iacenti
Malebat. Mitis precibus, pietatis abundans,
Poenae parcus erat; paci non intulit iram:
Post acies odiis idem qui terminus armis.
Profuit hoc vincente capi, multosque subactos
Aspera laturae commendavere catenae.
Magnarum largitor opum, largitor honorum
Pronus et in melius gaudens convertere fata.
Hinc amor, hinc validum devoto milite robur.
Hinc natis mansura fides.
                                        Hoc nobilis ortu
Nasceris aequaeva cum maiestate creatus
Nullaque privatae passus contagia sortis.
Omnibus acceptis ultro te regia solum
Protulit et patrio felix adolescis in ostro,
Membraque vestitu numquam violata profano
In sacros cecidere sinus. Hispania patrem

104 sqq. *cf. Corippi Ioh. III 205 sqq.* 116 *Rutil. Namat. I 64:* Profuit .. capi. 118 *Cor. Iust. IV 134:* largitor opum, largitor honorum. *cf. Prudentii c. Symm. II 434:* vindex scelerum, largitor honorum. *Theodulfus carm. 25, 31:* Tutor opum es ... largitor honorum. 121 *Alc. Aviti c. I 263:* nobilis ortu.

102 *Suetoni Caesar 59:* longissimas vias incred. celeritate confecit ... ut persaepe nuntios de se praeveniret; *Mamert. l. l. c. 9:* Alpes quasi relictas .. arenas .. transcurristis. 106 *cf. Silii Ital. III 494 sq.* 110 *Lucani VII 349:* Causa iubet melior *eqs.* 113 sqq. *Ambrosii de obitu Theod. 12 et 13* (qui nunquam veniam confitenti negaret). 114 sqq. *cf. Pacati pan. Theod. 45 med.* (cum armis iram deposuisti). 116 *Ovidi her. 3, 54:* utile dicebas ipse fuisse capi. 118 *Sallusti Iug. 95, 3:* pecuniae largitor; *cf. illud* largus *apud Ambros. l. l. 39.* 119 *Lucani VI 60:* In melius mutare. 123 *Lucani VI 741:* contagia passam.

102 Preuento *H, sed* re *m. 2 ex* er utrunqꝫ *E,* uterqꝫ *H* 103 clausos] clausit *H* ut] u (i *superscr.*) *B* reliquidt *P*[1], reliquid *H;* relegit *Mommsenus; cf. tamen Mamert.* 104 īmanis (e *superscr.*) *P, corr. P*[2], īmanis *A,* inmanes *BH* turris *A* 105 uastas *Eω* componite *B* 106 apeninumqꝫ (p *superscr.*) *A (sic add. E),* apenninumqꝫ *B,* appenninumqꝫ *H, sed* en *ex corr.* niualē // *P*[1] (s *crasum?*), Appenninoque Nifatem *coni. Barthius* 107 Permixtis] *PBH*[1], Permitto *Em,* Pernices *AH*[2], Pyrenes *Barthius; idem Heinsius* haemum *A,* hemum *PH,* aemum *A,* emum *B* 108 caucaseis] *sic ω* pelyon *H* ose *P* 109 uindicet *EBA,* uindicat *H*[1], uendicat *PH*[2] *Post h. v. aliquid deesse coni. Heinsius. Possit tamen ita emendari:* Qui uincet, adibit. 110 peruia] *ex* peruea *corr. B*[1] 111 Nec] Non *B* oblitus] *ex* oblatus *corr. B*[1] ciuem] ciīe (= cinere) *P*[1], ł cause *P*[2], *item in mg.* ł cinem *P*[2] 112 insultate *B* 113 mitis] *om. A, sed restituit in mg.* habundans *BH,* hūndans *(sic) P* 114 paci] pati *P*[1], spatii *P*[2] 115 terminis *et* s *in ras. P* 116 hoc] *habet rasuram in P* 117 Aspera] Prospera *A;* † *adpinxit E et in mg.* As†pera chatene *H*[1] *in ras.* 118 Magnorum (a *superscr.*) *in ras. H*[1] *(corr. H*[2]*?)* 119 Pronus] Promis *P*[1], ł Comis *P*[2]; *intellege* largitor pronus *sc. ad largiendum* 120 ualidum *Emω* 121 hoc] hic *B* 123 Nullaqꝫ *Eω* sordis *Heinsius* 124 solū,,, *P* 125 Pertulit *B* 126 uiolata *PH,* temerata *ABA* 127 hyspania *P,* ispania *A*

Auriferis eduxit aquis, te gaudet alumno
Bosphorus. Hesperio de limine surgit origo.
Sed nutrix Aurora tibi: pro pignore tanto
Certatur, geminus civem te vindicat axis.
Herculis et Bromii sustentat gloria Thebas,
Haesit Apollineo Delos Latonia partu
Cretaque se iactat tenero reptata Tonanti;
Sed melior Delo, Dictaeis clarior oris
Quae dedit hoc numen regio; non litora nostro
Sufficerent angusta deo. Nec inhospita Cynthi
Saxa tuos artus duro laesere cubili:
Adclinis genetrix auro, circumflua gemmis
In Tyrios enixa toros; ululata verendis
Aula puerperiis. Quae tunc documenta futuri?
Quae voces avium? quanti per inane volatus?
Qui vatum discursus erat? Tibi corniger Hammon
Et dudum taciti rupere silentia Delphi,
Te Persae cecinere magi, te sensit Etruscus
Augur et inspectis Babylonius horruit astris,
Chaldaei stupuere senes Cumanaque rursus
Intonuit rupes, rabidae delubra Sibyllae.
Nec te progenitum Cybeleius aere sonoro
Lustravit Corybas: exercitus undique fulgens
Astitit: ambitur signis augustior infans,
Sentit adorantes galeas, redditque ferocem
Vagitum lituus.
Vitam tibi contulit idem

139 sq. *Sidon. c. VII 164 sq.* puerpera . . . dedit mox signa futuri.

131 *Lucani VII 422:* geminum . . . in axem. 132 *Pacatus, paneg. Theod. c. 4 fin.:* cedat his terris terra Cretensis, parvi Iovis gloriata cunabulis, et geminis Delos reptata numinibus et alumno Hercule nobiles Thebae. 133 *Verg. georg. III 6:* Latonia Delos. *Ovidi Ib. 475.* 134 *Pacati c. 4:* Delos reptata numinibus. 140 *cf. ὀλολυγὴν in puerperio Latonae Callim. hymn. Apoll. 119.* 142 sq. *cf. Iuvenal. VI 550 sqq.* 149 *cf. Callimachi h. in Iovem 52: οὖλα δὲ Κούρητές σε περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο τεύχεα πεπλήγοντες.*

128 Auriferos H^1, Auriferis $\varepsilon H^2 \varsigma$ produxit *H*, ł e(duxit) H^1 129 Boforus *P*, Bosphorus *A*, Bosforus *BH* hesperyo *H* limite ς *unus ferc, Heinsius* 131 geminis H^1, geminus $H^2 \varsigma$ uendicat *BHP* auxis *P* 132 bromi *B* subtentat *P* 133 d^eolos *P (m. 1?)* parthu *P* 131 Cretaq; *Eω* (Crertaq; B^1) iactat] ia *in ras.* H^1 thonanti *P* 135 dicteis *PH* horis *PBH* 136 nūm *(hamulus eras.)* P^1, num̄ P^2 137 Suficerent *B* angusta $H^1 P^1 \varsigma$ *corr.* P^2; ł an(gusta *add.* H^1) inospita *P* cinthi *PH*, cinti *B* 138 arcus P^1, *corr.* P^2 lesere *BA*, lesesere *H*, serere P^1, fudere ł fo(dere) P^2 cubili *H*, i *ultima in ras.* 139 Adclinis *Em*, Acclinis *εPB*, Acclinis *HA (?)*, u *ex* n *corr. H* genetrix *E*, genetris *A*, genitrix *PBH* 140 tirios *P*, tyrios *Eς* toros *E*, thoros *ω* 142 aniū P^1, *corr.* P^2 143 Qui *E*, Quis *ω* natum *H* tibi] *om.* H^1, *suppl.* H^2 ãmon *A*, ammon *A*, hamon *H*, hamō *H*, hamōs *P (corr.* P^2*)* 144 dudum *Emω* 145 hetruscus *A* 146 babilonius *PHB* 147 Caldei *PAH*, Caldaei *B* rursus ; *P* 148 rupus P^1, *corr.* rupis P^1; rupes P^2 rapide *BH* sybille *A*, sibille *PHB* 149 Non *B*, Nec *Emς* cibeleius *EHBP*, sed u *ex* n *corr.* P^1 aere] ore *H* sorōnoro *P* 150 coribas *P*, choribas *AB*, corribas *H* 151 amb.. itur *H (sic)* angustior *A (?)*, augustior *Eς* 152 Sentit *E*, Sensit *ω* redditq; *B*, *sed* t *m. 2 in ras.* ferocem] r *ex corr. H* 153 lituis (u *sic add.*) *ε*, lituis *ω*

Imperiumque dies. Inter cunabula consul
Proveheris, signas posito modo nomine fastos
Donaturque tibi, qui te produxerat, annus.
Ipsa Quirinali parvum te cinxit amictu
Mater et ad primas docuit reptare curules.
Vberibus sanctis inmortalique dearum
Crescis adoratus gremio: tibi saepe Diana
Maenalios arcus venatricesque pharetras
Suspendit, puerile decus; tu saepe Minervae
Lusisti clipeo fulvamque impune pererrans
Aegida tractasti blandos interritus angues;
Saepe tuas etiam iam tum gaudente marito
Velavit regina comas festinaque voti
Praesumptum diadema dedit, tum lenibus ulnis
Sustulit et magno porrexit ad oscula patri.
Nec dilatus honos. Mutatus principe Caesar
Protinus aequaris fratri.
                                        Non certius umquam
Hortati superi, nullis praesentior aether
Affuit ominibus. Tenebris involverat atra
Lumen hiems densosque Notus collegerat imbres.
Sed mox, cum solita miles te voce levasset,
Nubila dissolvit Phoebus pariterque dabantur
Sceptra tibi mundoque dies: caligine liber
Bosphorus adversam patitur Chalcedona cerni.
Nec tantum vicina nitent, sed tota repulsis
Nubibus exuitur Thrace, Pangaea renident
Insuetosque palus radios Maeotia vibrat.
Nec Boreas nimbos aut sol ardentior egit:

---

160 sq. *Sidon. c. II 40* (crevere . . mox pugnam ludunt iaculis). 168 *cf. Sidon. c. II 137.* 181 *cf. Corippi Iust. IV 98 sq.*

---

155 *Lucani II 645:* qui Latios signatis nomine fastos; *cf. Statii fragm. in schol. Iuvenal. IV 94.* 159 *Statii Theb. IV 355:* gremio miseros accrescere. 166 *Verg. Aen. III 405:* velare comas. *Statii Theb. VI 75:* festinaque voti. 173 *cf. Verg. ecl. 9, 63.* 180 palus Maeotia *Lucanus II 641, et alii.*

Ad versum 154 crucem adpinxit Em; *item ad 155; fortasse crux utraque ad* fastus *in 155 pertinet* 155 Prou^e^heris *Eω, sed* ue *ex* ut *corr. H* signas *EB*, signās *PHA* fastus E 156 *an spurius hic versus? v. 152—158 in suspicionem vocabat Koenigius; eosdem tamen tutatur idem coll. versu 372; nam ibi quoque natum esse Honorium post annum 384 praesumitur* 157 cincxit *(sic) E* 158 curulis *A* 159 innortaliq3 *H*, imm. *ς* de^a^orum *A (sic add. E)*, dearum *A*, deorum uel dearum *B*¹, deorum *PH* 160 Crescit *HP*¹, *corr. P*² odoratus *E*, adoratus *ω*, adornatus *Heinsius*, honoratus *Paul* 161 Menalios *PH* arcus] *om. A*¹, *rest. in mg. A*² 163 fulu^a^aq3 *(sic) P* 164 inte^r^ritus *A (sic add. E)*, pterritus *H*¹*P*¹, iterritus *H*²*P*²*ς* anguis E 165 etiam] *om. P*¹, *in spatio vacuo relicto restit. P*² tum *Em*, tunc *ς* 167 Praesentum *B* tunc *AB* 168 porexit *A* ad] *om. B*¹, *add. B*² 169 mutatus *B*, mutatur *EHA*, mittatur *P*, imitatur *P*², mutato *P*³ 170 aequari *ς pauci* non *EmPH*, nec *BA* 171 Hortati *P* nullus *H*, nullis *ς*, nulli *Burmannus* 172 Affu^i^t / *H* hominibus *A*, item *H*¹, *sed corr.*, hoīb; *B* inuoluerat] at *cum ras. P* atra *Emε*, astra *P*, ats *B* (= atris), astri *A*, *item H*, *sed* stri *litteras H*² 173 nothus *BH*, no^h^~c~tus *P* Ībris *A* 174 te] cum *A* lauasset *P*, leuassed *H* 175 disoluit *B* phebus *PHB* 176 mundiq3 *B* 177 Bosforus *PB*, Bosphorus *H*, Bosporus *A* calcedona *EPH*, chalcedona *A*, chalcedoni *B* 178 repuls^i^as *P*¹ 179 Nubibibus *P* eruitur *H*¹, *corr. H*² trace *PBH* pangea *PHB* retundunt *B* 180 maeotia *Em*, meotia *B*, meothida *P*, meotida *H*, meotica *A* 181 nimbos] tūbos *P* aut] non *B*

Imperii lux illa fuit. Praesagus obibat
Cuncta nitor risitque tuo natura sereno.
Visa etiam medio populis mirantibus audax
Stella die, dubitanda nihil nec crine retuso
Languida, sed quantus numeratur nocte Bootes,
Emicuitque plagis alieni temporis hospes
Ignis et agnosci potuit, cum luna lateret:
Sive parens Augusta fuit, seu forte reluxit
Divi sidus avi, seu te properantibus astris
Cernere sol patiens caelum commune remisit.
Apparet quid signa ferant. Ventura potestas
Claruit Ascanio, subita cum luce comarum
Innocuus flagraret apex Phrygioque volutus
Vertice fatalis redimiret tempora candor.
At tua caelestes illustrant omina flammae.
Talis ab Idaeis primaevus Iuppiter antris
Possessi stetit arce poli famulosque recepit
Natura tradente deos; lanugine nondum
Vernabant vultus nec adhuc per colla fluebant
Moturae convexa comae; tum scindere nubes
Discebat fulmenque rudi torquere lacerto.
    Laetior augurio genitor natisque superbus
Iam paribus duplici fultus consorte redibat
Splendebatque pio complexus pignora curru.
Haut aliter summo gemini cum patre Lacones,
Progenies Ledaea, sedent: in utroque relucet
Frater, utroque soror; simili chlamys effluit auro:

---

194 *cf. Sidon. c. II 113.*

---

183 *cf. Verg. Aen. I 255.* 194 *Verg. Aen. II 682 sqq.:* de vertice . . . fundere lumen apex . . . innoxia . . lambere flamma comas . . circum tempora. *Silii Ital. XVI 119 sq.:* subitus . . . vertice fulsit apex . . involvere visa est Mitis flamma comam. 198 sq. *cf. Callimachi h. in Iovem v. 66.* 200 *Martialis II 61:* vernarent . . . lanugine. 201 *Homeri A 528 sq., alii* (*Verg. Aen. I 587:* Scindit se nubes). 202 *Verg. Aen. IV 208:* fulmina torques. 206 sq. *cf. Verg. Aen. X 391 sq.* (gratusque parentibus error). *Statii Theb. V 437 sq.:* errore lacessunt Oebalidae . . . gemini; chlamys . . . . simili coma fulgurat astro. 208 *Martialis IX 103, 4:* Atque in utroque nitet Tyndaris ore soror.

---

182 lux] uix P^1, *inde* uis *corr.* P^2 184 Et uisa est *B* medio] mediis *H* mitantibus P^1 *corr.* P^2 185 retuso *EmHP²A*, recuso P^1, retēso *B* 186 numeratur] mineratur, *sed corr.* P^1; *ceterum vix sana lectio;* tumet atra nocte *conicci* beetes *BH*, bootes *Eq* 187 que] *om. B* aliena P^1, alieni P^2 *De vv. 187, 188 cf. Hertel, de nonnullis Claud. locis p. VI* 189 forte] sponte *B* reluxsit *H* 190 Diui sidus aui seu te prope *Emε*, diuus auus seu te claris pr. *eqs. B*, Diuus auus fausta seu te pr. *eqs. A*, diuus auus seu te pr. *eqs. versu manco HP* astris] Arctis *J. Koch* 192 aparet *H* 193 aschanio *P* 194 phrigioq; *H*, frigioq; *P*, fluidoq; *B* uolutus] *cf. illud* inuoluere *apud Silium* 195 redimiret *HB*, redimeret *AA*, redimiret *P*, *sed* r *add. m. 2,* i *m. 1* 196 omĩa *A*, oīa omina P^1, omina *Emεq* 197 abydeis *PH* iupiter *PH* 198 Possesi *B* poli fam. rec. *scriptum in H a m. 2* 199 tribuente *B* latiugune *P*, *corr. m. 1* nondum *Eω* (nōdum P^1, *sed ex* nudum *corr.*; nondum *ex* mundum *corr. H*) 201 Mature connexa *P* tunc *B* 202 flumenq; *H* 203 augurii *Heinsius* natisq; *H* 204 dupplici *P*, duplici *H* redibāt *P*, *supra* a *erasa virgula* 206 Haud *BA* lachones *BH*, latones *A* 207 ledea *PHB* in] *del. Barthius Advers. XV 14* relucet *ABHA*, relucent P^1 208 simili *EH*, similis *q* chlamys *ε*, chalamys *A*, clamis *BPH* afflluit *A* (*sic add. E*), affluit *ς perpauci*, effluit auro P^1, efflat in auro P^2

Stellati pariter crines. Iuvat ipse Tonantem
Error et ambiguae placet ignorantia matri:
Eurotas proprios discernere nescit alumnos.
    Vt domus excepit reduces, ibi talia tecum
Pro rerum stabili fertur dicione locutus:
    'Si tibi Parthorum solium Fortuna dedisset,
Care puer, terrisque procul venerandus Eois
Barbarus Arsacio consurgeret ore tiaras:
Sufficeret sublime genus luxuque fluentem
Deside nobilitas posset te sola tueri.
Altera Romanae longe rectoribus aulae
Condicio. Virtute decet, non sanguine niti.
Maior et utilior fato coniuncta potenti,
Vile latens virtus. Quid enim? submersa tenebris
Proderit obscuro veluti sine remige puppis
Vel lyra quae reticet vel qui non tenditur arcus.
    'Hanc tamen haut quisquam, qui non agnoverit ante
Semet et incertos animi placaverit aestus,
Inveniet; longis illuc ambagibus itur.
Disce orbi, quod quisque sibi:
                    'Cum conderet artus
Nostros, aetheriis miscens terrena, Prometheus,

222 sq. *Boethius cons. c. I 5, 34:* latet obscuris condita virtus clara tenebris.

213 *Quatenus omnia quae abhinc sequuntur ex Synesio partimque ex Seneca quoque pendere videantur exposui in libello acad. Marpurgensi a. 1885: „De moribus christianis quantum Stilichonis aetate" eqs., p. 15 sqq. Hic locorum numeros ponere satis habebo. Uti mihi nondum licuit libello G. Barneri:* „Graeci de regentium hominum virtutibus auctores", Marpurgi 1889   218 *Paulinus (?):* luxu non fluitare vides. 220 *cf. Paneg. ad Pison. 8 sq.*   221—224 *Synesius εἰς τὸν αὐτοκράτορα Ἀρχ. 4.*   222 *Pacatus paneg. Theod. 17:* sibi humilitatem et tenebras suas imputet iacens virtus quae non obtulit se probandam. *Symmachi epist. IX 86:* minui dico virtutem in obscuro et tenui loco . . ., crescere honore (*Horati c. IV 9, 30:* paullum . . distat inertiae celata virtus.)   223 *cf. Paneg. ad Pison. 215.*   224 *cf. Ovidi heroid. 4, 92:* Arcus . . si nunquam cesses tendere mollis erit; *cf. ex Ponto IV 8, 75.*   225 *cf. Dio Chrysost. IV § 57.*   226 *Lucani VIII 166:* Proiecit . . . incerti pectoris aestus; *cf. Valerii Flacci V 303:* incerta per aestus mens rapit. 227 *Lucreti VI 919:* nimium longis ambagibus est adeundum.   228 *Petronius cap. 46:* quicquid discis, tibi discis. *cf. Philostratus Apollon. VIII 3; Cyprian. de mortal. 13:* ad hoc audivit ut diceret; audivit non sibi ille, sed nobis.

209 Stellata (i *supra* a) *H, corr. H²*   crinem *Heinsius*   211 et proprios *P*   nescit *H¹*, cernit *PH²* 212 secum *P*   213 ditione *ω*   214 parchorum (t *supra* c) *P (m. 1?)*   fortuna] natura *ς ex v. 40*   dedisset] tulisset *Isengr. mg.*   215 eois *P, sed o ex d radendo, ut vid.*   216 assirio *B*   ore] I orbe *add. B¹* thiaras *H*   217 Sufficere *P¹*, t *add. P²*, Suficcret *B*   218 Desidie (c *supra* e) *B, corr. B²*   220 Conditio *A (sic add. E)*   221 facto *A*   *V. 221* (Maior et ut) — *224* (tenditur arcus) *sic ut dedimus antecedunt versibus 225* (Hunc tamen) — *227* (itur) *in Aω: E transposuit 225—227 ante 221. Item ε adnotat:* in antiquo hi uersus hoc ordine habentur, *deinde adpictis numeris eundem quem Em ordinem restituit. Tamen ordo verior qui est in ω; nam ut ad illud* semet agnoscere *via muniatur, de animi natura tripertita fabula adseritur. Mommsenus vv. 221—224 post 275 traiciendos coniecit*   222 sub mersa *P¹*, lux mersa *P²*   tenebris *Aω*, latebris *ς* 223 obscuro *A*, obscuro.. *H (an s erasum?); cf. quae dixi in libello academico „de moribus Christianis" eqs. p. 17 adn. 1;* quid enim subm. . . . obscuro? *distinxere priores*   224 lita (r *supra* t) *P, corr. P²*, lira *B*   reticet *EmP²q*, retiu (?) *P¹; sequitur spatium vacuum in P*   225 haut *H, ex* aut *corr. P¹*, haud *q*   quisquam] quaquam *B*   226 incertos *Aω*, incestos *Isengr. mg. cf. Valerii Flacci exemplum*   placauerit *Aω*, pacauerit *ς pauci*   228 Disce orbi quod quisque sibi *A.* Disce orbis quod quisque sibi *AH*, Disce orbis quod quosque *P¹*; quosque *del. P² et in mg. add.* quisque sibi. Disce orbis quod quist (= et) sibi *B. Cf. Gronovii observv. l. II c. 21. Temptari olim* Disce orbi nec disce tibi. *Sic autem Fr. Sizacus et Barthius:* longis illuc amb. itur, Discordat quod quisque sibi. *Sed cf. exempla*   229 Nostros] Sinceram *P, sed del. et rest.* Nostros *m. 1*   aetheriis *EB*, ethereis *q*   misces *B*   terraena *P*

Sinceram patri mentem furatus Olympo
Continuit claustris indignantemque revinxit
Et, cum non aliter possent mortalia fingi,
Adiunxit geminas. Illae cum corpore lapsae
Intereunt, haec sola manet bustoque superstes
Evolat. Hanc alta capitis fundavit in arce
Mandatricem operum prospecturamque labori:
Illas inferius collo praeceptaque summae
Passuras dominae digna statione locavit.
Quippe opifex veritus confundere sacra profanis
Distribuit partes animae sedesque removit.
Iram sanguinei regio sub pectore cordis
Protegit imbutam flammis avidamque nocendi
Praecipitemque sui. Rabie succensa tumescit,
Contrahitur tepefacta metu. Cumque omnia secum
Duceret et requiem membris vesana negaret,
Invenit pulmonis opem madidumque furenti
Praebuit, ut tumidae ruerent in mollia fibrae.
At sibi cuncta petens, nil conlatura cupido
In iecur et tractus imos compulsa recessit,
Quae, velut inmanis reserat dum belua rictus,
Expleri pascique nequit: nunc verbere curas
Torquet avaritiae, stimulis nunc flagrat amorum,
Nunc gaudet, nunc maesta dolet satiataque rursus
Exoritur caesaque redit pollentius hydra.
'Hos igitur potuit si quis sedare tumultus,
Inconcussa dabit purae sacraria menti.
Tu licet extremos late dominere per Indos,

---

235 *Alcimi Aviti c. I 82:* Hinc arcem capitis. 239 *ita* fana profana *coniungunt ecclesiastici, cf. Sedulii c. pasch. I 47, Venant. Fort. V 1, 300, alii.* 247 *cf. Prudentii c. Symm. II 629 sq., ubi et* mens *et* fibrae *et* iecur.

---

233 *Ad sequentia cf. Platonis Tim. p. 542, Respubl. p. 506. Alcinous c. 23.* 239 *Horati epist. I 16, 54:* miscebis sacra profanis. 241 *Senecae de ira II 19, 3:* iram in pectore moveri *eqs.* 245 sq. *Platonis Tim. 70 C: ἐπικουρίαν τὴν τοῦ πλεύμονος . . . ἵνα . . . ἀναπνοὴν καὶ ῥᾳστώνην ἐν τῷ καύματι παρέχοι. Apuleius de Plat. eiusque dogmate I 15:* Pulmones cordi plurimum consulunt; cum exardescit ira trepidansque celerioribus motibus vertex cordis ipsius madens sanguine pulmonum excipitur mollitia *eqs.* 252 *κέντρον ἔρωτος Nonnus, Musaeus;* stimulos amoris *Verg. georg. III 210, Ovidi fast. II 779.* 256 *Auson. grat. act. 63:* mente pura. 257 *Horati c. II 2, 9.*

---

230 patri] patrio ς *perpauci* olimpo *PHB* 231 que] *om. P¹, add. P²* reuinxit *Eω* 233 geminas] partes *audacissime omissum; neque vero magis placebit si v. 239 et 240 ante v. 233 translocaveris, ita:* Et cum non aliter p. mortalia fingi (Quippe opifex veritus . . . Distribuit partes animae sedesque removit) Adiunxit geminas 233 cum corpore] e corpore *B* 234 Interemit *P¹*, Interimūt *P²* bustoṣq; *P¹* supertes *P* 236 p specturamq; *H* 238 digne *H* 239 Quipe *P* sca *P*, sancta *A* 240 remịsịt ouit *B¹* 241 sanguinei (s superscr.) *P¹, circa* i *ultimam ras.* cordis] choros *P¹*, cordis *add. P¹*, torrens *P²* 242 inbutam *HB*, imbustam ς *unus*, ambustam *Heinsius* 244 tabefacta *H¹*, tepefacta *EBA*, tepeffacta *P*, ł stupe(facta) *H²*, labefacta *Heinsius* meatu *H* *paene* tumque *H* 245 negaraet *P* 246 madidumque] medicumque *Paul; sed cf. illud* madens *apud Apuleium* furenti *Emεω*, fluenti *Claverius* 248 conlatura *Em*, cō(l superscr.)latura *H*, coll. *φ* 250 uelud *BHP²*, uelde (a superscr.) *P¹* inmanis *EA*, inmanis *H; hic est nominativus optimus;* immanes *φ* reseret *A* dum] ceu *Heinsius* *Heinsius frustra:* Ac uelut immanis reseratum bellua rictum Expleri pascique uelit 251 paciq; *H*, pasciṣq; *P¹* nequit *B*, uelit *φ* nunc] nc *P*, *sed* c *ex* o *radendo* uerbere] *ex* umbere *corr. vid. H* 253 dolet] silet *Isengr. mg.* 254 pollentius] pauentius *H (id quod uberius explicat glossator)*, pollentius *P¹*, uiolentius *P²* idra *B*, ydra *HP* 257 dominare *PB* yndos *P*

Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent·
Si metuis, si prava cupis, si duceris ira,
Servitii patiere iugum; tolerabis iniquas
Interius leges. Tunc omnia iure tenebis,
Cum poteris rex esse tui. Proclivior usus
In peiora datur suadetque licentia luxum
Illecebrisque effrena favet. Tum vivere caste
Asperius, cum prompta Venus; tum durius irae
Consulitur, cum poena patet. Sed comprime motus
Nec tibi quid liceat, sed quid fecisse decebit
Occurrat, mentemque domet respectus honesti.
'Hoc te praeterea crebro sermone monebo,
Vt te totius medio telluris in ore
Vivere cognoscas, cunctis tua gentibus esse
Facta palam nec posse dari regalibus usquam
Secretum vitiis; nam lux altissima fati
Occultum nihil esse sinit, latebrasque per omnes
Intrat et abstrusos explorat fama recessus.
'Sis pius in primis; nam cum vincamur in omni
Munere, sola deos aequat clementia nobis.
Neu dubie suspectus agas neu falsus amicis
Rumorumve avidus: qui talia curat, inanes
Horrebit strepitus nulla non anxius hora.
Non sic excubiae, non circumstantia pila
Quam tutatur amor. Non extorquebis amari;
Hoc alterna fides, hoc simplex gratia donat.

276 *Venant. Fort. c. VI 1, 93:* prima est in principe virtus Esse pium. *Alcuini carm. 15, 9:* Sis pius.

258 *Manili IV 754:* molles Arabas *(cf. Catulli 11, 5).* 259 *Dio Chrysost. IV § 64:* φοβούμενος κτλ. 260 *Synesius* εἰς τὸν αὐτοκράτορα Ἀρκ. *c. 11.* 261 *Synesius ibid. 10. Isocrates ad Nicoclem 29:* ἄρχε σαυτοῦ, . . μηδεμιᾷ δουλεύῃς τῶν ἡδονῶν. 267 *Trag. Octaviae 454:* Id facere laus est quod decet, non quod licet. 269 *Verg. Aen. III 435:* Unum illud . . . repetens iterumque iterumque monebo. 269 sq. *Senecae de clem. I 8, 1 sq. Plinii paneg. 83.* 273 *Pacatus 21:* nec magis communem hunc diem atque solem quam nostrum imperatorem videri licet. 277 *Synesii epistol. 31:* τὸ γὰρ εὖ ποιεῖν ἓν τοῦτο μόνον ἔχουσι κοινὸν ἔργον ἄνθρωπος καὶ θεός: *fuerat vero dictum Pythagorae (Aelian. v. h. XII, 59; cf. anon.* π. ὕψους *1, 2).* 278 *Synesius c. 11.* 279 sq. *Senecae de clem. I 5, 7; cf. eiusdem Oedipus v. 706:* timet timentes. 281 *Symmachus relation. III 2:* amari coli diligi maius imperio est . . . noster autem labor . . . ducit excubias. *Pacatus 47:* tutior publici amoris excubiis. *Ceterum cf. Seneca l. l. I 19, 6, Plinii paneg. 49. Statii Theb. I 147:* Non . . . pila nec . . . excubiae.

258 *1 littera (7 ni fallor) erasa ante* te *alterum in P* seret (s *supra*) *P, corr. P*[2] 259 praua *EHPB*, parua *A* 260 tollerabis *BA* inuquas *H* 261 Ulterius *A*; Interius *adscripsit Em, sed sine nota correcturae* 262 esse rex *B, sed corr. B*[1] 264 tum *Eω*, est nil quam *B* castae *A*, caste *ex* coste *P*[1] 265 promta *H* tunc *B* durius] *ex* duris *corr. H*[1] 266 Consuluitur *(sic) E*, Consulitur *A*, Consultum *ex* Consulitur *corr. H*[1], Consulimus *PB. Expecto* Obstruitur 267 Ne *P* 268 donet (m *supra*) *P, corr. P*[2], domat *H* 270 ore] orbie *P*[1], orbe *AH*[2], ore *EH*[1]*φ* 272 usquam *AHA*, ũquam *PB* 274 nil *PH* omnis *EH* 275 abstrusos *Em, item Isengr. mg.*, obstrusos *PA*, obtrusos *BH; an subfuit* obstructos? explorat *H*, implorat (ex *supra*) *A (sic add. E), prorsus item ε*, implorat *PAB* 276 Sic *B* 278 Neu *Eω* dubie *A; conicio* plebi *vel* pubi suspectus] e *in ras. B*[1] amicus] *ex* amicis *corr. P*[1] 279 ue] ne *PB* currit *A* 281 non *alterum*] nec *BH* pila *H*[1], ↑ tela *H*[2] 282 ‚‚tutatur *H* extorqueris (b *supra*) *H*[1], *corr. H*[2]

Nonne vides, operum quod se pulcherrimus ipse
Mundus amore liget, nec vi conexa per aevum
Conspirent elementa sibi? quod limite Phoebus
Contentus medio, contentus litore pontus
Et, qui perpetuo terras ambitque vehitque,
Nec premat incumbens oneri nec cesserit aer?
Qui terret, plus ipse timet: sors ista tyrannis
Convenit; invideant claris fortesque trucident,
Muniti gladiis vivant saeptique venenis,
Ancipites habeant arces trepidique minentur:
Tu civem patremque geras, tu consule cunctis,
Non tibi, nec tua te moveant, sed publica vota.
'In commune iubes si quid censesve tenendum,
Primus iussa subi: tunc observantior aequi
Fit populus nec ferre negat, cum viderit ipsum
Auctorem parere sibi. Componitur orbis
Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent quam vita regentis.
Mobile mutatur semper cum principe vulgus.
'His tamen effectis neu fastidire minores
Neu pete praescriptos homini transcendere fines.
Inquinat egregios adiuncta superbia mores.
Non tibi tradidimus dociles servire Sabaeos,
Armeniae dominum non te praefecimus orae,
Nec damus Assyriam, tenuit quam femina, gentem.
Romani, qui cuncta diu rexere, regendi,

---

284 *Boethius de consol. II carm. 8, 13:* hauc rerum seriem ligat . . . caelo imperitans amor. 289 *Boethius l. l. III 5, 22:* qui quos terret ipse plus metuit. *290 et 293 Expeditio Asiat. Friderici Barbarossae ed. C. p. 513:* Extorquere minis dum sic putat ut timeatur, Qui terret plus ipse timet trepidusque minatur.

---

284 sqq. *ex Aristide περὶ ὁμονοίας ταῖς πόλεσιν p. 537, 11: ἐπεὶ καὶ τὸν πάντα . . . κόσμον, ὃς τὸ κάλλιστον . . ., φιλίας δύναμις διοικεῖ κτλ.* 290 *Senecae l. l. I 19, 5* 291 *ibid. 11, 4. 12, 1.* 292 *ibid. I 19, 6 (cf. Plin. l. l.).* 294 *ibid. I 14, 1* 296 sq. *Synesius c. 6; 31 fin. Iustinus III 2:* (Lycurgus) nihil lege ulla in alios sanxit, cuius non ipse primus in se documentum daret. *Ceterum Isocrates ad Nicoclem 31. Ad 297—305 cf. Pacatus 20 (de* humanitate *et* superbia) *et 14* (iubetur exemplo). 297 *Verg. Aen. II 427:* servantissimus aequi. 300 *idem IV 22:* inflexit sensus. 303—319 *Synesius c. 19, 20.*

---

284 quod *EmPHA*, q̊ (= qui) *B*, quo ς pulchimus *B* ipse *HPAA*, ille *B* 285 amare *P* ligat *A* conexa *EP*, connexa *B*, connexa *φ* 286 Conspirent *Eω (B¹ ex corr.)* helementa *B* phebus *PHB* q̊ *B*, quod *Emφ* 287 Contemplus *P*, Contēplus *H sic corr. et P et H utroque loco* pontus *B¹* 288 transambitqз *P¹*, *sed corr. m. 1* ueitqз *P* 289 incūbens *A* honeri *B*, honeri *H* 290 ipse] iste *A* tyrannus *A* 292 uiuant *Eω; velim* paueant sceptiqз *A*, sptiqз *P* 293 arces *Eω* ancipites] *hunc nominativum esse puto cui respondeat* trepidi 294 ciuem] *ex corr. P¹* ꝯtis *B* 295 Non] Nec *H*, Non *Emφ* 296 censesue *H*, censesque *AA*, cessesqз *P*, *sed corr. m. 1* tuendum *A* censesqз si quid iubes tenendum *B* 297 subi] sibi *P¹*, tibi *P²*, subi I sequi *H¹* 298 negat *EmεH*, uetat *PAB* 299 Actorem *P*, Auctorem *Eφ* parē *P¹*, parere *P²* eō ponitur *P*, *sed* ō *corr. ex* ū 301 quam] *sic ω;* ut ς *pauci; „videtur* ut *ante* uita *periisse in archetypo quo facto* quam *librarius in archetypo male supplerit" Buechelerus* uita *Emω;* iura ς *pauci* 302 *Post* Mobile *ras. in P* 303 neu *EA*, nec *BHP* 304 Nec pete *BA* perscriptos *P¹*, *corr. P²* finis *A* 305 suphia *H*, *sed virgula librata a rubricatore* 306 sabeos *BHP* (a *ex* e *P¹*) 307 Armeice *P¹*, Armenie *P²* nec te *B*, non te *Eφ* hore *PBH* 308 Nec] Non *A* demus *H* assiriam *PHB* ꝗ (= quam) *A*, *sed virgulam libratam A²*

Qui nec Tarquinii fastus nec iura tulere
Caesaris. Annales veterum delicta loquuntur:
Haerebunt maculae. Quis non per saecula damnat
Caesareae portenta domus? quem dira Neronis
Funera, quem rupes Caprearum taetra latebit
Incesto possessa seni? Victura feretur
Gloria Traiani, non tam quod Tigride victo
Nostra triumphati fuerint provincia Parthi,
Alta quod invectus fractis Capitolia Dacis,
Quam patriae quod mitis erat. Ne desine tales,
Nate, sequi.
'Si bella canant, prius agmina duris
Exerce studiis et saevo praestrue Marti.
Non brumae requies, non hibernacula segnes
Enervent torpore manus. Ponenda salubri
Castra loco; praebenda vigil custodia vallo.
Disce, ubi denseri cuneos, ubi cornua tendi
Aequius aut iterum flecti; quae montibus aptae,
Quae campis acies, quae fraudi commoda vallis,
Quae via difficilis. Fidit si moenibus hostis,
Tum tibi murali libretur machina pulsu:
Saxa rota; praeceps aries protectaque portas
Testudo feriat; ruat emersura iuventus
Effossi per operta soli. Si longa moretur
Obsidio, tum vota cave secura remittas
Inclusumve putes; multis damnosa fuere
Gaudia; dispersi pereunt somnove soluti;
Saepius incautae nocuit victoria turbae.

---

313 *Sidon. c. V 321 sq.*

---

314 *cf. Iuvenal. X 93 de Tiberio.* *Ad vv. 319—351 et 400—418 cf. Synesius c. 13—18.* 327 *Verg. Aen. XI 522; Statii X 186:* adcommoda fraudi. 329 *cf. Verg. Aen. XII 921.* 330 *Statii Theb. X 969:* Saxa rotat. *Senecae Thyest. 387:* machinis longe saxa rotantibus.

---

310 fastus] *ex* fassus Π^1 iura] iussa *Burmannus* tulere/ *P* 311 Cesaris *PΠB* locuntur *BΠ*, loquuntur *φ*, loquentur *ς* 312 Horrebunt l here(bunt) Π^1 dāmpnat (e) *P*, e *sed obscuratam add.* P^2, damnat *A*, dampnat *BΠ* 313 Cesaceree P^1, Cesaree *ΠB* portenda *B* quem *Emω* dura *P* 314 Munera *Heinsius* tecta *B*, tetra *φ* latebunt *B* *V. 315 deest in ω (quamquam de B non satis certum), item in ς, nisi quod adscriptus in mg. a m. recentiore extat in Vossiano 294 et paucis apud Burmannum p. 783. Habet cum Isengrinius* 316 troiani P^1, traiani P^2 quod] q B^1 *ex* q (i) *corr.*, quam *P*, quod *Emφ* 317 triumphanti *P* fuerint *εω*, fierent *ς* pharti *Π* 318 dactis *P*, dachis *B* 319 mittis *P* ne *EP*, nec *ABΠ* 320 tonant *B*, canant *EmPAΠ*, uocant *Heinsius; sed intellege cornicines bellicum canentes* diuis P^1, duris P^3 321 perstrue *B* 322 segnis (e) *P (add. m. 2)*, segnis *Π*, segens *B* 324 uigil] iugis $A\Pi^2$ 325 denseri *E*, densus erit *AΠB idem ex* demserit *corr.* P^1 cuneos *E*, cuneus *ω* 327 quae fraudi $EP^1φ$, quae dandis P^3 accomoda *A* 328 fidis *A* si] se *A* 329 Tunc *B* 330 rota] rotet *A*, rotat *Π (certe non fuit rotan)*, rotans *Heinsius* protectaqꝫ *Eω*, proiectaqꝫ Π^2, *item Isengr. mg.*, praetectaqꝫ *ς*, praetentaque *Scaliger; sed cf. Veget. IV 14:* testudo . . . ne exuratur incendio, coriis vel cilieiis . . . vestitur; *item IV 15:* plutei . . . proteguntur; *monuit Mommsenus* 331 emesura P^1, emersura $EP^2φ$ 332 Effosi *P* aperta *B* egli (o) P^1; *deinde* t *supra* e *posuit* P^2; soli *in mg.* P^2 333 nota] corda *Schraderus* remitas *P* (a *ex* ti *m. 1*) 334 Inclusumue *Eω*, Iucundumue *conieci quia* gaudia *sequitur;* remittas; Inclusum reputes *Mommsenus* 335 somnoue *Eω* soluti *Π*, ti *ex corr.* 336 uictorie, *sed corr.* P^1

Neu tibi regificis tentoria larga redundent
Deliciis, neue imbelles ad signa ministros
Luxuries armata trahat. Neu flantibus Austris
Neu pluviis cedas, neu defensura calorem
Aurea summoveant rapidos umbracula soles.
Inventis utere cibis. Solabere partes
Aequali sudore tuas: si collis iniquus,
Primus ini: silvam si caedere provocat usus,
Sumpta ne pudeat quercum stravisse bipenni.
Calcatur si pigra palus, tuus ante profundum
Praetemptet sonipes. Fluvios tu protere cursu
Haerentes glacie, liquidos tu scinde natatu.
Nunc eques in medias equitum te consere turmas;
Nunc pedes assistas pediti. Tum promptius ibunt
Te socio, tum conspicuus gratusque geretur
Sub te teste labor.'
                    Dicturum plura parentem
Voce subis: 'Equidem, faveant modo numina coeptis,
Haec effecta dabo, nec me fratrique tibique
Dissimilem populi commissaque regna videbunt.
Sed cur non potius, verbis quae disseris, usu
Experior? Gelidas certe nunc tendis in Alpes.
Duc tecum comitem; figant, sine, nostra tyrannum
Spicula; pallescat nostro, sine, barbarus arcu.
Italiamne feram furiis praedonis acerbi
Subiectam? patiar Romam servire clienti?
Vsque adeone puer? nec me polluta potestas

---

344 *Sidon. c. V 550:* primusque labores aggrederis.

---

341 *Ovidi fast. II 311:* Aurea pellebant tepidos umbracula soles. 342 *cf. praeter Synesium c. 18 (de Carino) Spartianus v. Hadriani 10:* cibis etiam castrensibus . . . libenter utens *eqs.* 344 *Pacatus c. 10:* omnium castrensium numeros primus . . . obires, stare pro signis, excubias sorte agere *eqs.* 345 *cf. Lucani III 433 sq.* 362 *Verg. Aen. XII 646. Statii silv. III 2, 67:* Usque adeone. *Statii Theb. IX 791:* quisnam adeo puer *eqs.*

---

337 tēptoria *B* larga *Emω* 338 neue *Emω* īb(e)llis *P* (e *m. 2*), imbellis *A*, inbellis *H* 339 flantibus austris *ω*, flatibus austri *E* 340 Neu *Eω* pluriis *H* neu *alterum A*, ne *Aq* colorem *P*¹, calorem *P*² 341 submoueant *PBH* rabidos *ς* soles *εω* 342 cibis *bis scr. P*¹, *semel del. P*² parthis *H*¹, parchis *P*¹, partes *P*²*q*, † paucis *H*² solare cohortes *conieci* 343 tuos *P*¹, tuas *P*², ruas *H*, r *ex corr., fuisse vid.* uias solabere Martis Aequali sudore tuos *Burmannus* tollis *P*¹, collis *P*² iniqus *B* 344 syluam *A; cruc. adpinxit E* cede *B* estus *P*, usus *q* 345 Ne pudeat sumpta *A* querqū *P* 346 profundū *P*, † os *P*² 347 Pertentet *E*, pertemptet *B*, Praetemptet *HP*, Pretendet *A* fluuios *Emω* (fluuio *H*¹, s *H*²) tū(us) *P* curru] cursu *ς* 348 Haerentes *AH*¹*BA*, Horrentes *PH*² glatie(s) *P*¹ liquidos *EHBA*, liquido *P*¹, liquidum *P*² tu scinde *H*¹ *in ras.* natam *P*¹, natanti *P*² 349 equos *P*¹, eques *P*² equirum *P*¹, equitum *P*² 350 pediti] equiti *B* 351 tunc *B* conspicu(a)s *P*¹ geretur] feretur *A* 352 Te sub teste *Burmannus (cf. Statii silv. V 1, 227)* 353 Subit *P*, subis *εq* modo faueant *B* cepti s *P* (*in ras. fuisse vid. ?*) 354 nec] non *H* 357 Experior] o *ex* a *corr. H*¹ certe *Eω* nunc *Eq* nunc tendis] mittendus *B* 358 Duc] c *ex* o *radendo, ut vid. P* 359 pa(l)lescat *A* (*sic add. E*) barbaris *H*, is *ex* u *corr. vid.* 360 furiis] spoliis *A* acerbi *H*¹, acerui *H*², iniqui *ς* 362 pol(u)lta *P* (*corr. P*³)

Nec pia cognati tanget vindicta cruoris?
Per strages equitare libet. Da protinus arma.
Cur annos obicis? pugnae cur arguor impar?
Aequalis mihi Pyrrhus erat, cum Pergama solus
Verteret et patri non degeneraret Achilli.
Denique si princeps castris haerere nequibo,
Vel miles veniam'.
Delibat dulcia nati
Oscula miratusque refert: 'Laudanda petisti:
Sed festinus amor. Veniet robustior aetas;
Ne propera. Necdum decimas emensus aristas
Aggrederis metuenda viris: vestigia magnae
Indolis agnosco. Fertur Pellaeus, Eoum
Qui domuit Porum, cum prospera saepe Philippi
Audiret, laetos inter flevisse sodales
Nil sibi vincendum patris virtute relinqui.
Hos video motus. Fas sit promittere patri:
Tantus eris. Nostro nec debes regna favori,
Quae tibi iam natura dedit. Sic mollibus olim
Stridula ducturum pratis examina regem
Nascentem venerantur apes et publica mellis
Iura petunt traduntque favos: sic pascua parvus
Vindicat et necdum firmatis cornibus audax
Iam regit armentum vitulus. Sed proelia differ
In iuvenem patiensque meum cum fratre tuere
Me bellante locum. Vos impacatus Araxes,
Vos celer Euphrates timeat, sit Nilus ubique
Vester et emisso quidquid sol imbuit ortu.
Si pateant Alpes, habeat si causa secundos

372 *Ennodii carm. II 1, 15:* Bis denas . . . transcendit aristas. 385 *Sidon. c. V 98:* quid proelia differs. 389 *Prosper de ingratis 101 de Augustino:* totum . . . imbuit orbem.

367 *ex Verg. Aen. II 549.* 369 *Verg. Aen. I 256:* Oscula libavit natae. 371 *Ovidi her. I 107:* veniet . . . fortior aetas. 372 emensus aristas *conflatum ex Verg. ecl. 1, 70 et Sil. Ital. III 398.* 375 *Iuvenal. X 168:* Pellaeus iuvenis. 380 *Iuvenal. XII 79:* Quos natura dedit. *Ceterum cf. Xenoph. Cyrop. V 1, 24; Dionis Chrysost. de regno IV. Senecae de clem. I 19.* 384 *Ps. Ovid. halieut. 3:* vitulus . . . nondum gerit . . cornua. 385 *Ovidi met. VI 52:* certamina differt.

363 tanget] tangit *ΠA*, tangat *Heinsius* 364 strag^s^e, g *ex* t *(?) Π* licet *B* 366 pirrus *BPΠ* 367 Ster^ner^et P^1 368 castris princeps *Π* haerere] *obscurius;* antire *conieci* 370 miratusque] ratus *in ras. A* 371 fatinus P^1, *corr.* P^2 honor *B*, amor *Emq* uenit et *P*, ueniet et *B*. uenit en *Heinsius* 372 emersus $Π^1$, emensus $Π^2$*q* haristas *Π* 373 Agrederis *B* uiri^s^, is *in ras. Π* 374 Pelleus *ε*, pelleus *PΠB* corū P^1 375 porum *BA*, porrum *P*, portum *Π*, pyrrhum *A* philipi *P* 377 patria *Heinsius* 378 fas est *A* promitere *P* 379 foueri $Π^1$, fauori $Π^2$ 380 molibus *Π* 381 patris *Π*, pratris (pr^i^atis) *P* 382 uñāt (= uernantur) *B* apex P^1, apes P^2 383 fauos] *ex* faues *corr. P* paruus] us *in ras.* $Π^1$ 384 V^i^endicat *A (sic add. E)*, Vendicat *PB* nedum *Π* 385 regit *Eω* differ *EBA*, differt *PΠ* 386 iunenem *Em*$Π^1$*BA*, uenerem *ε*$PΠ^2$ meum] *om.* $Π^1$, *rest.* $Π^2$ 387 Te *P*, Me *Emq* inpaccatus *P* ^a^oraxes *P (corr.* P^2*)* 388 eufrates *PBΠ* ubique] Iberque *Heinsius* 389 emisso] *cf. Stat. silv. I 2, 229:* emissa dies quicquid *PBΠ* imbuit] *Prosperum frustra contuli frustraque Gesnerus illud* βεβρεγμένος *Pindari Ol. 6. 92;* ambit ab ortu *Heinsius;* ambiat *alii;* inspicit *vel* inficit *ego (cf.* infecti sole populi *apud Plinium;* Phoebus inficit Indos *Senecae Oed. 123)*

Iustior eventus, aderis partesque receptas
Suscipies, animosa tuas ut Gallia leges
Audiat et nostros aequus modereris Hiberos.
Tunc ego securus fati laetusque laborum
Discedam, vobis utrumque regentibus axem.
'Interea Musis animus, dum mollior, instet
Et quae mox imitere legat; nec desinat umquam
Tecum Graia loqui, tecum Romana vetustas.
Antiquos evolve duces, adsuesce futurae
Militiae, Latium retro te confer in aevum.
Libertas quaesita placet? mirabere Brutum.
Perfidiam damnas? Metti satiabere poenis.
Triste rigor nimius? Torquati despice mores.
Mors impensa bonum? Decios venerare ruentes.
Vel solus quid fortis agat, te ponte soluto
Oppositus Cocles, Muci te flamma docebit;
Quid mora perfringat, Fabius; quid rebus in artis
Dux gerat, ostendet Gallorum strage Camillus.
Discitur hinc nullos meritis obsistere casus:
Prorogat aeternam feritas tibi Punica famam,
Regule; successus superant adversa Catonis.
Discitur hinc quantum paupertas sobria possit:
Pauper erat Curius, reges cum vinceret armis,
Pauper Fabricius, Pyrrhi cum sperneret aurum.
Sordida dictator flexit Serranus aratra:
Lustratae lictore casae fascesque salignis
Postibus affixi; collectae consule messes
Et sulcata diu trabeato rura colono.'

---

412 (*Rutilius Namat. I 46:* in quantum). 414 *Sidon. c. VII 227:* Fabricium . . . fugit Pauper opes.

394 *Silii XV 673:* securus . . . fati. *Verg. XI 73:* laeta laborum; *plura Trumpius p. 16.* 399 *Synesius c. 15. 16.* 403 *cf. Verg. ecl. 3, 80.* 407 *Florus II 6:* Hannibal quia frangi virtute non poterat, mora comminueretur. 413 *Pacatus paneg. Theodos. 9 med.:* sic agrestes Curii . . . Fabricii . . . rusticabantur. 415 *Manili IV 149:* dictator venit aratro.

---

391 partisq; *E* receptas *Π*¹, as *in ras.* 393 Audiant *P* iberos *A* 396 animis *P*¹, animus *P*² molior *B* instet *Aω; hanc lectionem certe etiam Em approbavit qui v. 397* legat *restituit.* instes *Scaliger* 397 quae] *ex* q; *corr. Π* imittere *P*, imitanda *Π* legat *Eω*, legas ς *pauci* 399 adsuesce *PΠ*, ass. *Γ* 401 mirabile bruti *P* (bruti *ex* brutū *corr. m. 1*) 402 dampnās, *fuit* dampuās *Π* metii *A; crucem supra pinxit E*, metii *A*, mechi *B*, mitis *Π*, nec tu *P*, meti *vetus Cuiacii* 403 nimius] mi *ex corr. Π*¹ despice *Π*²*B*, despue *AΠ*¹*PA* 404 *Supra* Mors *ras. in P* bonum *P*, I (bo)norum *P*² Detios *AP* 405 Uel] uir *Isengr. mg.* *ras. ante* quid *in B; fuerat* ecquid. te (I pro *P*²) sponte *P* 406 cocles *BAP*², coles *P*¹, codes *Π* mucii *EBΠ*, mutii *P*, muti *A* 407 pfingat *P*, perstringat *B* arctis *A* 408 ostendet *B*, ostendat *Γ* *Versus 409—411 om. A* hic *P*¹, huic *P*²*B*, hinc *P*² *in mg.* meritis] mentis *Π* 411 superant *Π*¹, I ans *Π*² 412 hinc *Π*, in *Γ* sobria] sobrie, *sed corr. P*¹ prosit *Heinsius* 414 pyrrhi *AA*, purri *P*, pirri *BΠ* 415 Sordida] a *ex corr. Π*¹, *fuisse vid.* ū seranus flexit dictator *A*; r *add. E; item E virgulas* | *bis supra pinxit; voluit aperte transponere verba, sed cum soleret uti signis* | *et* |, *hoc loco bis idem posuit sicut et alii librarii (cf. ad v. 491). Item Π:* Sordida dictator flexit serranus. Sordida Serranus flexit dictator *Γ* sertanus *P (corr. P*²*)*; seranus *A* aratrum *Π*¹, aratra *Π*²*Γ* 416 fascesq; *Eω* 417 affixit ε messes *P*², meses *P*¹

Haec genitor praecepta dabat: velut ille carinae
Longaevus rector, variis quem saepe procellis
Exploravit hiems, ponto iam fessus et annis
Aequoreas alni nato commendat habenas
Et casus artesque docet: quo dextra regatur
Sidere; quo fluctus possit moderamine falli;
Quae nota nimborum; quae fraus infida sereni;
Quid sol occiduus prodat; quo saucia vento
Decolor iratos attollat Cynthia vultus.
Aspice nunc, quacumque micas, seu circulus Austri,
Magne parens, gelidi seu te meruere Triones,
Aspice: completur votum. Iam natus adaequat
Te meritis et, quod magis est optabile, vincit
Subnixus Stilichone tuo, quem fratribus ipse
Discedens clipeum defensoremque dedisti.
Pro nobis nihil ille pati nullumque recusat
Discrimen temptare sui, non dura viarum,
Non incerta maris, Libyae squalentis harenas
Audebit superare pedes madidaque cadente
Pleiade Gaetulas intrabit navita Syrtes.
Hunc tamen in primis populos lenire feroces
Et Rhenum pacare iubes. Volat ille citatis
Vectus equis nullaque latus stipante caterva,
Aspera nubiferas qua Raetia porrigit Alpes,
Pergit et hostiles (tanta est fiducia) ripas
Incomitatus adit. Totum properare per amnem
Attonitos reges humili cervice videres.

---

431 *cf. Sidon. ep. VIII 7, 4:* ut te filii consequantur aut, quod te plus decet velle, transcendant.

---

425 *Verg. Aen. V 851:* fraude sereni. 431 *cf. Libanii prosphon. ad Iulianum I p. 406, 17 Reisk.* 436 *Lucani I 318:* Libyae sitientis harenas; *IX 755:* squalentis harenae. 437 *Lucani VIII 852:* imbrifera . . sub Pleiade. 440 sqq. *cf. Mamertini grat. act. Iul. 8.* 441 *Verg. Aen. I 497:* stipante caterva.

---

419 uelud *PB* ille] *om. P*[1]; *P*[3] *add.* ante ł ille 421 iam *Π*[1], ł cum *Π*[2] ponto confectus *Burmannus* annis *Emω* 422 alni] olim *P* 423 casus] caussas *Heinsius* dex^a *P* 424 possit] possint ς *perpauci* 425 nota] *om. P*[1]; sit *suppl. P*[2] quam fraus infida *Heinsius* sereni *Eεω* 426 occiduus *Eω* 427 Discolor *B* aurẹatos *A*, inflatos *Heinsius* atollat *B* cinthia *PBΠ* 428 austriṣ *P*[1] 430 natus *P*[2], uatus *P*[1] 431 magis] maius *B* *Versus 432* (Subnixus *eqs.*) *deest in A defuitque etiam in E, quoniam nihil adnotavit Em, deest etiam in ω, etiam scholiasta in Π rem ita circumscribit quasi Stilichonis nomen hic non legatur in textu; idem v. 440 ad* ille *adnotat* stilicho. *Deest etiam in ς omnibus quotquot novi. Primus habet Isengrinius (a. 1534); inde habet Claverius, qui de vetere suo nil adnotat; deerat etiam in mso. Delrii (a. 1538) sed „in eo non ita pridem additus" videbatur* 433 Discedēs, *virgulam m. 2, P* 436 iueta *P*, *in mg.* incerta *P*[1] libie *PB*, lybie *Π*, lybie̮ *A* squalentis] *cf. Ruf. II 40 et Lucani exemplum* 437 caụdente *P* 438 Pleyade *Π* nauita syrtes *Π cum ras. supra* syrtes, *item Isengr. mg.*, sirtibus undas *APB*, syrtibus undas *A*; nauita *desiderari nequit, id quod intellexit Heinsius; correspondet enim cum* pedite *in v. antecedenti* 439 lenire feroces] *Heinsius ex ς uno* leuitate feroces, *male* 440 rhenum *Π*[2]*A*, renum *PB*, regnum *Π*[1] pacare *Eω* (peccare with a written above *P*, *corr. m. 2*, paccare *B*) 441 aquis with e written above *P*, *corr. P*[2] 442 nubiceras with f written above *P*, *corr. P*[2] rethia *P*[1], trathia *P*[2], rethia *B*[1], *sed* rethi *in ras.*, rhetia *A*, retia *Π*[1], *unde* rehtia *Π*[2] alpis *A* 443 hostilis *A* ripas] a *ex corr. P*[1] 444 addit *B* annē *P*, amnē *B*[1] *in ras.* 445 Atonitos *B* reges *P*

Ante ducem nostrum flavam sparsere Sygambri
Caesariem pavidoque orantes murmure Franci
Procubuere solo; iuratur Honorius absens
Imploratque tuum supplex Alamannia nomen.
Bastarnae venere truces, venit accola silvae
Bructerus Hercyniae latisque paludibus exit
Cimber et ingentes Albim liquere Cherusci.
Accipit ille preces varias tardeque rogatus
Annuit et magno pacem pro munere donat.
Nobilitant veteres Germanica foedera Drusos,
Marte sed ancipiti, sed multis cladibus empta.
Quis victum meminit sola formidine Rhenum?
Quod longis alii bellis potuere mereri,
Hoc tibi dat Stilichonis iter.
Post otia Galli
Limitis hortaris Graias fulcire ruinas.
Ionium tegitur velis ventique laborant
Tot curvare sinus servaturasque Corinthum
Prosequitur facili Neptunus gurgite classes,
Et puer, Isthmiaci iam pridem litoris exul,
Secura repetit portus cum matre Palaemon.
Plaustra cruore natant; metitur pellita iuventus:
Pars morbo, pars ense perit. Non lustra Lycaei,
Non Erymantheae iam copia sufficit umbrae
Innumeris exusta rogis, nudataque ferro
Sic flagrasse suas laetantur Maenala silvas.

---

460 *Paulini eucharistici 580:* fulcire ruinas.

---

454 *Mamertini l. l.:* et munus pacis indultum. *Verg. Aen. V 282:* promisso munere donat. 459 *cf. Senecae Troad. 232:* iter est Achillis *cqs.* 461 *Florus I V 11:* labore ventorum ferebantur. 469 *Senecae Troad. 74:* nostris nudata rogis.

---

446 ūrm *B* flauam *B*¹, *sed* uam *in ras.*, clauam *P*¹, flauam *P*²*q* sparsẹere *P*¹ sicambri *PBA*; syg *supra scr. E sine correcturae signo*, sycambri *HA* 447 Caesariem] em *ex* am *corr. H* que] *om. H*¹, *add. H*² 448 honorii *P*¹, honorius *P*³ 449 que] *om. H* suum *B* suplex *H* alamannia *E*, alemannia *PAHB*, *sed* mānia *B*¹ *in ras.* numen *Heinsius* 450 Bast(a)ernae *A* (a *sic add. E*), Basturne *H*, Bastarne *q* (bast̃ne *P*) truces *Emω* ĩcola *B*¹, *sed* ĩ *in ras.* 451 Bructerus *H*, ructerus *B*¹ *in ras.*, Brutterus *Em*, Bructérus *Aldina*, *hamulum add. ε*, Bruterus *P*, Brutherus *A* hercinie *H*, hercynie *A*, erciniae *E*, hercenie *B*, ercenie *P* 452 Cimber *E*, Cymb (= Cymber) *H*¹, Cymbrus *H*², Cimbrus *B*¹, *sed* rus *in ras.*, Cimb(r)ṭus *P*¹, Cimbrus *A* albim *AA*, albin *H*, albĩ *P*, alfem *B* ceruchi *EHA*, cheruchi *P*, cerochi *B* 453 tardaeqȝ *P*, ł tandem *H*² 454 pacem magno *P* 455 Germanica] manica *in ras. B*¹ fẹdera *P*¹ 456 cladibus] ł casibus *add. H*² 457 Qui(s)ḍ *H*, *corr. H*³ uictū *B*¹ *in ras.* renum *P*, rethnum *B*¹, *sed* nū *in ras.* 459 tibi] t(i) *B*¹, *sed* i *in ras.* stiliconis *BP ut saepe*; s *finale B*¹ *in ras.* (otia E) galli,,,| *P* 460 furcire *P*, *sed corr. (m. 1?)* 462 que] *om. P*, *suppl. m. 1 (?)* seruatu(ns)rasqȝ *H*¹ corynthum *A*, corithum *P* 463 neptunus] *ex* neptunis *corr. B*¹ classis *A* 464 isthmiaci *A*, hismiaci *A*, isnⁱaci *P (m. 1?)*, ismiaci *BH*², hirniaci *H*¹ 465 Securaqȝ petit *B* cum marte *A* palemon *PHB*¹ *in ras.* 466 Plaustra *ε*, Castra *ω* metitur] morit⁹ *ε*, metit *P*¹, metitur *Emq*, moritur *supra scr. P*¹ 467 pṛit *H*, cadit *ς* licei *BH*, litei *P* 468 Nom *H* Erymanthaeae *ε*, emanthee *P*¹, erimanthee *HP*², crimāthee *B*¹, crimā *in ras.* sufficto *P*¹, sufficit *P*² umbre *B*¹ *praeter* e *in ras.* 469 ex(s)uta *A* (s *sic add. E*), exusta *BAH*, exuta *P* rogi *E* nudataqȝ *Emω* 470 letatur *B* menala *PHB*

Excutiat cineres Ephyre, Spartanus et Arcas
Tutior exangues pedibus proculcet acervos
Fessaque pensatis respiret Graecia poenis.
Gens, qua non Scythicos diffusior ulla Triones
Incoluit, cui parvus Athos angustaque Thrace,
Cum transiret, erat, per te viresque tuorum
Fracta ducum lugetque sibi iam rara superstes,
Et, quorum turbae spatium vix praebuit orbis,
Vno colle latent. Sitiens inclusaque vallo
Ereptas quaesivit aquas, quas hostibus ante
Contiguas alio Stilicho deflexerat actu
Mirantemque novas ignota per avia valles
Iusserat averso fluvium migrare meatu.
Obvia quid mirum vinci, cum barbarus ultro
Iam cupiat servire tibi? Tua Sarmata discors
Sacramenta petit, proiecta pelle Gelonus
Militat, in Latios ritus transistis Alani.
Vt fortes in Marte viros animisque paratos,
Sic iustos in pace legis longumque tueris
Electos crebris nec succedentibus urges.
Iudicibus notis regimur, fruimurque quietis
Militiaeque bonis, ceu bellatore Quirino,
Ceu placido moderante Numa. Non imminet ensis,
Nullae nobilium caedes; non crimina vulgo
Texuntur; patria maestus non truditur exul;
Impia continui cessant augmenta tributi;
Non infelices tabulae; non hasta refixas
Vendit opes; avida sector non voce citatur,

---

477 *Orestis trag. 908:* sibi sit . . . superstes. 480 *Sidon. c. 22, 184 sq.* (venit altior amnis . . . patulisque canalibus actus *eqs.*).

---

477 *Horati c. I 2:* rara iuventus. 482 *Verg. georg. II 82:* Miraturque novas frondes. *Optatianus Porf. X 4 Müller:* ire per avia. 484 sqq. *Synesius 21. 22.* 488 *Verg. Aen. II 799:* animis opibusque parati. 492 *Pacatus c. 20:* post bellatores Tullos Numasque *eqs.*

Versus 471—473, qui narrationis de Alarico derictо quasi clausulam continent, bene esset si post v. 483 legerentur 471 ephyre *A*, ephie *P*¹, ephire *HP*², ephiere *B* spartanus *H*, sparthanus *EA*, parthanus *P*, partheni' *B* archas *PB* 472 exangues *ABP*², exanguis *AP*¹, exsanguis *H* proculcet] *bis scripsit H* 473 respire *H* gratia *P* 474 sciticos *P*, sithicos *B*, scithichos *H* (s *add. H*²) 475 paru°os *B*¹ angustaque *P*, n *ex* u *corr.* trace *B*, trace'' *P*, trache *H*, *sed* que trache *add. H*² 477 iam *P*¹, t gens *P*² rara *P*; *supra scriptum fuit verbum nunc erasum, incipiens ab* r 479 iacent *B* 480 Ereptas] Erectas *P*, *sed corr. m. 1* 481 Contiguas] ?riguas *B* (?) actu *EmεHA*, arcu *PB*; astu *Heinsius* 482 nouas] u *ex* n *corr. P* uallis *A* 483 auerso *H*¹*A*, aduerso *AH*²*PB* meatu] atu *in ras. B*¹ 486 pelle] *EmεA*, *item Isengr. mg.*, tibiq; *P*, fraudo *P*¹ *in mg.*, *HB*; *cf. quae dixi „de moribus christianis" eqs. p. 22 adn. 1* gelonis *P*¹, gelonus *P*² 488 fortes *P*, s *add. P*², fortis *A* armisque paratos *Heinsius* 489 Si *P*¹, Sic *P*² 490 crebis *B* succentibus *P*¹, *corr. P*², suadentibus *B*, *sequitur lacuna 3 vel 4 litterarum* 491 regimur notis *B*, regimur notis *H*¹ *ordinem verum restituens*, fruimur regimurq; *A* 493 Ceu] Cum *Barthius, item Heinsius* plalido ε *ex* palido *corr.*, *idem in mg.* placido; placido *H*², placito *H*¹ imminet *H*, imm. *φ* 496 aumenta *BH* *Versum 497 inde a* tabule *in ras. scr. P*¹ 497 refixas *Aω*, *quod approbasse forsitan videatur E, qui certe v. 498* auida *restituerit*, refixa *M* 498 auida *Eε Claverius*, auidas *PH*, auidis *AB* sector *Em vetus Cuiacii*, scitor ε, emptor ω licetur *Paul.*

Nec tua privatis crescunt aeraria damnis.
Munificus largi, sed non et prodigus auri.
Perdurat non empta fides nec pectora merces
Alligat; ipsa suo pro pignore castra laborant;
Te miles nutritor amat.
                    Quae denique Romae
Cura tibi? quam fixa manet reverentia patrum?
Firmatur senium iuris priscamque resumunt
Canitiem leges emendanturque vetustae
Acceduntque novae. Talem sensere Solonem
Res Pandioniae: sic armipotens Lacedaemon
Despexit muros rigido munita Lycurgo.
Quae sub te vel causa brevis vel iudicis error
Neglegitur? dubiis quis litibus addere finem
Iustior et mersum latebris educere verum?
Quae pietas quantusque rigor tranquillaque magni
Vis animi nulloque levis terrore moveri
Nec nova mirari facilis! quam docta facultas
Ingenii linguaeque modus! Responsa verentur
Legati gravibusque latet sub moribus aetas.
    Quantus in ore pater radiat! quam torva voluptas
Frontis et augusti maiestas grata pudoris!
Iam patrias imples galeas: iam cornus avita
Temptatur vibranda tibi: promittitur ingens
Dextra rudimentis Romanaque vota moratur.
Quis decor, incedis quotiens clipeatus et auro
Squameus et rutilus cristis et casside maior!
Sic, cum Threicia primum sudaret in hasta,
Flumina laverunt puerum Rhodopeia Martem.

---

500 (*Boethius cons.?:* multi prodigus auri). 501 *Prosper de ingratis 411:* non merita ditat mercede vocatos.

---

505 *cf. de* senio legum *Gellium II 24. XX 1.* 512 *Verg. Aen. VI 429:* funere mersit. 518—564 *Synesius c. 13: Incert. pan. Constant. (VII) p. 162, 27 sq.* 520 *cf. Statii Achill. I 41. Theb. VIII 293.* 522 *Ovidi met. VIII 71:* solus mea vota moratur; *Iuvenal. XIV 250:* et vota moraris.

---

499 trescunt P^1, *corr.* P^2 erraria Π^1 500 largi Π^1, largis (*aperto errore pro* largi) *Isengr. mg.*, laudis $A\Pi^2 q$; *cf. Ciceron. off. II 55:* duo sunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales; munificus, largi — sed non et prodigus — auri *Buechelerus* et] *Eω*, es ς *unus fere et Isengrinius, item Koenigius; sed* es *et* sum *saepius omissum* 501 epta *P* 504 quam] que *Π* 505 uuris *B* prisceçam *B* resūmunt *B* 507 taleē *P* salonem P^1 *ex* solonem *corr.* 508 (pandioniae *E*, pandionee *B*) lacedemon *PΠ*, lacedemō *B* *Versus 509* (Despexit *eqs.*) *deest in A neque ab E restitutus est; deest etiam in ω, item in ς quotquot novi omnibus, nisi quod in codice Florentino bibl. nationalis VII 144 (qui est saec. XIII) in mg. adscriptus extat, fort. a m. 1* (*ibique* ligurgo *pro* Lycurgo); *item adfuit in cod. Pricaei quo usus est Heinsius (saec. XIII). Exhibuit primus Isengrin.* 510 breuis Π^1, grauis Π^2; rei *Mommsenus* 511 Neglegitur *E*, negligitur *Π*, n̄ leger (= legetur) *B*, Nec legitur *A*, Non legitur *P*, *cf. Marklandius ad Stat. silv. IV 9, 34* qui *A*, quis Π^1, quis *Eq* adere *B* finē *P* 512 et] aut *A* mersum] *ex* mersis *corr.* P^1 513 quantusue *A* uigor *ΠA* trans quillaqȝ *P* 515 q̄ (= quae) $B\Pi^2$, quam $Em\Pi^1 q$ 516 que] *om.* Π^1, *add.* Π^2 517 moribus] uocibus *Schraderus* 518 pr̄ radiat *Π* parua *P*, torua P^1 *in mg.* nolūptas *P*, volupp=tas *(?) Π* 519 FrontisP^2, Erontis P^1 augusti *Eω* 520 tornus P^1, cornus P^2 521 uibrata *B*, uibranda *Emq* 522 Romanaque uota moratur] „*i. e. superracanea reddit et impedit*" *Kochius;* „*potest quidem, sed non volt, adhuc votis obstat*" *Buechelerus; conicicbam* Romae nec uota moratur, *cf. locum Ovidi* moratus Π^1, moratur $\Pi^2 q$; meretur *Mommsenus* 523 clipetus Π^1, clipeatusΠ^2 524 squameus] *ex* scameus *corr. Π* cristis] t *ex* s *corr. Π* 525 treicia *PΠ*, ticia *B* 526 puerum *Eω* rodopeia *BΠP*

Quae vires iaculis vel, cum Gortynia tendis
Spicula, quam felix arcus certique petitor
Vulneris et iussum mentiri nescius ictum!
Scis, quo more Cydon, qua dirigat arte sagittas
Armenius, refugo quae sit fiducia Partho.
Sic Amphioniae pulcher sudore palaestrae
Alcides pharetras Dircaeaque tela solebat
Praetemptare feris olim domitura Gigantes
Et pacem latura polo, semperque cruentus
Ibat et Alcmenae praedam referebat ovanti.
Caeruleus tali prostratus Apolline Python
Implicuit fractis moritura volumina silvis.
Cum vectaris equo simulacraque Martia ludis,
Quis molles sinuare fugas, quis tendere contum
Acrior aut subitos melior flexisse recursus?
Non te Massagetae, non gens exercita campo
Thessala, non ipsi poterunt aequare bimembres;
Vix comites alae, vix te suspensa sequuntur
Agmina ferventesque tument post terga dracones.
Vtque tuis primum sonipes calcaribus arsit,
Ignescunt patulae nares, non sentit harenas
Vngula discussaeque iubae sparguntur in armos.
Turbantur phalerae, spumosis morsibus aurum
Fumat, anhelantes exundant sanguine gemmae.
Ipse labor pulvisque decet confusaque motu
Caesaries; vestis radiato murice solem
Combibit, ingesto crispatur purpura vento.
Si dominus legeretur equis, tua posceret ultro

537 *Sidon. c. II 152:* non . . . melius Pythona superstans Paean . . . numerosa volumina telis.

527 *Stat. Theb. V 361:* Gortynia currunt Spicula. 531 *Verg. Aen. II 75:* quae sit fiducia capto; *georg. III 31:* fidentem fuga Parthum. 537 *Carm. Einsiedlense I 32:* Talis Phoebus erat *eqs.* 539 *Manili IV 227:* simulacra . . et ludus in armis. 547 *Verg. georg. I 376:* patulis . . . naribus; *III 85:* volvit sub naribus ignem . . . iuba . . . iactata recumbit in armo. *Statii Theb. VI 638:* vix . . cuntem sentit. 549 *Statii Theb. VI 397:* morsu spumisque. 550 *Senecae Agam. 222:* sanguine exundans. 551 *Horati carm. II 1, 22:* non indecoro pulvere. 553 *Statii Theb. X 675; Iuvenal. XI 203:* combibet . . . solem.

527 cortynia *A*, *idem ex* cortinia *corr. A*, gortin^i^a *P* (i *add. m. 1?*), cortinia *II*, corcinia *B* 528 quam] qꝫ *A* arceus *II* 529 iussum] *AB*, uisum *PAII*^{2}, usum *II*^{1} 530 Scis *Eω* tydon *P*^{1}, cydon *P*^{2} sagittas] *om. II*^{1}, *add. II*^{2}, sagitas *P* 531 fiduda *II* 532 Sic satus amphione *B* amplionie *P*^{1}, amphionie *P*^{2}, amphione *II* sodore *A* 533 dicteaqꝫ *II*, dirceraqꝫ *P*^{1}, direcaqꝫ *B* tela] *ex* regna *corr. P*^{1} 534 feris *P*, *corr. P*^{2} 535 Ut *P*^{1}, Et *P*^{2} ciruentus *P* 536 al mene *P*, almene *B*, alomene *A*, alcimene *II* 537 prostratus *Eω* apoline *A* pyton *E*, python *A*, phiton *IIP*, phitō *B* 538 Impleuit *P* moribunda *Heinsius* molimina *P* 539 martia *II*^{1}, 1 mollia *II*^{2} 540 mollis *P*^{1}*AII*, molles *P*^{2}*ς* contum] cursum *Marklandus ad Stat. silv. V 2, 116*, contra *Koenigius* 541 subito *P* finxisse *P* 542 masegete *B* 543 Tessala *PBII* bimenbres *P*, biformes *B*, *cf. in Ruf. I 329* 544 alae] *pro nominativo accipiendum; lusus autem in verbo est: agmina enim quasi alis suspensa sunt* secuntur *PII* 545 feruentesqꝫ *Eω* 548 que] *in ras. II*^{1}, *om. P*^{1}, *add. P*^{2}, *idem supra lin. B*^{1} sperguntur *II*, sp^a^rgantur *B*^{1}, sparguntur *Eς* 549 Turpantur *ε* falere *P* spumosis *II*^{1} 550 anelantes *P*, hanelantes *BII* exudant *P* 551 decet] *sic ω*, decent *codd. Iecpii(?)* motu *P* 552 radiato] moderato *A* 553 ībibit *P* 554 equis] *ex* aequis *corr. P* posseeret *P*

Verbera Nereidum stabulis nutritus Arion
Serviretque tuis contempto Castore frenis
Cyllarus et flavum Xanthus sprevisset Achillem.
Ipse tibi famulas praeberet Pegasus alas
Portaretque libens, melioraque pondera passus
Bellerophonteas indignaretur habenas.
Quin etiam velox Aurorae nuntius Aethon,
Qui fugat hinnitu stellas roseoque domatur
Lucifero, quotiens equitem te cernit ab astris,
Invidet inque tuis mavult spumare lupatis.
    Nunc quoque quos habitus, quantae miracula pompae
Vidimus, Ausonio cum iam succinctus amictu
Per Ligurum populos solito conspectior ires
Atque inter niveas alte veherere cohortes,
Obnixisque simul pubes electa lacertis
Sidereum gestaret onus. Sic numina Memphis
In vulgus proferre solet: penetralibus exit
Effigies, brevis illa quidem: sed plurimus infra
Liniger imposito suspirat vecte sacerdos
Testatus sudore deum; Nilotica sistris
Ripa sonat Phariosque modos Aegyptia ducit
Tibia; summissis admugit cornibus Apis.
Omnis nobilitas, omnis tua sacra frequentat
Thybridis et Latii suboles; convenit in unum
Quidquid in orbe fuit procerum, quibus auctor honoris
Vel tu vel genitor. Numeroso consule consul
Cingeris et socios gaudes admittere patres.
Illustri te prole Tagus, te Gallia doctis
Civibus et toto stipavit Roma senatu.
Portatur iuvenum cervicibus aurea sedes
Ornatuque novo gravior deus. Asperat Indus

569 *cf. Corippi laud. Iustin. IV 227 sqq.*

555 sq. *Senecae Phaedr. 809; Statii silv. I 1, 52 sq.:* Hunc . . . extimuisset Arion Et . . . Cyllarus; *Ausonii grat. act. 81; cf. Incerti pan. Constantini (VII) c. 8.* 573 sq. *cf. Statii silv. I 1, 57.* 579 *Ovidi met. X 214:* auctor honoris.

555 nereydum *H* orion *B* 557 Cillarus *PBH* flauum *HBA*, fuluum *Em*, flauit *P*¹, flauus *P*² xantus *PB*, xanctus *H* acillem *P* 558 famulas] a *alterum in ras. B*¹, famulans *H* 559 libes *P* fassus *Heinsius* 560 Bellorophonteas *P*¹, Bellorophonteas *H*, Bellorofonteas *B*, Bellerophonteas *A* 561 Qui neue lox *P*¹, *corr. P*² aethon *A*, ethon *B*, athon *EmPH*, o *ex corr. H*¹, at. ethon *m. rec. in H* 563 austris *H* 564 inque *P*¹, inqꝫ *P*² mallet *A* 565 Tunc *B* quanti *B* ponpe *P*, ponti *B*, l forme *add. H*² 566 ausosnio *P* succintus *B*, succīctus *H*, c *ultimam in ras. m. 2* amittu *H* 567 conspectio *H* 568 co / hortes *P* (r *eras.*) 570 gestaret *H*, *sed* a *H*²; *item* et *ex* at *corr. H*² honus *ABH* memphis *Emω* (m̄phis *PH*) 572 *cf. Gronovius diatr. Stat. c. 5* 573 Liniger *P*¹*H*¹*A*, Laniger *ABP*²*H*² inposito *H*, imposita *P*, et posita *AAB* suspirat *P*, spirat *H*¹, suspirans *AH*²*BA* uecte *H*¹, ueste *AH*²*PAB* 574 Testatus *H*¹, Testatur *H*²*q* nilitica *B*¹, *corr. B*² sistris *Emω* 575 uariosqꝫ *A* egiptia *PBH* ducit] uci *in ras. H*¹ 576 summissis *H*, subm. *q* adinugit *H* al̲pis *P*, alpis *H* 577 Omnis *A*, *sed* s *ex corr.* tuaqꝫ omnia *B* frequentant *HB*, taut *ex corr. H* 578 Tibridis *ω* lacii *HB* soboles *ωA*; *crucem supra pinxit E* inutnū *P* 579 Quicquid *PBH* actor *P*, auctor *Eq* 580 genitor] geni *A* 582 thagus *A* 585 Ornatuqꝫ *Eω* deus *EB*

Velamenta lapis pretiosaque fila smaragdis
Ducta virent; amethystus inest et fulgor Hiberus
Temperat arcanis hyacinthi caerula flammis.
Nec rudis in tali suffecit gratia textu;
Auget acus meritum picturatumque metallis
Vivit opus: multa remorantur iaspide vultus
Et variis spirat Nereia baca figuris.
Quae tantum potuit digitis mollire rigorem
Ambitiosa colus? vel cuius pectinis arte
Traxerunt solidae gemmarum stamina telae?
Invia quis calidi scrutatus stagna profundi
Tethyos invasit gremium? quis divitis algae
Germina flagrantes inter quaesivit harenas?
Quis iunxit lapides ostro? quis miscuit ignes
Sidonii rubrique maris? Tribuere colorem
Phoenices, Seres subtegmina, pondus Hydaspes.
Hoc si Maeonias cinctu graderere per urbes,
In te pampineos transferret Lydia thyrsos,
In te Nysa choros; dubitassent orgia Bacchi,
Cui furerent: irent blandae sub vincula tigres.
Talis Erythraeis intextus nebrida gemmis
Liber agit currus et Caspia flectit eburnis
Colla iugis: Satyri circum crinemque solutae
Maenades astringunt hederis victricibus Indos;
Ebrius hostili velatur palmite Ganges.

---

587 *Prisciani perieg. 1022:* amethystus inest. 606 *cf. Sidon. c. V 497:* Erythraeae nebridos.

---

595 *Ovidi met. VI 54:* stamine telas, *et alii.* 598 *cf. Ausonii Mos. 69.* 604 *Avieni descr. orb. 752:* orgia Bacchi. 605 *Statii Theb. VII 679:* Cui furis. 608 *Ovidi art. am. III 783:* crinem solvere.

---

586 smaragdis *BAHA, cruc. supra p. E,* maragdis *P* 587 Ducta (*paene* Busta) *P*[1], † Structa *P*[2] ametitus *P*, amethistus *AB*, ametistus *H* fulo *H*[1], *inde* fulḡ (= fulgur) *corr. H*[2], *eadem* or *add.* hiberus] *om. H*[1], *add. H*[2] 588 *Ad hunc v. in mg. virgulam longam crispam traxit E* hyacinthi *A*, iacynthi *A*, iacincti *PBH* 589 texu *H* 590 Augit *P*[1], Auget *P*[2] picturarumqꝫ *B* *V. 591 om. P*[1]; *P*[3] *sic restituit in mg.:* Auget opus meritum picturatumque metallis. 591 multa] *E*, multaque *φ* remorantur] *Em*, „*aspicientem*" *scilicet;* orantur *H*[1], ornantur *H*[2]*A*, ortantur *B*, heneratur *P*, multaque animatur *Heinsius*, animantur *Markland. ad Stat. silv. I 1, 19; possis* formantur *vel* decorantur uultus] cultus *M* 592 variis . . . figuris] varias . . . figuras *Heinsius* nereida *A*, neueia (r *supra*) *A* baccha *AH* (accha *in ras. H*), bacca *AB*, bacta *P*[1], bracta *P*[2] 594 colus] manus *ς perpauci, non recte. Nam sicut telae ipsae gemmas quasi stamen trahere dicuntur, ita colus ipsa quoque mollit quasi filum rigorem illum qui bacarum atque iaspidum est, idque agit „digitis", h. e. digitorum arte; cf. pectinis artem* cuius *Emω* 595 tra[x]erunt *H*, Texerunt *M* flamina *PA* gemmantia flumina *Heinsius* 596 calidi] *i. e. Aethiopis vel Indici* 597 Thetios *PHA*, Tethios *B* inuassi *P*[1], *corr. P*[2] 598 harenis *H*[1], harenas *H*[2], ahrenas *P*[1], *sed corr.* ha 599 Qui[s] *P*, s *add. P*[2] uxit *H*[1], m̄xit *H*[2] 600 tribrụere *H* colorem] *om. H*[1], *add. H*[2] 601 Phenices *PBH* subtemine *(sic) E*, subtemina *B*, subtegmina *φ* ponda (s *supra*) *B*, pontus *H* hidaspes *BH*, idaspes *P* 602 meonias *HB*, meonidas *P* cinctu *B*, cum tu *P*, uultu *EmHA*, cultu *ς* graderere *Eω* 603 transferret *EmεA*, transferre *H*, preferret *PB* lidia *PHB* tyrsos *PHA*, tirscos *B* *V. 604 in ras. H*[1] nysa *EmεA*, nisa *φ* dubitarent *BH*, dubitassent *Eφ* bacchi *AA*, bachi *φ; cf. Avienus* dubitassent, orgia Bacchi cui furerent *Buechelerus ut* orgia *accusativus sit* 605 irent] *om. P, suppl. m. 1 (?);* pocius *supra scr. P*[2] blandae] blande *ω* 606 erythraeis *A*, eriteis *H*, eritheis *P*, c̄ uitreis *B* intexịtus *H* 607 currus] c *ex* t *radendo corr. P* 608 Cola *H* satirạ (1 *supra*) *P*[1], satiri *B*, satyri *ex* saturi *corr. H* 609 Menades *PBH* abstringunt *H*, adstr. *P* nutricibus *P*[1], *corr. P*[2] 610 Hebrius *ex* ebrius *H*[2], Elorius *A*

Auspice mox laetum sonuit clamore tribunal
Te fastos ineunte quater. Sollemnia ludit
Omina libertas; deductum Vindice morem
Lex celebrat, famulusque iugo laxatus erili
Ducitur et grato remeat securior ictu.
Tristis condicio pulsata fronte recedit.
In civem rubuere genae, tergoque removit
Verbera permissi felix iniuria voti.
Prospera Romuleis sperantur tempora rebus
In nomen ventura tuum. Praemissa futuris
Dant exempla fidem: quotiens te cursibus aevi
Praefecit, totiens accessit laurea patri.
Ausi Danuvium quondam transnare Gruthungi
In lyntres fregere nemus; ter mille ruebant
Per fluvium plenae cuneis inmanibus alni.
Dux Odotheus erat. Tantae conamina classis
Incipiens aetas et primus contudit annus:
Summersae sedere rates; fluitantia numquam
Largius Arctoos pavere cadavera pisces;
Corporibus premitur Peuce; per quinque recurrens
Ostia barbaricos vix egerit unda cruores,
Confessusque parens Odothei regis opima
Rettulit exuviasque tibi. Civile secundis
Conficis auspiciis bellum. Tibi debeat orbis
Fata Gruthungorum debellatumque tyrannum:
Hister sanguineos egit te consule fluctus;
Alpinos genitor rupit te consule montes.

615 sq. *Sidon. c. II 546.* (618 *Iosephus Devonius de bello Troiano I:* miseri felix iniuria voti.)

620 *cf. Isocrates ad Nicocl. 35: ἐὰν γὰρ τὰ παρεληλυθότα μνημονεύῃς, ἄμεινον περὶ τῶν μελλόντων βουλεύσει.* 621 *cf. Symmachi laud. Valentiniani II 2:* aliorum tempora fastis numerata sunt, vestra victoriis. 630 *cf. Herodoti IV 47 de quinque ostiis; alii sex tribuere.*

611 Auspice *EM*, Aspice *ω* 612 solemnia (l supra) *A (sic add. E)* 613 Omnia *H*, Omina *Eς* 614 famulumqꝫ *A* que] *om. B*[1], *add. B*[2] lassatus *AH*[2], laxatur *B*, laxatus *H*[1]*ς* erili *E*, herili *ω* 616 (condicio *E*) *V. 616 in suspicionem vocat Mommsenus* 617 genae] *om. B* 618 Verbera] e *alterum ex corr. H* permissi *EHA*, promissi *PB* 623 danubium *ω* transnate (r supra) *P*[1], transnare *B*, tranare *Eς* grutunni *A*; grutungi *corr. E*; *idem supra* i *add.* hui *(sic)*, Gruthungi *ε*, grutūgi, gru *ex* gri *corr.*, *P*[1], gruthongi *A*, grotōni *B*, grotumpni *H* 624 lyntres *E*, lintres *H*[2], lintris *PH*[1]*A*, limites *B* nemus] naues *B* ter *EmH*, tibi *APB* rubebant *E*, rudebant *H* 625 immanibus *ω* 626 odotheus *Aω* *(etiam v. 632)*, Odothaeus *vulgo* nā te comma (t supra) *P*; tante conamina *corr. m. 1* classis *P*[1] 627 contulit *PH* annus] *ex* annis *corr. P*[1] 628 Summersae *E*, Submerse *ς*, r *ex* n *corr. H*, Sumerse *P* sedere] cecidere *P* 629 arctoos *A*, arctohos *H*, arcteos *P*, arthoos *B* piscis *AH* 630 petice *P*[1], peuce *P*[2] 631 Hostia *Aω* 632 Confectique *Jeepius; sed ellipsis:* „confessus *sibi lauream accessisse quotiens te praefecit*“, *cf. v. 622* opina *H*[1], opima *H*[2]*ς* 633 Re(t supra)tulit *P*, t *add. P*[2], Retulit *BH*, *supra scripsit H*[2] l (1 supra) *id est* tibi *quasi glossema* qd debeat orbis *B*, ciuile . secundis *P*[1] 634 deliberat *B*, tibi debeat *ς*, tibi debuit *Paul; intellege:* „*tibi debere ne desinat*“ 635 Fata *Eω* grutunnōrum *A (sic)*; g *ex* n *altero corr. E*, grutōgorum *P*, gruthongorum *A*, grotōnorum *B*, grotumpnorum *H* debellatāqꝫ (u supra) *P*, *corr. P*[2] 636 sq. *sic contracti in A:* Ister sanguineos egit te consule montes: Sed patriis olim fueras successibus auctor, *nihil adnotat Em*; *item ω*, *nisi quod* Hister. *In Cuiacii cod. aberant v. 636 et 637 (cf. J. Koch p. 53).* *Verba* fluctus Alpinos genitor rupit te consule *desunt sicut in ω*, *ita etiam in ς*, *quotquot novi. Primus exhibuit Isengrinius. Heinsius damnavit, conservans idem versus 432 et 509.* — *V. 636 et 637 del. Paul.*

Sed patriis olim fueras successibus auctor,
Nunc eris ipse tuis. Semper venere triumphi
Cum trabeis sequiturque tuos victoria fasces.
Sis, precor, assiduus consul Mariique relinquas
Et senis Augusti numerum. Quae gaudia mundo,
Per tua lanugo cum serpere coeperit ora,
Cum tibi protulerit festas nox pronuba taedas!
Quae tali devota toro, quae murice fulgens
Ibit in amplexus tanti regina mariti?
Quaenam tot divis veniet nurus, omnibus arvis
Et toto donanda mari? quantusque feretur
Idem per Zephyri metas Hymenaeus et Euri!
O mihi si liceat thalamis intendere carmen
Conubiale tuis, si te iam dicere patrem!
Tempus erit, cum tu trans Rheni cornua victor,
Arcadius captae spoliis Babylonis onustus
Communem maiore toga signabitis annum:
Crinitusque tuo sudabit fasce Suebus,
Vltima fraternas horrebunt Bactra secures.

644 *Musaeus 283:* νὺξ . . . γαμοστόλος. 656 *Sidon. c. V 603:* tuum circumstent Bactra tribunal.

641 *cf. Ausonii grat. act. 25:* desidero ut . . septem C. Marii . . unus aequiperes *ex Taciti ann. I 9.* 653 *Verg. Aen. I 289:* spoliis Orientis onustum.

638 patris *P; sed* i *supra scriptum ex corr.; an fuerat* ? fuerat *P* actor *H* 639 Nunc *Eω* erit *PA*, eris *Eq*, sed r *ex* o (?) *corr. H* tuus *P*H^2, tuis H^1*q* 640 tuis H^1, l tuus H^2, suos *Burmannus* fascis *A* 641 assiduus *Eω*, assidū, *nescio quid erasum, P*, assiduum *Heinsius* relinquens *P*, relinquas H^2*q*; H^1 *habuit* relinq̄s, *id est* ques 642 mundi *A* (o *sic add. E*), mundo *B*, mundi *PAH* 644 protulerit *Emε, item Isengr. mg.*, prodiderit *ω* 645 deuota *Emω* 647 diuius H^1 648 tanto *B* donanda *EH*P^1, dotanda *A*P^2, dotata *B* 649 Idee *B* zephiri *HA*, zefiri *B* himeneus *PBH* 650 impendere *Heinsius* carnem *A* 651 (Conubiale *E*) si iam te *A* 652 tran *A* reni *PB* 653 Archadius *HB*, Arcadiuˢ *P: ras. supra* u; *an fuerat* ū? babylonis *AA*, babilonis *BH*, babilonos P^1 honustus *AHA*, onustus *P*B^1, h *add.* B^2 654 maiore] meliore *Isengr. mg.* suenus *AεEm; idem cruc. addidit;* lybeus H^1, liebus H^2 *(glossator)*, lieus *B*, liebus P^1; *inde* lieus *corr. idem* P^1 al. signabit f(asce) lieus *m. rec. H* 655 bracta *B*, bastra *A* Expl Panegyricus de quarto consulatu. DN. Honorio. A. Incp. Panegyricus dictus Theodoro consuli Prefatio *Em*

PANEGYRICVS
DICTVS MANLIO THEODORO CONSVLI.

PRAEFATIO.

Editus a. 399.

(XVI.)

Audebisne, precor, tantae subiecta catervae,
Inter tot proceres, nostra Thalia, loqui?
Nec te fama vetat, vero quam celsius auctam
Vel servasse labor vel minuisse pudor?
An tibi continuis crevit fiducia castris
Totaque iam vatis pectora miles habet?

Culmina Romani maiestatemque senatus
Et, quibus exultat Gallia, cerne viros.
Omnibus audimur terris mundique per aures
Ibimus. Ah nimius consulis urget amor.

Iuppiter, ut perhibent, spatium cum discere vellet
Naturae regni nescius ipse sui,
Armigeros utrimque duos aequalibus alis
Misit ab Eois Occiduisque plagis.
Parnasus geminos fertur iunxisse volatus:
Contulit alternas Pythius axis aves.

---

7 *cf. Paulinus eucharistici (ed. Leipziger) v. 37:* visurus . . culminibus praeclarae moenia Romae.

---

2 *Verg. ecl. 6, 2; Martialis IV 8, 12:* nostra Thalia *(cf. belli Pollent. praef. 2).* 10 *Verg. georg. IV 177:* amor urget habendi. 11 sq. *Pindarus apud Strabonem p. 289.*

De inscriptione quam dedit Em, vide De quarto cons. Hon. fin. Incipit de consulatu manlii teodori *V.* Incipit penageric' dictus thodoro ꝯsuli p̄fatio *P* Panagiricus manlii theodori *M index. Inscriptio deest in HBA*
1 udebisne *P,* A *supp. m. 2* tantae] tante *V*¹, docte *V*³*q. Non tam doctrina, quam dignitas et sublimitas maxime propria eorum virorum est, inter quos recitaturus est poeta; ergo* tantae caternae *melius est; praeterea* tot *illi quod sequitur* tantae *hoc rhetorice respondet* talia *APB,* talya *H* 3 quam uero *B* uero] *sic ω,* † poterit *add. H*², merito *conieci* auctam *EV,* auctor *H*¹ *(fuit supra scr. verbum quod erasum),* actam *PH*²*B et in ras. A* 4 minuisse] † meminisse *H*² 5 An] Dum *H,* At *ex* An *P*¹ ᶜ̊uit *B* (u *in ras., fuit* n) 6 que] *om. B, add. m. rec.* 7 Culmina] Lumina *codex Cuiacii* 8 exultat *H, ante* a *ras.* 9 audimur] auditi *Heinsius* aures] *ex* auris *corr. P*¹ 10 ah *A,* ac *V*¹, ha *V*³*PHB* consule surget *V*¹, *corr. V*³ urget *H*¹, urguet *B,* urit *H*² 11 Iupiter *PH* peribent *PB* disceret *P*¹ 12 conscius *P* sui] *ex* sibi *corr. V* 13 Armigeros *H*¹, *iterum scr. H*², Armigeres *B* utrinque *VHBA,* utr̄qꝫ *P*¹; i *supra* r̄ *P*² *add.* 14 ab *A*², ad *A*¹ eois] oois *sed corr. P*¹ occiduusqꝫ *sed corr. P*¹ 15 prnasus *B* geminos] os *in ras. B* 16 pytius *E,* pythius *A,* pithius *H*¹, phithius *H*², phitius *P,* phicius *B* auxis *P*

Princeps non aquilis terras cognoscere curat;
Certius in vobis aestimat imperium.
Hoc ego concilio collectum metior orbem:
Hoc video coetu quidquid ubique micat.

PANEGYRICVS.

(XVII.)

Ipsa quidem Virtus pretium sibi, solaque late
Fortunae secura nitet nec fascibus ullis
Erigitur plausuve petit clarescere vulgi.
Nil opis externae cupiens, nil indiga laudis,
Divitiis animosa suis inmotaque cunctis
Casibus ex alta mortalia despicit arce.
Attamen invitam blande vestigat et ultro
Ambit Honor. Docuit totiens a rure profectus
Lictor et in mediis consul quaesitus aratris.
Te quoque naturae sacris mundique vacantem,
Emeritum pridem desudatisque remotum
Iudiciis eadem rursum complexa potestas
Evehit et reducem notis imponit habenis.
Accedunt trabeae: nil iam, Theodore, relictum,
Quo virtus animo crescat vel splendor honore.

20 *Divis. orb. terr. (p. 20 Riese):* Quicquid ubique latet. *Carmen de provid. divina 18:* Et stetit ante oculos quidquid ubique perit. *Orientius common. II 316:* quidquid ubique fuit. *Paulus diac. carm. 8, 27:* Quicquid mente micat.

1 *Merobaud. panegyr. Aetii praef. p. 10, 15 V.:* nec ullum virtutum pretium . . . extra ipsas est. 15 *Symmachi epist. IX 86:* virtutem . . . crescere honore.

19 *Columellae X 390:* collectus in orbem.

1 *Silii Ital. XIII 663:* Ipsa quidem virtus sibimet pulcherrima merces. *Ovidi ex Ponto II 3, 12:* Virtutem pretium qui putet esse sui. *Senecae epist. 81, 19:* Virtutum omnium pretium in ipsis est. *Plato republ. p. 612 B: αὐτὸ δικαιοσύνην αὐτῇ ψυχῇ ἄριστον εὕρομεν (i. e. ἄριστον μισθόν).* 6 *Senecae epist. 82, 5:* philosophia . . . inexpugnabilis murus . . . in insuperabili loco stat animus qui externa deseruit et arce se sua vindicat. *Statii silv. II 2, 131:* celsa . . ab arce Despicis. 15 *Livi III 26, 7:* qui neque honori . . locum neque virtuti esse putant.

17 aliquis *P*, aliquis *H*, *in mg.* aquilis *H*[1] terras *E*, terram *ω* 18 cercius *ex* c̃ ˢcius *P*[1] uobis] *E;* nobis *ω*, *sed ex* uobis *corr. V*, *velim* notis *quia* cognoscere *praecedit; certe* nobis *displicet quoniam coetum adloqui poeta vix potest, sed unum Theodorum; ad consules duo, aquilis duabus qui respondeant, directum esse* nobis *censet Mommsenus* exstimat *B*, extimat *A* 19 Hoc] *ex* Hec *corr. H*[1], *item* h *add. H*[1] consilio *P*[1]*H*, concilio *P*[2]*q* 20 ubique] in orbe *V*[3]*H*, ubique *V*[1]*q*

Cl. Clau. Panagyris in consulatum Manlii Theodorii *A*, *non del. Em.* Explicit prefatio incipit liber *P*. *Inscriptio deest in VAHB*

1 Ipsa] psa *P* (I *add. P*[2]) quidem] *in ras. B*[1] latę *A* 2 Fortuna *H* securęa *P*[1] fascibus] fastibus *H*, *magis* fastibus *quam* fascibus *P* 3 plausuue] ue *in ras. B*[1], plausuque *VH*, ᶜu *supra scr. H* 4 nl (= nihil) *H* indigna *H* 5 inmotaqꝫ *VB*, imm. *q* 7 Attamen] Hanc tamen *AB*, Et tamen *V* in uitam *Ald.*, inuitam *εω* 8 honor] honos *ς unus fere* a rure] a iure *ς*, ad rura *nescio quis apud Cuiacium*, a rupe *Claverius* prouectus *B* 9 consul quaesitus *PBtA*, quaesitus consul *EVH* aratris *εω (ras. ante* ar *in P)* 11 desudarisqꝫ *P*[1], *corr. P*[2], desudastiqꝫ *H*[1], *corr. H*[2] 12 rursum *EHB*, rursus *q* 13 notis] uotis *P*, *sed corr.* inponit *V*, imponis *P*[1], *corr. m. 2* 14 teodore *VB*[1] (h *add. m. rec. in B*) 15 animo] campo *Paul* honore *ω*, *malim* honori; *aliter nempe se habet Symmachi locus*

Culmen utrumque tenes.
Talem te protinus anni
Formavere rudes, et dignum vita curuli
Traxit iter primaeque senes cessere iuventae.
Iam tum canities animi, iam dulce loquendi
Pondus et attonitas sermo qui duceret aures.
Mox undare foro victrix opulentia linguae
Tutarique reos. Ipsa haec amplissima sedes
Orantem stupuit, bis laudatura regentem.
Hinc te pars Libyae moderantem iura probavit,
Quae nunc tota probat: longi sed pignus amoris
Exiguae peperere morae populumque clientem
Publica mansuris testantur vocibus aera.
Inde tibi Macetum tellus et credita Pellae
Moenia, quae famulus quondam ditavit Hydaspes.
Tantaque commissae revocasti gaudia genti
Mitibus arbitriis, quantum bellante Philippo
Floruit aut nigri cecidit cum regia Pori.
Sed non ulterius te praebuit urbibus aula:
Maluit esse suum; terris edicta daturus,
Supplicibus responsa venis. Oracula regis
Eloquio crevere tuo, nec dignius umquam
Maiestas meminit sese Romana locutam.
Hinc sacrae mandantur opes orbisque tributa
Possessi, quidquid fluviis evolvitur auri,
Quidquid luce procul venas rimata sequaces
Abdita pallentis fodit sollertia Bessi.
Ac velut exertus lentandis navita tonsis

---

20 *Rutilii Nam. de red. I 201:* Attonitae resouant .. aures.

---

19 *Horati c. I 22, 24:* dulce loquentem. 25 pignus amoris *Verg. Aen. V 538 et alii, cf. Trumpius p. 61.* 27 *Lucani III 220:* Mansuram .. vocem signare figuris. 38 sq. *cf. Statii silv. III 3, 86 sq.* 39 *cf. Lucani VII 755:* Quidquid fodit Iber *eqs.* 41 *cf. Pacati paneg. Theod. 28 med.:* aurum quod ... Bessus ... eruisset. *Stat. silv. IV 7, 15:* pallidus fossor 42 sqq. *cf. Statii Theb. X 182 sqq.* (laterum custos *v. 184*).

---

16 *paene* protenus *A* 17 Formauere H^1, ł fir(mauere) H^2 rudis (e *supra*) P^1 curulis *P* 18 Traxit] Strauit *Heinsius,* Carpsit *Schraderus,* Triuit *ego collato Verg. georg. I 380,* formica terens iter iter] i *ex* t P^1 19 tum *EVH,* tunc *PA,* te *B* 20 attonitos *H* duceret] redderet *H* auris *A* 21 undante *M* lingue *H,* ue *in ras. m. 2* 22 reos] d̤o̤s̤ reos) P^1 23 bis] post *conieci* 24 libie *PHB* 25 Quae] Quē *B, fortasse rectius* tota *Eω* probat] *om.* A^1, tonet A^2 26 pepere *A* clientem V^3, clientes V^1 27 Puplica *H* mansuris VH^1BA, mansuetis PH^2A aera V^3, aere V^1, ora ł era B^1 28 macedum *HBA,* macetum *Eφ* credita *Emεω, nisi quod* condita *HB,* ł cre(dita) H^1 Pellae] pelle *ω, in* Pelle *mut. ε,* eredit apelle V^1, *corr.* V^2 *V. 29 om.* P^1, *suppl.* P^2 condam P^2 dictauit *H,* ł dita *add.* H^1 hidaspes $VHBP^2$, hydaspes *εφ* 30 reuocasti V^1, renouasti V^3 31 Mittibus *VP* philipo *P* 32 Florruit *P* nigri] *cf. Stil. I 158 al.* regia] gloria *M* porri *A* 34 Malluit *A* daturum *B* 35 Suplicibus *VH* uenis] uiris *B,* reis *Heinsius* 36 tuo H^2, suo H^1 dignus A^1, *corr.* A^2 38 mandantur P^1H^2, moderantur P^2H^1 40 luce] *ras. circa* l *in H* uenas] *ex* imas *corr.* P^1, uenas *iterum in mg.* P^2 sequacis *H,* uenae rim. sequacis Abdita *Schraderus* 41 (sollertia *E*), solertia *H,* sollentia *sed corr.* P^1 42 uelud *P* exertus] excitus *A,* i *del. et* er *supra scr. E, i. e.* excertus *(an latet* excretus*?),* exertus $V^1φ$, ł ereptus ł erectus V^3; *cf.* exertissime *apud Spartianum Sever. 3, 1;* expertus *Barthius alii* letandis *H;* lentantis *ex Verg. Aen. III 384 explicandum; pausarium intellege*

Praeficitur lateri custos; hinc ardua prorae
Temperat et fluctus tempestatesque futuras
Edocet; assiduo cum Dorida vicerit usu,
Iam clavum totamque subit torquere carinam:
Sic cum clara diu mentis documenta dedisses,
Non te parte sui, sed in omni corpore sumpsit
Imperium cunctaque dedit tellure regendos
Rectores. Hispana tibi Germanaque Tethys
Paruit et nostro diducta Britannia mundo,
Diversoque tuas coluerunt gurgite voces
Lentus Arar Rhodanusque ferox et dives Hiberus.
O quotiens doluit Rhenus, qua barbarus ibat,
Quod te non geminis frueretur iudice ripis!
Vnius fit cura viri, quodcumque rubescit
Occasu, quodcumque dies devexior ambit.
    Tam celer assiduos explevit cursus honores:
Vna potestatum spatiis interfuit aetas
Totque gradus fati iuvenilibus intulit annis.
Postquam parta quies et summum nacta cacumen
Iam secura petit privatum gloria portum,
Ingenii redeunt fructus aliique labores
Et vitae pars nulla perit: quodcumque recedit
Litibus, incumbit studiis, animusque vicissim
Aut curam imponit populis aut otia Musis.
Omnia Cecropiae relegis secreta senectae
Discutiens, quid quisque novum mandaverit aevo

---

58 *cf. Sidon. c. II 207 sq.* 61 *Aratoris act. apost. II 763:* O male parta quies. 62 *Sidon. epist. VI 3:* portus securitatis aperietur. 67 sqq. *cf. Sidon. c. II 156 sqq.*

---

51 *cf. Verg. ecl. 1, 66.* 53 *Silii Ital. IV 61:* Rhodanumque ferocem. 61 sq. *Verg. Aen. VII 598:* Nam mihi parta quies omnique in limine portus *(Germanici Arat. 9 lectio incerta.)* 63 *Ciris 6:* adque alios accincta labores.

---

43 lateri,,,, *V (erasa interpunctio)* prore H^1, prolem H^2, prote *B* 44 futuras] V^1P^2, sonoras V^3, soronas *ex* sororas *corr. vid.* P^1, inde sonoras *idem* 45 Praedocet *Heinsius* assiduo P^1, *ꝯ supra scr.* P^2 cum] cū *et supra ras. H* 46 tota subit *H* subdit P^1 carinā *ex* carine *corr.* V^1, carina *H* 47 mentis *EV*, rerum *ꝗ* dedisses P^2VBA, dedisset HP^1A 48 Non sentit te parte sua sed corpore in omni *H* 48 sui *BA*, sua *P* (i *fort. m. 1*), sua *EVH* sumsit *Em*, fudit *P* 50 Reethores *P* ispana *A* thetis *VHP*, tethis *B* 51 diceducta P^1, dieduta *B*, deducta *H* brytannia, *sed* y *in* i *mut. A* 53 arar P^2, arabs P^1 rodanusq̧ *PBH* ferox *Em* V^1H^2, celer V^3H^1*ꝗ* hiberos *V*, *corr.* V^3 54 renus *PB* barbar' *H* 55 geminis] gemitus P^1, *corr.* P^2 iudice] uindice *Scriverius* rippis *B* 56 fit] sit *ς* quicumque *B* rubescit] tepescit *Schraderus* 57 Occasum *E*, occasus P^1, occasus H^1B, occasu H^2, Oceanus *ς* deuexior V^2, deuectior V^1 *V. 58 transponendum post v. 59 putat Seeck in Herma XIX p. 164* 59 interfuit V^1, internenit V^3, intertluit *ς pauci* aestas *Eε*, aetas (etas) *ω; „una aetas, sc. iuvenilis, quod ex v. 60 antecapiendum" J. Koch* *V. 59 del. Hertel, parenthesin esse statuit Buechelerus* 60 fati ł (fa)tum H^1; fastis *Mommsenus;* fatum *fort. verum ut in v. 59 legendum sit:* Nulla . . . aestas iuuenalibus *E*, iuuenibus P^1, iuuenilibus P^2*ꝗ* 61 Post quod *A* nacta] *ex* gloria *pendet sicut* petit *perfectum ex* postquam 63 fructus V^1H^2AA, fluctus PH^1BV^3 aliiq̧ H^1, animiq̧ (aīq̧) H^2, studiiq̧ *Isengr. mg.* 64 quodcumque] quocumque *B; velim* quaecumque recedit] recidit *Heinsius* 65 Littbus P^1 66 inponit *VB*, īponit *in ras. ut vid.* P^1, impendit *Heinsius et Buechelerus comparans Verg. georg. II 433 al.* (otia *E*), oua P^1, ocia P^2 67 cecropiae *EVA*, cicropie *PB*, cicropite, *inde* cicropie *corr.* H^1 relegis] retegis *Schraderus* secreta] praecepta *A*, decreta *Paul.* 68 quid *AVA*, quod *HB*, qd' *P*, (qd' *est* quod; i *postea add. m. 1)* quisque V^1, qdq; V^3 mandauerit] i *ex* a *corr.* B^1

Quantaque diversae producant agmina sectae.
Namque aliis princeps rerum disponitur aer;
Hic confidit aquis; hic procreat omnia flammis.
Alter in Aetnaeas casurus sponte favillas
Dispergit revocatque deum rursusque receptis
Nectit amicitiis quidquid discordia solvit.
Corporis hic damnat sensus verumque videri
Pernegat. Hic semper lapsurae pondera terrae
Conatur rapido caeli fulcire rotatu
Accenditque diem praerupti turbine saxi.
Ille ferox unoque tegi non passus Olympo
Inmensum per inane volat finemque perosus
Parturit innumeros angusto pectore mundos.
Hi vaga conlidunt caecis primordia plagis.
Numina constituunt alii casusque relegant.
Graiorum obscuras Romanis floribus artes
Inradias, vicibus gratis formare loquentes
Suetus et alterno verum contexere nodo.
Quidquid Socratico manavit ab ordine, quidquid
Docta Cleantheae sonuerunt atria turbae,
Inventum quodcumque tuo, Chrysippe, recessu,
Quidquid Democritus risit dixitque tacendo
Pythagoras, uno se pectore cuncta vetustas
Condidit et maior collectis viribus exit.
Ornantur veteres et nobiliore magistro
In Latium spretis Academia migrat Athenis,
Vt tandem propius discat, quo fine beatum
Dirigitur, quae norma boni, qui limes honesti:

---

90 *Orientius commov. I 450:* ore tacente loqui.

---

70 sqq. *cf. Plutarchi de plac. philos. I 3, Stobaei ecl. I 10.* 78 *Verg. georg. II 156:* praeruptis . . . saxis. 81 *Minucii Fel. Octav. c. 18, 8:* nobis vero ad intellectum pectus angustum est. 84 *Lucreti I 136:* Graiorum obscura reperta Difficile inlustrare Latinis versibus esse.

---

69 Quantaque *εω* producant *Eω* agmina] *sc. discipulorum quorum διαδοχαὶ ediscuntur;* dogmata *Burmannus ex Sidonio II 164:* didicit uarios uoua dogmata sectas; prodant certamina *Paul; sed cf. Barthius* 70 Nam *H*, qꝫ *add. H*² aliis] secundum alios *H gloss.* 71 confidit *Eω* hic procat *A*, procuratqꝫ *P* 72 ethⁿeas *V*, ethneas *PH*, ethereas *B* ruinas *B* 73 deum *H*¹, diem *PH*² rursusqꝫ *AVH*, rursumqꝫ *q* 74 Nectit] Nectus *H*¹, I it *add. H*² amiciciis (is *ex* us *corr.*) *B* 75 (damnat *Em*) 76 terrae] tere *P*¹, *corr. P*² 77 Conatuˢ *P*¹ //celi (c *adrasum*) *P*¹ fulsire *P*, *sed corr.* 78 prerupte *H*¹, *corr. H*² turbiuis axe *V*¹, *corr. V*³ 79 ferox] ferax *conieci (cf.* parturit *v. 81)* tegi] regi *B; sed cf. Lucreti II 662:* sub tegmine caeli olimpo *VPHB* 80 Inmensum *VPB*, Imm. *q* inane *Eω* perosus] us *ex* os *corr. V*¹, *deinde etiam* u *supra scr. V*³ 81 Parturit] Concipit *ς* 82 Hii *VPB* uaga] uada *P* collidunt *ω*, *sed ex* conlidunt *corr. V*¹ *(sive V*²*)* (cęcis *ε*) 84 obscuras] sc *ex corr. H*, obscuros *V*¹, *corr. V*³, obcuras *P* artes] r *in ras.*, tes *ex* tis *corr. H*, artis *A* 85 Inradias *EV*, Irr. *q* (Irradiatˢ *P*¹, Ircadias *B*) uitibus *P*, *sed corr. P*¹ formare *Emω* 86 contęxere *P*, *et in mg.* uel *P*² *sine add. varia lectione* *V. 87—89 om. et in mg. add. P*¹, *ad v. 94* 87 Quidquid *E et iterum* quidquid *E*, quicquid *ω* 88 cloanthee *ex* cleonthee *corr. V (m. 1?)*, cloantee *B*, cliẽtee *P*, cleantee, le *in ras. H* atria] agmina *ς pauci* 89 chrisyppe *V*, crisuppe *B*, chrisippe *A*, crisippe *PH* 90 democritus] o *add. P*² dixit *V*¹, didicit *V*³ tacendo] o *in ras. H* 91 Pytagoras *V*, Pitagoras *PHB* pectorœ *ex* pectora *H*¹ ucinstas *P* (*ι P*²) 92 collectis] colectis *H*, collatis *Heinsius* exit *V* (hesit *m. rec.*) 93 Ornantur] *obscurius, nisi supplendum „nobilitate magisterii tui"; ita J. Koch* 94 lacium *B* achademia *PHV*, *sed* de *V*², archademia *B* 95 proprius *H* 96 norma] forma *H* qui *AP*, qˢ *V* (s *a V*² *additum dicit Jeepius*), quis *BAH*

Quaenam membra sui virtus divisa domandis
Obiectet vitiis; quae pars iniusta recidat,
Quae vincat ratione metus, quae frenet amores;
Aut, quotiens elementa doces semperque fluentis
Materiae causas: quae vis animaverit astra
Impuleritque chaos; quo vivat machina motu;
Sidera cur septem retro nitantur in ortus
Obluctata polo; variisne meatibus idem
Arbiter an geminae convertant aethera mentes;
Sitne color proprius rerum, lucisne repulsu
Eludant aciem; tumidos quae luna recursus
Nutriat Oceani; quo facta tonitrua vento;
Quis trahat imbriferas nubes; quo saxa creentur
Grandinis; unde rigor nivibus; quae flamma per auras
Excutiat rutilos tractus aut fulmina velox
Torqueat aut tristem figat crinita cometem.
   Iam tibi compositam fundaverat ancora puppim,
Telluris iam certus eras; fecunda placebant
Otia; nascentes ibant in saecula libri:
Cum subito liquida cessantem vidit ab aethra
Iustitia et tanto viduatas iudice leges.
Continuo frontem limbo velata pudicam
Deserit Autumni portas, qua vergit in Austrum
Signifer et noctis reparant dispendia Chelae.
Pax avibus, quacumque volat, rabiemque frementes
Deposuere ferae; laetatur terra reverso

100 *Boethius III carm. 9, 4:* pepulerunt fingere causae Materiae fluitantis opus. 101 *Sidon. c. XV 38 sq.* 117 *Paulus diaconus carm. 6, 5:* viduatas civibus urbes. 117 sqq. *De Iustitia cf. Bonifatius in aenigmatis v. 61 sqq. Dümmler.* 120 *Arator hist. apostol. II 536:* reparat dispendia saecli. *Alc. Aviti c. V 330:* reparent dispendia gentis.

102 *cf. Manili II 63 sq.* (vivere mundum Et rationis agi motu; 68 Machina). 108 *cf. e. g. Lucreti VI 121 sqq.* 113 *Verg. Aen. VI 4:* Ancora fundabat navis. 114 *Statii silv. I 3, 91:* fecunda quies.

97 suịs *H* domandis *EH²φ*, domandum *H¹* 98 Obiectat *ex* Obiciat *corr. vid. P*, Obiectaṇt *H* iniusta, , *A* (*eras.* t) recidat] recedat *V¹*, *corr. V²* 99 frenat amore *H* 100 Aut *V¹*, At *V³φ* fluentis] luentis *P¹*, f *add. P²* 101 Materies *B* *paene* animauerat *H* 102 Impuleritq̧ *Emω* chaos *V¹*, choros *V³φ* 103 ortum *H* 104 Oblu^c^tata *P¹* uariisne *EVP²H*, uariisque *P¹BA* 105 an, *H* (*potest fuisse* aut) ęthera *Emω* 106 propius *V¹*, *corr. V²* lucisq̧ *P¹A*, lucisue *P²*, lucisne *Eφ* repulsu] repulsus ς; *idem placuit Barthio* 107 quae] qui *Gesnerus; sed intellegitur: quae species lunae, crescentis an senescentis* 108 Nutritat *H*, Nutriṭat *P¹* quo] *ex* qd *corr. V*, q̊ụ *H¹* facta *B* (*cf. Lucret. VI 123 sqq.*), tracta *φ* uenti *H¹*, uento *H²* 109 Quis] *Post* Quis *spat. vacuum in P*, Quid ς trahit *A* ụmbriferas *H*, s *ex* t *m. 1*, bri *m. 2* creentur *EV³M*, ruantur l ferantur *P¹*, cerentur *H¹*, creantur *BH²*, crentur *V¹*, ferantur *A*, *item H²*, rotantur ς 110 niuibus] *om. V¹*, *add. V²* flamma] *Claverius (ex cod. Cuiacii ?)*, flabra *ω*, *in H tamen* flamma *adscripsit glossator, qui glossator idem est atque qui lectiones H² adscripsit* per auras *V³*, uel aurę *V¹* 111 Excutiat *V¹ Claverius (ex cod. Cuiacii ?)*, Excutiant *V³φ* aut *P¹*, an *P²* fulmina] *V¹*, *ex* flumina *corr. P¹*, flumina *V³* 112 aut] ac (*vel* at) *P¹*, an *P²* crin^i^ata *P* (*corr. m. 2*), stilata l stel(lata) *H²*, stellata *A* cometē *VPH*, cometem *AB* 113 compositū *B* anchora *ω* pupim *B* 114 fecunda *H¹B*, facunda *AH²φ* placebant] iacebant *V* 116 eth ra *P*, etl^ia^ *B*, aethra *Eφ* 117 Iustitia (*virg. erasa*) *P* iudice] uindice *Schraderus* 118 nimbo *A*, lymbo *A*, limbo *VPHB* 119 Deserit *A*, l Detegit *Em* auptūpni *P*, autūpni *B* austrum] austiū *H* 120 notis *H* 121 quacumque *V²*, quecumque *V¹* uolant *A* frementes] serentes (*vix* ferentes) *P*

Numine quod prisci post tempora perdidit auri.
Illa per occultum Ligurum se moenibus infert
Et castos levibus plantis ingressa Penates
Invenit aetherios signantem pulvere cursus,
Quos pia sollicito deprendit pollice Memphis:
Quae moveant momenta polum, quam certus in astris
Error, quis tenebras solis causisque meantem
Defectum indicat numerus, quae linea Phoeben
Damnet et excluso pallentem fratre relinquat.
Vt procul aspexit fulgentia virginis ora
Cognovitque deam, vultus veneratus amicos
Occurrit scriptaeque notas confundit harenae.
Tum sic diva prior: 'Manli, sincera bonorum
Congeries, in quo veteris vestigia recti
Et ductos video mores meliore metallo:
Iam satis indultum studiis, Musaeque tot annos
Eripuere mihi. Pridem te iura reposcunt:
Aggredere et nostro rursum te redde labori
Nec tibi sufficiat transmissae gloria vitae.
Humanum curare genus quis terminus umquam
Praescripsit? nullas recipit prudentia metas.
Adde quod haec multis potuit contingere sedes,
Sed meriti tantum redeunt actusque priores
Commendat repetitus honos virtusque reducit,
Quos fortuna regit. Melius magnoque petendum
Credis in abstrusa rerum ratione morari?
Scilicet illa tui patriam praecepta Platonis
Erexere magis, quam qui responsa secutus
Obruit Eoas classes urbemque carinis

130 *Sidon. c. 15, 79:* numeris inquirit . . Defectum.

123 *Horati c. IV 2, 39:* redeant in aurum tempora priscum. 124 sqq. *De simillimis in Germanici Arat. cf. libellum meum De fide christiana eqs. (1885). p. 5* 125 *Catulli 64, 384:* ante domos invisere castas . . . solebant. 128 sqq. *cf. Verg. georg. II 477 sq. Aen. I 742.*

123 post] per *P* 124 occultum *B*[1] Ligurum] uastis *V*[1], ligurum *V*[3] so] *supra lin. H* 125 castos] custos *H*[1], *corr. H*[2] plantis] plaustris *BA*, plantis *Emq* ingressa *Eω* 126 etherios *H*, ethereos *A*, ethereos *VPB* signantes *P*[1] puluere] in puluere ς, *item A*, in *del. E* 127 Quos *H*[2], Quem *H* solicito *B* dephndit *B*, dependit *P*, deprendit *Eq* menphys *V*, memfis *P*, mensis *A* 128 certus] intus *P*[1], *corr. P*[2] 129 tenebras *P*[2], tenebre *P*[1] solis *Eω*, soli *M* causisque] quantusque *Gronovius*, lucisque *Jeepius*, pausisque *Buechelerus;* spatiisque *vel* circlisque *temptavi, cf. Plin. II 56 „defectum redire in suos orbes“ et II 86 „circulum per quem meat“*, quis tenebras casus solisque meantem *Camers* 130 Deffectum *B* indicat *EH*[1]*PA*, indicit *V*, inducat *H*[2], signet ε*B* numerus *Eω* Defectum uideat numeris *Camers* quae] *ex* qꝫ *H* phebē *P*, pheben *H* 131 pallente *H* 132 uirgnis *H* 133 uenerantur *P*[1], ueneratus *Eq* 134 confudit *HA* 135 Tum *EH*, Tunc *q* prior] *ex* pior *corr. B* manli *EVPH*[2]*A*, malli *H*[1]*B* sincere *H*[1], sincera *H*[2] 136 Progenies *P*[2] tecti *B* 138 inductum *BP (sed corr. P*[2]*)* annos *H*[2], annis *H*[1] 139 reposcunt *P*[2], poposcunt *P*[1] 140 rurs ū *V* 142 curare] curate *H*, *corr. m. 2* terminus] termus *P*[1], in *add. P*[2] 143 Praescripsit] Praescriptis *Heinsius*, Praescriptus *Burmannus; sed cf. ind.* 144 h' (= hoc) *B* multis potuit *EVH*, potuit multis *q* 145 meriti *V*, meritis *P*, meritis *q* que] *om. H*[1], *add. H*[2] 146 repititus *H*, *corr. m. 2* honos *Eω* reducit] dreducit *(sic) B* 147 regit] legit *„exc. cod. Rhem.“, unde Heinsius*, dedit *Mediceus unus;* gerit *Barthius*, nequit *ego (cf. v. 210)* petend *P* (= de) 148 Credit *H*[1], *corr. H*[2] in *Eω* morari *V*, sed ora *ex corr. V*[2] *(an fuerat* maiori*?)* 149 Silicet *B*, Scil 7 *P* 151 Obruis *P*[1], *corr. P*[2] classis *P* (e *P*[2]), classis *HA* urbesqꝫ *B*, urbemqꝫ *Eq*

Vexit et arsuras Medo subduxit Athenas?
Spartanis potuit robur praestare Lycurgus
Matribus et sexum leges vicere severae
Civibus et vetitis ignavo credere muro
Tutius obiecit nudam Lacedaemona bellis:
At non Pythagorae monitus annique silentes
Famosum Oebalii luxum pressere Tarenti.
'Quis vero insignem tanto sub principe curam
Respuat? aut quando meritis maiora patebunt
Praemia? Quis demens adeo qui iungere sensus
Cum Stilichone neget? Similem quae protulit aetas
Consilio vel Marte virum? Nunc Brutus amaret
Vivere sub regno, tali succumberet aulae
Fabricius, cuperent ipsi servire Catones.
Nonne vides, ut nostra soror Clementia tristes
Obtundat gladios fratresque amplexa serenos
Assurgat Pietas, fractis ut lugeat armis
Perfidia et laceris morientes crinibus hydri
Lambant invalido Furiarum vincla veneno?
Exultat cum Pace Fides. Iam sidera cunctae
Liquimus et placidas inter discurrimus urbes.
Nobiscum, Theodore, veni'.
Subit ille loquentem
Talibus: 'Agrestem dudum me, diva, reverti
Cogis et infectum longi rubigine ruris
Ad tua signa vocas. Nam quae mihi cura tot annis
Altera quam duras sulcis mollire novales,
Nosse soli vires, nemori quae commoda rupes,
Quis felix oleae tractus, quae glaeba faveret
Frugibus aut quales tegeret vindemia colles?
Terribiles rursum lituos veteranus adibo

---

166 Nonne vides *Verg. georg. I 56 et alias, Lucreti V 556.* 172 *Avieni Arat. 304:* cum placidas crebro dea viseret urbes. 175 *Ovidi trist. V 12, 21:* longa rubigine laesum.

---

152 arsura^s, s *add. m. 2, H* Medo] medis H^2, medu H^1 Athenas] harenas *B* 153 lycursus V^1, ligurgus V^3PHB 154 uincere B^1 *corr.* 155 uetitis] uentis *H* ignaro *B* 156 nudam *Emω (bis scr., semel del. H)* lacedemona *BPHA* 157 pytagore *V*, pitagore *PH*, pitagoree *B* annique] animiq; *A*, Samiique *Heinsius* silentis V^1, silentes V^2 158 ebalii V^2, hybalii V^1 luxū *V*, *sed* ū V^2 tarenti $H^1V^2P^2$, carenti V^1, talenti $V^3P^1H^2BA$ 159 uero] non *P* 160 patebit P^1, patebunt P^2 *Versum 162 om. V^1, add. in mg. inferiore V^3* quae] que V^3A, quem *EPHB* protulit *Eω* 163 consilio V^2, cū stilicho V^1 164 tali/ *V (eras.* s) subcumberet *P* aulee *P* 165 cuprent H^1, *corr.* H^2 166 *paene* dementia *H* tristis AH^1, trist$\overset{i}{e}$s *P*, tristes $H^2\varphi$ 167 Obtundat *Eω* fratresque] fratres *A*, que *add. E*, que *habent VH, om. φ* serenos *P*, seueros P^2 168 ut] $\overset{1}{u}$ (= ubi) *B* 169 ydri *PHB* 170 Lābant *ex* Laubant *corr.* P^1 uincla] colla ς ueneno] neneno P^1, *corr.* P^2 171 (Exultat ε) sidera *Eω* cuncte *E* 172 Liquimus *EV*, Lĭquimus *(hamulum fort. m. 2) H*, Linquimus φ 173 teodore *HB* ueni *Emε*, redis (s *postea add. m. 1*) *V*, redis *H*, redi φ ille] 7 ille loquentē/ *P* 174 agrestē (ē *in ras.*) *B* 175 longi V^2, longe V^1 176 Ad] *ex* at *corr. A* signa] castra *A* uocas] s *ex corr. H* namquae ε*V*, namq; *Em*, nunq; *A*, sed quae *H*, nunquam *PB* cura *V* 177 molire *B* noualis EH^1, nouales $H^2\varphi$ 178 soli *Eω* comoda *H* 180 Frugibus] Fru *in ras.* P^1 aut] et *V* qualis *PHBA* uindimia *E* colles $H^1P^2\varphi$, collis P^1AH^2 181 Terribil$\overset{i}{e}$s *A*, i *sic add. E*, Terribilis *V* adhibo *A*

Et desueta vetus temptabo caerula vector?
Collectamque diu et certis utcumque locatam
Sedibus in dubium patiar deponere famam?
Nec me, quid valeat natura fortior usus,
Praeterit aut quantum neglectae defluat arti.
Desidis aurigae non audit verbera currus,
Nec manus agnoscit quem non exercuit arcum.
Esse sed iniustum fateor quodcumque negatur
Iustitiae. Tu prima hominem silvestribus antris
Elicis et foedo deterges saecula victu.
Te propter colimus leges animosque ferarum
Exuimus. Nitidis quisquis te sensibus hausit,
Irruet intrepidus flammis, hiberna secabit
Aequora, confertos hostes superabit inermis.
Ille vel Aethiopum pluviis solabitur aestus;
Illum trans Scythiam vernus comitabitur aer'.
    Sic fatus tradente dea suscepit habenas
Quattuor ingenti iuris temone refusas.
Prima Padum Thybrimque ligat crebrisque micantem
Vrbibus Italiam; †Lydos Poenosque secunda
Temperat; Illyrico se tertia porrigit orbi;
Vltima Sardiniam, Cyrnon trifidamque retentat
Sicaniam et quidquid Tyrrhena tunditur vnda
Vel gemit Ionia. Nec te tot lumina rerum
Aut tantum turbavit onus; sed ut altus Olympi

---

187 *Verg. georg. I 514:* neque audit currus habenas. *Ad 187 sq. cf. Ovidi trist. V 12, 23—26; inde proverbium quod habet Sidonius Apoll. epist. IX 12:* unde est illud, quod sero correptus aut raro plus arcus manui, iugo bos, equus freno rebellat. 196 sqq. *ex Horatii c. I 22. cf. Symmachi laud. Valentiani I p. 319, 1 (Seeck):* seu in Aethiopas . . . seu in Scythiae regna. 204 *Catulli 11, 4:* eoa tunditur unda, *Statii Theb. IX 465:* retunditur unda. 206 sq. *cf. Statii Theb. II 35 sqq.* (ventos imbresque serenus . . . nec rauca tonitrua pulsant).

---

182 temptabo] mpta *in ras. A* uector *Eω* 183 Collectamq; *Eω* diu et certis] *malim* diu certisque. diu certis *ς* utcumque] ut̄q; P^1, *supra scr.* P^2, ā *volens* uitamq; locatam H^2, locutam H^1 184 dubiam *V* parciar *B* deponere] de *in ras.* H^1 seponere *Heinsius; sed cf. Artaud ad l.* flāmam *B* 185 naturae *A*, nature V^1, natura V^3*φ* 186 aut P^2, ad P^1 neclecte H^1, neglecte H^2 artis P^1 187 currus V^3, cursus V^1 188 quem] que *H* non] no *P* 189 Esse [illegible] sed *A* 191 deterges *H et (addita cruce) E*, detergis *Aφ*, deterres *Jeepius*, detorques *ego; cf. libelli „de moribus Christianis" eqs. 1885 p. 5.* 193 quisquis] quisq; A^1, *corr.* A^2 te] *om. add.* P^2 mentibus H^2, sensibus H^1 194 Irruit *V*, Irruet *ex* Irruit H^1 flammis V^1, flammas V^3 195 consertos *PB*, confertos *Eφ* hostis $P^1H^1A^1$, hostes $P^2H^2A^2$*φ* inhermis *B* 196 uel] per *M* Ille per Aethiopum pluuiis seruabitur *vel* rorabitur *vel* releuabitur *temptavi* ethiopum *PB* 197 Scythiam] cithiam *P*, sithiam *HB*, tanaim *ς pauci* 198 tradente [illegible] *H* 199 nres H^1, *corr.* H^2 themone *HB*, te munere fusas V^1, *corr.* V^3 200 tyberimq; *H*, tibrimq; *B*, tiberimq; *φ* ligat] legat *ex* legata *corr.* P^1, legit P^2 crebrisque] q; *supra lin.* H^2 micantem P^2, meantem P^1 201 ithaliam *H* lydos *AVA*, lidos *φ*; Libyas *primus ed. Scaliger, nescio an in ς ullo;* Numidas *Heinsius, bene* penosq; *PHB* 202 Illyrico se] illyricas nam *V* illirico *PHB* porrigit urbi] protegit urbes *V* 203 Cyrnon] cyrnon *ε*, cyrnum *Em*, cirnū *V*, cyrnē *A*, sirinū *P*, synirnum *H*, sirtī *B* trifidamque] tri *ex corr. P*, trifidāq;, dā *in ras. H* retemptat *HB* 204 Siccaniam *B* quidquid *E*, quicquid *ω* thyrrena *V*, tyrrena *H*, tirrena *B, et* a *ex* e P^1 tunditur *BA*, funditur *EV*, refunditur *PH*, re *expunctum in H* unda] urna *P* 205 yonia *PHB* tot lumina] tot limina V^3HB, tot lumina V^1*φ*, lumina *E*, molimina *ς pauci*, tot culmina *Claverius;* tot lubrica *ego, cf. „lubrica viarum" apud Tacit. hist. 3, 82* 206 turbabit V^1, *corr.* V^3 onus V^1P, honus V^3HBA *(sed h eras. in B)* altus] alī *B* olympi altus *V*, *corr.* V^3, olimpi *PHB*

Vertex, qui spatio ventos hiemesque relinquit,
Perpetuum nulla temeratus nube serenum
Celsior exurgit pluviis auditque ruentes
Sub pedibus nimbos et rauca tonitrua calcat:
Sic patiens animus per tanta negotia liber
Emergit similisque sui, iustique tenorem
Flectere non odium cogit, non gratia suadet.
Nam spretas quis opes intactaque pectora lucro
Commemoret? Fuerint aliis haec forte decora:
Nulla potest laus esse tibi, quae crimina purget.
Servat inoffensam divina modestia vocem;
Temperiem servant oculi; nec lumina fervor
Asperat aut rabidas suffundit sanguine venas
Nullaque mutati tempestas proditur oris.
Quin etiam sontes expulsa corrigis ira
Et placidus delicta domas. Nec dentibus umquam
Instrepis horrendum fremitu nec verbera poscis.
    Qui fruitur poena, ferus est legumque videtur
Vindictam praestare sibi; cum viscera felle
Canduerint, ardet stimulis ferturque nocendi
Prodigus, ignarus causae: dis proximus ille,
Quem ratio, non ira movet, qui facta rependens
Consilio punire potest. Mucrone cruento
Se iactent alii, studeant feritate timeri
Addictoque hominum cumulent aeraria censu.
Lene fluit Nilus, sed cunctis amnibus extat
Vtilior nullo confessus murmure vires;
Acrior ac rapidus tacitas praetermeat ingens
Danuvius ripas; eadem clementia sani

211 *carm. de providentia divina 167:* Partiri curis in multa negotia mentem. 228 *Dracont. c. V 306:* Si ratio te nulla movet. *Prudentii c. Symm. II 474:* et facta rependit.

219 *Ciris 226:* suffudit sanguine venas. 224 *Martialis VIII 30:* poenaque fruatur *(Scaevola).* 232 *Lucani X 315:* te tam lene fluentem *(sc. Nilum).*

---

207 reliquit *AB* 208 nulla] *ex* nullo *corr. V* nube/// *P* 209 ruentis V^1, ruentes V^3 211 animus Π^1, animo $P\Pi^2$, animi *M* 212 Emergis similisque tui *Paul; idem v. 211* animi tenorem] tenerem Π^1, *corr.* Π^2 215 Commemorat *P*, *sed corr. m. 1* fuerunt *Π* decora V^3, decori V^1 217 modestia uocem V^1, potencia mentem V^3 219 rabidas] rapidas *ΠB*, rabies *Burmannus* suffundit *εω* 221 expulsita P^1 corrigis] corrigit *P*, *corr. m. 2*, corripis *Schraderus* 222 nec] ñ *Π* 223 Intrepis // *A* horrendum V^3, horrendo V^1 ///fremitu *P*, fremitū *B* uerba reposcis *P*, ū'b'a reposcis *(hamulum iuxta* b *fort. m. 2) Π* 225 Uindinctam *V*, Vunedictā *P* prāre *B* cum] cui *ε* 227 diis *ΠP* ille] est *post* ille *habent AVPΠB, om. A* 228 respondes Π^1, ł rependens Π^2 229 Conscilio *B* punire V^3, muuire V^1 230 Se] Si *Π*, Seiactant P^1, *corr.* P^2 aliis V^1, s *del.* V^3 231 hominum Π^1, animum Π^2 cumulenta eraria *V* 232 cunctis sed *V*, sed cunctis *φ* amantibus V^1, amnibus *corr.* V^2, *idem iterum m. rec.*, annibus *A* extat] exit *ς pauci* 233 nullo *VM*, nullas *φ* 234 Acrior ac] *V*, Acrior et *Π*, Acrior at *Aφ*, ł ad *Em; cf. apud Ovidium Remed. am. 651 quod emendant* acrior. rapidus] rapidas B^1; Acrior at Rhodanus *Claverius (ex cod. Cuiacii?)*, Acrior, at placidus *Jeepius.* *„Sufficit explicare: Nilo Danuvius acrior adeo ut rapidus dici possit neque tamen laedit ripas suas“, J. Koch; conieceram:* utilior; nullo confessus murmure vires Tigris agit rapidus; tacitas *eqs.; cf. de Danuvio Senec. quaest. nat. III 27, de Tigri c. g. Marii Victoris aleth. I 288:* rapido procurrens gurgite Tigris; *Bactrianorum autem hoc proverbium fuit* altissima quaeque flumina minimo sono labi, *cf. Curtius Rufus VII 4, 13* tacitas $AV\Pi^1B$, tactas *PA*, fractas Π^2 235 Danubius *ω* *paene* demencia *in Π*, dementia P^1, clementia P^2 sani *Emω*, seui *ς*

Gurgitis inmensum deducit in ostia Gangen.
Torrentes inmane fremant lassisque minentur
Pontibus et volvant spumoso vertice silvas.
Pax maiora decet: peragit tranquilla potestas
Quod violenta nequit mandataque fortius urget
Imperiosa quies.
Idem praedurus iniquas
Accepisse preces, rursus, quae digna petitu,
Largitor facilis: nec quae comitatur honores,
Ausa tuam leviter temptare superbia mentem.
Frons privata manet nec se meruisse fatetur
Quae crevisse putat; rigidi sed plena pudoris
Elucet gravitas fastu iucunda remoto.
Quae non seditio, quae non insania vulgi
Te viso lenita cadat? quae dissona ritu
Barbaries, medii quam non reverentia frangat?
Vel quis non sitiens sermonis mella politi
Deserat Orpheos blanda testudine cantus?
Qualem te legimus teneri primordia mundi
Scribentem aut partes animae, per singula talem
Cernimus et similes agnoscit pagina mores.
Nec dilata tuis Augusto iudice merces
Officiis, illumque habitum, quo iungitur aulae
Curia, qui socio proceres cum principe nectit,
Quem quater ipse gerit, perfecto detulit anno
Deposuitque suas te succedente curules.
Crescite virtutes fecundaque floreat aetas.
Ingeniis patuit campus certusque merenti

250 *Sidon. c. 23, 242:* pacem te medio darent feroces.

241 *Paneg. ad Pisonem 208:* imperiosa fames. 249 *Statii Theb. IV 299:* gens . . . dissona cultu. 250 *cf. Verg. Aen. I 151 sq.* 253 *Ovidi met. XV 67:* primordia mundi.

236 inmensum *VP*, imm. *ς* hostia *PIIAB* gangen *V*, gangem *A*, gangē *BPII* 237 inmane *VP*, imm. *ς* lassisq3 $V^1P^1II^1B$, laxisq3 V^3II^2A, lapsisq3 P^2A, lassusq3 † *(sic) Em; an subest* lapsusque? 238 Fontibus V^1, *corr.* V^3 et uoluant] *scripsi;* et uoluat *B*, inuoluant *ς* silluas *II* 239 maiora P^2, mora P^1 decet *Eω* transquilla *II* potestas *P*, pteestas *II* 240 uiolenti P^1, *corr.* P^2, uiolata *II* 242 rursusq3 *II* 243 Largitor II^1PAV^3, Largior et EV^1 *(ex v. 273?)*, Largior ē *B*, Largiris II^2, Largiri *ς*, Largitur *ς alii* 244 leniter *A* 245 Frons *Em VPBAII*^{2}, Mens II^1 nec] non *AVP* *Verba* nec se mer. fatetur Quae creu. putat *om. B* 246 Quae] que II^2, Qui $II^1ς$ putet *A* rigidi] rigida *V (corr. m. rec.)* 247 fastu *Eω* remoto *EmεVII*^{1}, modeste $II^2ς$ 249 Te *V*, *sed* e *ex corr. ut vid.* ritu II^1, rictu II^2 250 medii *BA*, media *AVPII*, Medi *Scaliger, idem sec. Heinsium* Medo; *sed cf. Heins. ad Ruf. II 309* frang̃ *B* 251 q (i supra) (= qui) *P* non sitiens] *coniungendum quasi ἄδιψος vel sermonis politi „incuriosus"*; Orphei *autem* cantus *ipsius Theodori sunt; monuit Buechelerus* 252 orpheos] *ex* orpheus *corr. vid. A*, orfeos (i supra) *V* formidine V^1, testudine V^3, Orphea blandos testudine cantus *Burmannus* 254 aut] at *E* partes *A*, i *sic add. E*, partis (e supra) *P* (e P^2), patris (pris) *II*, partes *m. rec.* per singula talem] *coniunxi suadente Buechelero, cf. VI cons. 565* per singula cernens talem] adepte V^1, talem V^3 255 Cernimus II^1, Credimus II^2 agnoscat *II* 256 delata V^1, dilata V^3 merces] meta est *A* 257 *sic ut dedi* II^1, auleque hab. quo i. illum II^2 que] *om. B* aula *PA* 258 Curia *VBA*, Curis *PA*, Curas *II* qui] quod *P* socios *APA* nectit *P* 259 quater *Emω* gerit] *II, sed* g *ex* o *corr. vid.* II^2, regit *B*, egit *conieci* 260 Desposuiq3 II^1, t *add.* II^2 suas] tuas *II* tęe *P* suscendite II^1, *corr.* II^2 261 Crescite *AP*^{1}*IIBA*, Crescant *V*, Cresceũt P^2 foecunda refloruit *A* floruit *P* 262 fecundaque floreat aetas Ingeniis *coniunxit Heinsius* patuit *VPAA*, pateat *IIB*; „patuit *perf. verbi patescere* (patescit campus *Livius XXII 4, 2*)" *J. Koch* campos V^1, *corr.* V^3

Stat favor: ornatur propriis industria donis.
Surgite sopitae, quas obruit ambitus, artes.
Nil licet invidiae, Stilicho dum prospicit orbi
Sidereusque gener. Non hic violata curulis,
Turpia non Latios incestant nomina fastos;
Fortibus haec concessa viris solisque gerenda
Patribus et Romae numquam latura pudorem.
Nuntia votorum celeri iam fama volatu
Moverat Aonios audito consule lucos.
Concinuit felix Helicon fluxitque Aganippe
Largior et docti riserunt floribus amnes.
Vranie redimita comas, qua saepe magistra
Manlius igniferos radio descripserat axes,
Sic alias hortata deas:
'Patimurne, sorores,
Optato procul esse die nec limina nostri
Consulis et semper dilectas visimus aedes?
[Notior est Stilichone domus. Gestare curules]
Et fasces subiisse libet. Miracula plebi
Colligite et claris nomen celebrate theatris.
'Tu Iovis aequorei summersam fluctibus aulam
Oratum volucres, Erato, iam perge quadrigas
A quibus haut umquam palmam rapturus Arion.
Inlustret circum sonipes, quicumque superbo
Perstrepit hinnitu Baetin, qui splendida potat
Stagna Tagi madidoque iubas adspergitur auro.
'Calliope, liquidas Alciden posce palaestras:
Cuncta Palaemoniis manus explorata coronis
Adsit et Eleo pubes laudata Tonanti.
'Tu iuga Taygeti frondosaque Maenala, Clio,

270 *Verg. Aen. III 121:* fama volat. 274 *Martial VIII 65:* redimita comas. 275 *Verg. ecl. 3, 41:* Descripsit radio . . . orbem *(cf. Aen. VI 851).*

263 Stet *M* fauor $V^3 Π^2$, uauor $Π^1$, labor V^1 ornatur] hornatur *Π* donis] *om. Π, add. m. 2 V.* 264 *an ante v. 261 transponendus?* 265 inuidice P^1, c *del.* P^1, di *del.* P^2 266 curul // *P* 267 lacios *B* incestant V^3, infestant V^1 nomine *P* fastos V^3, fastus V^1*: cf. Kochius p. 59* 268 li (= hoc) *B* 269 numquam] nō quam *P* 270 uotorum $Π^1$, fatorum $Π^2$ 271 Moueret $Π^1$, *corr.* $Π^2$, Nouerat *V* Aonios] acuos P^1, aebinos P^2, aonios P^2 *in mg.* 272 Concinuitq; *A*, q; *del. E* elicon *PΠB* fluxiq; *M* 273 Largius *A* (us *in ras.*) riserunt] rubuerunt *V* 274 Uranie *P*, Uranie *A* redimita] a *ex corr.* $Π^1$, dirimita V^1, *corr.* V^3 qua] quas *P* magistrā *(virg. erasa) P* 275 Manlius] Mallius *B* igniferos P^1, igniferi P^2 axes $A V^3 B$, ortus V^1 axis *ΠA*, auxis *P*, orbes *Schraderus* 277 Optate *B* die] dee *B* lumina *P* 278 uiscimus *Π (corr.* $Π^2$*)* 279 *Versus hic deest in APΠBA; habet solus V;* haec *pro* est *scribendum dixit Heinsius* stilichone] *V*, Helicone *Gevartius* curule V^1, curules V^3 280 Et] *ω*, En *E*; *„malo* Et *utpote per se valentius ('vel hoc licet') et ex quo interpolatio possit initium cepisse" Buechelerus* libet *Emω* miracula] oracula *B* plebi *ε* $V^1 Π^2 P$, phebi $V^3 Π^1$, phēbi *A*, febi *B* 281 thatris $Π^1$, *corr.* $Π^2$, teatris *P* 282 equorei // *P*, *item spat. vac. post* equorei *Π*, aequoreis V^1, *corr.* V^3, equoreā *B* summersam *EΠ*, subm. *ς* 283 Orans et uolucres *B* uolucris *PΠA* eratho *PΠB* perge] sparge *PB* 284 A quibus] O *pro* A *Em*, Quas trahit *A*, Et quibus *legatur* haud *A*, aut *V* palmam] pallam $Π^1$, *corr.* $Π^2$ rapturus] t *ex corr. Π*, amissurus *A* 285 Inlustret *E*, Ill. *ω* sopnipes B^1 286 baetin *V*, betin *ΠP*, betim *A*, boetim *A*, beuii *B* qui] quis *Π* portat P^1 287 thagi *A* iuba *Π* adspergit in auro V^1, adspergitur auro V^3, asp. *ς* 288 Caliope *Π* alcidem *A*, alcidis *P*, alcide *B*, alciden *ς* 289 Cuncta] Uncta *Heinsius* palemoniis *VPBΠ* 290 Assit *PΠBV, sed* t *in ras. (V^3?)* helaeo *A*, heleo *P*, heleo *B*, eleo *A* et eleo V^3, teleo V^1 291 thaigeti *P*, tygeti *V*, taygea *Π*, tayeti *B* menala $Π V P^2 B$, menalū P^1, menalia *A*

I Triviae supplex; non aspernata rogantem
Amphitheatrali faveat Latonia pompae.
Audaces legat ipsa viros, qui colla ferarum
Arte ligent certoque premant venabula nisu.
Ipsa truces fetus captivaque ducat ab antris
Prodigia et caedis sitientem differat arcum.
Conveniant ursi, magna quos mole ruentes
Torva Lycaoniis Helice miretur ab astris,
Perfossique rudant populo pallente leones,
Quales Mygdonio curru frenare Cybebe
Optet et Herculei mallent fregisse lacerti.
Obvia fulminei properent ad vulnera pardi
Semine permixto geniti, cum forte leaenae
Nobiliorem uterum viridis corrupit adulter;
Hi maculis patres referunt et robore matres.
Quidquid monstriferis nutrit Gaetulia campis,
Alpina quidquid tegitur nive, Gallica siquid
Silva tenet, iaceat; largo ditescat harena
Sanguine; consumant totos spectacula montes.
'Nec molles egeant nostra dulcedine ludi:
Qui laetis risum salibus movisse facetus,
Qui nutu manibusque loquax, cui tibia flatu,
Cui plectro pulsanda chelys, qui pulpita socco
Personat aut alte graditur maiore cothurno
Et qui magna levi detrudens murmura tactu

313 *Cassiodorius ep. IV 50:* loquacissimas manus. *Sidon. c. XX 274:* loquente gestu nutu . . . manu.

292 *Statii silv. I 2, 105:* non aspernata rogari. 294 *Verg. Aen. VIII 176:* viros locat ipse; *548:* legit. 295 *Statii Theb. IV 327:* premit obnixo venabula *eqs.* 304 sq. *ex Plini h. n. VIII 42 vel Solino 17, 11:* (adulteris coitibus degenerantur partus leaenarum). 312 *Petronius apud Terentianum de metris 2496 (fr. 19 Buech.):* manu puer loquaci. 314 *Horati ep. II 1, 174:* percurrat pulpita socco.

293 Amdhitheatrali *EA*, Amphiteatrali *φ (sed a prius add. H^2)* 294 ipsa] ille H^1, illa H^2, ipse *B* colla *Emω* 295 Arte] *paene* Arce *P* que] *om. B*, ꝗ H^2, que *(ut vid.)* H^1 ueneabula *P* risu] uisu PH^1, *corr.* H^2 296 que] *om. B* 297 cedis V^3, cede V^1 deferat *PHA*, *quod probat Mommsenus* arcum] *ex* artum *corr. P* 298 mole *Eω* ruentes *AHBV*^{3}, rudentes AV^1, ru ,entes *P* (*eras.* d) 299 licaoniis *PB* helicę *A*, elice *B* miratur *M* astris] antris *PH* 300 Perfosiꝗ P^1, *corr.* P^2, Professiꝗ *H* rudant] *scripsi;* ruant *ω*, *cf. v. 298. Utrobique enim* ruere *legere vix licet; aptius autem hoc l.* rudant *restituemus quam v. 297* rudentes; *etenim „magna mole" ruent bestiae, vulneratae vero rudent; cf. etiam Verg. Aen. VII 16 monente Mommseno; Buechelerus ita: „videtur consulto iterasse Cl. vocabulum; ursorum impetum ruentium miretur Arctos, leonum eaedem ruentium palleant homines"* pallente P^1, plaudente P^2 301 Qualis HP^1A, Quales P^2 migdonio $VHBP^1$, migdoonio *corr.* P^2 frenata *P* cybebe *E*, cibele *B*, cybelle *A*, cybele *φ* 302 Optet] Opte H^1, *corr.* H^2 mallent malint *B* 303 pardi] pardi (ardi *in ras.*) *H* 304 gemịti *P*, genti H^1, *corr.* H^2 305 uiridis] uarius *malim* corrupit] corrūpit *V* 306 Hi *A*, Ni *A*, Hii *φ*, Qui *Heinsius* referunt] referant *V. Fortasse interpolatoris versus* 307 Quidquid *E*, Quicquid *ω* getulia *VB* Quicquid mōtiferis nutriuit getula *in ras. ser.* P^1 308 quidquid *E*, quicquid *ω* 309 tenet EmH^1B, timet $H^2φ$, tim ,t, iacet *V* larga *P*, largo *fort. tamen* large H^1, o *sive* e *in* a *mut.* H^2 *deinde rursus add.* o arena *B* 310 consument *A* 311 molles] moles *H*, *corr.* H^2 nostra] *cf. De moribus christianis eqs. p. XIV 2*; nota *Claverius* 312 Qui laetis] *ita ω, nisi quod* letus V^1, letis V^3. Huc laetis *conieci (sc. veniat; cf. Rufin. II 498); aliquid post v. 315 intercidisse statuit Jeepius; „artifices qui in vv. 312—324 vel saltem qui 312—315 enumerantur subiecta sunt grammatica ad illud* nec egeant dulcedine *referenda" J. Koch* 313 natu V^1, *corr.* V^3 locax H^1, *corr.* H^2 tybia *P* 314 chelis *HAB*, c^{h}lis *P* (h P^2) soco *P* 315 Personat V^1, Personet V^3 altę .t coturno *VPBH*, c oturno *A* 316 tactu] tractu *B*

Innumeras voces segetis moderatus aenae
Intonet erranti digito penitusque trabali
Vecte laborantes in carmina concitet undas,
Vel qui more avium sese iaculentur in auras
Corporaque aedificent celeri crescentia nexu,
Quorum compositam puer amentatus in arcem
Emicet et vinctu plantae vel cruribus haerens
Pendula librato figat vestigia saltu.
Mobile ponderibus descendat pegma reductis
Inque chori speciem spargentes ardua flammas
Scaena rotet uarios et fingat Mulciber orbes
Per tabulas impune vagus pictaeque citato
Ludant igne trabes et non permissa morari
Fida per innocuas errent incendia turres.
Lascivi subito confligant aequore lembi
Stagnaque remigibus spument inmissa canoris.
'Consul per populos idemque gravissimus auctor
Eloquii, duplici vita subnixus in aevum
Procedat pariter libris fastisque legendus.
Accipiat patris exemplum tribuatque nepoti
Filius et coeptis ne desit fascibus heres.
Decurrat trabeata domus tradatque secures
Mutua posteritas servatoque ordine fati
Manlia continuo numeretur consule proles'.

334 *Prudentius in Symm. I 153:* processit in aevum Mos patrius.

324 *Iuvencus III 115:* figit vestigia ponto *(cf. bell. Poll. 170).* 326 *Ovidi met. III 685:* Inque chori ludunt speciem. 339 *Ovidi her. 1, 101:* euntibus ordine fatis.

317 segetes V^1, segetis V^3 moderatus $BAH^2\Delta$, modulatur V, moderatur PH^1 aliene *ex* auene *corr.* V^1, 1 *del.* V^2 318 Intonta Δ (e supra), e *sic add.* E, Intonet V, Intonat (e supra) P^1, Intonat ς penitusq] pedibusque *Dempsterus* 319 laborantes] relabentes *Heinsius* concitat A, *idem ex* contitat *corr.* B, concitet $E\varsigma$ 320 iaculantur PBA, iaculentur $E\varsigma$ 321 que] *ex* quae *corr.* P edificent V, aedificant ς 322 compostam B amentatus] Δ, puera metatus V^1, puer augmentatus V^3, agmentatus P, augmentatus AHB, ammentatus *Buechelerus* artem ΔAV^2, arcem $V^1\varsigma$ 323 Emicet H^2, Eminet H^1 uinctu] *sic* H^1; *idem Gesnerus coniecit.* iunctus $E\varepsilon$, uinctus $H^2\varsigma$ planta P, planete B, uinctus planta *Heinsius* cruribus $\varepsilon PBAV^3H^2$, curribus $V^1H^1\Delta$ *V. 323 suspectus fuit Koenigio* 324 librato] uibrato ς 325 descendat] discedat *Heinsius*, desidat *Lipsius* 326 chori] cori P, tholi ς *unus, prob. Heinsius*, croci *Schraderus*, globi *ego;* chori *(cf. Ovidi l.) explicari possit ope Hesychii qui habet:* χορός· κύκλος, στέφανος. pergentis in ardua V^1, spargentes ardua *corr.* V^3, parcentes *Gronovius; sed enim optime Buechelerus: „ex pegmate super scaenam demissi cum facibus homines rotantur ut chorus (Eumenides sim.) et spargunt flammas:* flammas *igitur suspensum puto ex* spargentes *(masc.); hinc* fida incendia *quae spargentibus parent"* 327 Cena B, Scena ς rotex (r supra) P (r P^2) et fingat] *sic* V, effingat H *(punxit* H^2*)*, effingat ς orbis P^1A, orbes P^2 328 inpune VH, impue P uagus] *ex* uaga *corr.* B pictaeque] picaeq B 330 errent] cernant B 331 Lasciui V^1, Lascine V^3B confligant] condigant P^1, conducant P^2 332 inmissa V, im̄sa P, immissa $Em\varsigma$, immissa. et immersa in alio ε 333 Consu B per populos] per proprios V^1, populos V^3, spes populis *Paul* que] *om.* BH^1, *add.* H^2 334 dupplici P uita] ui'ta A, t *sic add. E volens* uitta, uitta M, mitra ς, merito *Heinsius;* uitta *placuit Gronovio diatrib. Stat. p. 359* subṃixus H 335 Procedat] *tertia persona, neque enim poeta loquitur, sed Musa* fastisque] factisq P legend'is *(sic)* H; *hamulum* H^2 336 exempleum P 337 coeptis] captis *Schraderus* ne] non B 338 Decur̄r B, Decuerat Δ tradetq H 339 Manlia] Maulia B *Adnexi sunt in H versus 601—611 panegyrici in VI. cons. Honorii, quibus in mg. m. rec. add.* ua-cat

DE CONSVLATV STILICHONIS.

LIBER PRIMVS.

Editus a. 400 init.

(XXI.)

Continuant superi pleno Romana favore
Gaudia successusque novis successibus augent:
Conubii necdum festivos regia cantus
Sopierat, cecinit fuso Gildone triumphos,
Et calidis thalami successit laurea sertis,
Sumeret ut pariter princeps nomenque mariti
Victorisque decus; Libyae post proelia crimen
Concidit Eoum, rursusque Oriente subacto
Consule defensae surgunt Stilichone secures.
Ordine vota meant. Equidem si carmen in unum
Tantarum sperem cumulos advolvere rerum,
Promptius imponam glaciali Pelion Ossae.
Si partem tacuisse velim, quodcumque relinquam,
Maius erit. Veteres actus primamque iuventam
Prosequar? ad sese mentem praesentia ducunt.
Narrem iustitiam? resplendet gloria Martis.
Armati referam vires? plus egit inermis.
Quod floret Latium, Latio quod reddita servit

Laurentius Lydus de magistr. I 47 de adoratoribus, veteranis, tironibus disputans hunc librum pro teste ponit (Κλαυδιανὸς . . . ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Στιλιχῶνος ἐγκωμίων), cf. praefatio. 16 *Corippi Ioann. IV 443:* gloria Martis *(quam ibi lectionem mihi probarit Eskuche).*

5 *Cicero apud Quintilian. XI 1, 24:* concedat laurea linguae. 12 *Verg. georg. I 281.*

Incp̄ de consulatu Stiliconis *Em.* Incipit laus stilichonis. libri numero ·III· *V.* Claudiani de bello gildonis. explicit incipit laus stiliconis libri numero tres. *P.* *Vetus Cuiacii num* laudes Stilichonis *inscripserit incertum est. Indicem om. ϛ. Conferatur citandi ratio apud Lydum de magistrat. I 47 p. 159: ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Στιλιχῶνος ἐγκωμίων. ubi tamen expectes τοῦ Στιλιχῶνος ἐγκωμίου; actum est ea de re in prolegomenis. Per totum carmen quasi sint elegi alterum quemque versum per εἴσθεσιν distinxit P.*

1 ontinuant *P* 2 nouis] nouos ϛ augent] urgent *M* 3 Conubii *EmB*, Coniugii ϛ festiuos *Eω* gaudia *H*, regia *Emϛ* Sopierant *HA*, Sopierat *Eϛ* cecini *Heinsius* triumphus *AHA* 7 que] *om. B, corr. m. rec.* lybie *H*, libiae *V*, libie *PB* 8 Condidit *B* rursumq; *VA* 9 defensae surgunt] detersae fulgent *Schraderus* stilicone *P* 10 unū V^3, uno V^1 12 Promptius] Promcius *P*, prius *supra scr.* P^2 *(glossator)*, Prōtius H^2, Protinus H^1, Ocius *Gronovius* inponam *P* 13 tacuisse] tenuisse *codex Barthii*, cecinisse *Heinsius* 14 primam H^1, que † ne *add.* B^2 iuuentei *H* 16 Narrem] Partem *A* resplendet] plus splendet *H* 18 Quod] *non sine correctura P* lacium *HB* lacio *PHB*

Africa, vicinum quod nescit Hiberia Maurum.
Tuta quod imbellem miratur Gallia Rhenum,
Aut gelidam Thracen decertatosque labores
Hebro teste canam? Magnum mihi panditur aequor
Ipsaque Pierios lassant proclivia currus
Laudibus innumeris.
Etenim mortalibus ex quo
Tellus coepta coli, numquam sincera bonorum
Sors ulli concessa viro. Quem vultus honestat,
Dedecorant mores; animus quem pulchrior ornat,
Corpus destituit. Bellis insignior ille,
Sed pacem foedat vitiis. Hic publica felix,
Sed privata minus. Partitum. Singula quemque
Nobilitant: hunc forma decens, hunc robur in armis,
Hunc rigor, hunc pietas, illum sollertia iuris,
Hunc suboles castique tori. Sparguntur in omnes,
In te mixta fluunt: et quae divisa beatos
Efficiunt, collecta tenes.
Ne facta revolvam
Militiamque patris, cuius producere famam,
Si nihil egisset clarum nec fida Valenti
Dextera duxisset rutilantes crinibus alas,
Sufficeret natus Stilicho: mens ardua semper
A puero, tenerisque etiam fulgebat in annis
Fortunae maioris honos. Erectus et acer
Nil breve moliri, nullis haerere potentum

24 *Corippi Iust. II 167:* Laudibus innumeris. 26 *Venant. Fort. c. VII 7, 63 sq.* (Sunt quos forma potens *eqs.*). 33 *cf. Venant. Fort. c. VII 7, 4* (. . . omnia solus habes).

25 sqq. *Plinii paneg. 4:* enituit aliquis in bello, sed obsolevit in pace . . . . Postremo adhuc nemo exstitit, cuius virtutes nullo vitiorum confinio laederentur. At principi nostro quanta concordia . . . laudum. 35 *Libanii prosphon. ad Iulianum I p. 422, 11 Reiske: καὶ μόνος συνείληφας ἃ τοὺς ἄλλους μεμερισμένα κοσμεῖ.* 42 *Verg. Aen. II 673:* in limine coniunx Haerebat; *Horati epod. 2, 7:* vitat . . . potentiorum limina.

19 Affrica *VPBH* 20 gł̄a V^1, gallia V^3 renum *P*, rethnum *B* 21 Aut *Em*H^1*B*, An H^2*q* thracem *A*, tracem *H*, tracē *B*, tracen *VP* decertatos *Emω* 23 pyerios *H* laxant *HB*, lassent *Schraderus* currus] cursus *εB* 25 Cepta tellus *V*, *sed corr.* V^1 coli] *supra lin. P (m. 1?)* unquam *H* ^{b}concessa bonorum Sors ulli ^{a}sincera, *sic corr.* H^1 26 ulli] uni *Barthius* quem *Eω* 27 De(decorant) *Em* quem] ^{v}quē *P*, *virgulam* P^2; *v del.* P^1 28 insegnior *B*, *corr. m. rec.* 29 hic] in VP^1, ad P^2 30 minus *Emω* partitum] partitu *MA*, partiū *B* ɫ partitū ɫ (parti)tu *add.* B^1, partitum *q* *quod interpunctione novata tutatus sum.* partito *Claverius*, partitur ς, partitim *Antverpensis unus, idem fort. voluit B*, „id est partitim" *add. glossator in H*, partite *Delrius* quaeque *H* 31 Nobilitans *B*, s *in ras.* B^1 hunc *alterum*] h̄o *H* 33 suboles P^1, soboles P^2*q* spargutur *B* om̄is *A*. *Nimis disiuncta syntaxis; probarem* Quae sparsa per omnes; *sed nihil mutandum.* *V. 31—33 pro spuriis habuit Jeepius.* *V. 34 om.* H^1, *add.* H^2 34 nixta *A* et] tu *cod. Barthii* diuisa *ABA*, diuersa *VP*, diuͥsa H^2, *sed* i *in ras.; fuisse vid.* diūsa beatos] b *ex corr. P, an fuit* li? 35 collecta] coniecta *Delrii cod.* ne] *E*, nec H^1*BA*, quid *VP*, qui H^2 reuoluam *ex* reuuluam *corr.* P^1 36 cuius protendere *B*, cuius producere *Emq*, procudere *Heinsius* 37 Si] Set *B* ne fidae *H* ualenti *A*, uolenti *B*, *item E add. cruce* 38 Duxisset dextera *V*, *sed corr.* V^1 deduxisset *B* 39 stilicho natus *H* stilico *P* 40 annis] armis ς 41 honos] hon' *P* 42 breue] leue *Loran. ex coniectura* molliri *A*, l *prius delerisse vid. E*

Liminibus fatisque loqui iam digna futuris.
Iam tum conspicuus, iam tum venerabilis ibas
Spondebatque ducem celsi nitor igneus oris
Membrorumque modus, qualem nec carmina fingunt
Semideis. Quacumque alte gradereris in urbe,
Cedentes spatiis adsurgentesque videbas
Quamvis miles adhuc. Taciti suffragia vulgi
Iam tibi detulerant, quidquid mox debuit aula.
    Vix primaevus eras, pacis cum mitteris auctor
Assyriae: tanta foedus cum gente ferire
Commissum iuveni. Tigrim transgressus et altum
Euphraten Babylona petis. Stupuere severi
Parthorum proceres, et plebs pharetrata videndi
Flagravit studio, defixaeque hospite pulchro
Persides arcanum suspiravere calorem.
Turis odoratae cumulis et messe Sabaea
Pacem conciliant arae; penetralibus ignem
Sacratum rapuere adytis rituque iuvencos
Chaldaeo stravere magi. Rex ipse micantem
Inclinat dextra pateram secretaque Beli
Et vaga testatur volventem sidera Mithram.
Si quando sociis tecum venatibus ibant,
Quis Stilichone prior ferro penetrare leones
Comminus aut longe virgatas figere tigres?
Flectenti faciles cessit tibi Medus habenas;
Torquebas refugum Parthis mirantibus arcum.

---

51 sq. *Sidon. c. II 75. Ennodii 43, 90 (Vogel):* Vix primaevus erat. 54 *Sidon. c. II 76.* 59 sqq. *Sidon. c. II 83 sqq.*

---

45 *Paneg. ad Pison. 81:* nitor oris. 59 *Terenti Hautont. 1046:* ut pacem conciliem. *Verg. Aen. II 297:* adytis effert penetralibus ignem; *V 660:* rapiuntque focis pen. ignem. 62 *Verg. Aen. IV 60:* tenens dextra pateram. 66 *Senecae Phaedr. 344:* virgatas India tigres *(cf. Sili It. V 148).* 67 *Ovidi met. II 168:* flectat habenas.

---

43 fatisq; *EmεV*[1], factisq; *PII, m. rec. in V,* fastisq; *BA* 44 tunc *bis IIB,* tum *bis Eq* conspicu' *B* iam] *ex* etiam *corr. P*[1] ibas] *in ras. II*[1], *in* ibat *mut. P*[1] 45 *ante* oris *una l. erasa V* 46 Mensirorum *P*[1], mensiram *P*[2], vel membrorum *P*[1] fingant *Heinsius* 47 Semeideis *P* quascumque] quasq; *II* alte] alta *ε*, altę *A* urbes *II* 48 adsurgentesq; *VP,* ass. *q* 49 taciti] tanti *II*[1]*AB*, taciti *II*[2]*q* 50 (quidquid *E*) debuit *EmεII,* reddidit *q; intellege „debito detulit" vel „debuit deferre".* credidit *vel* detulit *vel* dedidit *temptabat Heinsius* 51 pacis] paucis *V*, paucis *P*[1] committeris *P* auctor *Eω,* ictor *Heinsius* 52 Assirie *PIIB* ferire] finire *B* (l subire *m. rec.*) 53 Permissum *A* tigrī *VB*, tigrim *APII*, tygrim *A* 54 Eufraten *VP*, Eufratem *IIA*, Eufratē *B* babilona *VPIIB* stipuere *E* 55 Parthorum] Persarum *VP*, Perthorum *II* uidendi] *ex* niuendi *P* 56 studio] stridio *P* 57 Persydes *II* arcanum] arcum *V*[1], arcatum *V*[3] (arcanū *m. rec.*) 58 Turis] Turris *BV (corr. m. rec.)* odorati *II*[1]*A*, odorat̃ *P*, odoriferi *II*[2] *post* et *3—4 l. erasae V* sabea *PIIB* sabea messe *V, corr. V*[1] 59 Pacem] Partem *A* penetrabili *P, corr. P*[1] 60 Sacratum *P*[2], Sacrorum *VP*[1] adytis *Aε (?)*, aditis *q* ritoq; *P*[1], rituq; *P*[2] iuuencos] c *ex* t *corr. rad. V* *V. 61 et 62 praeter* Incl *supplevit m. rec. in V* 61 Chaldaeo *ε* (Caldaeo *V*), caldeo *PIIB* statuere *B* 62 pateram dextra *II* Beli] *Scaliger, Sirmondus ad Sidonii c. II 82,* belli *Emω,* l celi *add. B*[1] *V. 63 praeter* Et uaga testatu *suppl. m. rec. in V* mytram *A(V)*, Mithram *εPA*, mitram *IIB* 64 uenatibus ibant *m. rec. in V* sociis] socii *P* (s *eras.?*), socii *II* 65 stilicone *P* penetrasse *A* trare leones *m. rec. in V* 66 uirgatas figere *EmA, item m. rec. in V, Cuiacii vetus,* uirga transfigere *q* tigres *suppl. m. rec. in V* 67 Flectendi *II* facileis *A, sic corr. E,* facilis *A* cessit tibi medus *VP*, tibi cessit medus *II*, medus (moedus) tibi cessit *ABA* 68 partis *P*

Nubilis interea maturae virginis aetas
Vrgebat patrias suspenso principe curas,
Quem simul imperioque ducem nataeque maritum
Prospiceret: dubius toto quaerebat ab axe
Dignum coniugio generum thalamisque Serenae.
Iudicium virtutis erat; per castra, per urbes,
Per populos animi cunctantis libra cucurrit.
Tu legeris tantosque viros, quos obtulit orbis,
Intra consilium vincis sensumque legentis,
Et gener Augustis olim socer ipse futurus
Accedis. Radiis auri Tyriaque superbit
Maiestate torus; comitata parentibus exit
Purpureis virgo. Stabat pater inde trophaeis
Inclitus; inde pium matris regina gerebat
Obsequium gravibus subnectens flammea gemmis.
Tunc et Solis equos, tunc exultasse choreis
Astra ferunt mellisque lacus et flumina lactis
Erupisse solo, cum floribus aequora vernis
Bosphorus indueret roseisque evincta coronis
Certantes Asiae taedas Europa levaret.
Felix arbitrii princeps, qui congrua mundo
Iudicat et primus censet, quod cernimus omnes.
Talem quippe virum natis adiunxit et aulae,
Cui neque luxuries bello nec blanda periclis
Otia nec lucis fructus pretiosior umquam
Laude fuit. Quis enim Visos in plaustra feroces
Reppulit aut saeva Promoti caede tumentes
Basternas una potuit delere ruina?
Pallantis iugulum Turno moriente piavit
Aeneas, tractusque rotis ultricibus Hector

69 *Sidon. c. II 195. Venant. Fort. carm. VI 1, 52:* maturis nubilis. 91 *Sidon. c. II 197.*

78 *Catullus 29, 24:* socer generque *similiaque quae composui De re libraria p. 409.* 79 *Verg. Aen. VII 142:* radiisque . . et auro; *cf. Ovidi met. IV 636.* 84 chorean astricen *Varro Men. fr. 269.* 85 *Ovidi met. I 111:* Flumina iam lactis *eqs.*

70—73 *interpunctionem correxi* 70 Urebat *Heinsius* 72 sub axe *B*, in axe *Π* 73 thtalamisqꝫ *(sic) P, deinde complures litt. expunctae et erasae* serenae] P^1 *quod scripserat erasum; incepit tamen ab* s; ꞩerene P^2, senerum *ΠA* *Hunc v. spurium dixit Paul; „debuit tamen adesse in laude Stilichonis Serenae nomen" J. Koch* 74 Indicium *B* 75 cunctantis] a *ex corr.* $Π^1$ 77 concilium *V* uincis *Π* sensumque] censumque *Barthius* 78 Et gener august⁹ *P*, Augustiqꝫ gener *Π* 79 Accedis] e *ex* i *corr.* V^2 80 torus] chorus *B* 81 tropaeis *E*, tropheas $Π^1$, tropheis $Π^2$*ϛ* 82 Inclitus] *paene* Inditus *Π* gerebat *VPΠ*, regebat *Emεϛ* 83 Obsequium] Officium *ς unus fere* flamea *P* gēmis *E* 85 ferant *B* mellisqꝫ *Emω, sed* que *om. B, add. m. rec.* 87 Bosforus *B*, Bosphorus *Eϛ* indueret̄, *sed virgula erasa P* que] *om. B* inducta $P^2Π^1$, induta $Π^2A$, euincta P^1*ϛ* coronis] n *ex* r *corr.* P^1 88 asyae *A*, asye *P*, asie *BΠ* leuaret] lauaret *A, sed corr.* leuaret felix $Π^1$ *corr.* 89 mundo] munde *B* 90 Indicat $Π^1B$, Iudicat $EΠ^2$*ϛ* primus] *ex corr.* V^1, *fuerat* [illegible], primi *B* censet *VP*, sensit *ϛ* sensit primus *Π* 91 natis] *retinui commendante Mommseno;* nateqꝫ *A (fort. ex v. 71) quod laudavit Heinsius* subiunxit *Π* 92 neque] nec *ΠB* luxiries *P, sed corr.* bello] blando *A* 93 (Otia *E*) lucis fructus] *confereadum Stil. III 79 monente Kochio* 94 uisos *Em* $VΠ^1$ *(cf. Sidon. c. II 476)*, mysos *A*, misos $Π^2$, nisos BP^1, P^2 *et* u *et* b *adscripsit volens* uisos, uolsos *ς unus* claustra $Π^1$, plaustra $Π^2$ feroceē *B* 95 saeua] seui *B* Promoti] prouecti (*sive* proiecti) *Em*, prouicti *B*, p ponti *A*, proponti *Π* 96 Vasternas *B*, Basternas *A* (Basternae uicti a Stil. *adnotat ε*), Vasternos *V*, uasterenos $Π^1$, basternos P^2, Vanternos P^1A 98 Eneas *VBΠ* tractatusqꝫ *P* rotis] ratis *B*

Irato vindicta fuit vel quaestus Achilli:
Tu neque vesano raptas venalia curru
Funera nec vanam corpus meditaris in unum
Saevitiam; turmas equitum peditumque catervas
Hostilesque globos tumulo prosternis amici;
Inferiis gens tota datur. Nec Mulciber auctor
Mendacis clipei fabricataque vatibus arma
Conatus iuvere tuos: tot barbara solus
Milia iam pridem miseram vastantia Thracen
Finibus exiguae vallis conclusa tenebas.
Non te terrisonus stridor venientis Alani
Nec vaga Chunorum feritas, non falce Gelonus,
Non arcu pepulere Getae, non Sarmata conto.
Extinctique forent penitus, ni more maligno
Falleret Augustas occultus proditor aures
Obstrueretque moras strictumque reconderet ensem,
Solveret obsessos, praeberet foedera captis.
    Assiduus castris aderat, rarissimus urbi,
Si quando trepida princeps pietate vocaret;
Vixque salutatis Laribus, vix coniuge visa,
Deterso necdum repetebat sanguine campum
Nec stetit Eucherii dum carperet oscula saltem
Per galeam. Patris stimulos ignesque mariti
Vicit cura ducis. Quotiens sub pellibus egit
Edonas hiemes et tardi flabra Bootae
Sub divo Riphaea tulit! cumque igne propinquo
Frigora vix ferrent alii, tunc iste rigentem

110 *Sidon. c. VII 242:* Chunnus iaculis . . . falce Gelonus.

102 *Horati epist. II 1, 190:* equitum turmae peditumque catervae. 110 *Statii Ach. II 419:* falcemque Getes arcumque Gelonus. 120 *Verg. Aen. XII 434:* per galeam delibans oscula. 122 *Vulcacius Gallicanus Avidii Cassii 6, 2:* iussitque eos hiemem sub pellibus agere. 123 *Statii Theb. V 78:* Edonas hiemes.

100 neque] nec *B* cursu *B* 101 meditatus *HA* 102 (Saeuitiam *E*) equitum *Eω* 103 amico *Heinsius* 104 auctor] actor *H* *V. 105—108 (praeter* ebas) *suppl. m. rec. in V* 105 uatibus *Eω, nisi quod in H*[1] *erasum,* uiribus *H*[2] *(sed* uatibus *glossator)* arma] *ex* arua *corr. P*[1], m *in ras. A*[1] 107 Milia *Eω* miseram *Emω* thracen *A*, thracem *A*, trachen *P*, tracen *(V)*, tracē *BH* 108 (Funibus *V, sed corr.*) exiguis *P* (exigete *V*) exigui collis *Schraderus* contussa *P* *V. 109 praeter* enientis alani *m. rec. in V* 109 Non *Em(V)P*[2]*B*, Nec *P*[1]*AH* teterri sonus *P*[1], te *insuper add. P*[2], Nec te terrisonus *P*[2] *iterum in mg.*, ferrisonus *Heinsius* stidor *H*, terror *B* *V. 110* Nec uaga hunorum f *m. rec. in V* uaga] uaria *A*, uana *Heinsius* chunorum *E*, Chūnorum in antiquo *ε*, hunorum *(V)P*, hunnorum *H*, hunnorum *BA* feritas non] feritas nec *EmH* 111 Non arcu pe *m. rec. in V* gethe *H* non] nec *H* sarmatha *A* compto *H* 112 Exti *suppl. m. rec. in V* forent] e *ex* a *corr. m. 2 H* penitus] omnes *H* 113 angustas *B*, augustus *A* occultas *A* proditor *(an* um *eras.?) P* 114 que *alterum*] *om. B, add. m. rec.* mora *Heinsius* reconderet] retunderet *EV*[1], *unde* recunderet *V*[2] 115 Solueret] Soluensque *conieci; totus v. suspectus Mommseno* 116 Adsiduus *P* 117 uocaret *H*[2], uacaret *H*[1] 120 stetit *H*[2], petit *H*[1] eucheri *A* carperet] caperet *H*[1]*A*, *corr. H*[2] *V. 121 om. A:* Per galeā pr̃is stimulos ignisq; mariti *Em* ignisq; *EmA*, ignemq; *H* 122 Uicit *HA*, Uincitur *B*, Uincit *ς* pellibus] pedibus *B* 123 Edonas *V*[1], Edonias *V*[2], Aedonas *A*, Edonias *B*, Aedonias *ε* tardi] *ex* tarda *radendo V* boetae *A*, *crucem add. eandemque in mg. iterum posuit Em*, boote *VP*, boete *ς* 124 ryphaea *A*, rhiphea *A*, riphea *ς* 125 iste] triste *B*, istei *P*, triste *commendat Statius silv. V 1, 61:* frons triste rigens ister agentem *V*[1], iste rigentem *V*[2] regentem *A*

Danuvium calcabat eques nivibusque profundum
Scandebat cristatus Athon lateque corusco
Curvatas glacie silvas umbone ruebat.
Nunc prope Cimmerii tendebat litora Ponti,
Nunc dabat hibernum Rhodope nimbosa cubile.
Vos Haemi gelidae valles, quas saepe cruentis
Stragibus aequavit Stilicho, vos Thracia testor
Flumina, quae largo mutastis sanguine fluctus:
Dicite Bisaltae vel qui Pangaea iuvencis
Scinditis, offenso quantae sub vomere putres
Dissiliant glaebis galeae vel qualia rastris
Ossa peremptorum resonent inmania regum.
 Singula complecti cuperem; sed densior instat
Gestorum series laudumque sequentibus undis
Obruimur. Genitor caesi post bella tyranni
Iam tibi commissis conscenderat aethera terris.
Ancipites rerum ruituro culmine lapsus
Aequali cervice subis: sic Hercule quondam
Sustentante polum melius librata pependit
Machina nec dubiis titubavit Signifer astris
Perpetuaque senex subductus mole parumper
Obstupuit proprii spectator ponderis Atlas.
 Nulli barbariae motus: nil turbida rupto
Ordine temptavit novitas, tantoque remoto
Principe mutatas orbis non sensit habenas.
Nil inter geminas acies, ceu libera frenis,
Ausa manus. Certe nec tantis dissona linguis
Turba nec armorum cultu diversior umquam
Confluxit populus: totam pater undique secum
Moverat Auroram; mixtis hic Colchus Hiberis,
Hic mitra velatus Arabs, hic crine decorus
Armenius; hic picta Saces fucataque Medus,

---

133 *Lucani VII 537:* mutentur sanguine fontes. 135 sq. *Verg. georg. I 491 sqq.* (rastris galeas pulsabit . . . ossa). 141 *Iuvenci II 214:* conscendere caelum. 152 *Lucani III 288:* coiere nec unquam Tam variae cultu gentes, tam dissona *eqs.*

---

126 Danubium *ω* calcauit *M* que] *om. B, add. m. rec.* 128 Curuatus *B*, Curuatas *Eq* 129 cimerei *B*, cimerii *PA*, chimerii *H* tendebat] d *ex* t *H* 130 dabat] dabit *H* hibernū V^1, ū V^2, umbrosum ς rodope *HB* 131 hemi *VPHB*, emi *A* quas] quem *conieci: nisi ad* aequavit *supplendum* Haemo cruentes *H* 132 stilico *PB* tracia *PHB* 134 Discite *H* bisalte *VPH*, bis alte *B* pangea *VPH*, pagea *B* 135 offenso] offensae *A*, offenso *E non deleto* ae, † effosso *add. V* quante *E* uomere H^2, umere H^1 putres] ruptis *Barthius* 136 rastis *P*, rostris *B* 137 resonant *H* inmania *H*, imm. *q* 140 Obnuimur *B*, *corr.* B^1 141 commisis P^1, *corr.* P^2 ethera *Em* 142 culmina V^1, culmin& V^2 143 Hercule] herule V^1P^1 *corr.* V^2P^2 144 Sustentantē, *virg. erasa H* 145 nec] *ex* ne *corr. H* 146 que] *om.* P^1, *add.* P^2 subducta *B*, *quod probabat Burmannus ad Ovid. heroid. 9, 18* mole *Eω* 147 Obstipuit *E* spectator] mirator ς *pauci* athlas *ω* 148 Nulli *εω* barbarii *P* turpia rupta *B* 149 Ordine *suppl. m. rec. in V* temtauit *E* 150 non P^1, nunc P^2 sensit B^1 151 Nil] *ex* Non *corr.* P^1 acies] rabies *Paul* ceu *Eω* freni *Heinsius* 152 Ausa] Musa *A* certe] per te *Paul* nec] non *B* 154 Influxit *H* secum] solum *B* 155 mixtus *H* Colchus] cholcus *ex* chulsus *corr.* P^1, Scotus ς *unus fere* hyberis *H* 156 hic crine] cum crine *AA* decoris *A* 157 Armeniis *A* Saces] asaces *PH*, sages *B* fucataq; $P^1V^2H^2$, phucataq; *A*, fugataq; V^1, fuscataq; H^1P^2BA

Hic gemmata niger tentoria fixerat Indus;
Hic Rhodani procera cohors, hic miles alumnus
Oceani. Ductor Stilicho tot gentibus unus,
Quot vel progrediens vel conspicit occiduus sol.
In quo tam vario vocum generumque tumultu
Tanta quies iurisque metus servator honesti
Te moderante fuit, nullis ut vinea furtis
Vel seges erepta fraudaret messe colonum,
Vt nihil aut saevum rabies aut turpe libido
Suaderet, placidi servirent legibus enses.
Scilicet in vulgus manant exempla regentum.
Vtque ducum lituos, sic mores castra sequuntur.

Denique felices aquilas quocumque moveres.
Arebant tantis epoti milibus amnes.
Illyricum peteres: campi montesque latebant.
Vexillum navale dares: sub puppibus ibat
Ionium. Nullis succincta Ceraunia nimbis
Nec iuga Leucatae feriens spumantia fluctu
Deterrebat hiems. Tu si glaciale iuberes
Vestigare fretum, securo milite ducti
Stagna reluctantes quaterent Saturnia remi:
Si deserta Noti, fontem si quaerere Nili,
Aethiopum medios penetrassent vela vapores.

Te memor Eurotas, te rustica Musa Lycaei,
Te pastorali modulantur Maenala cantu
Partheniumque nemus, quod te pugnante resurgens
Aegra caput mediis erexit Graecia flammis.
Plurima Parrhasius tunc inter corpora Ladon
Haesit et Alpheus Geticis angustus acervis
Tardior ad Siculos etiamnunc pergit amores.

Miramur rapidis hostem succumbere bellis,

161 *Ovidi met. I 63:* occiduo . . . sole. 163 *Lucani II 389:* servator honesti. 164 sq. *Iustini 24, 7:* messes vinaque. 175 *Verg. Aen. VIII 672:* fluctu spumabant. 183 *Ovidi met. IX 188:* Partheniumque nemus.

158 *De* nigro Indo *cf. Anthol. lat. 440, 10 Riese:* India nigra 159 rodani *PHB* alumus V^1, alumpnus *BP*, alumnus *A*, alanus V^2HA 160 unus] unū *B* 161 (Quot] *Isengr. mg.*, Quod V^1, Quos *PB*, Quas AV^2HA uel] *om. B* conspicuus *B* 162 uarium *H* uotum *(?) B* 163 iurisque] rigidique *Paul ex Lucani l. l.* 165 Vel] Ut *BA; placeret* Nec fraudarit ς *unus fere* 166 aut H^2, dum H^1 167 Suaderet *AVH*, Suaderent *q* 168 Silicet *B* manant] maneret *B* exemplo *B* 169 sic mores] mores sic ς *unus parvae fidei* castra] arma ς 170 felices] uictrices ς *pauci* moueres] r *ex* u P^1 171 milibus] *H ex corr. fuerat* millibus *(?)* amnes] amjes P^1 (*volens ut solet* annes), ãmes P^2 172 Illiricum *VPHB* peteres $PBAH^2A^1$, pereres *A*, poteres V^1, peteres V^2, pateres H^1 labebant, *sed corr. A* 174 nullis] nullm (*i. e.* nullum *ex* nullis) *H*, nullum *A fortasse recte; sensus enim:* neque eos Ceraunia neque hiemes deterrebant nimbus *P*, ĩmbris *H*, *punx. m. 1* 175 inga H^1, uada H^2 leucate *AV*, leuchate *P*, sub leucade *B* fluctu] luctu *B* 176 glaciale] g *ex* f *P (corr. m. 2?)* 177 ducti H^1 ductu H^2, ducto *A* 178 Stanna *V (corr. m. rec.)* 179 nothi *VHB* 180 Aephiopum (t *supra*) P^1, Ethiopum *VBAH* penetrarent *H* 181 lycei *BH*, licaei *V*, licei *P* 182 moenala *A*, menala *VPHB*, menalia *A* 183 Partheniumq̧ *H*, Partheniumque *Eq* nemus] *ex* memus *corr. P* quod] que H^1, quia H^2, quo *Heinsius* 184 grecia *VHBA* flammis EmH^1VP, campis BAH^2, damnis *Heinsius* 185 parthasius *B*, parasius *H*, parrasius *q* in corpora *B* 186 alfeus *VP*, alpheus *Emq* gethicis *H* angustus *B* 187 Tardius ς etiamnunc] n̄c *supra lin.* V^1, etiamnunc *A*, non *E*, *sed rursus del.* 188 Miratur *B* rabidis *A et Isengr. mg.*

Cum solo terrore ruant? Non classica Francis
Intulimus: iacuere tamen. Non Marte Suebos
Contudimus, quis iura damus. Quis credere possit?
Ante tubam nobis audax Germania servit.
Cedant, Druse, tui, cedant, Traiane, labores:
Vestra manus dubio quidquid discrimine gessit,
Transcurrens egit Stilicho totidemque diebus
Edomuit Rhenum, quot vos potuistis in annis;
Quem ferro: adloquiis; quem vos cum milite: solus.
Impiger a primo descendens fluminis ortu
Ad bifidos tractus et iuncta paludibus ora
Fulmineum perstrinxit iter; ducis impetus undas
Vincebat celeres, et pax a fonte profecta
Cum Rheni crescebat aquis. Ingentia quondam
Nomina, crinigero flaventes vertice reges,
Qui nec principibus donis precibusque vocati
Paruerant, iussi properant segnique verentur
Offendisse mora: transvecti lyntribus amnem
Occursant ubicumque velit. Nec fama fefellit
Iustitiae: videre pium, videre fidelem.
Quem veniens timuit, rediens Germanus amavit.
Illi terribiles, quibus otia vendere semper
Mos erat et foeda requiem mercede pacisci,
Natis obsidibus pacem tam supplice vultu
Captivoque rogant, quam si post terga revincti
Tarpeias pressis subeant cervicibus arces.
Omne, quod Oceanum fontesque interiacet Histri,
Unius incursu tremuit; sine caede subactus
Servitio Boreas exarmatique Triones.

205 *Translatio duodecim martyrum (mon. Germ., script. Langobard. p. 574) v. 43:* Et segni lassare mora. 215 *Sidon. c. II 453:* Omne quod Euphratem . . interiacet olim.

189 *Statii Theb. VII 741:* ruunt solo terrore. *Ceterum color sumptus ex Plini paneg. 14 init.* 192 *Iuvenalis I 169:* ante tubam. 193 *Cicero apud Quintilianum XI 1, 24:* cedant arma togae, concedat laurea linguae. 201 *cf. Plin. paneg. 14:* cum orbem terrarum non pedibus magis quam laudibus *eqs.* 213 *Verg. Aen. II 57:* post terga revinctum, *Statii Theb. XII 677:* post terga revinctas *(cf. Sili Ital. I 450).*

189 Cum *Emω* ruat ς *pauci* non *EPM*, num *q* 190 iacuere] latuere *P*[1], i *ex* l *corr. P*[2] non *MA idemque E probasse ex v. 189 colligitur,* nec *P*[2], num *P*[1]*q* suenos *ω* 191 Contudimus *V*[2], Contulimus *V*[1] quis iura] quod iura *V*[1]*P* (qd *V*[1], q *P*), quis iura *V*[2]*q* 192 seruit] cessit ς 195 egit] *ex* egens *corr. H (m. 2)* stilico *P* 196 rethnum *B* quot *V*[2], quod *V*[1] potuistis *V*[1], domuistis *V*[2] quot uos cum milite solus *ex v. 197 P*[1], *corr. P*[2] annis] anis *B* *V. 197 om. P*[1], *suppl. P*[2] 197 adloquiis *E*, alloquiis *A*, all. *q* *Interpunxi duce A monente Kochio* 198 a] ā *(hamulus erasus) P* 200 Flumineum *A*[2]*H*[2], *idem ex* Flumineum *corr. V*[1], Fulmineum *H*[1]*A*[1]*q* pstringsit *P*, praestruxit *H*[1], *unde* perstrinxit *H*[2], praestrinxit ς 201 celeres] coleres *B* et pax] pax ipsa *A*, *unde* pax ipso *Heinsius* fonte *H*[1], fronte *H*[2]*B* 202 reni *PH*, rethni *B* quendam *P* 203 *ante* reges *2—3 litt. erasae V* 204 precibusno *B* nocatis *B* 205 Paruerant *EVP*, Paruerint *q*, Paruerunt *Heinsius* 206 morā *B* transuecta *P*[1], transuecti *P*[2] lintribus *ω* 207 Concursant *B* ubicumque] ubiq; *B* uelit *VP*, uelis *q* 208 pium *P*[2], punti *P*[1] fidelem uidere *P*, *ord. corr. P*[1] 210 (otia *E*) 212 obsedibus *B* 213 que] *om. B* post forte *B (corr. m. 1)* reuicti *H*, reeuictι *P*[1] 215 fontemq; *ABH*[2]*A*, fontesq; *H*[1]*q* *(sed o ex a corr. vid. H)* 216 sine] ceu *ex* sine *corr. P*[1] 217 (Seruitio *E*)

Tempore tam parvo tot proelia sanguine nullo
Perficis et luna nuper nascente profectus
Ante redis, quam tota fuit. Rhenumque minacem
Cornibus infractis adeo mitescere cogis,
Vt Salius iam rura colat flexosque Sygambrus
In falcem curvet gladios, geminasque viator
Cum videat ripas, quae sit Romana, requirat;
Vt iam trans fluvium non indignante Chauco
Pascat Belga pecus, mediumque ingressa per Albim
Gallica Francorum montes armenta pererrent;
Vt procul Hercyniae per vasta silentia silvae
Venari tuto liceat, lucosque vetusta
Religione truces et robur numinis instar
Barbarici nostrae feriant impune bipennes.
Vltro quin etiam devota mente tuentur
Victorique favent. Quotiens sociare catervas
Oravit iungique tuis Alamannia signis!
Nec doluit contempta tamen, spretoque recessit
Auxilio laudata fides. Provincia missos
Expellet citius fasces quam Francia reges
Quos dederis. Acie nec iam pulsare rebelles,
Sed vinclis punire licet; sub iudice nostro
Regia Romanus disquirit crimina carcer:
Marcomeres Sunnoque docet; quorum alter Etruscum
Pertulit exilium: cum se promitteret alter

223 *Orest. trag. 398:* curventur falcibus enses. 233 *Sidon. ep. VIII 9, 45.* 239 *cf. Sidon. c. II 306:* Non tam . . iudicis ore.

219 *Horat. sat. II 4, 30:* nascentes . . lunae. 221 *Ovidi fast. V 121:* fregit . . cornu. 227 *cf. Iuliani epist. ad S. P. Q. Athen. p. 279 B:* ἔνθα οὐδὲ νέμειν ἐξῆν τοῖς Κέλτοις τὰ βοσκήματα. 242 *Verg. Aen. II 95:* et me . . Promisi ultorem.

220 tota *EmVPH*¹, plena *H*²*BA* fuit] micet *P*² Rhenumque] retinqꝫ *P*¹, n *supra scr. P*², rethnum (*om.* que) *B* 221 infranctis *P* 222 salius *H*¹*A*, *item vetus Cuiacii ut videtur (cf. Claverii nota ad v. 241)*, sueuus *VPH*²*BA*, *crucem add. Em* rura *V*², iura *V*¹*P* flexusqꝫ *V*, *conieci* felixque sycambrus *V*, sigambrus *P*, sygambri *E*, sycambri *AH*, siccambri *B* 223 falcem *H* curuet *VP*, curuent *q*, cudant *vel* lunent *Heinsius* 224 uideant *A* quae] que *V*¹, † an *V*² *acutius esset:* quae non Romana, requirat *(cf. II 123); utraque enim iam Romana videbatur* 225 fluium *A* Chauco in antiquo *ε*, caucho *V*¹, caicho *V*², chaucho *P*, cayco *AA*, cahico *B*, coicho *H*, icho *in ras. m. 2* 226 uelga *PV*¹, bella *H*¹, belga *V*²*H*²*q* medumqꝫ *B* albi *V*¹, albĩ *PB*, albim *V*²*A*, albin *H*, alueum *Valesius, quod placuit Koestlinio ind. philol. VIII p. 47,* Albam *Martinus Bouquet;* Alpim *Mommsenus dubitanter intellegens die Schwäbische Alp.* 227 pererrent] n *ex* a *P*¹ 228 hercinie *P*, hercenie *B*, orcynie (c *supra*) *A*¹ 229 Venerari *P* 230 Religione] In regione *V* robur *PV*¹*H*, robora *V*²*q* instar] *ex* instrat *corr. P (m. 2?)* 231 Barbarica *P* nostra *V*¹, nostrae *V*² feriunt *P* bipennes inpune *P*, *ord. corr. m. 1* secures *A* 232 quin *Emω* tuetur *H*¹, *corr. H*²; tuentur *sc. ipsum Stilichonem qui sine exercitu adest* 233 fauent (ue *supra*) *H* quociens, ciens *in ras. H*¹ cateruas] *ex* catenas *corr. V*¹ 234 iungiqꝫ *AA*, iungitqꝫ *BPV*¹, t *del. V*², iungitqꝫ *H*¹ alamannia *EVB*, alemannia *PAH*, ale *in ras. H* 235 spretoqꝫ *V*², spretaqꝫ *V*¹, spirtoqꝫ *P*, *cum ras. supra* r, septoqꝫ (1 *supra*) *B* *V. 237 et 238 praeter* Qu *suppl. m. rec. in V* 237 Expellit *ς*, Expellat *Heinsius* fasces *EmPB(V)*, fallax *HA* 238 dederit *(V)H* acie nec iam] *PM*, seruat nec iam *A(V)BA*, seruet nec iam *H*, *sed* seruet *in ras. m. 2* rebellis *A*, rebelles *q*, *sed* es *ex* is *corr. P*¹ *V. 239 praeter* Sed uincl *m. rec. in V* licet] decet *H*, libet *ς pauci* *V. 240 praeter* Regia romanu *m. rec. in V* disquirit discurrit *A* carcer] *ex* cancer *corr. P*¹, cancer *B* 241 Marco manes hunnoqꝫ *(vel* sunnoqꝫ?) docent *ε*, Marcomares *EA*, Marchomerēs *P*, O arca manes *B*, Marcomeres *VH* sunnoqꝫ] *Em* sunnōqꝫ *A*, sōpnoqꝫ *B*, somnoqꝫ *P*, sonnoqꝫ *VH* docet *APAH(V)*, docent *Bε* ent quorum alter hetruscus *suppl. m. rec. in V* alter] alt *B* hetruscum *A* 242 ret alter *suppl. m. rec. in V*

Exulis ultorem, iacuit mucrone suorum:
Res avidi concire novas odioque furentes
Pacis et ingenio scelerumque cupidine fratres.
    Post domitas Arctos alio prorupit ab axe
Tempestas et, ne qua tuis intacta tropbaeis
Pars foret, Australis sonuit tuba. Moverat omnes
Maurorum Gildo populos, quibus inminet Atlas
Et quos interior nimio plaga sole relegat:
Quos vagus umectat Cinyps et proximus hortis
Hesperidum Triton et Gir notissimus amnis
Aethiopum, simili mentitus gurgite Nilum;
Venerat et parvis redimitus Nuba sagittis
Et velox Garamas, nec quamvis tristibus Hammon
Responsis alacrem potuit Nasamona morari.
Stipantur Numidae campi, stant pulvere Syrtes
Gaetulae, Poenus iaculis obtexitur aër.
Hi virga moderantur equos; his fulva leones
Velamenta dabant ignotarumque ferarum
Exuviae, vastis Meroe quas nutrit harenis:
Serpentum patulos gestant pro casside rictus:
Splendent vipereae squamosa pelle pharetrae.
Non sic intremuit Simois, cum montibus Idae
Nigra coloratus produceret agmina Memnon,
Non Ganges, cum tela procul vibrantibus Indis
Inmanis medium vectaret belua Porum.
Porus Alexandro, Memnon prostratus Achilli,

254 *Sidon. c. V 336.* 264 *Sidon. c. VII 74.*

246 *Lucani VII 15:* Post domitas gentes. 257 *Enni annal. v. 313 M.:* stant pulvere campi. *Verg. Aen. XII 407:* iam pulvere caelum stare vident; *Statii Theb. III 326:* stant fulti pulvere crines. 258 *Lucani VII 519:* ferro subtexitur aether. 259 *Verg. Aen. VIII 552:* quem fulva leonis pellis *eqs.* 262 *Ovidi met. VI 378:* patulos . . . rictus.

243 ultorem] auctorem *A* 244 concire *A*, conscire *ω* nouas H^2, uocas H^1 245 Paṣcis *P* scelerumq; *Emω* 246 arcthos *B*, arthos *H* alio] alto *P* prorupit *VP*, prorumpit *φ* 247 tropaeis *E* 248 omnes] omēs *A*; o *in* i *mut. E*; *praeterea* omnis *Em*, oīs *V*, oes *P*, os *B*, amens *HA* 249 Gildo] il *ex corr. H* inminet *ω* athlas *ω* 250 Et quos] *in ras. H* interior ł ulterior B^1 251 Quos uagus] *praeter* agus *in ras. H* uagis (?) *B* humectat *ω* cyuips *A*, cinyps *A*V^2*H*, *sed* c *ex corr. H*, *potest fuisse* g; gyripis in antiquo *ε*, ginyps V^1*P*, ginps *B* ortis *BHA* 252 Gir] ger *H*, git P^1, gir *E*P^2*φ* Nigrisque nouissimus *Delrius* amnis *Emω* 253 Ethiopum *VBH*, Aepthiopū *P* (*cf. v. 180*) gurgite] flumine *B*, sanguine *A*, origine *adscribunt glossatores nonnulli, id quod non male esset si legeretur* nylum *H* 254 Nuba *εA*V^2*MA*, nuua *B*, uina V^1*P*, iuba *H*, u *ex corr.* (*fuit* a?) 255 Garamas] gaminas *P*, girramas *B* hammo V^1, hammon V^2, hamon *H*, amon *B*, ammoa *φ* 256 nausamona *B*, ṇasamona P^1 257 numidịạe P^1 campi V^1, campis V^2*φ* sirtes *B*, sịrtes *P* (*punxit* P^2) 258 Gaĕtule *V*, Gethule *H*, Getule *B* penus V^1, poenus P^1*AA*, plenus $P^2$$V^2$*H*, penus ł plenus B^1 subtexitur *Heinsius (Burm. p. 1019)* 259 Hii *HB* moderant *A* fulua leones] scuta leonum *A* *V. 260 om. A* 261 Exubie *P*, *sed corr. m. 1* quas] quos *A*, *item* P^2 quas P^1 (*parum plane scriptum*) nutrit] mittit *BA* 262 gestant patulos *B*, patulos gestant *Eφ* patulūs P^1 rict' P^2, rictos P^1 263 Splendent *HBA*, Pendūt *Em*, Pendent *VP*, Splendet *A* uiperea *A*, e *add. E*, niperea *A* pelle] expelle *A* pharetro *E*, pharetra *A* 264 symois *H* ide *VP*, yde *H* 265 producent *A* memnon *VHA*, menon *B* 267 Inmanis *ω* medium H^2, medum H^1 belua P^1, ua *iteravit* P^2 porrum P^1, porum *Eφ* 268 Porrus *P*, Porus *Eφ* memnon prostratus *Eω nisi quod* memnon *VPH*; *om B*

Gildo nempe tibi.
Nec solum fervidus Austrum,
Sed partes etiam Mavors agitabat Eoas.
Quamvis obstreperet pietas, his ille regendae
Transtulerat nomen Libyae scelerique profano
Fallax legitimam regni praetenderat umbram.
Surgebat geminum varia formidine bellum,
Hoc armis, hoc triste dolis. Hoc Africa saevis
Cinxerat auxiliis, hoc coniuratus alebat
Insidiis Oriens. Illinc edicta meabant
Corruptura duces; hinc frugibus atra negatis
Vrgebat trepidamque fames obsederat urbem.
Exitiale palam Libycum; civile pudoris
Obtentu tacitum.
Tales utrimque procellae
Cum fremerent lacerumque alternis ictibus anceps
Imperium pulsaret hiems, nil fessa remisit
Officii virtus contraque minantia fata
Pervigil eventusque sibi latura secundos
Maior in adversis micuit: velut arbiter alni,
Nubilus Aegaeo quam turbine vexat Orion,
Exiguo clavi flexu declinat aquarum
Verbera, nunc recta, nunc obliquante carina
Callidus, et pelagi caelique obnititur irae.
Quid primum, Stilicho, mirer? quod cautus ad omnes
Restiteris fraudes, ut te nec noxia furto
Littera nec pretio manus inflammata lateret?
Quod nihil in tanto circum terrore locutus
Indignum Latio? responsa quod ardua semper
Eois dederis, quae mox effecta probasti

289 *cf. Cl. Marius Victor al. II 538.*

288 *sq. Lucani III 555:* flectenti cedere clavo; *Amm. Marcell. XVI 12, 57:* undarum moles obliquatis meatibus declinantes.

269 solum] soluit *H* feruidus] uidu *ex corr. H*¹, feruidus *P*², serudus *P*¹, perfidus *Heinsius; possis* sedulus 270 Set *H* partis *E* 271 pietas *εω* ille] *„sc. Gildo nec vero Mavors; itaque lectio* Maurus *in v. 273 necessaria non est" J. Koch; Arcadium intellegi vult Mommsenus collato Zosimo V 11, 2* 272 libye *V*, libie *PHB* prohano *H* 273 legetimam *B* regni] regi *B*, maurus *A* ꝑtenderat *P*, praetenderet *HB* 274 uaria geminum *BA*, geminum uaria *Eq* 275 triste] iste *B* hoc] hinc *Heinsius, item idem in v. 276* affrica *ω* 277 edicta *H* meabat *V*¹, meabāt *V*², manebant *A* 278 atra] attra *P*, antra *H* 279 Vrgebant *P*, Urgebat *corr. idem* urbes *B* 280 (Exitiale *E*) Exstiale *P* lybicum *V*, libicum *PHB* *V. 281 et 282 praeter* eps *suppl. m. rec. in V* 281 utrīqꝫ *ex* utrūqꝫ *vel* uteūqꝫ *H*¹ 282 Cum] um *in ras. H* fremerent] premerent *ς Heinsius* lacerumqꝫ *Em(V)*, laterumqꝫ *PH*, laciumqꝫ *B*, latiumqꝫ *A (cf. II 202)* *V. 283 praeter* remisit *m. rec. in V; v. 283—285 in ras. H* fessa] fossa *B* *V. 284 praeter* ntia fata *m. rec. in V* uirtusqꝫ *P*, qꝫ *del. P*¹ 285 Peruigil euentusqꝫ sibi *m. rec. in V* 286 Maior in aduersis *m. rec. in V* 287 Nubilus e *m. rec. in V*, Nubibus *H*¹ Nubilus *EςH*²*q* egeo *VHBP* quam] quem *A*, q̄m *H*, q *B* uexat *EmBPH*, uessat *A*, ue at *V*¹, uexat *corr. V*² *sive V*¹, uersat *M* orion] n *postea add. H (m. 2?)* 288 Exig *m. rec. in V* 289 nunc *bis*] non *bis B* 290 celi pelagiqꝫ *H* innititur *H*²*A*, obnititur *EH*¹*q* 291 primum *εω* mirer stilicho *BAA*, (stilico *P*) quod] quam *H*¹, quod *H*² omnis *E*, oms *V* 292 Restiteris *H*¹, Restiteras *H*²*B* 293 (pretio *E*) infamata *Mommsenus* laterent *B*, lateret *Eq* 294 nihil *A*, nil *AH*, niehil *q* circu (?) *V*¹, circum *PH*²*V*², rerum *H*¹*ABA m. rec. in V* terore *H* loqutus *ex* loquutus *V* 295 lacio *BH*¹, latio *H*² ardua *P*¹, *puncta sub* d *et* a *crasa,* chia *supra scr. P*²

Securus, quamvis et opes et rura tenerent
Insignesque domos? Levis haec iactura; nec umquam
Publica privatae cesserunt commoda causae.
Dividis in gentes curas teque omnibus unum
Obicis, inveniens animo quae mente gerenda,
Efficiens patranda manu, dictare paratus
Quae scriptis peragenda forent. Non brachia centum
[Quis Briareus aliis numero crescente lacertis]
Tot simul obiectis possent confligere rebus:
Evitare dolos; veteres firmare cohortes,
Explorare novas; duplices disponere classes,
Quae fruges aut bella ferant; aulaeque tumultum
Et Romae lenire famem. Quot nube soporis
Inmunes oculi per tot discurrere partes,
Tot loca sufficerent et tam longinqua tueri?
Argum fama canit centeno lumine cinctum
Corporis excubiis unam servasse iuvencam!
Vnde tot allatae segetes? quae silva carinas
Texuit? Vnde rudis tanto tirone iuventus
Emicuit senioque iterum vernante resumpsit
Gallia bis fractas Alpino vulnere vires?
Non ego dilectu, Tyrii sed vomere Cadmi
Tam subitas acies concepto dente draconis
Exiluisse reor: Dircaeis qualis in arvis
Messis cum proprio mox bellatura colono
Cognatos strinxit gladios, cum semine iacto
Terrigenae galea matrem nascente ferirent
Armifer et viridi floreret milite sulcus.

301 *cf. Lucreti III 616, IV 759, alias.* 303 *Verg. Aen. X 565:* centum quoi bracchia dicunt *(cf. Statii Theb. X 293).* 309 *Valer. Flacci VIII 81:* nube soporis. 312 *Lucani II 672:* Tales fama canit. *Ovidi met. I 625:* Centum lum. cinctum caput Argus hab. 314 *Sili Ital. XI 588:* texamus mille carinas. 315 *Verg. Aen. VI 5:* iuvenum manus emicat.

297 tenerent] reuertit *B* 298 Insignisqȝ *A* leuis] lenis *A* 299 comoda *H* 300 in gentes] *Burmannus*, ingentes *ω* *(separationem iam in V indicatam esse tradit Jeepius, sed ni fallor a m. rec.)* 301 Obicis *Eω* inuenies *V* animoque ac mente *Heinsius* 302 Efficies VP^1, Efficiēs *corr.* P^2 *(cf. v. 305)*, Efficiens *ex* Efficeres *corr. H* peractus *B* 303 peragenda] peraranda *Burmannus* non] *A*, quae *A*, non *add. E*, quae *q* *Versum 304 om. A; item adnotat Em:* In antiquo non est. Briareus aliis *eqs. (om.* Quis) *A. Versus deest in Ald.; ubi:* Quis Briareus aliis numero crescente lacertis. hoc carmen habent qdam etsi non antiquus. *ε; adest in q ς* Quis hic areus *B* crescente lacertis P^1 *in mg., in textu* que mte gerenda, *quod delerit* lumero *pro* numero *coni. Heinsius* 305 Tot simul] Efficiēs Tot simul *(sic)* P^1, *deinde* Efficies *delerit* possent *EA*, posset *VPBH* 306 dolos] domos dolos *A* formare *B* 307 classis *A* 308 aut *Eω, nisi quod* que *H* ferant *Eω* 309 rome *VPB* lenire *Eω* famæ̃ *H* quot] qd V^1, q̊t V^2, quot H^2, quod H^1, q P^1 *virga crasa;* q (i supra) P^2; qui *placuit Buechelero, etiam v. 303 legenti quae et conservanti v. 304* nube soporis] *ε* *VP*, soporis *E*, nube saporis *B*, nubis opertę *A*, nubis aperti *H*, is *ex corr., fuerat* e *(!)*, nube sopora *Heinsius* 310 Inuenies *B*, Immunes *q* tot] quot *B* partes *εω* 311 Tot] Tunc *B* tam] tot *BA*, tam *E* *(vix ε) q* longuinqua B^1 312 cinctum H^2, cinctus H^1, cintum *B*, centum *ς* 313 seruare P^1, seruasse P^3 314 ablate *H*, alate *B*, allatae *Eq* segetes] fruges *ς* *pauci* 315 *Verba* unde rudis t. t. iun. Emicuit *om. B* iuuenctus H^1, *sed* c *ex corr.* 316 Emicuit] *H*, *item Isengr. mg.*, Enituit *APVA*, Exsiluit *Heinsius; sed cf. Verg. l. l.:* iuvenum manus emicat; *Trumpius p. 48* resumsit *H* 317 fractas *Eω* uiris *A* 318 dilectu V^1P, delectu EV^2q tirii *PB* sed] I nec P^1 *in mg.* 319 Tam] Tā̦ P^1 concepto V^1q, concepta^s V^2 320 (Exiluisse *E*) reor] ... ror V^1 *(1—2 l. crasae)*, reor *corr.* V^1 *vel* V^2 dirceis *ω* 321 Messis] *ex* Mensis *corr. P (m. 1 !)* mox bell.] debellatura *B* cum propria . . . coherte *Jeepius* 322 striuxit V^2A, struxit *P*, strinsit *A*, stringit V^1q 324 Armiger *ς*

Hoc quoque non parva fas est cum laude relinqui
Quod non ante fretis exercitus astitit ultor,
Ordine quam prisco censeret bella senatus.
Neglectum Stilicho per tot iam saecula morem
Rettulit, ut ducibus mandarent proelia patres
Decretoque togae felix legionibus iret
Tessera. Romuleas leges rediisse fatemur,
Cum procerum iussis famulantia cernimus arma.
    Tyrrhenum poteras cunctis transmittere signis
Et ratibus Syrtes, Libyam complere maniplis:
Consilio stetit ira minor, ne territus ille
Te duce suspecto Martis graviore paratu
Aut in harenosos aestus zonamque rubentem
Tenderet aut solis fugiens transiret in ortus
Missurusve sibi certae solacia mortis
Oppida dirueret flammis. Res mira relatu:
Ne timeare times et, quem vindicta manebat,
Desperare vetas. Quantum fiducia nobis
Profuit! hostilis salvae Carthaginis arces;
Illaesis Tyrii gaudent cultoribus agri,
Quos potuit vastare fuga. Spe captus inani
Nec se subripuit poenae nostrisque pepercit
Demens: qui numero tantum, non robore mensus
Romanos rapidis ibat ceu protinus omnes
Calcaturus equis et, quod iactare solebat,
Solibus effetos mersurus pulvere Gallos.
Sed didicit non Aethiopum geminata venenis
Vulnera, non fusum crebris hastilibus imbrem,
Non equitum nimbos Latiis obsistere pilis.
Sternitur ignavus Nasamon, nec spicula supplex

341 *Sidoni epist. I 2, 8 (de Theoderico):* timet timeri. 351 *Sidon. c. V 336.*

328 *Verg. Aen. V 596:* hunc morem . . . rettulit. 339 *Phaedri I 9, 8:* mortis en solacium. *Curti Rufi IX 5, 15:* mortis solacium. 341 *Pacatus paneg. Theod. c. 35:* nihil magis timuerat quam timeri; *item Nazarius p. 227, 14 Baehr.; cf. Taciti hist. I 81:* cum timeret Otho timebatur. *Vulcacius Gallic. Avid. 1, 8:* meruit timeri, quia non timuit. 347 *Verg. Aen. VI 590:* Demens qui nimbos et non *eqs.* 352 *Ennius annal. v. 315 M:* spargunt hastas, fit ferreus imber. 353 *cf. Verg. Aen. VII 793, Homeri Δ 274.*

325 Hęc qu *suppl. m. rec. in V* 327 censeret] sentiret ς, sanciret *Heinsius* 328 stilico *P* 330 toge *ex* tug *corr. P*[1] felix] uelox *Burmannus* 331 tessera V^1, tessara V^2H, *sed* sara *in ras. add.* H^2, thessara *B* romuleę leges rediere *Em*, Romuleae *et* rediere ε rediisse] redisse *P*, remeasse ς *unus fere (cod. Antverp.)* 333 Tirrhenum *V*, Tirrenum *PHB* cunctis H^1, iunctis H^2, *item Heinsius* 334 sirtes *VPB* libiam *PHB* 335 minor] rueus *VP* ne *H*, nec *APB* 336 Te] Tu *B* suscepto *AHB* 339 Missurusque *VH*, Missurusne *B*, Massylumque *Paul; sed dictum fere ut* mittere funera Teucris *Verg. Aen. XII 629; simul fort. poeta locutionis* mittere ad mortem *vel* morti *memor fuit* certe ω solacia *E*, solatia ω 340 mira P^2, itura P^1 341 time^a^re *H*, *corr. m. 2* 343 kartaginis *V*, cartaginis *PHB* 344 Illęsis ε, Illessis *B* tirii *PB* 345 inane *H*, inaui *Eq* 346 subripuit] praeripuit ς *pauci* 348 Romano^s^ *H* rapidis] *ex* rapidū *corr.* H^1 omnis *(E teste Jeep.) A*, oms̄ *V* 349 quod *Eω* 350 effetos] effectos H^1BA, effetos H^2q, *ex* effectus *corr.* P^1, effoeto ς *unus*, effetos *intellege* debilitatos mersurus] rs *ex* ss (?) *corr. H* puluere *Emω* 351 ethiopum *HP*, *sed* h *ex* p *corr. P* 353 laciis *PB* 354 nasomon *B* suplex *P*

Iam torquet Garamas: repetunt deserta fugaces
Autololes; pavidus proiecit missile Mazax.
Cornipedem Maurus nequiquam hortatur anhelum;
Praedonem lembo profugum ventisque repulsum
Suscepit merito fatalis Tabraca portu
Expertum, quod nulla tuis clementa paterent
Hostibus, et laetae passurum iurgia plebis
Fracturumque reos humili sub iudice vultus.
    Nil tribuat Fortuna sibi. Sit prospera semper
Illa quidem; sed non uni certamina pugnae
Credidimus totis nec constitit alea castris
Nutatura semel; si quid licuisset iniquis
Casibus, instabant aliae post terga biremes:
Venturus dux maior erat.
                                    Victoria nulla
Clarior aut hominum votis optatior umquam
Contigit. An quisquam Tigranen armaque Ponti
Vel Pyrrhum Antiochique fugam vel vincla Iugurthae
Conferat aut Persen debellatumque Philippum?
Hi propagandi ruerant pro limite regni;
Hic stabat Romana salus. Ibi tempora tuto
Traxerunt dilata moras; hic vincere tarde
Vinci paene fuit. Discrimine Roma supremo
Inter supplicium populi deforme pependit;
Et tantum Libyam fructu maiore recepit
Quam peperit, quantum graviorem amissa dolorem
Quam necdum quaesita movent. Quis Punica gesta,
Quis vos, Scipiadae, quis te iam, Regule, nosset,

---

362 *Sidon. c. II 306:* (non tam victoris . . . quam indicis). 375 *Mar. Victor aleth. III 722:* pigrasque moras sine fine trahentem.

---

356 *Lucani IV 681:* cum torsit missile Mazax. 363 *Incerti paneg. Constantino d. (VII), 1:* nec possit Fortuna numini tuo (*leg.* suo) imputare quod tuum est. 373 sq. *cf. Pacatus p. 307, 7 Baehr.* 375 *Valeri Maximi VII 3, 7:* cuius non dimicare vincere fuit. 379 *cf. Xenoph. anab. VII 7, 28, item Sallusti Iug. 31:* parta amittere *eqs.*

---

356 Autolopes *E add. cruce, eadem crux in mg.;* Autolales *A*, Autololes *H*, Audolopes *B* progecit *H* mazax *EVP*, matax (z) *H*[1], mazas *A*, mazaz *distorto z B*, mazaz *vetus Cuiacii* Audolopes als. Mazas *ε* 357 Cornipedum *B* nequicquam *VB*, necquicquam *H* 358 lembo *Emω*, *sed* o *ex* e *corr. P (m. 2?)* repulsū *H* 360 quod] qꝫ *A* 361 laetae] late *ex* lete *corr. H*[1] 362 Fracturumqꝫ *H*[1], ł per fractumqꝫ *H*[3] 363 tribuit *B* sit] sic *Heinsius* 364 pugne *ex* punge *P* 365 totis] solis *Jeepius; sed sensus hic: nec ex toto exercitu tum constitit vel composita fuit alea sive fortuna ita, ut semel tantum posset mutare; sed superfuerunt milites in Italia* 367 Cassibus *H* 368 Uecturus *B* 370 an] aut *B*, huic *Heinsius* tigranem *Em cruce in mg. add.*, tigranē *PB*, tigranēn *H* 371 pirrum *VPHB* anthiochiqꝫ *V*, antiochiqꝫ, o *ex corr. H* Pyrrhumne Antiochiue *cod. Barthii* iugurtae *V*, iugurte *PH*, iugurthe *B* *V. 371 post 372 iterum scripsit A* 372 persen] *ex* perseum *corr. H*[1] 373 Hi] Illa *V*[1]*PH*, Hii *B*, hi *V*[2]*q* propugnandi *B* ruerant *EV*[2]*A*, fuerant *V*[1]*PB*, ruerant *ex* fuerant *H*[1], ł fru. ł rēt. *add. H*[1], ruerunt *Heinsius* 374 Hinc *H* tuto] tutę *A*, tutas *ς pauci* 375 more *A*, moras *Eq; tutae . . . morae defendi potest coll. Statio silv. I 1, 63:* Nec longae traxere morae hic] nunc *A* 376 fuit] fuīt, *sed virgula crasa P* supremo] supino *A* 378 tantum *AV*[2]*HA (cf. Kuehneri gramm. II p. 295)*, quantum *V*[1]*P*, tanto *B (?)*, *ς unus* libiam *PB*, lybiam *H* 379 quantum] qua tū *B*, quanto *ς unus (Patav.)* 380 necdum] nondum *A* quaesita] qst(e)ia *P* 381 Qui *B* nos *B*, nos *Eq* scipiade *APBH* iā *H*

Quis lentum caneret Fabium, si iure perempto
Insultaret atrox famula Carthagine Maurus?
Haec omnes veterum revocavit adorea lauros.
Restituit Stilicho cunctos tibi, Roma, triumphos.

DE CONSVLATV STILICHONIS.

LIBER SECVNDVS.

Editus cum priore a. 400 init.

(XXII.)

Haetenus armatae laudes: nunc qualibus orbem
Moribus et quanto frenet metuendus amore,
Quo tandem flexus trabeas auctore rogantes
Induerit fastisque suum concesserit annum,
Mitior incipiat fidibus iam Musa remissis.
  Principio magni custos Clementia mundi.
Quae Iovis incoluit zonam, quae temperat aethram
Frigoris et flammae mediam; quae maxima natu
Caelicolum. Nam prima chaos Clementia solvit
Congeriem miserata rudem vultuque sereno
Discussis tenebris in lucem saecula fudit.
Haec dea pro templis et ture calentibus aris
Te fruitur posuitque suas hoc pectore sedes.
Haec docet ut poenis hominum vel sanguine pasci
Turpe ferumque putes; ut ferrum Marte cruentum,

384 *ad* adorea *respicere videtur Laur. Lydus de magistr. I 47 tractans ἀδωράτορας citansque Claudianum ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Στιλιχῶνος ἐγκωμίων; cf. praef.*

1 *Mar. Victor aleth. II 1:* Haetenus arcanam seriem. 8 *Venant. Fort. c. II 12, 3:* frigore flammis.

1 *Ovidi rem. am. 397:* Hactenus invidiae respondimus. *Lucani IV 48:* Hactenus armorum discrimina. 10 *Ovid. met. I 7:* rudis indigestaque. 12 *Senecae epist. 6:* non templa . . ., in suo cuique consecr. est pectore. *Verg. Aen. I 417:* Ture calent arae. 13 *Statii Theb. XII 494:* mentes habitare et pectora gaudet. 15 *cf. Senecae de clem. II 4, 1 sq.*

382 caneret] caueret *B* 383 kartagine *V*, cartagine *PHB* mau^r^us *H*, marus *B* 384 Nec *H*, Haec *Eq* omn^i^es *A*, i *add. E*, oīs *V*, omnes *q* adorea *V*^{1}*P*^{1}*A*, ado^r^rea *H*, ad horrea *V*^{2}*BA*, laurea *P*^{2} laur^o^us *A*, o *sic add. E*, lauros *ω* 385 stilico *P*

De consulatu Stiliconis Liber | expl Incp Liber ij *Em* Incipit de laude stilichonis liber seds. *V* (*V*^{2} *in hoc libro alia manus est atque in primo*). *Alterum quemque versum quasi pentameter sit per εἴσθεσιν distinxit P*

1 actenus *P*^{1}, h *add. P*^{2} armatae] armorum *H* qualibus] qualibet *HB* urbem *V*^{1}*PH*, orbem *V*^{2}*q* 3 trabe^s^a (s *m. 2*) *H* auctore] actore *ς* rogante *Scaliger; sed cf. de IV cons. 47* 4 concesserit *P*^{2}, consenserit *P*^{1}, cocesserit *B* 5 Mitior] Minor *B* incipias *Heinsius* Musa] diua *Schaeferus ad Musaeum p. 74* remisis *A* 7 tempera *B* etrā *P*^{2}, aecrā *P*^{1} 8 flame *P* mediam *BAV*^{2}, medio *V*^{1}*PH* quae] qua *A* maxima] proxima *B* nato (?) *V*^{1}, natu *V*^{2} 9 Celiconū *P*^{1}, *corr. P*^{2} cahos *P* 10 miserata *H*^{1}, partita *H*^{2} rudē *P*, *virgulam P*^{2} 11 Discussit tenebras *V*^{1}*PH*, Discussis tenebris *V*^{2}*q* calentibus] 1 *ex* d *H*^{1}, fumantibus *H* 13 pectore] tempore *V*^{1}*PH*, pectore *V*^{2} *idem in mg. P* (*m. 1?*) sedes] fedes *B* 14 Haec] Nec *H* peius *B*, penis *q* 15 ferumque] serumq; *H*, ferrumq; *B* Marte] in marte *M*

Siccum pace feras: ut non infensus alendis
Materiem praestes odiis: ut sontibus ultro
Ignovisse velis, deponas ocius iram
Quam moveas, precibus numquam implacabilis obstes,
Obvia prosternas prostrataque more leonum
Despicias, alacres ardent qui frangere tauros,
Transiliunt praedas humiles. Hac ipse magistra
Das veniam victis, hac exorante calores
Horrificos et quae numquam nocitura timentur
Iurgia contentus solo terrore coerces
Aetherii patris exemplo, qui cuncta sonoro
Concutiens tonitru Cyclopum spicula differt
In scopulos et monstra maris nostrique cruoris
Parcus in Oetaeis exercet fulmina silvis.
    Huic divae germana Fides eademque sorori
Corde tuo delubra tenens sese omnibus actis
Inserit. Haec docuit nullo livescere fuco,
Numquam falsa loqui, numquam promissa morari:
Invisos odisse palam, non virus in alto
Condere, non laetam speciem praemittere fraudi,
Sed certum mentique parem componere vultum;
Occulto saevire vetat, prodesse remittit.
Haec et amicitias longo plus tempore firmat
Mansuroque adamante ligat: nec mobile mutat
Ingenium: parvae strepitu nec vincula noxae
Dissolvi patitur nec fastidire priorem
Inlicitur veniente novo. Benefacta tenere,
Respuere offensas facilis, pariterque minoris
Officii magnique memor superare laborat
Vtque hostes armis, meritis sic vincit amicos.

20 sq. *cf. Statii Theb. VIII 594 sqq., Ovidi trist. III 5, 33:* satis est prostrasse leoni. 44 *Sullae inscr. sepulcralis apud Plutarchum Sull. 38: ὡς οὔτε φίλων τις αὐτὸν εὖ ποιῶν οὔτε τῶν ἐχθρῶν κακῶς ὑπερεβάλετο.*

16 Sed cum *A* feras V^1PH, premas V^2q infensus] V^1P^1, infessus V^2, incensus P^2, infensus *fort. ex* in census *corr.* H^1 alendis] *ex* alendus *corr.* P^1 17 Materiam *B*, Materiem *Eq* praestes] praebes *H* ultro H^1, ł ultor *glossator*, ultor *A*, ultro ł ultor B^1 19 obstes] hostes *B*, astes *A*, abstes *ε* (*quod in* obstes *mut. Lirincius*) 21 frangere *Emω* 22 Transiliunt] Transsiliunt, unt *in ras. H*, Transibunt *P sat bene* humilis *A* ipse AHV^2P^2, iste V^1P^1BA, *Heinsius* teste *coni.*, sponte *Schraderus ed. Musaei p. 332* 23 Das *PA*, *m. rec. in V*, Dat AH^1B, Da V^1H^2 uinctis (*sic*) *H* hac] has *H* exorate V^1, exortante V^2B, exorare *H* calores] a *ex* o *H* 24 numquam peritura *desiderat Mommsenus; an* plus quam nocitura? 25 contemptus *B* cohercet *AB*, coercet *A* 26 Etherii *PB*, Etherei *VHA* *V.* 27 *et* 28 *praeter* In scop *suppl. m. rec. in V* 27 ciclopum *PHB*, Cyclopia *Heinsius* defert *A*, differt *Eq* 28 nostrique] meiq; *B*, nostraq; P^1, nostriq; P^2q, q; *in ras.* H^1 *V.* 29 *praeter* Parcus in oetaei *suppl. m. rec. in V* 29 Parcus] Pacus *B* in] *om. A*, *add. E*, et in *B* etheis *PB*, oetheis *H* (he *ex corr.*) exercet *H* fulmina] f *m. 2 P* 30 Hinc *B*, Huic *Eq* diuae] duce *B* fides eademq; sororis *m. rec. in V* sorori *PH*, sororis *q* *In his eadem ad* delubra *trahatur necesse est; cf. v. 101 sq.* 31 tenens] tenet *E unde* tenet seque *Jeepius* omnibus actis *m. rec. in V* 32 Ingerit *Heinsius* nullo docuit *ABA* e fusco *suppl. m. rec. in V* fuco] succo *B* 33 morari] ari *in fine m. rec. in V* 34 odisse *H* 35 laetam] altam *ς*, aliam *Heinsius* praetendere *BA*, premittere *Emq* 37 seruire H^1B, seuire EH^2q 38 (amicitias *E*) amicias *H* plus HAV^1, post V^2q firmat] seruat *B* 40 paruo *H* strepitum *P* (*corr.* P^2) uincula] ul a V^1, nulla P^1, uicla V^2P^2, unico *B* 41 fastidire] factidere H^1, *corr.* H^2 42 Inlicitur *E*, Illicitum *ε*, Illicitur *P*, Illicite *BA*, Allicitur V^1H, allicitum V^2, Fit licitum *Heinsius;* Neglectum *idem* retenere H^1 43 faciles V^2B, facilis V^1q 45 hostis *A*

Haec fovet absentes, haec longe sola remotis
Consulit, haec nullis avidam rumoribus aurem
Pandit, ut ignarum numquam laesura clientem
Insidiosa tuos alienent murmura sensus.
Nec vivis annexus amor meminisse sepultos
Desinit; in prolem transcurrit gratia patrum.
Hac tu Theudosium, tenuit dum sceptra, colebas,
Hac etiam post fata colis: nec pignora curas
Plus tua quam natos, dederat quos ille monendos
Tutandosque tibi. Iustos nimiumque fideles
Fama putat, qui, cum possint commissa negare,
Maluerint nullo violati reddere quaestu.
At Stilicho non divitias aurique relictum
Pondus, sed geminos axes tantumque reservat
Depositum teneris, quantum sol igneus ambit.
Quid non intrepidus credas, cui regia tuto
Creditur?
Hoc clipeo munitus Honorius altum
Non gemuit patrem vitaeque et lucis in ipso
Limine, contemptus numquam, dat iura subactis
Gentibus et secum sentit crevisse triumphos.
Quem tu sic placida formas, sic mente severa,
Vt neque desidiae tradas, dum pronus ad omne
Quod libet obsequeris, nec contra nixus ovantem
Confringas animum; secreto consona regno
Ceu iuvenem doceas, moles quid publica poscat;
Ceu sanctum venerere senem patriisque gubernes
Imperium monitis; dominum submissus adores,

57 *Iuvenalis XI 116:* nullo violatus Iuppiter auro.

47 haec] hoc *B* 48 ut] et *B*, ut *Eq* ignarum *Eω* lesusa V^1, lesura V^2 50 Nec *Eεω* niuis P^3, cuius P^2, muis *vel* tuuis P^1, uuus *B* annexus] *ex* annexū *corr. vid.* H^1, adnexus *ABA* 51 Desinit] † (Desi)nat H^1 52 Hac] Ac *H* teodosium *VPH*, theodosium *BA* sceptra] cepta *B* 53 Hāc *B*, Hac *corr. m. rec.* post] plus *B* facta *A*, c *del. E (fort. tamen A^1)* 54 ille] ipse *H* mouendos *H* 55 Tutantosq̧ *H*, *sed corr. m. 1* fidelis V^1, fideles V^2 56 cum] cō *P* possint *VPH*, possent *q* necare V^1, negare V^2 57 Maluerunt *B* *legatur* uiolatis, *sc. nullo quaestu* questus *H* 58 At] Ast *AVB* (*cf. Persi VI 27:* Ast uocat) stilio *H* anxiq̧ *H* 59 axis *A* reseruat (punctum *a m. 2*) *V* 60 teneris] terris *EmBA* ambit P^2, t\ͣbit P^1 61 Quid *H*, d *in ras. m. 2* quoi *A*, al. cui *Em* 62 munutus *P* honorus *H* altum] *om. H* 63 et lucis] elucet *Koenigius* 64 Limine H^1, lumine H^2 contentus *B* iura dat *V*, *sed corr.* V^1 65 sensit *ABA* sentit secum *H* 66 seuera] serena *EmBA*, † seuera *add.* B^1, senera *Ald. quod non del.* ε rena *supra scribens* 67 dum pronus tradas *B*, *corr.* B^1 pronus ad omeu *in ras.* H^2 68 ne contra *PVH*, neque contra *B* 69 Stringas an nirū *B* Constringas *A*, Confrigas *H* secreto V^1HA, secretus V^2q (*et ita Gronor. observ. p. 169*), secernis ς, ceu cernas *Camers in mrg.*, secernens *Koenigius* 70 Ceu *H*, seu † cum H^2 quid] quod *PH*; *expectes* quae (*sc.* consona) . . . poscit; *nisi* quid *pro* et quid *positum sicut Eutr. I 13* quae nova *ad* nefas *sine copula adicitur* poscat *AA*, poscit *VBPH* *V. 71–73 praeter* m *ultimam suppl. m. rec. in V* 71 Ceu] Cum *H* uenerare (*V*), uenere^s *P*, uenerare P^1 *in mg.* senem P^1, semen P^2 moles quid p. poscat Ceu s. venerere senem *coniungi vult Mommsenus* patrisq̧ (*V*)*H*? gubernas (*V*)*B* „*Locum difficilem v. 71 sq. sic explico:* in secreto *Honorium doces quasi iuvenem quid utile sit reipubl.,* in publico *eundem venereris quasi senem sanctum gubernasque in publico imperium monitis Honorii quasi patris sint; itaque* ceu *ad* patriis *repetendum est; nempe ad* venerere *obiectum supplendum esse* Honorium *docet ipsum* ceu, *docent antecedentia ubi idem obiectum, docent et sequentia: nam v. 73* parentem *non esse Theodosium firmatur verbo* moderere; *itaque* parens *Stilichonis Honorius est estque dictum pro propinquo (fuit enim Stilicho Honorii consobrinae maritus) quo fere sensu legitur etiam apud Eutropium I 8.*" *J. Koch; sub* parente *etiam patrem patriae intellegi monet Mommsenus* 72 monitus *B* sumissus *H*, subnixus *A*

Obsequiis moderere ducem, pietate parentem.
Hinc fuit ut primos in coniuge disceret ignes
Ordirique virum non luxuriante iuventa,
Sed cum lege tori, casto cum foedere vellet.
Principe tu felix genero: felicior ille
Te socero.
Fratrem levior nec cura tuetur
Arcadium; nec, si quid iners atque impia turba
Praetendens proprio nomen regale furori
Audeat, ascribis iuveni. Discordia quippe
Cum fremeret, numquam Stilicho sic canduit ira.
Saepe lacessitus probris gladiisque petitus,
Vt bello Furias ultum, quas pertulit, iret
Inlicito causamque daret civilibus armis:
Cuius fulta fide mediis dissensibus aulae
Intemeratorum stabat reverentia fratrum.
Quin et Sidonias chlamydes et cingula bacis
Aspera gemmatasque togas viridesque smaragdo
Loricas galeasque renidentes hyacinthis
Gestatosque patri capulis radiantibus enses
Et vario lapidum distinctas igne coronas
Dividis ex aequo: ne non augusta supellex
Ornatusque pares geminis heredibus essent.
Mittitur et miles, quamvis certamine partes
Iam tumeant. Hostem muniri robore mavis
Quam peccare fidem: permittis iusta petenti
Idque negas solum, cuius mox ipse repulsa
Gaudeat et quidquid fuerat deforme mereri.
Omnes praeterea, puro quae crimina pellunt
Ore, deae iunxere choros unoque receptae
Pectore diversos tecum cinguntur in usus.
Iustitia utilibus rectum praeponere suadet

75 *Senecae Phaedr. 925:* a meo primum toro ... ordiri virum. 80 nomen regale *Cicero plus semel.* 85 *Lucanus VIII 102 et saepius:* civilibus armis. 93 *Panegyr. ad Pison. 101:* Diligis ex aequo.

73 Obsequio *BA*, Obsequiis *Eq* moderare *(V)*, modere *H* parentes *H* 74 Sic fuit ubi primos in coniuge dis *suppl. m. rec. in V* Hinc fuit *PBA*, Sic fuit H^3A, Hic fuit H^1 primo *A* ignis *A V*. 75 *praeter* iuuenta *m. rec. in V* Odiri^{q} *H* 76 sed c. l. thori casto *m. rec. in V* cum] tñ *B* 77 Principe tu fel *m. rec. in V* genero] *correcturam fecit* P^2 *(volens* socero?) *sed rursus erasit* 78 Te socero *m. rec. in V* socero] *correcturam fecit* P^2 *volens* genero, *sed rursus erasit* leuior *Eω* 79 Archadium *HB* si quis *H* atq3 *Emω* 80 furori *Eω* 81 ascribi *H* 82 Cum P^2, Con P^1 fremeret εAV^2BA, fremuit V^1PH stilicho sic] stiliconis *AA*, stiliconis si P^1, si *del.* P^2 *Ad v. 83 in A* Lacessitus *Em* gladiisque] odiisq3 *B*, *item Isengr. mg.* 85 Inlicito V^1, Illicito V^2q causeq3 *B* daret] dedit *M* 86 Cuius $EmBAV^2$, Huius V^1PH fulta] stulta *A* dissensibus *Eω* 88 Quin] Q^{u}m *B*, *supra scr.* B^2 sydonias *V* clamides *VPHB* bacis EVP^1A, batis *H*, baccis P^2B 89 que *post* gemmatas *om.* P^1, *sed corr.* uiridisq3 EV^1P^1, uiridesq3 V^2P^2q smaragdo *E*, smaragdis *ω* *V. 90 ante v. 89 scripserunt* V^1H, *corr.* V^2 90 renidentes AP^2BA, redundantes *VH*, reduntantes P^1 galeas renidentesq3 *B* yacinthis *VH*, iacintis *P*, iacinctis *B* 91 scapulis *HB*, capulis *Eq* radiantibus P^2, indiantibus P^1 92 igne] signe P^1 93 ne] nec *B* angusta *HB* 94 Mrnatusq3 *H (initialis ex v. 95 irrepsit)* essent] *om. H* 95 partes H^1, partis H^2, patres *B* 96 timeant *B* 97 fide *B*, fidem *Eq* iusta V^2, iussa V^1P potenti *B* 98 Id neque P^1 ipse *Eω* 99 quicquic *H* fuerit *Heinsius* 100 praeterea] propterea *B* pellunt H^1, poscunt H^2 101 Ore] Corde *Burmannus* uinxere *A*, *item fort. P, neque enim facile discernitur* unaq3 *B* 102 cinguntur V^1, iunguntur V^2

Communesque sequi leges iniustaque numquam
Largiri sociis. Durum Patientia corpus
Instruit ut nulli cupiat cessisse labori;
Temperies, ut casta petas; Prudentia, ne quid
Inconsultus agas; Constantia, futtile ne quid
Infirmumque geras. Procul importuna fugantur
Numina, monstriferis quae Tartarus edidit antris:
Ac primam scelerum matrem, quae semper habendo
Plus sitiens patulis rimatur faucibus aurum,
Trudis Avaritiam; cuius foedissima nutrix
Ambitio, quae vestibulis foribusque potentum
Excubat et pretiis commercia pascit honorum,
Pulsa simul. Nec te gurges corruptior aevi
Traxit ad exemplum, qui iam firmaverat annis
Crimen et in legem rapiendi verterat usum.
Denique non dives sub te pro rure paterno
Vel Laribus pallet; non insidiator oberrat
Facturus quemcumque reum; non obruta virtus
Paupertate latet. Lectos ex omnibus oris
Evehis et meritum, non, quae cunabula, quaeris
Et qualis, non, unde satus. Sub teste benigno
Vivitur; egregios invitant praemia mores.
Hinc priscae redeunt artes: felicibus inde
Ingeniis aperitur iter despectaque Musae
Colla levant opibusque fluens et pauper eodem
Nititur ad fructum studio, cum cernat uterque
Quod nec inops iaceat probitas nec inertia surgat
Divitiis.
Nec te iucunda fronte fefellit
Luxuries praedulce malum, quae dedita semper
Corporis arbitriis hebetat caligine sensus
Membraque Circaeis effeminat acrius herbis,

108 *Salvian. de avar. 1:* inconsultissimum agere. 109 fugantur *eqs.; cum his omnibus cf. Prudentii Psychomachia.* 133 *cf. Licentius ad August. 9 sq.*

116 *Cic. Verrin. III 23:* gurges vitiorum. 117 *Ovidi met. VIII 245:* Traxit in exemplum. 123 *cf. panegyr. ad Pison. 102.* 132 *Ovidi rem. am. 138:* iucundi . . mali.

104 Cōmunisq; *A* 105 sociis] facilis *Heinsius;* Largiri. Sociae durum *Mommsenus* 106 ut nulli *ex* et nulli ut *corr. B*[1] cupiat *P*[1], cupias *P*[2] caesisse *A*, cessisseę *P*[1], cessisse *εq* 107 casta] castra *B* petas *Eω* 108 constacia *B* futtile *EV*, utile *P*[1], futile *P*[2]*q* 109 infortuna *B* fugantur] *add. H*[2] 111 Hac *P*, Ac *Eq* primum (a sup.) *A*, a *sic add. E*, primum *BA*, primam *q* (quę *E*) 113 cuius *Eω* foedissima *ε*, fedissima *V*, sedissima, d *in* u *mut. P*[1] 114 potentum] o *ex* e *H*[1] 115 Excu *suppl. m. rec. in V* (pretiis *E*) poscit *AV*[2], possit *B*, uendit *A*, pascit *V*[1]*q* bonorum *B* 116 corrupti' *ex* corruptio *corr. P*[1] 117 exemplum] *ex* explem *corr. V*[1] qui *EP*[2]*H*[2], quod *H*[1]*P*[1]*q* iam] *in ras. H*[2] 118 uerterat] *ex corr. P*[1], *voluerat* uerterit *(?)* usum] usus *ς* 120 pallet] pendet *VPH* oberrat], a *ex* e *corr. P*[1] *ut vid.*, aberrat *A* 121 Facturus] Fracturus *AA (?)* quecumque *B* 122 oris *V*[1], horis *V*[2]*HB* 123 Eueis *P*[1], h *add. P*[2] et meritum non quae cunabula] *εBAA*, et nūquā meriti cunabula *VP*, et nunquam merito († meritum *H*[2]) cunabula *H* nonq; *Em* 125 egregios] o *ex corr. H* 127 ingeniis *P*[2], Ingen' *P*[1] deiectaque *Schraderus* 128 leuat *H (virgulam fort. H*[2]*)* fluens] nitens *B* 129 stidio *B* cernat] cemat *B*, ceruat *(?) P*[1], *corr. P*[2] 130 iaceat] lateat *A* inertia] m̄'cia *P*[1], *corr. P*[2] surgat *H* 131 Diuitiis *P*[2], Diuit' *P*[1] 133 hebetat caligine sensus] *in ras. H*[2] 134 circeis *VPBH*

Blanda quidem vultus, sed qua non taetrior ulla
Interius: fucata genas et amicta dolosis
Inlecebris torvos auro circumlinit hydros.
Illa voluptatum multos innexuit hamis:
Te numquam conata capit. Non prava libido
Stupris advigilat; non tempora somnus agendi
Frustratur; nullo citharae convivia cantu,
Non pueri lasciva sonant. Quis cernere curis
Te vacuum potuit? quis tota mente remissum
Aut indulgentem dapibus, ni causa iuberet
Laetitiae? Non indecores aeraria lassant
Expensae; parvo non improba littera libro
Absentum condonat opes. A milite parcus
Diligeris: neque enim neglectas pace cohortes
Tunc ditas, cum bella fremunt. Scis nulla placere
Munera, quae metuens illis, quos spreverat, offert
Serus et incassum servati prodigus auri.
Antevenis tempus non expectantibus ultro
Munificus mensaeque adhibes et nomine quemque
Compellas clari, quod sub te gesserat olim,
Admonitum facti figendaque sensibus addis
Verba, quibus magni geminatur gratia nodi.
Nec, si quid tribuas, iactatum saepius idem
Exprobrare soles nec, quos promoveris, alto
Turgidus alloqueris fastu nec prospera flatus
Attollunt nimios. Quin ipsa superbia longe
Discessit, vitium rebus sollemne secundis
Virtutumque ingrata comes. Contingere passim
Affarique licet. Non inter pocula sermo

141 *Sidon. epist. I 2, 9 (de Theoderico):* illic nec organa hydraulica sonant . . . nullus ibi lyristes . . . canit. 149 *Prudentius hamartigen. 252:* ut bella fremant.

152 *cf. Plauti Trin. IV 2, 66:* tempori antevenio. 153 sq. *Verg. Aen. XI 731 (XII 759):* Nomine quemque vocans; *cf. Valer. Flacci IV 649; Plin. paneg. 15:* Prope omnes milites nomine appellas, singulorum fortia facta memorans. 159 *Statii Theb. I 321:* Attollit flatus. 163 sq. *cf. panegyr. ad Pison. 103 sq.*

32 sq. *ex Taciti ann. XII 38.* 37 *Senecae Herc. 1031:* laudi obstrepat. 42 *Ps. Ov. heroid. 16, 149:* qui noverat omnia. 43 *cf. Sili Ital. XV 387.* 51 *Iuvenalis VIII 243:* sed Roma parentem ... libera dixit.

29 animis] nis *B* 30 romane *PBH* *V. 31 et 32 ita contraxit A:* Suscep. ducem: nec cum cap. curru 32 pyrro *V*, pirro *PHB* ɔ pitolia (ca *supra*) *B*[1] 33 Pelleae *V*, Pellee *PB*, Pelice *H* Paullus] paulus *ω* concenderet *H* 34 Nec] Non *AB* lacias *HB* 35 munidas *B* 36 Ponpeio *PB* pars *H*[2], par *H*[1] 37 *Hunc v. in ras. H* laudi *Eω*, laudes *ς* stimulisque] similisq; *B* 38 ingentia] ingenita *VP, corr.* *V*[1]*P*[1] 39 reliquid *P (punxit P*[2]*?)* 41 *Hunc v. in ras. H*[1] pereunt *B*, pereant *Eq* iupiter *PBH* altum *VH*, olim *q* 42 phebus *VHB*, febus *P* 43 aliquod *H*, o *H*[2], aliquid *B*, aliqt (od *supra*) *P* meritis *Heinsius* (spatium *E*) 45 diuisous *B*[1], diuersus *Eq* aequior] auctior *temptavi coll. in Ruf. II 3; nam passivum expecto cui respondeat* munitus *v. 47* 46 inuisus] inusus *H* phebi *A*, phlebi *B* pupularibus *H* 48 cessit] cesit *H, sed corr.* 49 letator (u *supra*) *B*[1] equis, i *ex* e *corr. H* senatus *M* 50 patritio *E* plebea *H* fauore *H* 51 felix fauori *B*[1] quem] que *H* quem Roma uocat seruata *ς* parētem, rē *in ras. H*[1] 52 cui *Emω* *V. 53 et 54 suppl. m. rec. in V.* 53 ispania *A* 54 Cuius *Eω* et] *H*[2] *ut vid.* *V. 55 praeter* uocib *suppl. m. rec. in V* meritū genero *B*, genero meruit *Eq* praestante] patrante *M*, patiente *Delrii codex* *V. 56 inde ab* inibus *m. rec. in V* 57 fessis] lassis *ABA* tantur fl. nautis *m. rec. in V* 58 quae] quo *V, sed* o *itemque* numine tanto *suppl. m. rec.,* quem *H*[1], cui *H*[2]; *post v. 62 hunc iteravit P ibique scr.* qui numine *Emω* 59 fatadicas, *sed radendo corr. P; inde* factidicas *P*[2] laurus *EsP*, lauros *m. rec. in Vq*

Venturi quotiens affulsit Apollinis arcus?
Quae sic aurifero Pactoli fonte tumescit
Lydia, cum domitis apparuit Euhius Indis?
Nonne vides et plebe vias et tecta latere
Matribus? His, Stilicho, cunctis inopina reluxit
Te victore salus! Septem circumspice montes,
Qui solis radios auri fulgore lacessunt,
Indutosque arcus spoliis aequataque templa
Nubibus et quidquid tanti struxere triumphi.
Quantum profueris, quantam servaveris urbem,
Attonitis metire oculis. Haec fabula certe
Cuncta forent, si Poenus adhuc incumberet Austro.
  Mos erat in veterum castris, ut tempora quercu
Velaret, validis fuso qui viribus hoste
Casurum potuit morti subducere civem.
At tibi quae poterit pro tantis civica reddi
Moenibus? aut quantae pensabunt facta coronae?
Nec solam populi vitam debere fatetur
Armis Roma tuis; sed, quo iucundior esset
Lucis honoratae fructus, venerabile famae
Pondus et amissas vires et regna recepit.
Iam non praetumidi supplex Orientis ademptam
Legatis poscit Libyam famulosve precatur
(Dictu turpe) suos: sed robore freta Gabino
Te duce Romana tandem se vindicat ira.
Ipsa iubet signis bellaturoque togatus
Imperat et spectant aquilae decreta senatus.
Ipsa tibi trabeas ultro dedit, ipsa curulem
Obtulit ultori fastosque ornare coegit.
  Nil perdit decoris prisci nec libera quaerit
Saecula, cum donet fasces, cum proelia mandet.

---

76 *Merobaud. paneg. Aetii 49:* quae munera fati Acta viri pensare queant? 90 *Sidon. c. II 384* (mandet . . bella).

72 *Verg. Aen. VII 601:* Mos erat. *georg. I 349:* redimitus tempora quercu. 79 *Lucani VIII 22:* pondere famae.

---

60 affulsit *ABA item, s ex* g *corr. H*¹, affulget *VP* appollinis *P* arcus] s *m. rec. in V* 61 aurifere *B* 62 Lidia *VHB* euhius *VB*, euchius *PAA*, euchinus *H*, Euchyus *Ald.*, y *in* i *mut.* ε, *postea* e *erasit Livin.* 63 tectas *B* 64 his] ut *Em H*², hⁱ *B*, his *H*¹*q*; *cf.* haec *v. 70* stilico *P* inopia *H* 66 solis] solus *P* radias *B* fulgore] fulgure *A*, splendere *B* lacessunt] *ex* lacescunt (?) *corr. H*, lacescunt *B* 67 Inductosq; *PHB* sploliis *P* 68 quicquid *H* 69 Quantū *P*, Quantae *Heinsius* quantam] *V*¹, ł tā *(sic) V*² *volens* tantam; quantum *P* seruaris *B* 70 metiere *A*, metiere *H*¹ 71 Poenus] rhenus *Em A*, penus *q* 72 Mos] Mox *B* ueterum] uetū *B* tempora] ipa *B* quercū *(virgula erasa) V* 73 sc ualidis *B*¹ hostē *B* 74 morti potuit *H* 76 pensent tua facta *Heinsius* facta] acta *coniceceris ex Merobaude* 77 Nec] Non *AB* solum *P* 78 Armi *A* set *H* quo] quod *B* extet *Heinsius* 80 admissas *H*¹, admissas *B* 81 praetumidi] i *in fine in ras. H, fuerat* de? 82 lybiam *V*, libiam *PHB* *Post v. 82 iteravit P*¹ *v. 58, del. P*² 83 freta] fulta *A* 85 belatorq; *B* rogatus *A* 86 Imperat] *add. m. rec. in B*, Imprat *P* et spectant *A (item Isengrinius* et; *cf. Burmannus)*, expectant *ω* decreta senatus] *add. m. rec. in B* 87 ultro *Eω* 88 ultori] haec ultro *AA* fastosq; *VPH*¹, fasces *AH*², fascis *A*, fastos *B* ornare coegit] *in ras. A*¹ *V. 89 et 90 A*¹ *in mg.* 90 quom *bis A*, cum *bis corr. E*, ł cui *bis Em* fascis *A* *V. 90 post 91 scr. H*

Seque etiam crevisse videt. Quis Gallica rura,
Quis meminit Latio Senonum servisse ligones?
Aut quibus exemplis fecunda Thybris ab Arcto
Vexit Lingonico sudatas vomere messes?
Illa seges non auxilium modo praebuit urbi,
Sed fuit indicio, quantum tibi, Roma, liceret,
Admonuit dominae gentes instarque trophaei
Rettulit ignotum gelidis vectigal ab oris.
Hoc quoque maiestas augescit plena Quirini.
Rectores Libyae populo quod iudice pallent
Et post emeritas moderator quisque secures
Discrimen letale subit: quid Poenus arator
Intulerit, madidus quantum transmiserit Auster,
Ardua qui late terris responsa dedere,
Hic trepidant humiles; tremuit quos Africa nuper,
Cernunt rostra reos. Cani virtutibus aevi
Materiam pandit Stilicho populumque vetusti
Culminis inmemorem dominandi rursus in usum
Excitat, ut magnos calcet metuendus honores,
Pendat iustitia crimen, pietate remittat
Errorem purosque probet damnetque nocentes
Et patrias iterum clemens exerceat artes.
    Fallitur egregio quisquis sub principe credit
Servitium. Numquam libertas gratior extat
Quam sub rege pio. Quos praeficit ipse regendis
Rebus, ad arbitrium plebis patrumque reducit
Conceditque libens, meritis seu praemia poscant
Seu punire velint. Posito iam purpura fastu
De se iudicium non indignatur haberi.

110 *Corippi Ioh. II 361:* pietas Romana remittit. 118 *Sidon. c. II 343:* fastuque remoto . . dignetur amari.

102 *Curt. Ruf. 9, 6, 24:* subire discrimen. 103 *Herc. Octaei 71:* Austrum madentem. 112 *cf. Verg. Aen. VI 852. Horati epist. I 14, 14:* exerceat artem. 113 *Senecae benef. VII 5, 1.* 118 *Ovid. met. XIV 762:* pone fastus.

91 Seque] Cum se *A*, Nunc *B*, Sepe *H*¹, nunc l sese *H*² rura] iura *H*, rutra *Heinsius* 92 lació *B* seruise *B* ligunes *P*, *sed corr. m. 1* *V*. *93 om. A;* aut quibus exemplis Fecunda tibris ab areto *Em*, fecundat hybris *V* secundat *P*¹, fecunda *P*² tibris *q* aretho *V*, arto *H* 94 lindonico *B*, ligonico *VH* sudutas *P*, *sed corr.*, sudatos *H*¹, sudatas *H*² uonere *P*¹, uomere *P*² messis *A* 96 iudicio *B*, indicio *Eq V*. *97—99 praeter* ni *in fine suppl. m. rec. in V* 97 Ammonuit *A(V)* instarque] a *ex* n *H*¹ 98 Retulit *(V)HP* horis *(V)HB* 99 Hoc] Haec *A*, Hic *H*¹, Hec *H*²*B* augesiit *B* Quiriti *Heinsius V*. *100 praeter* ce pallent *m. rec. in V* Rectore *H* libyci (†ie) *A*, *add. E, item in mg. crucem.* Libyae ε, libyci *A(V)*, libici *q* quod] *P*³, quo *P*¹*H* indice *B* 101 Et post emeritas mode *m. rec. in V* securis *A* 102 Discrimen letale *m. rec. in V* quod *B*, quid *Eq* penus *VPHB* 103 Intuler *m. rec. in V* transmiserit *Eω, sed* it *ex* at (?) *corr. H* austri *B* 104 A *init. m. rec. in V* Ardue *B* lete *B* terris] populo *A* dedere] debere *B* 105 Hic *VA*, Hinc *P*¹*q*, Nunc *P*², *item Heinsius* tremuit] timuit *VPH* affrica *VPBH* *V*. *106 in ras. H*¹ Cernunt] Cereauit *B* 107 stilico *P* 108 inmemorem *VPHB*, imm. *A* 109 Excitat] at *in ras. H*² ut magnos *H*², in magnus *H*¹ 110 Pandat *H* insticia *E* crinẽ *P* 111 que] *om. B* nocentis *V* *V*. *112 om. H* 113 egregio] *om. B, add. m. rec.* quisquis] si quis *B* credit] c(l)edit *B* 115 pia *B* regendis *Emω* 116 ad] d *in ras. H*, et *B* 117 poscunt *A*, poscat *A* 118 uelit *A* fastu *H* 119 indignatur] dedignatur *H*

Sic docuit regnare socer, sic cauta iuventae
Frena dedit, teneros his moribus induit annos
Verior Augusti genitor, fiducia belli,
Pacis consilium: per quem squalore remoto
Pristina Romuleis infloruit artibus aetas,
Per quem fracta diu translataque paene potestas
Non oblita sui servilibus exulat arvis,
In proprium sed ducta Larem victricia reddit
Fata solo fruiturque iterum, quibus haeserat olim,
Auspiciis capitique errantia membra reponit.
Proxime dis consul, tantae qui prospicis urbi,
Qua nihil in terris complectitur altius aether,
Cuius nec spatium visus nec corda decorem
Nec laudem vox ulla capit; quae luce metalli
Aemula vicinis fastigia conserit astris;
Quae septem scopulis zonas imitatur Olympi;
Armorum legumque parens quae fundit in omnes
Imperium primique dedit cunabula iuris.
Haec est exiguis quae finibus orta tetendit
In geminos axes parvaque a sede profectas
Dispersit cum sole manus. Haec obvia fatis
Innumeras uno gereret cum tempore pugnas,
Hispanas caperet, Siculas obsideret urbes
Et Gallum terris prosterneret, aequore Poenum,
Numquam succubuit damnis et territa nullo
Vulnere post Cannas maior Trebiamque fremebat
Et, cum iam premerent flammae murumque feriret
Hostis, in extremos aciem mittebat Hiberos
Nec stetit Oceano remisque ingressa profundum
Vincendos alio quaesivit in orbe Britannos.

---

138 *Rutilii Nam. de red. I 61:* quantum .. natura tetendit in axes. 142 sqq. *Rutilii l. l. 125—128.* 143 *Sidon. c. V 80 sqq.* (post Trebiam Cannasque).

---

122 *Verg. Aen. II 162. Statii Theb. VI 264:* fiducia belli. 129 *Symmachi orat. IV 6 de republ.:* capitis sanitas . . . membrorum . . . 131 *Horati c. saec. 11:* possis nihil urbe Roma Visere maius. 131 sqq. *cf. Aristidis Laus Romae.* 140 *Valer. Flaccus I 421:* brachia . . spargat. 141 sqq. *cf. Horati c. IV 4, 55 sqq.* 146 sqq. *ex Floro II 6, 31:* tam artis adflictisque rebus mitteret in . . . Hispaniam . . arma. 148 *ex Floro IV 12, 39:* imperium quod in litore Oceani non steterat. 149 *Verg. eclog. 1, 67:* toto divisos orbe Britannos.

---

120 regnare socer] regni socer et *EmA*, migrare socer *B* canta *Em*, casta *ω*, arta ς *unus fere* iuuente *ex* iubente *V*[1], iubente *P* 121 his] sic *VPH* induit *Em*, imbuit *ω* 124 infloruit] iam floruit *Heinsius*, refloruit *Burmannus* artibus] arcibus *A cf. v. 112* 125 translataque] ta *ex* te *H*[1] 126 aruis] armis *A* exul ab aruis *Paul* 127 proprium] primum *H* sed ducta *A*, seducta *A*, † sed (ducta) *Em add. altera cruce in mg.*, seducta *q* uictrucia *H* 128 haeserat] *dictum sicut* haesit victoria *apud Vergilium* 129 Auspicitis *H* errantia] *ex* errant iam *corr.* *V*(*V*[1]?), extancia *B* 130 dis] diis *VPA*, dñs (= dominus) *H* prospicit *B* 132 Cuius *Eω* cordia *P* 135 olimpi *ω* 137 primique] *ex* primeqꝫ *corr.* *P*[1] 138 tetendit *Emω* 139 profectas *EA*, profecta *q* 140 Dispersit] Dispescit *Scaliger teste Heinsio* cum sole] consule *H* obuia] oblima *B* fatis *EmBA*, uotis *q* (fatis *m. rec. in V*) 142 ispanas *A* obsederet *H*, submitteret *BA*; *sed Syracusas et Archimedem cogitat* urbis *A* 143 equoræ *H* penum *VPH* 144 terita *B* 145 post] pos *H* cannas *Emω* trabeamqꝫ *H* 146 premerent *ABA*, fremerent *q* muruqꝫ *H*, mirumqꝫ *B* feriret *PH*, ferirent *V*, teneret *q* 147 hyberos *V* 148 que] *om.* ς ingresa *H* 149 in orbe] morte *B*

Haec est in gremium victos quae sola recepit
Humanumque genus communi nomine fovit
Matris, non dominae ritu civesque vocavit
Quos domuit nexuque pio longinqua revinxit.
Huius pacificis debemus moribus omnes
Quod veluti patriis regionibus utitur hospes;
Quod sedem mutare licet; quod cernere Thylen
Lusus et horrendos quondam penetrare recessus;
Quod bibimus passim Rhodanum, potamus Orontem;
Quod cuncti gens una sumus. Nec terminus umquam
Romanae dicionis erit. Nam cetera regna
Luxuries vitiis odiisque superbia vertit:
Sic male sublimes fregit Spartanus Athenas
Atque idem Thebis cecidit; sic Medus ademit
Assyrio Medoque tulit moderamina Perses;
Subiecit Persen Macedo, cessurus et ipse
Romanis. Haec auguriis firmata Sibyllae,
Haec sacris animata Numae. Hinc fulmina vibrat
Iuppiter; hanc tota Tritonia Gorgone velat;
Arcanas huc Vesta faces, huc orgia Bacchus
Transtulit et Phrygios genetrix turrita leones:
Huc defensurus morbos Epidaurius ultro
Reptavit placido tractu vectumque per undas
Insula Paeonium texit Tiberina draconem.

---

150 *Merobaudis c. 4, 30:* excepit gremio micante Roma. 150 sq. *cf. Rutilii l. l. v. 63 sq.* 151 *Prudentii c. Symm. II 607.* 158 sqq. *cf. Prudentii c. Symm. II 603 sq.* 158 *Sidon. II 443:* potetur casside Ganges. 159 *Prudentius l. l. 617:* alternis ex gentibus una propago. *591:* societ mens unica gentes. 163 *Rutilii l. l. I 83.*

---

150 sq. *cf. Aristidis laud. Romae p. 365: πάντων μήτηρ.* 152 *Aristid. l. l. p. 346: ξένος δ' οὐδεὶς κτλ.* 156 *Aristid l. l. p. 365: ἔξεστι . . . βαδίζειν ὅποι βούλεται ῥᾳδίως ἀτεχνῶς ὡς ἐκ πατρίδος εἰς πατρίδα ἰόντι κτλ.* 159 *Aristid. p. 335: μία χώρα συνεχὴς καὶ ἓν φῦλον.* 160 sq. *cf. Gratti cyneg. 312 sqq.* 163 *Aristides l. l. p. 362: ἐδούλευσαν Μακεδόνες Πέρσαις, Πέρσαι Μήδοις, Μῆδοι Σύροις.* 168 *deos item enumerat Aristides l. l. p. 367: Ζεὺς μὲν κτλ.* 169 *cf. ad IV cons. 604.* 170 *Verg. Aen. VI 784:* mater . . . turrita.

---

150 (Hęc ε) Hesi in *B* uictos//// *H* quae] qꝫ *A* 151 fouit] seuit *P*, *item, ut vid., H*¹. fuouit *B*, fouit *H*²*φ* 152 domine *H*², domino *PH*¹ 153 ne·uqꝫ (x *supra*) *H* que] *om. B* longinqm (a *supra*) *H*¹ *corr.* 155 patris *H*¹, patriis *H*² 156 cerneret hylem *VP*¹, cernere thylem *P*² thylen *E*, tylē *B*, tylem *H*, thilen *A* 157 Lusus *Emε V*, Rursus *φ*, Ludus *conieci coll. Ruf. I 328 et locis illis quos composuit Heinsius ad h. l.* qūdam (o *supra*) *et* n *ex corr. P*¹ penatrare *B* recessus] s *primum in ras. B*¹ 158 passim] Phasin *vel* Phasim ς *pauci (velut Antverpiensis et Vossianus n. 294)* rodanum *B*, *idem ex* podanum *corr. H*¹ orontem *Eω* (orontē *PH*, o *alterum in ras. B*¹) 159 gens *Emω* 160 *ante* erit *una l. erasa in V* 161 Luxuriis *V* 162 sublimis *E* spatanus *B* hat·enas (h *supra*) *H*¹, h *add. H*²; h *erasum (?)* 164 Assirio *VPHB* medoqꝫ *A*, o *A*² *in ras.* 165 persen macedo *ABA*, macedo persen *φ* (persem *H*) 166 Roman°is *(sic) P*¹ sybille *V*, sibille *HB* 167 *post* Numae] est *habet A, om. AVPHBM* Haec animata Numae sacris ς *unus infimae notae* hinc] cum *M*, huic ς, *cf. bell. Pollent. 509 sq. ubi ex urbe in hostem fulmina iactari dicuntur „Seu caelum seu Roma tonat“.* uibrat] librat *M* 168 Iupiter *BH* hanc] hinc *H* trytonia *A* uelat] uallat *Heinsius* 169 huc *Eω* uesta *V* bacchus *Em add. cruce,* Bacchus ε, bacus *B*, secum *φ* 170 phrigios *B*, frigios *PH* genetrix *E*, genitrix *ω* currita *P*, *sed corr.* 171 defensurus *Em A, item B*¹ *in mg.;* depulsurus *Bφ* epidarius *H* ultro] hospes *ABA* 172 tractuqꝫ per undas uectum *P* 173 peonium *VPBH* traxit *ABH*², texit *EmH*¹*φ* teberina (i *supra*) *P*, tyberina ς

Hanc tu cum superis, Stilicho praeclare, tueris,
Protegis hanc clipeo patriam regumque ducumque
Praecipueque tuam. Dedit haec exordia lucis
Eucherio puerumque ferens hic regia mater
Augusto monstravit avo: laetatus at ille
Sustulit in Tyria reptantem veste nepotem,
Romaque venturi gaudebat praescia fati,
Quod te iam tanto meruisset pignore civem.
Nec tamen ingratum nec, qui benefacta referre
Nesciat, hunc credas populum. Si volvere priscos
Annales libeat: quotiens hic proelia sumpsit
Pro sociis! quotiens dono concessit amicis
Regibus Ausonio quaesitas sanguine terras!
Publica sed numquam tanto se gratia fudit
Assensu: quis enim princeps non omnibus egit
Obsequiis dominum sese patremque vocari,
Quod tibi continuis resonant convexa diebus?
Macte novis consul titulis. Mavortia plebes
Te dominum Bruto non indignante fatetur
Et, quod adhuc nullo potuit terrore coacta
Libertas Romana pati, Stilichonis amori
Detulit. Exultant avidi, quocumque decorus
Conspiciare loco, nomenque ad sidera tollunt
Nec vaga dilecto satiantur lumina vultu:
Seu circum trabeis fulgentibus aureus intres,
Seu celebres ludos, solio seu fultus eburno
Cingas iure forum, denso seu turbine vulgi
Circumfusa tuae conscendant rostra secures.
Quae vero procerum voces, quam certa fuere
Gaudia, cum totis exurgens ardua pennis
Ipsa duci sacras Victoria panderet aedes!

---

175 *Rutilii l. l. I 49:* genitrix hominum genitrixque deorum.

---

174 *cf. Enni Ann. 203 M:* volentibus cum magnis dis. 180 *Verg. Aen. VI 66:* Praescia venturi. 185 *Iuvenci I 401 sq.:* Cuncta tuo ... concedere regno; talia donantem ... 191 *Verg. Aen. IX 638:* Macte nova *cqs.* 196 *ibid. II 222:* ad sidera tollit. 199 *(cf. Rapt. I 79) Statii Theb. I 529:* solioque effultus eburno. *Avieni phaen. 188:* solio fultus. 204 *Ovid. met. VIII 13:* Victoria pennis.

---

174 cum] *ex* tum *corr. H* 175 patriam *ω et Em add. cruce,* matrem *A* 176 haec] hic *H* 177 hic] hinc (u *supra*) V^1, u *add.* V^2 *(inde ab h. l.* V^2 *rursus ea esse incipit quae fuit in libro I)*, hic (u *supra*) *P*, u P^2, hinc *H* 178 augusto] st *in ras.* V^1 letatus *bis scr.* P^1, *corr.* P^2 179 tiria P^2, nria P^1, tyrria *H*, ty B^1 *unde* tyria B^2 181 tanto *Emω* pignore *Emω* 182 Nec] Non *ABA* ingratā *B* qui] *om. B* benefacta *ABAH*, *sed* bene *in ras.* H^1, tua facta *VP*, *item* B^1 *in mg.* 183 credes *A* 184 Annalis *P* quociens libeat P^1, *transposuit* P^2 hic] hinc *A* 188 Adsensū *P*, *virgulam* P^2 non V^1PH, haec *AB*, hoc V^2A egit] emit *Heinsius* 189 sese dominum *BA*, dominum sese *Eϛ* 190 Quod *Eω* 191 Macte] Marte *B* titulis *εω* mauorcia *B* 194 stiliconis *P* 195 auidi] auida *P*, *sed corr.* P^1 decorus] us *in ras.* H^1 197 sociantur *B* 198 circum] arcum *B* trabees *B* intres] mies *B* *V. 199 in H talis:* Seu celebres ludos solio seu turbine ı *(sic)*; *v. 199 et 200 sic contraxit A:* Seu celebres ludos solio: seu turbine uulgi 200 Cingas] Stringas *Heinsius* 201 concendant *H*, conscendant *Emϛ* 202 certa] *cf.* certos dolores *Rapt. III 299* 203 cum] cū *ex* cun *corr.* H^1 totis] togis *B*, tutis ϛ *unus*, notis *Heinsius*, rutilis *Paul; sed cf. v. 168* piunis *EP* 204 panderet] pandit et *H*, panderat *B* aedes *EmVPH*, arces *B*, alas *εMA*, *item Isengr. mg. et* alas *legit Bocatius quoque geneal. deorum l. III*, *intrusum ex Verg. Aen. III 520 vel loco simili*

O palma viridi gaudens et amica trophaeis
Custos imperii virgo, quae sola mederis
Vulneribus nullumque doces sentire laborem:
Seu tibi Dictaeae placuerunt astra Coronae
Seu magis aestivo sedes vicina Leoni,
Seu sceptrum sublime Iovis seu Pallados ambis
Aegida, seu fessi mulces suspiria Martis:
Adsis perpetuum Latio votisque senatus
Annue, diva, tui. Stilicho tua saepius ornet
Limina teque simul rediens in castra reducat.
Hunc bellis comitare favens, hunc redde togatum
Consiliis. Semper placidis te moribus egit
Servavitque piam victis nec polluit umquam
Laurum saevitia. Cives nec fronte superba
Despicit aut trepidam vexat legionibus urbem;
Sed verus patriae consul cessantibus armis
Contentus lictore venit nec inutile quaerit
Ferri praesidium solo munitus amore.
    Magnarum nec parcus opum geminare profundas
Distulit impensas, sed post miracula castris
Edita vel genero Romae maiora reservat.
Auratos Rhodiis imbres nascente Minerva
Indulsisse Iovem perhibent, Bacchoque paternum
Iam pulsante femur mutatus palluit Hermus
In pretium, votique famem passurus avari
Ditabat rutilo quidquid Mida tangeret auro;
Fabula seu verum, canitur: tua copia vincit
Fontem Hermi tactumque Midae pluviamque Tonantis.
Obscurat veteres obscurabitque futuros
Par donis armisque manus; si solveret ignis

205 *Symmachus relat. 3, 3 Victoriam dicit* amicam triumphis. 207 vulneribus mederi *Celsus I praef., alii.* 210 *Horati c. III 4, 57:* Palladis aegida. 220 *Lucilius v. 1029 Lachm.:* consilium patriae legumque oriundus rogator. 226 *cf. Pindarus Ol. 7, 63.*

205 O] Et *AA* gaudes *B* amica *V¹PII*, amicta *V²ϛ; cf. Horati „amica fertili Baccho“ et Symmachum* tropaeis E 207 nullumqꝫ *Eω* docens *II* sentire] seuare *B* 208 dicteae *VA*, dictee *PBII* 209 magii *B* *post* uicina *5 litt. erasae V* leonis *A* 210 pallados *EA*, palladis *VPII*, paladis *B* 211 seu] se (u *suprascr.*) *V¹* fessi] fossi *P* mulces] *ex* mulges *radendo V* 212 Assis *VPIIB* laciō *B* 213 tui] tuus *V¹*, tuu (*? vix* tui) *corr. V²*, tuiș *P*, tuis *II*, tui *ϛ* 214 Lumina *II* 215 ɔmitare *B* togatum] rogatum *P* 216 Consilii *P* 217 deus *ante* piam *inserit II¹* piam] fidem *Burmannus* uictis] iustis *A* 218 Laurī *II (sic)* ciues *Eω* 219 crepidam *B* uex̄ *B* 220 uerus] uer⁹ *P et* r *ex corr.* sed uerus *iterum in mg. P¹* 221 Contemptus *P* querūt *B* 222 munitus] contentus *B*, munitus *Emϛ* 224 Dissulit *II* sed *VII*, s; et *P*, et *ϛ* miracula] *cf. Symmachi relat. 9, 8:* munerum .. miraculis; *frustra* et post tot munera *Heinsius;* et post mir. castris edita uel Romae, genero maiora reservat *Barthius* 225 uel] *an* vix? *Immo Romae munera editurus est maiora vel generi muneribus* 226 Rhodiis] rodiis *BII*, diuis *Aε*, *item Em add. cruce in mg.* imbris *EA* mnerua *B* 227 Induisse (l *suprascr.*) *P*, l *add. P²* (*i. e.* Inclusisse?) bachoqꝫ *VII*, baccoqꝫ *P*, bacoqꝫ *B* 228 pulsante *ABA*, laxante *ϛ* *V. 229 et 230 praeter* Di *init. suppl. m. rec. in V* 229 (pretium *E*) famem] famam *V*, famē ē *ex* ā *corr. B¹* uoti famam *PII* passurus] pasturus *conieci* amari *B*, auari *Eϛ* 230 Ditarat *Heinsius* rutilo] *ex* rutilat *corr. II¹*, rutilio *P* mida *P¹*, m *iterauit P²* auro] *om. II* *V. 231 praeter* Fabula *suppl. m. rec. in V* seu] ceu *B* uincit *IIB*, uicit *Eϛ* *V. 232 inde a* tactum *m. rec. in V* Fontem] Fortem *P, sed corr.* pluuiamqꝫ *EmPII* (pluuię *V*, pluuiasqꝫ *ibid. alia m.*), pluuiasqꝫ *BA* 233 scurabitqꝫ futuros *m. rec. in V*, futuro par donis *(sic in fine versus) II* 234 Pardonis *Ald., separavit ε* solueret] uolueret *B* solueret ignis *m. rec. in V*

Quas dedit immanes vili pro pondere massas
Argenti, potuere lacus et flumina fundi.
   Nec tibi, quae pariter silvis dominaris et astris,
Exiguam Stilicho movit, Latonia, curam.
Tu quoque nobilibus spectacula nostra laboras
Inlustrare feris summoque in vertice rupis
Alpinae socias arcu cessante pudicas
Et pharetratarum comitum inviolabile cogis
Concilium. Veniunt umeros et brachia nudae
Armataeque manus iaculis et terga sagittis,
Incomptae pulchraeque tamen; sudoribus ora
Pulverulenta rubent, sexum nec cruda fatetur
Virginitas; sine lege comae; duo cingula vestem
Crure tenus pendere vetant. Praecedit amicas
Flava Leontodame, sequitur nutrita Lycaeo
Nebrophone telisque domat quae Maenala Thero.
Ignea Cretaea properat Britomartis ab Ida
Et cursu Zephyris numquam cessura Lycaste.
Iungunt se geminae metuenda feris Hecaerge
Et soror, optatum numen venantibus, Opis
Progenitae Scythia: divas nemorumque potentes
Fecit Hyperboreis Delos praelata pruinis.
Hae septem venere duces: exercitus alter
Nympharum incedunt, acies formosa Dianae,
Centum Taygeti, centum de vertice Cynthi
Et totidem casto genuit quas flumine Ladon.
Has ubi collectas vidit, sic Delia coepit:
   'O sociae, mecum thalami quae iura perosae

235 *Ovidi her. 3, 98:* pro nullo pondere. 243 *Ovidi met. VII 183:* nudis umeros . . . 247 *Ps. Ovidi her. 15, 73:* sine lege capilli. 253 sq. *Callimachi h. in Delum 292: Οὖπίς τε . . . Ἑκαέργη.* 255 *Lucani III 403:* nemorumque potentes *(cf. Horati carm. saec. v. 1, Statii Theb. IX 609).* 262 *Iuvenci III 482:* thalamis . . . perosis.

235 Quas] Qd *V*[1], Quas *V*[2], Quod *P*, Quot ς *unus fere quod commendant VP* inmanes *VPB*, imm. *q* pro] sub *A* pon̄ᷣe *B* ere massas *m. rec. in V* 236 potuere] o *in ras. V* (flumino *A*) fundi] udi *m. rec. in V* 237 siluis] soluis *B* 238 Exiguam] E *ex corr. P*[1] stilico *P* mouit stilicho *H* Latonia] tritonia *B* 239 nobilitisb3 *B*[1] nostra] ūrā *B* 240 Inlustrare *V*[1]*P*, Ill. *V*[2]*q* que] *om. B* 241 arcu] *ex* circu *P*[1], curru ł cursu *P*[2] cessare, re *in ras. H*[2] pudicos *H*[1], pudicas *H*[2] 242 pharetrarum *B* inuiolabile *H*[2] immobile *H*[1] *V. 243—248 scripturae in P paulo diversum genus est* 243 Conscilium *B* humeros ω nude *Emω* 244 sagittis] pharetris *Heinsius* 245 tamen] tā *B* ora *H*[2], ore (?) *H*[1] 246 rubent] horent *B*, horrent *A*, rigent *Heinsius* 247 cingula] angula *B* 249 leontodome *A*, leotondome *B*, leuito dame *P* Lyaeo ε, lyceo *VA*, liceo *q* 250 Nebrophone *A*, Nebropone *E*, Nobropene *B*, Nebrofone *VP*, Hebrophone *H* menala *VBH*, me^na^la *P* 251 cretea *VPBH* briomartis *A*, bryomartis *A*, briamartis *B* abyda *B* 252 zephiris *VPH*, zefiris *B* cesura *B* lycastae *A*, Lycaste ε*VA*, licaste *PH*, licasse *H* 253 metuenda feris Hecaerge] siluis metuenda mycharce *Em add. crucibus tribus*, syluis metuenda Nicarce in antiquo ε *praeterea adnotans:* Hecaerge uidetur legendum; *lemma exstat in* ω, *nisi quod* feris *om. B*, *deinde* nice arche *A*, acaerce *V*, erga *P*[1] *ut vid.*, *unde* erge *P*[2]; *nomen om. H*; erua toe *B* (uersus ypermeter *glossator in P*) 254 numen] numeri *P* uenatibus *B*, uenantibus *Eq* 255 Progenite scythia *VH* (cithia *H*), Progenites sirothie *P*[1], Progenies scythie *q*, *nisi quod* sithia *B* diuas] diuasq3 *B* 256 hiperboreis *VP*, yperboreis *HB* delo *H* 257 Hec *B* sēptem *B* duces] deces *B* 258 Nimpharum *VHB*, Nimfarum *P* 259 taygeti *A* taygeti^o^ *A*, o *sic add. E*, taigeti *B*, tageti *VP*[1] i *post* a *add. P*[2], thagethi *H*; *itaque* Taygetae *E idque placuit Heinsio* cynti *P*, cinthi *VHH* 260 casto] caste *H* 261 Has] Quas *A*ω, ł Has *insuper add. cruce Em* ubi] ^i^n *B* coepit] cipit *H*

Virgineo gelidos percurritis agmine montes,
Cernitis ut Latio superi communibus ornent
Hunc annum studiis? quantos Neptunus equorum
Donet ab orbe greges? laudi quod nulla canendae
Fratris plectra vacent? Nostram quoque sentiat idem
Quam meritis debemus opem. Non spicula poscit
Iste labor; maneant clausis nunc sicca pharetris
Omnis et a solitis noster venatibus arcus
Temperet: in solam cruor hic servetur harenam.
Retibus et clatris dilata morte tenendae
Ducendaeque ferae. Cupidas arcete sagittas;
Consulis in plausum casuris parcite monstris.
Acceleret divisa manus: mihi cursus anhelas
Tenditur ad Syrtes, mecum Dictynna Lycaste
Et comes Opis erit; steriles iuvat ire per aestus:
Namque feras aliis tellus Maurusia donum
Praebuit, huic soli debet sed victa tributum.
Dum nos horribiles Libyae scrutamur alumnos,
Europae vos interea perquirite saltus
Et scopulos. Posita ludat formidine pastor
Securisque canat Stilichonem fistula silvis.
Pacet muneribus montes qui legibus urbes.'
    Dixit et extemplo frondosa fertur ab Alpe
Trans pelagus: cervi currum subiere iugales,
Quos decus esse deae primi sub limine caeli
Roscida fecundis concepit Luna cavernis:
Par nitor intactis nivibus; frons discolor auro
Germinat et spatio summas aequantia fagos

289 *cf. Cl. Mar. Victor II 538.*

275 *cf. Serv. ad Verg. georg. I 250.* 277 *Verg. Aen. II 27:* iuvat ire. 289 sq. *Ovidi met. III 20:* spatiosam cornibus . . . frentem.

263 gelidis *B* 264 Cernitis] ernitis *in ras. H* Latio] lacio *AAV*³, leti *V*¹*PH*, leui *B* 265 annum] *ex* animū *corr. P* quantas *B* Neptunus] neptoro *B* 266 orbe *V*³*BA*, urbe *A*, (lo *sic add. E*), urbe *V*¹*PH* greges] *ex* gregis *V*¹, gregos *P*, *sed corr.* quod *EmVHP*, q̧ *A*, quam *B* laudique ut *Heinsius* nulla] multa *Gesnerus* 267 plectrai *H* nostram] ūrām *B* 268 debeamus *B* poscit] possit *B* 269 sicca *Eω* 270 Omnis *P*², Omnibus *P*¹ a solitis] insolitis *H*, *sed* in *ex* a *corr. m. 1* noster] uester *B* 271 Temperet] *ex* Temperat *corr. B*¹ hic] huc *B* 272 clatris *Emε*, claustris *ω* *V. 273—275 praeter* anhelas *suppl. m. rec. in V* 273 Decende *B* que] *om. B* (arcere *V*) 274 casuris *A*, *crucem supra scr. E*, clausuris *B* 275 mihi] mihi dum *P*, mihi *del. P*¹, mihi *HA*, dum *AεB(V)* anhellas *E*, anhelans ς *pauci* 276 Tenditur ad syrtis mecum d *suppl. m. rec. in V*, *deinde* ynna lycaste *V*¹, *itaque* ict *supplere oblita est m. rec.* ad sirtes *in ras. P*, sirtis *E*, syrtis *(V)A*, sirtes *HBP* dic tynna *P*, diethinna *H*, dictea *B*, dictaea *AA* licaste *BHP*, lycaste *A* 277 Et c. o. eat sterilis *m. rec. in V* comes] e *ex* i *corr. P*¹*H*¹ opus *B* erit *H*, eat *q*; *sed* eat *iuxta* ire *displicet* sterilis *EA* 278 Namque feras aliis *m. rec. in V* Namque] Iamque *Jeepius*; *„sed licet et iuvat ire per Mauretaniam;* namque *victa est et debet feras" J. Koch* donum] n *ex* m *P* 279 Praebuit h *m. rec. in V* sed *EmB*, ceu *q* 280 Dum uos *m. rec. in V* uos *B(V)* horribiles *εω* libye *V*, libie *B*, lybie *HP* alumnos] arenas *Heinsius* 281 Europe *VPBA*, Europes *M* perquirite *V*¹, percurrite *V*²*B* 282 scopulos *P*¹, scopulis *P*² posita ludat] laudat posita *H* laudet ς 284 *hunc v. om. cod. Cuiacii* Pacet *EmVA*, Pascet *H*, Paccet *P* (*cf. v. 13* paccator *in P*), parent *in mg. P*¹, parent muminibus *B* et *V*² *in mg.* qui *VH*, ut *q* 285 fordosa *B* alpe] *ex* appe *P*¹ 286 pelagiis *P* curram subiere] rugū subire *B* 287 dec *P* sublumine *E*, sub lumine *V*¹*H*, sub limine *V*²*q* 288 Rosida *AB* secundis *B* luna] diua *Paul* 289 intantis *B* niuibus] *ex* riuubus *corr. P*¹

Cornua ramoso surgunt procera metallo.
Opis frena tenet, fert retia rara Lycaste
Auratasque plagas, inmortalesque Molossi
Latrantes mediis circum iuga nubibus ibant.
Quinque aliae paribus (Phoebe sic iusserat) armis
Diversa regione ruunt ducitque cohortem
Quaeque suam. Variae formis et gente sequuntur
Ingenioque canes. Illae gravioribus aptae
Morsibus, hae pedibus celeres, hae nare sagaces.
Hirsutaeque fremunt Cressae tenuesque Lacaenae
Magnaque taurorum fracturae colla Britannae.
Dalmatiae lucos abruptaque brachia Pindi
Sparsa comam Britomartis agit. Tu Gallica cingis
Lustra, Leontodame, Germanorumque paludes
Eruis et si quis defensus harundine Rheni
Vastus aper nimio dentes curvaverat aevo.
Nubiferas Alpes Appenninique recessus
Garganique nives Hecaerge prompta fatigat.
Speluncas canibus Thero rimatur Hiberas
Informesque cavis ursos detrudit ab antris,
Quorum saepe Tagus manantes sanguine rictus
Non satiavit aquis et quos iam frigore segnes
Pyrenaea tegit latebrosis frondibus ilex.
Cyrneis Siculisque iugis venata virago
Nebrophone cervos aliasque in vincula cogit
Non saevas pecudes, sed luxuriantis harenae
Delicias, pompam nemorum.
Quodcumque tremendum
Dentibus aut insigne iubis aut nobile cornu
Aut rigidum saetis, capitur decus omne timorque
Silvarum. Non cauta latent, non mole resistunt
Fortia, non volucri fugiunt pernicia cursu.

---

292 *Horati epod. 2, 33:* rara tendit retia. 299 *Gratti cyn. 191:* celeres . . et nare merentur. *Sili III 296:* nare sagax *(cf. Lucani VII 830, alii).* 305 *Ovidi ex Ponto III 4, 107:* sub arundine . . Rhenus. 307 *Ovidi met. II 226:* aeriaeque Alpes et nubifer Apenninus. 310 *Verg. georg. III 247:* informes ursi.

---

291 procera] spaciosa *B* 292 rara] rata *B* licaste *H*, caliste *B* 293 inmort. *VPB*, imm. *q* molosi *B*, molossi *V*, mollossos *(sic) H*[1] 294 Latentes *B* nubibus] rupibus *Heinsius* 295 Quinque] Cūqȝ *B* phebe *VBH* uiserat *B* 296 ducitque] ducuntqȝ *EM* 297 uarie *VPBH* secuntur *H* 298 (ille *ε*) aptee *H* 299 hec *H* hae *bis*] *EA*, hee *bis B* *pro* hae *altero* et *V*[1]*PH*, hee *V*[2] 300 tenuesque] tenuesqȝ *A*, teues *(sic) E delens* nu, *addens* u; teretesque *Heinsius* lacene *VPHB*, lacaene *A* 301 Magneqȝ *B* 302 Dalmacie *B* abrutaqȝ *B* 303 Sparsa] Parsa *B* briomartis *AA*, bricomartis *B* agit] adit *Burmannus, item Weichertus epist. crit. p. 61* gallica] c *ex* a *H*[1] 304 leothodame *B*, lcentodame *P*, leontadome (a *supra*) *A*[1] germanarumqȝ *B* 305 siquis] quisquis *B* defensus] *om. B* reni *PH*, rethni *B* 306 nimio *P*[2], tumio *P*[1] curnau̅erat *(sic) H m. 1, volucrat ergo* curnauerit? 307 Nubiferas] a *ex corr. H* alpis *A* apeninūqȝ *B* 308 Gargaganiqȝ *A*, Garganio niue *P*[1], Gargania que niues *corr. P*[2] Hecaerge] micharce *Em*, Nicarce *ε*, nicearche *A*, secaerge *P*[1], uel sic *ad* sec *adscr. P*[2], acaerge *V*[1]*H*, ecaerce *V*[2], archaerce *B* 309 Thero] thora *B* 310 Informisqȝ *V*[1]*P*[1]*A*, Informesqȝ *V*[2]*P*[2]*q* 312 socianit *H* segnis *E*, segnēs *B* 313 Pirenea *BV*, Pirrenea *H*, Pyrenea *PA* tegit *Eω* latebrosis *Emω* 314 Cyreneis *EmA*, Cyrnaeis *εV*, Cirneis *P*, Cirreis *H*, Circeis *B* uerago (i *supra*) *P*[1] 315 Nebrofone *P* 317 Delitias *EA* quecumqȝ *H*, quocumque *B*, quodcumqȝ *E* 318 iubis rubis *P* 320 non *P*[2], nu *P*[1] cauta] caute *AP*, capte *H*, cauta *q*, *sed* a *ex corr. V* latent] *om. A* molle *A* 321 uolucri] celeri *A* fugui *(sic) H* pernicia *P*[1], uelocia *P*[2] *(glossator)*, pernicie *B*

Haec laqueis innexa gemunt; haec clausa feruntur
Ilignis domibus. Fabri nec tigna polire
Sufficiunt; rudibus fagis texuntur et ornis
Frondentes caveae. Ratibus pars ibat onustis
Per freta vel fluviis: exanguis dextera torpet
Remigis et propriam metuebat navita mercem.
Per terram pars ducta rotis, longoque morantur
Ordine plaustra vias montanis plena triumphis
Et fera sollicitis vehitur captiva iuvencis,
Explebat quibus ante famem, quotiensque reflexi
Conspexere boves, pavidi temone recedunt.
Iamque pererratis Libyae flagrantibus oris
Legerat eximios Phoebi germana leones,
Hesperidas qui saepe fugant ventoque citatis
Terrificant Atlanta iubis armentaque longe
Vastant Aethiopum quorumque impune fragosa
Murmura pastorum numquam venere per aures.
Non illos taedae ardentes, non strata superne
Lapsuro virgulta solo, non vocibus haedi
Pendentis stimulata fames, non fossa fefellit:
Vltro se volucre capi gaudentque videri
Tantae praeda deae. Respirant pascua tandem;
Agricolae reserant iam tuta mapalia Mauri.
Tum virides pardos et cetera colligit Austri
Prodigia inmanesque simul Latonia dentes,
Qui secti ferro in tabulas auroque micantes
Inscripti rutilum caelato consule nomen
Per proceres et vulgus eant. Stupor omnibus Indis
Plurimus ereptis elephas inglorius errat

342 *Dracontii 8, 346:* quis nolit victus .. Sorte tua post bella capi? 344 *Sidon. c. V 591:* mapalia Bocchi. 350 *Sidon. c. II 54:* elephas inglorius *eqs.*

326 *Ausonii XIX 126 (ed. Sch.):* per flumina, per freta cursu advehitur. 335 *Sili Ital. XVI 444:* Ventilat aura iubas. 341 *Ovidi trist. I 5, 9 (Tibulli I 5, 53):* stimulante fame.

322 gemunt *Emω* gem̄t hec clausa feruntur *in ras.* H^1 323 Inlignis *HB*, Iliguis *Eφ* nec fabri *H* poliri *H* *V. 324 om. B* 324 rudibusq; *A*, q; *del. E* radibus *H*, *sed corr.; deinde* fagis t. et ornis Fr. caueae *om. H* 325 onustis V^1, honustis V^2 326 uel] per *AM* fluuiis *B*, fluuios *φA*, *crucem supra scr. E; cf. Auson.;* fluuiis *tamen voluisse videtur E* 328 longoque] logoq; *H* 329 montanis] montani *ABA* triumphis] triumphi *ABA* 330 ueitur P^1, h *add.* P^2 331 Expleuit *ABA; cf. Archiv. lexic. IV p. 592* fame *B* que] *om. H* 332 pauid *A* temon̄e (*i. e.* temonere) cedunt P^1, *insuper* re *add.* P^2 rededunt *B* 333 lybiae *V*, lybie *H*, libie *PBA* oris V^1, horis V^2HB 334 eximios] *ex* exunios P^1 phebi *VPHB* 335 Hesperidas] a *ex* e H^1 336 atlanta *P*, athlanta *VBA*, athalanta *H* longe] longa *Wakefieldius ad Vergili georg. II 141* 337 ethiopum *VP*, *sed* h *ex* p *corr. P*, ephiopum *B*, 7thiopum *H* inpugne *ex* inpune *corr.* H^1 fragrosa *B* 338 pastores *ABA* nūq; *A* uenere] excepere *AA* aures] auras *A* 339 Non] Nos *B* taedae] cede *P* aridentes *B* strata *Emω* *V. 340 et 341 sic contraxerunt* V^1PH: Lapsuro uirg. solo non fossa fefellit; *verba* non uocibus hedi Pendentis stimulata fames *add.* V^2 340 Lapsura *BA* haedi] aedę *Em*, edi *BA* 341 Pendentes *B* 343 respirant] suspirant *B* respirant pascua tandem] *in ras.* H^1 344 tuta *Emω* 345 Tunc *H* pardos] barros *A* austri P^2, lüstri P^1 346 Prodigii *B* inmanesq; *V*, inm. *B*, inm. *φ* que] q̃; = quae *H* dentis *A* *Versuum loco 347 et 348 HP et* V^1 *hunc unum habent:* Qui mox in tabulas inscripto consule secti; *illos duos* V^2 *in mg. adser., sed inverso ordine; et* P^2 *(vix* P^1*) in mg.* qui secti ferro *addidit.* 347 micantes] mirantes *B* 348 caelato] et lato V^2, celato *m. rec.*, celatum *M* 349 Per] *om. B*, Pro *H* eant] erant *HB* 350 Plurimis *P*, *sed corr.* P^1, Pluribus *A* ereptis] electis *B*, exsectis *Heinsius* elefas *V*, elefans *P* ingloris *B*

Dentibus: insedit nigra cervice gementum
Et fixum dea quassat ebur penitusque cruentis
Stirpibus avulsis patulos exarmat hiatus.
Ipsos quin etiam nobis miracula vellet
Ducere: sed pigra cunctari mole veretur.
Tyrrhenas fetus Libycos amplexa per undas
Classica turba sonat, caudamque in puppe retorquens
Ad proram iacet usque leo: vix sublevat unum
Tarda ratis! Fremitus stagnis auditur in imis
Cunctaque prosiliunt cete terrenaque Nereus
Confert monstra suis et non aequare fatetur.
Aequora sic victor quotiens per rubra Lyaeus
Navigat, intorquet clavum Silenus et acres
Adsudant tonsis Satyri taurinaque pulsu
Baccharum Bromios invitant tympana remos:
Transtra ligant hederae, malum circumflua vestit
Pampinus, antennis illabitur ebria serpens,
Perque mero madidos currunt saliuntque rudentes
Lynces et insolitae mirantur carbasa tigres.

---

363 *cf. Verg. Aen. V 177:* clavom . . torquet. 364 (*Horati sat. I 4, 72:* libellis . . . insudet). 366 *ex Ovidi met. III 664 sqq.* 369 *Statii Theb. IV 658:* Lynces et . . . tigres *Bacchi comites.*

---

352 quasat *B*, cassat *H* cruentus *A*[1], cruoris *B* 353 Stirpibus] *ex* Sirtibus *corr. V*[1], Styrpibus *P* auulsis] *ex* auulsus *corr. H*[1], auulso *Heinsius* 355 uertetur *P* 356 Tyrrenas *P*, Thirrenas *V*, Tirrenas i *ex* e *corr. H*[1], Tirrenos *B* senis *H* lybicos *V*, libicos *PB*, lybies *H* amplexa] complexa *A*, aduexa *M* 357 Classica *E*, Classis *VHB*, Classi *PA* turba] annexa *A*, Classis torua sonat *ex VHB conieci; ita* toruum clamare *Vergilius* in] i *ex* p *corr. H*, a *ABA* pupe *B* retorques *B*, relinquens *H* 358 Ad proram iacet usq; Leo *Em A*, In proram *eqs. VPH* In promtam *B* iacit *V* 359 Tarda] Tanta *Mommsenus; explico:* tardata onere imis] unis *B* 360 cete *H*[2], cere *BH*[1] terrenaq; *Eω* 361 Cofert *H* et] Es *VH*, set *B*, sed *PA* 362 Aequor *A* rubra *Eω* per rubra (b) queciens (a) *V*[1] lyeus *PA*, lieus *VH*, liens *B* 363 sillenus *H*, assenus *B* et] 7 *B* 364 Adsudant *Em*, *item Claverius ex M ut videtur*, Assudant *BAM*, Insudant *q* tonsis] tunsis *V* (o *add. m. rec.*) satiri *ex* saturi *radendo V et H*, saturi *P*, satiri *B* taurinaque] *in ras. H*[2] 365 Baccharum *E*, Baccarum *P*, Bacharum *q* Bromios] pronos *vetus Cuiacii* tympana *Eω* 366 Transta *B* herae *V*[1], hederae *corr. V*[2] 367 autēnis *P*, antempnis *H* 368 madidos] ualidos *B* soluuntq; *BAA*, saliuntq; *add. Em*, *item q* 369 Linces *VHB*, Lynces *εq* insolitas *vetus Cuiacii* De consulatu Stiliconis expl lib. III Inepcip *(sic)* Paneguricus de sexto consulato Honori Augusti Praefatio *Em* Explicit lib tercius de Laude Stilichonis Incipit de cons Honorio Augusto *V*.

PANEGYRICVS
DE SEXTO CONSVLATV HONORII AVGVSTI.

PRAEFATIO.

Editus a. 404 init.

(XXVII.)

Omnia, quae sensu volvuntur vota diurno,
  Pectore sopito reddit amica quies.
Venator defessa toro cum membra reponit,
  Mens tamen ad silvas et sua lustra redit.
Iudicibus lites, aurigae somnia currus
  Vanaque nocturnis meta cavetur equis.
Furto gaudet amans, permutat navita merces
  Et vigil elapsas quaerit avarus opes
Blandaque largitur frustra sitientibus aegris
  Irriguus gelido pocula fonte sopor.

---

1 *Eundem locum tractat Nonnus Dion. XLII 325 sqq.; ἀντίτυπον γὰρ ἔργον, ὅπερ τελέει τις ἐν ἤματι, νυκτὶ δοκεύει, pro exemplo ponens pastorem, venatorem, agricolam, sitientem, amatorem. Cf.* Somnia ne cures *eqs. apud Ioh. Saresberg. II 16.* 2 *Corippi Ioh. VII 17:* amica quies. 4 *Corippi laud. Iust. IV 24:* sua lustra. 9 *Luxorius 320, 6 Ries.:* pocula blanda.

---

1 *Accius in Bruto (Ciceronis de divin. I 44 sqq.; Ribbeckii fr. tragg.*[2] *p. 282):* quae in vita usurpant homines cogitant curant vident . . . ea si cui in somno accidunt. Minus mirum est. *Repetiit eadem Octaviae scriptor v. 740 sq. Ceterum ample locus per exempla tractatus a Lucretio IV 960 sqq. et a Petronio c. 30 ed. Buechel.; ideo in codice Vossiano infra memorato ad Petronianum illud carmen adnectitur haec Claudiani praefatio (cf. Baehrens poet. lat. minores IV p. 19)* 4 *cf. Verg. georg. II 471* 6 *cf. Horati c. I 1, 4* 8 *Ovidi am. II 10, 33:* Quaerat avarus opes *eqs. Petron. v. 11:* Condit avarus opes. 10 *Verg. Aen. III 511:* sopor irrigat artus.

De consulatu Stiliconis expl lib. III Incipcip *(sic)* Panegyricus de sexto consulato Honori Augusti Prafatio. *Em (cf. de cons. Stil. III fin.) non deleta libri inscriptione quam habet A.* (In quibusdam codicibus haec praefatio praeponitur tertio libro de raptu Proserpinae *add. ε: ergo non „antiquum" suum respexit ε*). Incipit de cons Honorio augusto .V. Panagiricus de sexto (consulatu) *M index.*

V. 1—10 habet Ausonii cod. Vossianus L. F. III saeculi IX fol. 38 r. (cf. Riesii Anth. lat. n. 652), qui inscripsit: It Claudiani; *v. 1 et 2 habet Florilegium Gottingense n. 256 (vide Vollmoelleri Romanische Forschungen III p. 305)* 1 Omnia] mu *ex corr. A,* mnia *P* nota *II* 2 quiaes *Voss.* 3 defensa *A,* s *sic add. E,* defessa *εω* quū *Voss.* mebra *II* 4 Mes *B* 5 currus] cursus *Voss.* 6 nocturnis *Eω* moeta *Voss.* canetur *II* aquis *B,* aequis *Voss., sed corr.* 7 furto] puto *B* pmutat *Voss.* merces] r *ex corr. II, fuit* mentes, mercis *A,* uel metas *add. P*[2] 8 uigil elapsas] uigili elapsas *Gesnerus, item Burmannus,* uigili lapsas *Buechelerus,* Peruigil *pro* Et uigil *ς* *Locus sanus est et sensus hic: Et avarus vigil factus vel e somno suscitatus desiderat opes iam elapsas (quas scilicet in somnio viderat).* 9 Bandaqꝫ *B* scicientibus, e *ex* i *corr. II*[1] egris *E* 10 In rignus *P,* Iriguus *B* soror *B*

Me quoque Musarum studium sub nocte silenti
  Artibus assuetis sollicitare solet.
Namque poli media stellantis in arce videbar
  Ante pedes summi carmina ferre Iovis;
Vtque favet somnus, plaudebant numina dictis
  Et circumfusi sacra corona chori.
Enceladus mihi carmen erat victusque Typhoeus:
  Hic subit Inarimen, hunc gravis Aetna domat.
Quam laetum post bella Iovem susceperat aether
  Phlegraeae referens praemia militiae!

Additur ecce fides nec me mea lusit imago,
  Irrita nec falsum somnia misit ebur.
En princeps, en orbis apex aequatus Olympo!
  En quales memini, turba verenda, deos!
Fingere nil maius potuit sopor, altaque vati
  Conventum caelo praebuit aula parem.

PANEGYRICVS.

(XXVIII.)

Aurea Fortunae Reduci si templa priores
Ob reditum vovere ducum, non dignius umquam
Haec dea pro meritis amplas sibi posceret aedes,
Quam sua cum pariter trabeis reparatur et urbi
Maiestas; neque enim campus sollemnis et urna

18 *Sidon. c. VI 27:* Enceladus . . . Typhoeus: Euboicam hic rupem sustinet, hic Siculam. 26 *cf. Corippi laud. Iust. III 244.*

11 *Verg. Aen. IV 527:* sub nocte silenti. 13 stellantis *ex Verg. Aen. VII 210.* 21 *Ovidi met. III 463:* nec me mea fallit imago. 23 *Optatus Afer de schismat. Donatist. I 13:* apices et principes omnium . . episcopi. — *Verg. Aen. VI 782:* aequabit Olympo.

1 *Martialis VIII 65:* Fort. Reducis fulgentia . . . templa; *Propert. IV 1, 5:* aurea templa. 2 *Iuvenalis XII 94:* pro . . reditu . . altaria. 5 sq. *cf. Lucani V 392 sq.*

11 si lenti, *et* si *in ras.* H^1 12 assuetis] assiduis *M* solet r *(sic) H* 13 medio, o *in ras.* H^1 stellantis *Eω* in arce] in orbe *H*, mare *B* 15 plaudebat *A* 16 sa era *P* 17 Enceladus *VP* (h *add.* V^2P^2), Encheladus *HBA* uinctusq; *PA* „*quod minus placet; nam Iovem cum Typhoeo* bella *gessisse (v. 19) non vinciendo, sed vincendo indicatur, cf. etiam Horati c. III 4, 53 sqq.*" *J. Koch; praeterea sub Typhoeo Alaricus cogitatur qui non nisi* victus *est* tipheus HBV^1, tiphoeus V^2, trophoeus *A* 18 Hic subit in arimen *Em*, Hunc premit Inarimes *Ald.; non nisi* Inarimen *restituit ε* inarimen *VPAH* (inarimē *H*), arimē *B* Aetna] enna *PA*, henna *B*, ethna *VH* 19 letum *VB*, laetum P^2, laceum P^1, lactus *A*, letus *HA* Iouem] i *ex corr. H (fuit* n?) susceperat *VH*, susceperit *ς* ehter *V*, het̄ *B* 20 Flegree *V*; *ex* Freglaec P^1, *in* Fregree *corr. idem* P^1, Flegree (ree *in ras.*) H^1, Fleglee *B* 21 nec me mea] nec te mea *V*, nec iam me *H* 23 orbis] urbis *VP* aequatus *EεVP*, equatur *ς* olimpo *VPHB* 24 qualis *H* meminit *V (corr.* V^1?), memiui *A*, meminit *ς* deos] dei *Scaliger* 25 uati] nati *B* 26 Conuētuȝ *add. m. rec. in B*

Cl. Claud. panagyris in sextum Honorii Aug. consulatum *A quod non del. E.* Narratio *m. rec. in V. In sequentibus usque ad v. 313 versum alterum quemque quasi pentametrum per εἴσθεσιν distinxit P*

1 Aurea *Eω* 2 uon̄ᵉe *H*, nonere *B* duc̆ *V*, ducū, ū *in ras.* H^1 non] num *ς* 3 meritis] mitis *B* 4 reparetur *ε, item add. cruce Em*, reparatur *VP, item Cuiacii vetus*, reperatur *A*, repetatur *HB* 5 nec *H*, neque *Eς* campus] us *ex corr., an fuit* o? P^1, campus *ex* campo *corr.* V^1 solemnis *A*, l *sic add. E*, solempnis *H (fuit* solempnus)

Luditur in morem, species nec dissona coetu
Aut peregrina nitet simulati iuris imago.
Indigenas habitus nativa Palatia sumunt,
Et, patriis plebem castris sociante Quirino,
Mars Augusta sui renovat suffragia campi.
Qualis erit terris, quem mons Euandrius offert
Romanis avibus, quem Thybris inaugurat, annus?
    Quamquam omnes, quicumque tui cognominis, anni
Semper inoffensum dederint successibus omen
Sintque trophaea tuas semper comitata secures,
Hic tamen ante omnes miro promittitur ortu
Vrbis et Augusti geminato numine felix.
Namque velut stellas Babylonia cura salubres
Optima tunc spondet mortalibus edere fata,
Caelicolae cum celsa tenent summoque feruntur
Cardine nec radios humili statione recondunt:
Haut aliter Latiae sublimis Signifer aulae
Imperii sidus propria cum sede locavit,
Auget spes Italas; et certius omina surgunt
Victrici concepta solo.
                Cum pulcher Apollo
Lustrat Hyperboreas Delphis cessantibus aras,
Nil tum Castaliae rivis communibus undae
Dissimiles, vili nec discrepat arbore laurus
Antraque maesta silent inconsultique recessus.
At si Phoebus adest et frenis grypha iugalem
Riphaeo tripodas repetens detorsit ab axe,
Tunc silvae, tunc antra loqui, tunc vivere fontes,
Tunc sacer horror aquis adytisque effunditur Echo

23 *Corippi laus Anastasii 20:* summaque in sede locavit. 30 sq. *cf. Sidon. epist. VIII 9 v. 8 sq. et carm. II 307.*

10 sq. *ex Statii silv. IV 1, 7 sq.:* plusque ante alias Euandrius arces Collis ovet: subiere novi Palatia fasces. 18 *Horati sat. I 7, 24:* stellasque salubris. 26 *Verg. Aen. III 279:* Lustramur . . aras. 30 *cf. Catulli 62, 54:* At si forte. 32 *Ovidi met. III 27:* e vivis . . fontibus. 33 *Statii Theb. V 505:* nemoris sacer horror.

6 Luditur] i *in ras. V*[1] coetu] cultu *Schraderus* 7 turis *B* ymago *H* 8 palacia *P*, palacta *B* 9 et pátribus plebem sanctis *temptabat Paul* *V. 9 et 10 praeter* M *initiale om. V*[1], *suppl. m. rec.* 10 augusta *(V)B* sui *εω* (i *in ras. H*[1]) renocat *H (cf. Theodor. v. 30)* 11 Qualis eri *V*[1], *reliqua m. rec. in V* erit] erat *MA*, cat *Heinsius* terras *B* quem] q (u *supra*) *B* 12 Romanis anibus q *V*[1], *reliqua m. rec. in V* tybris *P*, tibris *q* inaugerat *B* annus] *in ras. P*, amnis *M*, annum *ς alii* 13 quoscũq3 *ex* quicũq3 *corr. H*[1], *inde* quotcumque *Heinsius* tui] *om. V*, *supra lin. scr. H*[1], pari *B* cognominis] *pro* nominis *dictum; cf. indicem* ominis anni *m. rec. suppl. in V* 14 dederat *A*, int *sic add. E*, dederant *B*, dederunt *Heinsius* essibus ome *m. rec. suppl. in V* 15 Suntque *B*, *Heinsius* trophaca *P* secures] sec *V*[1], ures *add. m. rec.* 17 Urbis et] Ter bis in *Scaliger* augusti *B* geminatẹ̄ *P (flexam lineam add. P*[2]*)*, geminata *B*, geminato *A*, *sed* minato *fort. ex corr.* numine *EBH*, *sed* u *in ras. H*[1], nomine *q* 18 stellas *Eω* babilonia *PHB* solubres *H* 19 tunc (*fuit* nunc) *H*, tna *A* edere *H* 20 Celicone ↄ celsa *B* ferantur *ex* feruntur *P*[1] 21 n(c)// *H* recondunt] recundunt *M*, retundunt *ς unus fere*, recumbunt *ε* 22 Haut *H*, Haud *q* lacie *PHB* 23 propria] prima *exc. Laeti* 24 oia *A*, oĩa *P*, omnia *AH* 25 concepta] completa *A* 26 yperboreas *VPH*, iperboreas *B* delfis *B* aras] auras *ς*, arctos *Heinsius* 28 nili *B*, uili *Eq* 30 si *H* phebus *VPHB* grypha *εA*, gipha *P*[1], gripha *P*[3]*q* 31 Ripheo *ω* 32 fontes] frondes *Delrio* 33 horror] honor *R* aditisq3 *HB* oecho *A*, echo *P*[2], equo *P*[1]

Clarior et doctae spirant praesagia rupes.
Ecce Palatino crevit reverentia monti
Exultatque habitante deo potioraque Delphis
Supplicibus late populis oracula pandit
Atque suas ad signa iubet revirescere laurus.
  Non alium certe decuit rectoribus orbis
Esse Larem, nulloque magis se colle potestas
Aestimat et summi sentit fastigia iuris.
Attollens apicem subiectis regia rostris
Tot circum delubra videt tantisque deorum
Cingitur excubiis! Iuvat infra tecta Tonantis
Cernere Tarpeia pendentes rupe Gigantas
Caelatasque fores mediisque volantia signa
Nubibus et densum stipantibus aethera templis
Aeraque vestitis numerosa puppe columnis
Consita subnixasque iugis inmanibus aedes,
Naturam cumulante manu, spoliisque micantes
Innumeros arcus. Acies stupet igne metalli
Et circumfuso trepidans obtunditur auro.
  Agnoscisne tuos, princeps venerande, Penates?
Haec sunt, quae primis olim miratus in annis
Patre pio monstrante puer. Nil optimus ille
Divorum toto meruit felicius aevo,
Quam quod Romuleis victor sub moenibus egit
Te consorte dies, cum se melioribus addens
Exemplis civem gereret terrore remoto,
Alternos cum plebe iocos dilectaque passus

44 *cf. Corippi Ioh. IV 800.* 50 *Merobaudis paneg. Aetii 155:* Naturam cumulante manu.

44 *cf. Lucani I 35. Verg. Aen. IV 201:* excubias divum. 45 *Lucani I 435:* cana pendentes rupe. 48 *Ovidi met. VIII 103:* aeratas . . puppes; *Verg. georg. III 29:* navali surgentes aere columnas. 51 aciem obtundit *Plin. h. n. XXII 142.*

V. 34 om. P, in mg. suppl. P^1 p̃sagia *P* 35 creuit] cre *in ras.* H^1 monti] *ex* ponti *corr.* P^1 36 Exultantq; *V, corr.* V^3 37 Supplicibusq; *P,* Suplicibus *VH* 38 Adque *E* reuirescere *Eω* laurus] lauros *ABA* 40 que] *om. B* se P^2, si P^1 calle *B* 41 Aestimat] 7stimat *B* sensit *B,* sentit *Eq; temptari* scandit; sancit *Heinsius* fastigia] f *ex corr. H* 42 Attullens, *sed corr.* P^1 rostris] nostris *EB* 43 deleubra *B* 44 infra *BAM,* intra *q* tecta *ABAM,* tela V^1P^1, templa V^2P^2, tēpla *in ras.* H^1 *et ita anguste scriptum ut* tecta *antea scr. fuisse certum videatur. Lectionem* infra tecta *unice tolerabilem bene explicavit Stark, annal. litter. Heidelberg. a. 1872 p. 952. Conferenda maxime Gigantomachia in ara Iovis Pergamena ipsa arce paullo inferior.* Inter tecta *Jeepius* 45 Cernnere *B* pendentis *A* gigantas V^1, gigantaes V^2, gigantes *q* 46 Elatasq; ✝ ce(latasq;) H^1 47 densum] demptum *temptari* templis] telis ς 48 Aeraque] Aruaque *J. Koch;* „aera consita columnis *ut arbores agris;* puppe *consulto Cl. scripsit prorae aereae sive rostris oppositurus anaglyptam in marmore seu circumiectam columnae puppim“ Buechelerus* puppe V^1P^1AB, ueste V^2P^3AH, numeroso necte *coniecit Heinsius* columnis *Eω* 49 inm. *VPB,* imm. *q* 50 mica͞tēs *P* 51 Innumeris *Heinsius Versuum 53—62 nihil scr.* V^1 *V. 53 scr. m. rec. in V* 53 Agnoscis de *B* princeps] custos *H* uerande P^1, *corr.* P^2 panates *B* *V. 54 scr. m. rec. in V praeter* annis *quod scr.* V^2 olim] alim *B* miratus P^1, miseratus P^2, miratur *B* inmanis *B* *V. 55* nil optimus ille *scr.* V^2 *in sp. vac., reliqua m. rec.* montrare *B* puer] *P* (*V^1 quocum P haud raro consentit, deficit*); petis *q*, uias *Isengr. mg., item iam Camers in mg. Illud* petis *non placet, placeret* petisti. *V. 56* elius aeuo *scr.* V^2 *in sp. vac., reliqua m. rec.* 57 Quau quam romul *m. rec. in V, reliqua in sp. vac.* V^2 quod] quos *Heinsius* 58 Te consorte *m. rec. in V, rel. in sp. vac.* V^2 59 E *m. rec. in V, reliqua in sp. vac.* V^2 ciuem] *bis scr. B* gerer q; V^2, *sed corr.* *V. 60—62 suppl. in sp. vac.* V^2 60 delectaq; V^2, *sed corr.*

Iurgia patriciasque domos privataque passim
Visere deposito dignatus limina fastu.
Publicus hinc ardescit amor, cum moribus aequis
Inclinat populo regale modestia culmen.
Teque rudem vitae, quamvis diademate necdum
Cingebare comas, socium sumebat honorum
Purpureo fotum gremio, parvumque triumphis
Imbuit et magnis docuit praeludere fatis.
Te linguis variae gentes missique rogatum
Foedera Persarum proceres cum patre sedentem
Hac quondam videre domo positoque tiaram
Submisere genu. Tecum praelarga vocavit
Ditandas ad dona tribus; fulgentia tecum
Collecti trabeatus adit delubra senatus
Romano puerum gaudens offerre favori,
Vt novus imperio iam tunc assuesceret heres.
 Hinc tibi concreta radice tenacius haesit
Et penitus totis inolevit Roma medullis,
Dilectaeque urbis tenero conceptus ab ungue
Tecum crevit amor. Nec te mutare reversum
Evaluit propria nutritor Bosphorus arce,
Et quotiens optare tibi quae moenia malles
Alludens genitor regni pro parte dedisset,
Divitis Aurorae solium sortemque paratam
Sponte remittebas fratri: 'regat ille volentes
Assyrios; habeat Pharium cum Tigride Nilum;
Contingat mea Roma mihi.' Nec vota fefellit
Eventus. Fortuna novum molita tyrannum
Iam tibi quaerebat Latium belloque secundo
Protinus Eoa velox accitus ab aula
Suscipis Hesperiam patrio bis Marte receptam.
Ipsa per Illyricas urbes Oriente relicto

65 *cf. Sidon. c. II 4.* 71 *Sidon. c. II 50.* 79 (*Carmen de provid. divina 840:* involvi teneros annos).

61 *Pacatus paneg. Theod. c. 47:* privatas quoque aedes *eqs.* 66 *Ovidi met. XIII 949:* socio dignantur honore. 71 *Ovidi fast. V 507:* genu posito. 73 *Martialis VIII 15, 4:* ditant Latias tertia dona tribus. 79 *Horati c. III 6, 24:* De tenero meditatur ungui. 80 *Verg. ecl. 10, 73:* cuius amor . . . crescit in horas.

61 Iurgia] Seria *Schraderus* pasim *B* 62 Ui sere *(eras. s?) V²* limina] lumina *A*, iniuria *B* fastu] u *in ras. H¹* 63 Puplicus *P* ae'q'uis] aquis *P* (*fuisse vid.* q̃) 64 Iinclinant *H* populos *B* (i *B²*) molestia *A* 65 necdum] nondum *A* 66 Tingebare *H* sumebat] cingebat *B* 67 fotum] focum *B*, foetum *A*, secum *H* 68 Imbuit *AVA*, Inbuit *P*, Iuduit *HB* magnis] magis *B* fatis *EV¹*, fastis *V²q* 69 gentis *B* 71 Hanc *H* positaq3 *P²*, positoq3 *EP¹q* (*sed* o *alterum in ras. B*) thiaram *A*, tyaram *H* tiaram *EV*, tiara (m *eras.*) *P*, tiranni *B* 72 praelarga] preclara *V* 73 Ditanda *P¹*, Ditandas *P²* 74 Collecti *P*, *inde* Collecto *corr. P¹* senatu *P* (*fuerat* senat'; *sed* u *P¹*) 77 Hinc *Eω* concreta] cū certa *B* 78 inoleuit *P*, assueuit *P³* (*glossator*) 79 tenero *VP*, teneris *q* augue *P¹*, ungue *VP²*, annis *q* 81 bosphorus *VPA*, bosforus *H*, boforus *B*, posporus *A* arte *B* 82 malles *Eω* 84 Diuitis] s *in ras. A* fortemq3 paratum *H* 85 remitebas *H* nolentes *B* 86 Assirios *HPB* habebat *P* farium *P* 87 mihi *V¹*, michi *V²* 88 molita *Emω* tirannum *VHB* 89 lacium *HB* 90 accitus] *ex* actus *corr. H¹*, accitus (c *prius ex corr.*) *P* 91 receptam] repertam *B* 92 illiricas *PHA*, iliricas *B* urbis *A*

Ire Serena comes nullo deterrita casu,
Materna te mente fovens Latioque futurum
Rectorem generumque sibi seniore supernas
Iam repetente plagas. Illo sub cardine rerum
Sedula servatum per tot discrimina pignus
Restituit sceptris patrui castrisque mariti.
Certavit pietate domus, fidaeque reductum
Coniugis officio Stilichonis cura recepit.
Felix ille parens, qui te securus Olympum
Succedente petit! quam laetus ab aethere cernit
Se factis crevisse tuis! Duo namque fuere
Europae Libyaeque hostes: Maurusius Atlas
Gildonis Furias, Alaricum barbara Peuce
Nutrierat, qui saepe tuum sprevere profana
Mente patrem. Thracum venientem finibus alter
Hebri clausit aquis; alter praecepta vocantis
Respuit auxiliisque ad proxima bella negatis
Abiurata palam Libyae possederat arva:
Quorum nunc meritam repetens non inmemor iram
Suppliciis fruitur natoque ultore triumphat.
Ense Thyestiadae poenas exegit Orestes,
Sed mixtum pietate nefas dubitandaque caedis
Gloria, materno laudem cum crimine pensat;
Pavit Iuleos inviso sanguine Manes
Augustus, sed falsa pii praeconia sumpsit
In luctum patriae civili strage parentans:
At tibi causa patris rerum coniuncta saluti
Bellorum duplicat laurus, isdemque tropaeis
Reddita libertas orbi, vindicta parenti.

---

104 *Prudentii c. Symm. II 490:* Europam Libyamque.

---

96 *Verg. Aen. I 672:* cardine rerum. 97 *Verg. Aen. I 204:* per tot discrimina rerum. 116 *Lucani I 39:* Poeni saturentur sanguine Manes. 113 *cf. Ovidi fast. IV 230, met. VIII 530 alia.* 115 *Plin. h. n. IX 79:* crimina laude pensat.

---

93 deterrita] t *ex* ti *corr.? H*¹, det̄ita *P*¹, rit *supra scr. P*²; perterrita *in mg. P*² 94 fouens s *ex* t *(?) H*¹ laciocꝫ *B* 95 seniore] rectore ς *duo*, genitore *Schraderus*, Theodosio *explicant glossatores* 96 repetente *Eω* 97 Sedula] Se *suppl. m. rec. in V* 99 fidaecꝫ *V*, fidecꝫ *AHPBA*, fidęcꝫ *Ald., hamulum add. ε* 100 officio] officii *P*, officiis *AB*, obsequiis ς *unus fere; cf. Corte ad Lucanum IV 364* stiliconē *P*², stiliconis *P*¹ 101 olimpum *VPH*, olinpum *B* 102 petit] *perfectum* letos *B*¹, letus *B*² 104 Europe *VPHB* libyecꝫ *VBA*, lybiecꝫ *H*, libiecꝫ *P* maurisius *BA* athlas *VPHB* 105 Alaricum] alaeri cum *P*¹, *inde* alacris cum *corr. P*², alarichum *P*² *in mg.* 106 tuum] *om. B* 107 tracum *HV* (h *add. m. rec. in V*), trachum *B* uenientem finibus *AB*, uenientem *Isengr. mg.*, veniens e finibus *q*; *dedi ut volgo; „Alaricus vel Gothi illa aetate e Thraciae finibus venire omnino non poterant, debuit si cum Gothis rem habuit Theodosius“ J. Koch* 108 Ebri *H* aquis] aquas ς uenienti e finibus alter Hebri clausit aquas *Heinsius* 109 auxiliisque] auxiliis ς negantis *P*¹, negatis *Eq* 110 Adiurata *A* lybie *PH*, libye *V*, libie *B* 111 inmemor *VPB*, imm. *q* 112 Supliciis *V* triumphat (t *ultima ex corr.*) *P*¹ 113 Thyestiadę *A Ald., hamulum add. ε*, thyestiadē *A. virgulam add. L*, thyestiaden *V (punxit V*²*)*, tiestiadē *B*, tiestiade *(virgula erasa) P*, tiastiadis *H* horestes *VB* *Ad v. 113 asteriscum* ·⨯· *appinxit E (cf. v. 235. 413)* 114 nefas] *ex* nefax *corr. B*¹ 115 maternae *AHB* crimine] cri *ex corr. H*¹ 116 Palluit *B* iulaeos *P*¹, Iulaeos *A*, yuleos *HB* 117 praeconia sumpsit] *in ras. H*¹ 118 parentans] *sic*, a *in ras. H*¹, *item Isengr. mg.*, parentis *q* 119 rerum] *in ras. H*¹ coniuncta] *fort. ex* conuicta *corr. P* 120 lauros *V* hisdemcꝫ *AVPB*

Sed mihi iam pridem captum Parnasia Maurum
Pieriis egit fidibus chelys; arma Getarum
Nuper apud socerum plectro celebrata recenti.
Adventus nunc sacra tui libet edere Musis
Grataque patratis exordia sumere bellis.
Iam Pollentini tenuatus funere campi
Concessaque sibi (rerum sic admonet usus)
Luce, tot amissis sociis atque omnibus una
Direptis opibus, Latio discedere iussus
Hostis et inmensi revolutus culmine fati
Turpe retexit iter. Qualis piratica puppis,
Quae cunctis infensa fretis scelerumque referta
Divitiis multasque diu populata carinas
Incidit in magnam bellatricemque triremim,
Dum praedam de more putat; viduataque caesis
Remigibus, scissis velorum debilis alis,
Orba gubernaclis, antennis saucia fractis
Ludibrium pelagi vento iactatur et unda
Vastato tandem poenas luitura profundo:
Talis ab urbe minas retro flectebat inanes
Italiam fugiens et, quae venientibus ante
Prona fuit, iam difficilis, iam dura reversis.
Clausa putat sibi cuncta pavor, retroque relictos,
Quos modo temnebat, rediens exhorruit amnes.
Vndosa tum forte domo vitreisque sub antris
Rerum ignarus adhuc ingentes pectore curas
Volvebat pater Eridanus: quis bella maneret
Exitus? imperiumne Iovi legesque placerent

137 *Cassiodori ep. V 17:* vela praecipue, alas navium facientia. 147 *Corippi Ioh. VI 362:* ingentes . . pectora curae.

137 *Verg. Aen. III 520:* uelorum . . . alas. 138 *Horati c. I 14, 5:* saucius Africo antennaeque gemant. 139 *Lucani VIII 710:* ludibrium pelagi. *Ovidi her. 2, 35:* ventis agitatur et undis. *Horati I 11, 15:* ventis debes ludibrium. *cf. Verg. Aen. I 442.* 141 *Horati c. IV 8, 16:* reiectaeque retrorsum Hannibalis minae. 146 *Sili IV 346:* vitreo . . antro; *item Statius.* 147 *Sili XV 19:* volvebat pectore curas.

122 cantum *B* p͞nasia *A*, parnasia *q* maurū// parnasia *(2—3 litt. erasae) V* 123 Pyeriis *Π* eget *B* chelys *εVA*, chelis *q* arma] *ex* arua *corr.* $Π^1$ 125 nunc] nō *B* tui] tuiṣ P^1, tuis libet edere muris *Heinsius* *De vv. 127 sqq. cf. Goetzius in Mus. Rhenano XXXI p. 342 sqq.* 127 pollentū *B* 128 sibi *Eω* rerum] teneri *B* ammonet *Π*, ām̄onet *BA* 129 amisis *P*, amissis *Eq* 130 lacio *VP* iussis *B* 131 Hostis] o *in ras.* $Π^1$ inm. *VB*, imm. *q* 132 retraxit *B* pyrratica *Π*, piratica *Eq* 133 referta] re' ta V^1 *(erasa 1 litt., sine dubio* p), fer *supra scr.* V^2, reperta P^1, referta P^2, refecta *B* 135 bellatricemque] *om.* B^1, *add.* B^2 triremim *V*, *quod dubitanter recepi*, triremem *q et ita Nepos VII 4, 3* 136 putat] parat *A*, petit *Heinsius; sed enim incidit in navem quam praedam futuram esse putat, sed est ecce bellica triremis.* 137 Remigibus] *ex* Regibus *corr.* P^1 138 gubernaclis $EPAV^2$, guberna dis V^1, gubernaculis *Π*, gubernaculis *B* antemnis *A*, autemnis *V*, *sed* u V^2, *fuerat* n?, antemus *Π* saucia] *om. B* 139 Ludibrium *Eω* 140 luitura *Π* profundo P^2, profunda P^1 141 inanis *A*, ?annes *P*, inanes *Eq* *V. 142 post 151 transposuere* V^1P^1; *suo loco cum suppll.* V^2P^3 142 Italia EP^1V^1, Italiam P^3q, Ytaliam V^2 aū̄ V^2 *V. 143 sic* V^1: Difficilis. iā prona fuit nec (iam *corr.* V^2) dura reuersis *(ordinem verbb. corr. m. rec.)*; *item* P^1 Difficilis iam pena fuit nec dura reuersis; *del.* P^2 *et v. 142. 143 cum lectione volgata rest. in mg.* 143 *prius* iam] uia P^2, iā *in ras.* $Π^1$ 144 relictas *B* 145 temnebat $V^1PΠ$, terrebat EV^2BA rediens *εω* exorruit *AΠB* amnes P^1, hostes P^2 146 tum] tū *B* 147 ingenti *B*, ingentis *A*, ingentes *Eq* 149 imperiumne *Eω* legesque] legesne *B*

Et vitae Romana quies, an iura perosus
Ad priscos pecudum damnaret saecula ritus?
Talia dum secum movet anxius, advolat una
Naiadum resoluta comam, complexaque patrem:
'En Alaricus, ait, non qualem nuper ovantem
Vidimus: exangues, genitor, mirabere vultus.
Percensere manum tantaque ex gente iuvabit
Relliquias numerasse breves. Iam desine maesta
Fronte queri, Nymphasque choris iam redde sorores'.
Dixerat: ille caput placidis sublime fluentis
Extulit et totis lucem spargentia ripis
Aurea roranti micuerunt cornua vultu.
Non illi madidum vulgaris harundine crinem
Velat honos; rami caput umbravere virentes
Heliadum totisque fluunt electra capillis.
Palla tegit latos umeros, curruque paterno
Intextus Phaethon glaucos incendit amictus.
Fultaque sub gremio caelatis nobilis astris
Aethereum probat urna decus. Namque omnia luctus
Argumenta sui Titan signavit Olympo:
Mutatumque senem plumis et fronde sorores
Et fluvium, nati qui vulnera lavit anheli;
Stat gelidis auriga plagis; vestigia fratris
Germanae servant Hyades, Cygnique sodalis
Lacteus extentas aspergit circulus alas;
Stelliger Eridanus sinuatis flexibus errans
Clara Noti convexa rigat gladioque tremendum
Gurgite sidereo subterluit Oriona.

---

159 *Sulpicia 20:* extulit ingens Roma caput. 165 *Sidonii c. V 28:* Pectus palla tegit. 174 *Cf. Nonni Dionys. XXXVIII 425.*

---

153 *Tibulli I 3, 31:* resoluta comas. 158 *Verg. georg. II 494, IV, 382:* Nymphasque sorores. 159 *Verg. Aen. I 127:* placidum caput extulit unda. 161 *Verg. georg. IV 371:* auratus taurino cornua voltu Eridanus. 164 *Ovidi met. I 265:* fluit unda capillis. 165 *Verg. Aen. IX 722:* latis umeris. *Ovidi met. II 327:* currus . . paterni. 166 *Verg. Aen. XII 885:* glauco . . amictu. 169 sq. *ad hunc catasterismum cf. Knaack, philol. Untersuch. VIII (1886) p. 50 et 64.* 170 *Verg. Aen. X 192:* pluma . . . senectam. 171 sqq. *Germanici Phaen. 360 sqq.* 175 *Ausonii Mos. 285:* sinuosis flexibus errans (*Verg. georg. III 14:* flexibus errat).

Post v. 151 V^1 *inseruit v. 142; v. 151 om.* P^1 *eiusque loco scr. v. 142; corr.* P^3 *(cf. supra ad. v. 142)* 151 dammaret pecudum *A* rictus P^3, rutus *B* 152 mouet *Eω* aduolat una] t una *in ras.* Π^1 una] ana *B* 155 exanguis V^1P^1A, exangues $V^2P^3\varsigma$ mirabile *B* 156 Percenses *B* 157 Relliquias *EVA*, Reliquias *ς* breuis *A* 158 nimphasq; *Π*, nymfasq; *P* que] *om. B* iam redde] i redde *Heinsius* sonores ΠP^1, *corr.* P^2, sonoris *V* 159 capud *P* placidis] *ex* pladis *corr. Π*, plandis (?) sublimine *B* 161 roranti] tonanti *B* 163 capud *P* 164 Heliadū *P*, Eliadum *A* electra *Eω* 165 regit *B* latos] *supra lin.* Π^1 umeros *E*, humeros *ω* 166 phaethon *A*, phoeton *P*, pheton *V*, (pheton *m. rec.*) *ΠB* incend *Π*, incedit *B* 167 Fultaque] Sculptaque *ς pauci*, Fuluaque *Isengr. mg.* germio *B* *crucem dubitationis signum ad v. 167 pinxit* P^2 168 urna P^3, una P^1 169 olimpo *VΠB*, olimpho *P* 170 Mutatūq; *ex* Mutantq; *corr.* Π^1, Mutauitq; *B* sorores] *om. B* 171 anhelli *E*, haneli *PΠ*, hanili *B* 172 an/ riga (1 *l. erasa*) *V* 173 yades *B*, yades *Π* cygniq; *ε*, cyngiq; P^1, cynniq; P^3, tygniq; *A*, cigniq; *ς* sodales *E*, sodolis *(sic) ex* sodolas *corr. P*, sodalis *ς* 174 Lacteus *B*, Lacteus *ες* extensas *AB* aspergit V^2, extendit V^1 175 Stellifer *A*, Stellifere *B*, Stelliger *Eς* fluctibus ΠBV^2, flexibus $EmV^1\varsigma$ *V. 176 in lit.* Π^1 176 Clora *B* nothi *ΠB*, *item V, sed* h *del. m. rec.* gladio *praeter* o *in ras.* Π^1, gladiiq; *ς unus* 177 subterlucet *B* *V. 167—177 interpolatos voluit Ferd. Baehrens*

Hoc deus effulgens habitu prospexit euntes
Deiecta cervice Getas; tunc talia fatur:
'Sicine mutatis properas, Alarice, reverti
Consiliis? Italae sic te iam paenitet orae?
Nec iam cornipedem Thybrino gramine pascis,
Vt rebare, tuum? Tuscis nec figis aratrum
Collibus? O cunctis Erebi dignissime poenis,
Tune Giganteis urbem temptare deorum
Aggressus Furiis? nec te meus, improbe, saltem
Terruit exemplo Phaethon, qui fulmina praeceps
In nostris efflavit aquis, dum flammea caeli
Flectere terrenis meditatur frena lacertis
Mortalique diem sperat diffundere vultu?
Crede mihi, simili bacchatur crimine, quisquis
Aspirat Romae spoliis aut Solis habenis.'
Sic fatus Ligures Venetosque erectior amnes
Magna voce ciet. Frondentibus umida ripis
Colla levant: pulcher Ticinus et Addua visu
Caerulus et velox Athesis tardusque meatu
Mincius inque novem consurgens ora Timavus.
Insultant omnes profugo pacataque laetum
Invitant ad prata pecus; iam Pana Lycaeum,
Iam Dryadas revocant et rustica numina Faunos.
Tu quoque non parvum Getico, Verona, triumpho
Adiungis cumulum, nec plus Pollentia rebus
Contulit Ausoniis aut moenia vindicis Hastae.
Hic, rursus dum pacta movet damnisque coactus
Extremo mutare parat praesentia casu,

195 *Sidon. epist. I 5, 4:* Ticini .. caerulum Adduam, velocem Athesim, pigrum Mincium *eqs.*

183 *Verg. Aen. X 608:* Ut rebare. *Georg. III 519:* defixa . . aratra. 194 *Verg. Aen. III 69:* magna supremum voce ciemus. 197 *Verg. Aen. I 245:* per ora novem *(de Timavo).* 198 *Verg. georg. I 423:* laetae pecudes. 199 *Verg. Aen. VIII 344:* Panos . . Lycaei. 200 *cf. Verg. georg. I 10, Ovidi her. 3, 171, Auson. Mos. 177.*

178 Hoc] h^i *B* decus *H*, deus *B* prospexit] prospectat *ABA* 179 Getas] cetas V^1, c *in* g *mut.* V^2 180 Sicine P^1, Succine *A*, Siccine P^2*q* reuert *B* 181 Consil P^1, Consiliis P^3 italie *H* ore V^1, hore V^3*HB* 182 cornipedū *B* thybrino *V*, tybrino *P* (e *m. 2*), tyberino *A*, tiberino *q*, *cf. Laud. Seren. 17* 183 rebare *H* tuum] tuo *Burmannus* tuscis P^3, tutis *(ras. supra)* P^1 nec] non *B* 184 o] c̄ *B* herebi *VHB*, herebi *P*, erebi *EA* 185 Tu ne *P* gigantesis *corr.* B^1 186 meus] m̄s *B* 187 exemplo] ex *B* phethon *B*, pheton *VH*, foethon *P* fulmina] *vix sanum: conieci* fulmine praeceps, *i. e. fulmine Iovis deiectus.* 188 nostrois *P* dum] de *B* flamea *HA*, flammo *B* 189 terrenis *P*, teneras *B* 191 quiquis *HB* 192 aut] an *vnus fere, ut Scaliger,* ac *Schraderus* solus *B* 193 ligures *H* uentosq; *B*, uenetosq; *εq* 194 ciet] cieti *A*, ciet *ex* ciat *corr. H* umida *E*P^1, humida P^2*q* 195 Colla] *ex* Holla *corr.* H^1 ticius *H* et] atque *AH*, adq; *B* addua *EV*, ardua *H et* (r *in ras. a m. 2*) *P*, adua *A*, adito *B* uisu *Eω* 196 atesis (e *ex corr.*) *A* 197 Mintius *BA* inque P^1, inq; P^3 nouē *P (corr.* P^3*)*, nouem *Eq* timaus *P*, dimaus B^1, timaus B^2 198 peccataq; *B*, pacataq; *Eq* 199 lyceum *VPH*, liceum *B*, Lycaeo *Schraderus* 200 dryadas *EVA*, driadas *PH*, driades *B* et] iam *A* 201 gethico *H* 202 pallentia *B* 203 iudicis *B* hastae *A*, hoste P^1, haste *V*P^2*HB*, aste *A*; *etiam apud Plinium h. n. III 49 Hasta, non Asta traditur (item Hasta Regia ibid. III, 11 et CIL. II p. 699 et Liv. XXXIX 21, 1 et 2, Melae III 4)*: „*cf. CIL. V p. 857*" *Mommsenus* 204 rursus] *ad* mouet *traxi suadente Kochio* pacta] *ex* picta *corr.* H^1, pacta *Emq* mouet] manet *B*, nouat *Heinsius* 205 multare *B*

Nil sibi periurum sensit prodesse furorem
Converti nec fata loco, multisque suorum
Diras pavit aves, inimicaque corpora volvens
Ionios Athesis mutavit sanguine fluctus.
Oblatum Stilicho violato foedere Martem
Omnibus arripuit votis, ubi Roma periclo
Iam procul et belli medio Padus arbiter ibat.
Iamque opportunam motu strepuisse rebelli
Gaudet perfidiam praebensque exempla labori
Sustinet accensos aestivo pulvere soles.
Ipse manu metuendus adest inopinaque cunctis
Instruit arma locis et, qua vocat usus, ab omni
Parte venit. Fesso si deficit agmine miles,
Vtitur auxiliis damni securus, et astu
Debilitat saevum cognatis viribus Histrum
Et duplici lucro committens proelia vertit
In se barbariem nobis utrimque cadentem.
Ipsum te caperet letoque, Alarice, dedisset,
Ni calor incauti male festinatus Alani
Dispositum turbasset opus: prope captus anhelum
Verbere cogis equum, nec te vitasse dolemus.
I potius genti reliquus tantisque superstes
Danuvii populis, i, nostrum vive trophaeum.
Non tamen ingenium tantis se cladibus atrox
Deicit: occulto temptabat tramite montes,
Si qua per scopulos subitas exquirere posset
In Raetos Gallosque vias. Sed fortior obstat
Cura ducis. Quis enim divinum fallere pectus
Possit et excubiis vigilantia lumina regni?

---

217 *Cl. Mar. Victor aleth. III 434:* quos instruit armis. 223 *Alc. Aviti c. IV 428:* dabit omnia leto.

---

209 *Lucani VII 537:* mutentur sanguine fontes. 212 *Horati c. III 20, 11:* arbiter pugnae. 223 *Verg. Aen. V 806:* daret leto, *et alii.* 225 *Verg. georg. I 250:* equis . . anhelis, *cf. Ov. met. XV 419.* 231 *Verg. Aen. IX 510:* si qua Possent . . . perrumpere.

---

206 per iurum *E* sensit *ABA*, sentit *VPH* fatorem *B* 207 Conuertit *P*, Conuertit *V* loco] *„sc. converso vel mutato" J. Koch; conieci* dolo 208 pauit] *ex* parit *corr. P*[1] auis *A* que] *om. BP*[1], *add. P*[2] 209 Ionios] *ex* Iduios *(?) P: item idem* o *ex corr. H* atesis *PA*, achesis *B* 210 Oblatum] *ex* Oblitum *P*[1] 211 aripuit *H* ubi] ut *B* 212 medius *V*[2]*H*[2]*B*, medio *V*[1]*H*[1]*q* 213 oportuna *B* strepuisse *Emω* 214 praebensque] praebens *BA*; ꝗ *add. E* laboꝝ (*i. e.* rum) *H*, laboris *M* 215 Substinet *A* aestiuos accenso puluere soles *Heinsius* 216 me tuendus *V* cuntis *H* 217 qua] quo *ς* 219 damniꝗ *BA*, ꝗ *del. E* 220 cogitans *B* hystrum *V* 221 committēs *(virgulam m. 2) P* 222 barbariem *εVHB*, barbariam *PA* nobisꝗ *H* utrūq; ꝗ *sic corr. H*[1] *De v. 223—228 cf. Ferd. Baehrens, Quaest. Claud. p. 20 sq.* 223 letoꝗ *V*, leoꝗ *B* alariche *P* 224 calor] talor *B* incapti *B*, incauti *Eq* 225 turbass; *P* hanelum *H* 227 I] In *P*[1], tu *P*[2] genti *EVP*, gentis *q*; *cf.* genti superstes *Stat. Theb. X 238* reliquus *V*, reliquum *q* supertes *P* 228 Danubii *ω* i] *BA*, et *VPHA* 229 tamen] am *ex corr. H*[1] 230 tramit e *(fuit ine?) H*, uertice *BA* montes *V*[1]*PB*, montis *AAV*[3]*H* 231 qua *EVP*, quas *H*[1], quas *BA* subitās *sed virgula crasa P*, subitas *Eq* 232 In raethos *V* (h *V*[3]), in retos *P*[2], In tos *P*[1], In renos *H*, In rhetos *BA* 233 pfallere *A*, p *del. E* 234 Posset *A* et] *om. Ald., add. ε* excubiis] etubis *B*, excubias *Heinsius coll. Stil. I 313* numina *A*, l *sic add. E*, numina *B*

Cuius consilium non umquam repperit hostis
Nec potuit texisse suum. Secreta Getarum
Nosse prior celerique dolis occurrere sensu.
Omnibus exclusus coeptis considit in uno
Colle tremens; frondesque licet depastus amaras
Arboreo figat sonipes in cortice morsus
Et taetris collecta cibis annique vapore
Saeviat aucta lues et miles probra superbus
Ingerat obsesso captivaque pignora monstret:
Non tamen aut morbi tabes aut omne periclum
Docta subire fames aut praedae luctus ademptae
Aut pudor aut dictis movere procacibus irae,
Vt male temptato totiens se credere campo
Comminus auderet. Nulla est victoria maior
Quam quae confessos animo quoque subiugat hostes.
Iamque frequens rarum decerpere transfuga robur
Coeperat inque dies numerus decrescere castris;
Nec iam deditio paucis occulta parari,
Sed cunei totaeque palam discedere turmae.
Consequitur vanoque fremens clamore retentat
Cumque suis iam bella gerit; mox nomina supplex
Cum fletu precibusque ciet veterumque laborum
Admonet et frustra iugulum parcentibus offert,
Defixoque malis animo sua membra suasque
Cernit abire manus: qualis Cybeleia quassans
Hyblaeus procul aera senex revocare fugaces
Tinnitu conatur apes, quae sponte relictis
Descivere favis, sonituque exhaustus inani
Raptas mellis opes solitaeque oblita latebrae
Perfida deplorat vacuis examina ceris.
    Ergo ubi praeclusae voci laxata remisit

239 *Ovidi met. I 632:* Frondibus . . et amara pascitur herba. 249 *cf. Enni ann. v. 321 M.* 255 *cf. Tacit. ann. I 21:* prensare genua, ciere nomina. 259 *Verg. georg. IV 64 de apibus:* Tinnitusque cie et Matris quate cymbala. 265 *Verg. Aen. XI 151:* Et via . . . voci laxata dolore est.

235 Cuius *Eω* repetit *B*, reperit *A*, repperit *Eq* *Ad v. 235 asteriscum add. E (cf. v. 113)* 236 getar̄ *P* 237 sensū *B* 238 exclusus] exclusis ς, clusus *Buechelerus* considit *EBA*, concedit *P*[1], consedit *VP*[3]*H* uno] o *in ras. H* 240 sonnpes *B* 241 Et terris *A*, Eretris *B*, Et tetris *V*[1]*q*, tetricis *add. V*[3] annique napore] animiq̧ pauore *Bε* (amnisq̧ *corr. V*[3]), stagnique vapore *temptavi*, amnisque ς, austrique *Heinsius coll. Lucani X 223* 242 aucta *P*[2]*H*[2], acta *P*[1]*H*[1] subib̄ *B* 243 obsesso *Eω* monstre *H*[1], t *add. H*[2] 244 tabes *Emω*, rabies *Isengr. mg.* periclum *Eω* 245 Docta] ta *m. 2 H*, Doctas ure *P*[1], *corr. P*[2] 246 doctis monere protalibus *B* 248 Cominus *V*, ⁊munis *B* audeat *B* est] ē *P* ractoria *(?) B* 249 Quam quae] Quam q̄q̧ *P (hamum P*[3]*)*, Quāq̧ *B* confessos] confertos *Heinsius (Burm. p. 1022)* 250 rarum] rerum *HBA* decorpere *B* 251 inque] inde *A* 252 seditio *A*, sedicio *H* paucis] parucis (c *ex corr.*) *P* 253 toteteq̧ *H* discedere] descendere *H*, discendere *A*, descedere *B*, desciscere *A*, desciscere *probavit Heinsius; cf. infra v. 262* turmae] turbe *V* 255 gerit] ger⁊ *B* numina *HV*[1], nomina *V*[3], numina l nomina *P*[1] 256 Cum precibus fletuq̧ *ABA* ciet] er⁊ *B* ueteruq̧ *B* 258 que (q̧) *ex* m *corr. H*[1] 259 cybelea *P* (i *P*[2]), cybeleia *Eq* 260 Hybleus *PHA*, Hibleus *B* 261 Tinnitu] Tumulta *B* o apes *B* 262 Desinere fouis *B* exaustus *H*, exhaustas *B* 263 mellis *B* solutesq̧ *B* 264 uacu'i's *P* ciris *V*[1], *inde* ceris *bis corr. V*[3] 265 ubi] nec *B* praeclusae] praeduce *B* uoci] *ex* uoti *corr. H* remittit *H*

Frena dolor, notas oculis umentibus Alpes
Aspicit et nimium diversi stamine fati
Praesentes reditus fortunatosque revolvit
Ingressus: solo peragens tum murmure bellum
Protento leviter frangebat moenia conto
Irridens scopulos: nunc desolatus et expes
Debita pulsato reddit spectacula monti.
Tunc sic Ausonium respectans aethera fatur:
'Heu regio funesta Getis, heu terra sinistris
Auguriis calcata mihi, satiare nocentum
Cladibus et tandem nostris inflectere poenis!
En ego, qui toto sublimior orbe ferebar
Ante tuum felix aditum, ceu legibus exul
Addictusque reus flatu propiore sequentum
Terga premor. Quae prima miser, quae funera dictis
Posteriora querar? Non me Pollentia tantum
Nec captae cruciastis opes; hoc aspera fati
Sors tulerit Martisque vices. Non funditus armis
Concideram; stipatus adhuc equitumque catervis
Integer ad montes reliquo cum robore cessi,
Quos Appenninum perhibent (hunc esse ferebat
Incola, qui Siculum porrectus ad usque Pelorum
Finibus ab Ligurum populos complectitur omnes
Italiae geminumque latus stringentia longe
Vtraque perpetuo discriminat aequora tractu).
Huc ego continuum si per iuga tendere cursum,
Vt prior iratae fuerat sententia menti,
Iam desperata voluissem luce, quid ultra?
Omnibus oppeterem fama maiore perustis!

---

287 *Prisciani perieg. 381:* Illyrias late porrectus ad arces.

---

266 *Lucani IV 522:* oculis umentibus omnes Aspicerent. 270 *cf. Petroni b. civ. 204.* 278 *Lucilius v. 860 Lachm.:* legibus exlex. 279 *Verg. georg. III 111:* flatuque sequentum.

---

266 notasq; *BA*, q; *del. E; item* que *om. VPHA* umentibus *P*, humentibus *q* 267 stamina ς *unus fere*, diuerso stamine *Jeepius* 268 reḍditus *H*, redditus *A* 269 soḷio *H*¹ tum *EB*, tunc *VPH*, cum *A* 270 Proh tanto ł protento *H*¹, Praetento *Heinsius* leniter *B* conto] ꝯpto *B* 271 expes *EPV*³*A*, expers *V*¹, *item* exps *HB* 272 reddi *B* 273 Tum *P* Ausonium] aonium *H* 274 regio] enio *P*¹ (*eras.* g), renio *corr. P*³, genio *V*¹, regio *V*³, legio *B* gethis *H* 277 ferebat *P*, *corr. m. 2* 278 felixị *H* seu *B*, ceu *Emq* 279 Additusq; *B* sequentū, ū *ex corr. H*, frequentum *B*, frementum *Heinsius* 281 Posteriore *H*, Posteris *B* non me] nec me *HBA*; nec *in* non *corr. E; itaque* non me *agnoscit E; item* non me *A*; me non *VP* fallantia *H*¹, ł pollentia *H*² 282 cap te (i *eras.*) *H* cruciastis] st *ex corr. H*¹ hoc *EVP*, hęc *A*, hec *HB* aspera] prospera *AM* 283 Sors] Fors *Heinsius* tulerit *Eω* nō (o *in ras.*) *P* 284 stipam (?) *B* *V*. 285 *in ras. H*¹ 285 Inpiger *H* ad] *ex* at *corr. V*, at *P*¹, ad *P*² 286 apenninum *BA*, appenninum *Eq* esse *P* fereba t (*1 l. crasa*) *V*, ferebaṇt *H* 287 si deū *B* polorum *B* 288 ab] a *HA*, ad *A* liguris *P* complectitur *Eω* 289 geminumq; *Eω*, *sed* q; *om. B* 290 Utra *Ald.*, que *add.* ε perpetuos *P* disterminat ς 291 Huc] *AM*, Hunc *HE*, Hč (*i. e.* Hunc) *V*; hⁱ *primum scr. P, deinde* hūc, *deinde* huc *corr. P*¹, hⁱ *B*, haec ς *unus ex* hic *corr.*, *item Scaliger bene* tendere] currere *B* 292 mentiṣ *P*¹ 293 noluissem] naluissem *B* quid] *om. et in mg. suppl. H*¹ 294 O omnibus *H* oppeteram *H* fama] flamma *male Scaliger teste Burm.* maiore *Emω* (*ex* maiora *H*¹). meliore ς pustis *P*¹, ł esse *supra scr. P*⁴ (*an voluit* em? *h. e.* peremtis)

Et certe moriens propius te, Roma, viderem,
Ipsaque per cultas segetes mors nostra secuto
Victori damnosa foret! Sed pignora nobis
Romanus carasque nurus praedamque tenebat?
Hoc magis exertum raperem succinctior agmen.
'Heu, quibus insidiis, qua me circumdedit arte
Fatalis semper Stilicho! Dum parcere fingit,
Rettulit hostiles animos bellumque remenso
Evaluit transferre Pado. Pro foedera saevo
Deteriora iugo! tunc vis extincta Getarum:
Tunc mihi, tunc letum pepigi. Violentior armis
Omnibus expugnat nostram clementia gentem,
Mars gravior sub pace latet, capiorque vicissim
Fraudibus ipse meis. Quis iam solacia fesso
Consiliumve dabit? Socius suspectior hoste.
'Atque utinam cunctos licuisset perdere bello!
Nam quisquis duro cecidit certamine, numquam
Desinit esse meus. Melius mucrone perirent,
Auferretque mihi luctu leviore sodales
Victa manus quam laesa fides. Nullusne clientum
Permanet? offensi comites! odere propinqui!
Quid moror invisam lucem? qua sede recondam
Naufragii fragmenta mei? quaeve arva requiram,
In quibus haut umquam Stilicho nimiumque potentis
Italiae nomen nostras circumsonet aures?'
Haec memorans instante fugam Stilichone retendit
Expertas horrens aquilas; comitatur euntem
Pallor et atra Fames et saucia lividus ora
Luctus et inferno stridentes agmine Morbi.

---

321 *Paulini Petroc. v. Martini I 264:* comitatur eundem *(an* euntem*?)*.

---

307 *Statii Achill. II 142:* sub pace silet. 312 *Eleg. in Maecenatem II 20:* Nec tibi qui moritur desinit esse tuus. 315 sq. *Verg. Aen. IV 321:* tyranni Odere, infensi Tyrii; *325:* Quid moror? 321 *Ovidi met. IV 484:* Luctus comitatur euntem Et Pavor *eqs.; cf. Verg. Aen. VI 863.*

---

295 moriens] o *ex corr. H* 296 sequuto *V* 297 nobis l nra *V* 299 subcinctior *VP*, succinctior *H*, succintior *A*, succertior *B* agmen] āně *H* 300 He *B* 302 Rettulit *Em VA*, Retulit *PB*, Retulit l Contulit *H*[1], Retudit *M*, Rettudit *Isengr. mg.: sed cf. Stil. I 329* hostiles] hostis *A* animas *B* 303 Pado] pad *B* pro] *om. B*, ꝓ *ex* p *corr. V*[1] *(vel V*[3]*?)*, pro *A*, proh *P*[2]*V*[3], ꝑ *P*[1]*H*, proh *supra scr. H*[1] 305 Tum *E*, Tunc *Hq*, l te *add. H*[1] tunc *alterum*] cum *HBA*, l te *add. V*[3] pepigi] pelagi *B* armis] annis *B* 306 nostram] uram *B* gentem] mentem *A* 307 grauior] r *ex corr. H* sub] cum *B* 309 Consiliumne *B* dabit] ferat *BA* sacius *B* suspecior *B* 310 Atque utinam *ABA*, O utinam *q* licuisset] t *m. 2 H* 311 quiquis *H* ceculit *B* nusquam *Heinsius* 312 Desinet *Mommsenus* esse || *P* 313 Auferetq; *B* 314 laesa] leua *H* nullusne] ne *ex* ue *H*, nullusq; *AB* 315 offensi] infensi *A ex Vergilio* odere εω 316 moror , *P (deleta interpunctio?)* sede] *ex* sed'e *corr. P*, sedem *B* 317 framenta *HB* quaeue arua] *om. B spat. vacuo relicto* arma *V*[1]*P*[1]*H*, arua *V*[3]*P*[2]*q* 318 haut *H*, aut *P*[1], h *add. P*[2], haud *q* numquam *B* 319 nomen nostras *EVP*, nostras nomen *BA*, tantum (nomen *supra*) nostras *H (m. 1?)* circumsonat *B* 320 retendit *AV*[3], tetendit *V*[1]*PA*, retēd' *H*, r *et* t *ex corr.*, tenendus *B* 321 Expertans *P*[1], Erpertans *H* 322 famaes *P* saucia *P*[2], fautia *P*[1], santia *A* liuidus] languidus *V*[1]*P*, liuidus *V*[3]

Lustralem tum rite facem, cui lumen odorum
Sulphure caeruleo nigroque bitumine fumat,
Circum membra rotat doctus purganda sacerdos
Rore pio spargens, et dira fugantibus herbis
Numina purificumque Iovem Triviamque precatus
Trans caput aversis manibus iaculatur in Austrum
Secum rapturas cantata piacula taedas.
    Acrior interea visendi principis ardor
Accendit cum plebe patres et saepe negatum
Flagitat adventum; nec tali publica vota
Consensu tradunt atavi caluisse per urbem.
Dacica bellipotens cum fregerat Vlpius arma
Atque indignantes in iura redegerat Arctos,
Cum fasces cinxere Hypanin mirataque leges
Romanum stupuit Maeotia terra tribunal.
Nec tantis patriae studiis ad templa vocatus,
Clemens Marce, redis, cum gentibus undique cinctam
Exuit Hesperiam paribus Fortuna periclis.
Laus ibi nulla ducum; nam flammeus imber in hostem
Decidit; hunc dorso trepidum fumante ferebat
Ambustus sonipes; hic tabescente solutus
Subsedit galea liquefactaque fulgure cuspis
Canduit et subitis fluxere vaporibus enses.
Tum contenta polo mortalis nescia teli
Pugna fuit: Chaldaea mago seu carmina ritu
Armavere deos, seu, quod reor, omne Tonantis
Obsequium Marci mores potuere mereri.
Nunc quoque praesidium Latio non deesset Olympi,
Deficeret si nostra manus; sed providus aether
Noluit humano titulos auferre labori.

324 *Statii Theb. II 737:* tibi rite faces *eqs.* 325 *Verg. georg. III 451:* nigrumque bitumen. 327 *Verg. Aen. VI 230:* Spargens rore levi. 329 *Verg. ecl. 8, 102:* Transque caput iace. 333 *Ovidi met. VII 450:* vota publica; *Iuvenalis X 284:* publica vota. 342 *cf. Marci epistula ap. Iustinum Martyrem apol. ed. Otto I p. 246: (χάλαζα πυρώδης).* 343 *Tibulli I 2, 7:* decidit imber.

324 tum] *Em, sic ω; illud recepi; scilicet postquam expulsus est Alaricus, tum lustratur Italia lustrali sacrificio* rite] triste *HBA* cui] *Em add. cruce* 325 Sulfure *H* butumine *H* fumat P^1, fumans P^2 326 membra] *sc. militum vel populi? „probabile est tum unum sive hominem sive oscillum aut duo universae civitatis lustrationi inserviisse" Buechelerus* rotat *Eω* pugnando *B* 328 purificumq3 *EmεV* turificumq3 *P*, thurificumq3 *A*, trificumq3 *H*, *item B* trinamq3 *B* 329 Transcapit *H* auersis] aduersis *H*, aduersus *B* 330 rapturos *E* 331 interea] intendit B^1, *corr. fere* B^2 333 nec tali] *conieci* tali nec 334 coluisse *H* ourbem P^1 335 Dacia *H*, Datia *A*, Dacica *εq* fregerit *ex* fregera *corr. H*, fregerit *B*, fregerat *Eq* 336 redegerat *EHA*, redigeret *VP*, redegerit *B (m. rec. in V)* arthos *H* 337 fasestinxere *B*, fasces cinxere *Eq* fanes (c *supra*) P^1, fasces P^3 hypanin *VP*, hypanim *E*, yparĩ *B*, hypanam *A*, hypamẽ *H* 338 Romanũ P^2, Romani P^1 moeotia *E*, maeotia V^1, meotia *PB*, maeotica V^2, meotica *HA* 339 Non *B*, Nec *Eq* 340 Marce] *PA*, marte *VHBA* redies P^1, redens V^1, redis V^3 cum P^3, cura P^1 cõgñtib: *B* cinctã *scripsit* H^2, cincta *V* 341 Hesperiam] experiam *H* 342 ibi] *ex* ubi *corr.* P^1, ubi *B* flameus *PBA* 343 õdorsor *P* fumante *V* (fuman V^1, te ferebat V^2), flamante *PB*, flammante *q* 344 hic tabescente] intabescente *P* 345 Subsedit] Subsidit *ς* 347 Tum *VP*, Tunc *q* contenta] concepta *B* 348 Pugnã *B* chaldea *PA*, caldea *VH* (l *supra lin.* H^1), caldeo *B*, chaldea *Ald.*, *hamulum add. ε* carmina] numina *ε* *Ad v. 348 crucem † adpinxit E eandemque in mg. extr. iteravit.* 350 Marci] marcti P^1, magni P^3, martis *B*, marci *EVA* Marci mores] mores morti H^1, † nostri H^2 potuere *Eω* 351 lacio *B* olimpi *VPHB* 352 ether P^3, aer P^1

Ne tibi iam, princeps, soceri sudore paratam,
Quam meruit virtus, ambirent fulmina laurum.
    Iam totiens missi proceres responsa morandi
Rettulerant, donec differri longius urbis
Communes non passa preces penetralibus altis
Prosiluit vultusque palam confessa coruscos
Impulit ipsa suis cunctantem Roma querellis:
    'Dissimulata diu tristes in amore repulsas
Vestra parens, Auguste, queror. Quonam usque tenebit
Praelatus mea vota Ligus? vetitumque propinqua
Luce frui, spatiis discernens gaudia parvis,
Torquebit Rubicon vicino nomine Thybrim?
Nonne semel sprevisse satis, cum reddita bellis
Africa venturi lusit spe principis urbem
Nec duras tantis precibus permovimus aures?
Ast ego frenabam geminos, quibus altior ires,
Electi candoris equos et nominis arcum
Iam molita tui, per quem radiante decorus
Ingrederere toga, pugnae monumenta dicabam
Defensam titulo Libyam testata perenni.
Iamque parabantur pompae simulacra futurae
Tarpeio spectanda Iovi: caelata metallo
Classis ut auratum sulcaret remige fluctum,
Vt Massyla tuos anteirent oppida currus
Palladiaque comas innexus harundine Triton
Edomitis veheretur aquis et in aere trementem
Succinctae famulum ferrent Atlanta cohortes.
Ipse Iugurthinam subiturus carcere poenam

358 *Verg. Aen. VII 59, Stat. Theb. X 104:* penetralibus altis. 361 *Ovidi fast. III 841:* dissimulata diu; *met. III 395:* repulsae . . . amor. 368 *Verg. Aen. IV 428:* duras . . . in auris. 373 *cf. CIL. VI 1187.* 378 *Verg. Aen. VIII 277:* comas foliisque innexa.

354 Ne] Neç P^1, Ne/// *H*, Nec *B* 355 fulmina] flumina *A* 356 reponsa *P* morandi] moranti *Heinsius*, morantis *Paul* 357 Retulerant *PHB* differri] diff'm *B* · urbis] is *in ras. H* 358 Communes] Immunes *B* 359 Prosiliit *A* corusces *B* 360 cunctate *B* quaerelis *A*, l *sic add. E*, querelis ω *V*. 361 *aberat a vetere Cuiacii* 362 queror] precor *H* 363 Praelatus] flanis *B* ligus *EV*, lig̃ P^1, ligua *B*, ligur P^2 *(?)ç* uetitumquo] ti *ex corr. H*, uẽtitumq; *P*, *sed corr.* 364 decernens *HB*, discernens *Eç* 365 uicino] uitino (*vel* urtino) P^1, *corr.* P^2 nomine] numine *Gesnerus; sed intellege „vicinitatis nomine sive per vicinitatem"; conieci tamen* inuiso nomine; „uicino *sic ut* propinqua *refero ad Honorium: uterque pater, dirus, regnator al. dicitur, tam fluvius quam imperator" Buechelerus* thybrim *V*, tibrym *P*, tibrim *ç* *V. 366 om. A*, Nonne semel spreuisse satis cum reddita bellis *Em* Nonne] Non *B* satis *EmBA*, sat est *ç* 367 Affrica *VPHB* spe lusit *AA*, spe iussit *B*, lusit spe *ç* (lussit *P*) 368 Nec] Num *Heinsius* auris *A* 369 Ast *Eω* geminis V^1P^1H, geminos P^2V^3*ç* altior] aptior *B* 370 Electri *V* 371 molitat uiper (s) quẽ radiantẽ (tu, us) *(sic)* P^1 372 Ingredere *HA*, Ingrederẽ *B* pugna *A* monimenta *VHB* docebam *E*, ditabam *B*, ferebam *Isengr. mg.* 373 Defensam *Eω* lybyam *P*, lybiam *H*, libiam *B* perhenni *VPB* 374 pompae] pugne *B* 375 spectata *B* 376 Clausis *B* auratum *Eω* (um *ex* am *A*), aurato *Gesnerus* sulcum *A*, fluctum *Eç* 377 Massyla εV, masyla *P*, massila *HA*, maxilla *B* opida *PHB* 378 Pallidia *B* ttjm (i) P^1, tigris P^3 379 aquis P^1VB, equis P^2*ç* trementi *Heinsius* 380 Succinte *VB* athlanta *VHB* 381 iugurtinam *VHB*, in gurtinam (t *eras.*) *P* pena *B*

Praeberet fera colla iugo, vi captus et armis,
Non Bocchi Syllaeque dolis.
'Sed prima remitto.
Num praesens etiam Getici me laurea belli
Declinare potest? sedesve capacior ulla
Tantae laudis erit? Tua te benefacta morantem
Conveniunt, meritisque suis obnoxia virtus
Quod servavit amat. Iam flavescentia centum
Messibus aestivae detondent Gargara falces,
Spectatosque iterum nulli celebrantia ludos
Circumflexa rapit centenus saecula consul:
His annis, qui lustra mihi bis dena recensent,
Nostra ter Augustos intra pomeria vidi,
Temporibus variis; eadem sed causa trophaei
Civilis dissensus erat. Venere superbi,
Scilicet ut Latio respersos sanguine currus
Aspicerem! Quisquamne piae laetanda parenti
Natorum lamenta putet? periere tyranni,
Sed nobis periere tamen. Cum Gallica vulgo
Proelia iactaret, tacuit Pharsalica Caesar.
Namque inter socias acies cognataque signa
Vt vinci miserum, numquam vicisse decorum.
Restituat priscum per te iam gloria morem
Verior, et fructum sincerae laudis ab hoste
Desuetum iam redde mihi iustisque furoris
Externi spoliis sontes absolve triumphos.
'Quem, precor, ad finem Laribus seiuncta potestas
Exulat imperiumque suis a sedibus errat?

---

382 *Statii Ach. I 280:* colla iugo .. praebet. 390 *Suetoni Claud. 21:* ludos quos nec spectasset quisquam nec spectaturus esset. 396 *Catulli 64, 230:* respergas sanguine *(cf. Ov. fast. III 452).* 400 *cf. Florus IV 2 fin.:* Pharsalia ... non triumphabat. 402 *Ovidi met. IX 6:* nec tam Turpe fuit vinci quam contendisse decorum est; *Lucani I 365:* miserum est civili vincere bello.

---

382 colla] cola *B* ui] *ex* in *corr. H*, ni *A*, in *B* 383 Non *Eω* bocci *H*, bodii *B*, bochi *P* syllaeque *E*, sylle ꝙ *VP*, silleꝙ *B*, scylleꝙ (s *in ras.*) *A*, cilleꝙ *H*: Sylla *etiam Ruf. I 253 edendum fuit* 384 Num *V*, Nunc *Eς* 385 sedesue *V*, sedesne *ex* sedesue *corr.* P^1, sedesne *ς* capacior *Eω* 386 erit] erat *H* tua] tu *B* 387 suis] tuis *A*, *item Isengr. mg.* 388 Quod] Q uos *P*, Quos *V*, Qd † quem H^1 389 falces] *ex* fasces *(?) corr. H* 390 que] *om. H* Spectandosque ς *unus nec bonus* celebracia *B* 392 annis P^1, annus P^2 recenset *VP*, recẽssẽt *H*, *corr. m. 1, hamulus alter ipse adrasus*, recen *B* 393 intra] int̄ *B* pomaria *B* uidi (t *eras.*) *H*, uidit *P*, uidit *V*. *Ex VPH conieceris fere:* His annis qui lustra sibi bis dena recenset, Nostra ter Aug. intra pom. uidit; *sed cf. Solem signa caeli recensentem apud Ovidium fast. III 575, item Phocae vit. Verg. 46* 394 trophei *P (sed non s erasum, sed interpunctio)*, trophaeis ς *unus nec bonus* 395 dissensus] succesus *H*, succensus *BA*, *idem in mg.* P^1, dissensus *Pς* 396 Silicet *A*, Scilicet *Eς* lacio *B* respersus V^1, respersos V^3 397 quisquamne *B* piae] *in ras. A* laetanda] laudanda *A* 398 putat] putet *H* periere *V*, petiere (r *supra*) *P (corr.* P^3*) et* fauere *in mg.* P^3, fauere *AHBA* tiranni *V*, tyrannis *APA*, tirannis *HB* 399 periere] perie P^1, *corr.* P^3, pire *A* 400 pharsalica *EA*, pharsalia *H*, pharsalia *B*, farsalia *VP* cesar *VPBH* 401 socias] a *ex* o P^1 402 uinci] *ex* uinti P^1 miseram *B* uincisse *B* 404 Uerio H^1, r *add.* H^2 405 Dessuetae *ABA* instis que V^1P^1, sūtis P^3, sūptis V^3, functosꝙ *Em id quod in* fultosꝙ *mut. idem Em*, fultos ε, sumptisꝙ *BAH* (ꝙ *ex corr. H*). *Qui E sequatur,* fultusque *legat necesse est suadente Gesnero: de* iustis *cf. Gild. v. 429* 406 Externis H^1 *corr.*, Externi *BA*, Hesterni (x *supra*) *P (corr.* P^2*)*, Hesternis *V (del. m. 3)*, Extremi *A* sopoliis P^1 sonttes P^1, sontis H^1, sontes H^2 triumphos H^1, *sed* o *ex* i *corr.* 407 precor] re *ex corr. H* ad finem] *in ras. P;* ad *om.* V^1, *supra scr.* V^3 *post ras. 1—2 litt.* seiuncta] P^1, *ex* s; iuncta *corr. H*, diuisa P^2 408 Exulat *Eω*

Cur mea quae cunctis tribuere Palatia nomen
Neglecto squalent senio? nec creditur orbis
Illinc posse regi? Medium non deserit umquam
Caeli Phoebus iter, radiis tamen omnia lustrat.
Segnius an veteres Histrum Rhenumque tenebant,
Qui nostram coluere domum? leviusve timebant
Tigris et Euphrates, cum foedera Medus et Indus
Hinc peteret pacemque mea speraret ab arce?
Hic illi mansere viri, quos mutua virtus
Legit et in nomen Romanis rebus adoptans
Iudicio pulchram seriem, non sanguine duxit:
Hic proles atavum deducens Aelia Nervam
Tranquillique Pii bellatoresque Severi.
Hunc civis dignare chorum conspectaque dudum
Ora refer, pompam recolens ut mente priorem,
Quem tenero patris comitem susceperat aevo,
Nunc duce cum socero iuvenem te Thybris adoret.'
Orantem medio princeps sermone refovit:
'Numquam aliquid frustra per me voluisse dolebis,
O dea, nec legum fas est occurrere matri.
Sed nec post Libyam (falsis ne perge querellis
Incusare tuos) patriae mandata vocantis
Sprevimus: advectae misso Stilichone curules,
Vt nostras tibi, Roma, vices pro principe consul
Impleret generoque socer. Vidistis in illo
Me quoque; sic credit pietas, non sanguine solo,
Sed claris potius factis experta parentem.
Cuncta quidem centum nequeam perstringere linguis,
Quae pro me mundoque gerit: sed ab omnibus unum,

---

420 *Sidon. c. V 317.*

---

410 *cf. Cic. Milon. 20:* confecta senio est, squalent *eqs.* 412 *Verg. Aen. IV 607:* Sol qui ... opera omnia lustras. 436 *cf. ad cons. Olybrii et Probini v. 55.*

---

409 Cur *Eω, sed* r *adrasum in V* palacia *VB* 410 Neglecta *Buechelerus de metrica licentia mittens ad Iuvenal. VIII 107* scaleat *B* creditur] i *ex* a *corr.* P^1 411 Illic *BA*, Illinc *Eq* 412 phebus *VPHB* radiis] *ex* rachiis *corr.* P^1 413 Senius *B* uetheres, *sed* h *eras. P*, uerteres *B* ystrum *H* reñqȝ *H* tenebāt *A*, *virgulam add. E* *Ante v. 413 asteriscum pinxit* E *(cf. v. 113)* 414 leninsue *EVP*, leuius ne *H*, meliusne *A*, ne (*omisso* lenius) *B* tremebant *A*, timebat ς, *fort. rectius* 415 Tygris *PH* et *prius*] *om. B* enfrates *ω* Medus] modus *B* 417 Hic] Nisi *B*, Hinc *A* mutua] mutu *B*, nuncia ς *pauci*, unica *Heinsius*, martia *idem* 418 et in] et hi^c^ *P*, c *in ras. supra scr.* P^2 419 pulucrem senem *B* 420 Hinc proles *in ras.* P^1 atanum *P* haelia *A*, helia *BA*, helya *H* neruam] *ex* uernam *H*, uernam *B* 421 bellatorisqȝ *A* 422 Hunc VP^1, nc P^2, Hic *AB*, Hoc *HA* ci uis *H (ex* cuius *corr.?)* chorum *VP*, forum *q* 423 refer *AA*, refers P^1, refer *H*, refers *VB* ut *EA*, et H^1 *quod placere potest,* sub *V*, sub PH^2B priorem] priorum *VP* 424 Quem] Quae *ex* Qua *corr.* H^1 teñero *P* 425 Hunc *A* thybris *VP*, tybris *H*, tibris *q* adoræt *H* 427 dolebis] docebis *ex* timebis *corr.* V^1, *inde* dolebis V^3 428 nec legum] neglectum *E* legum] *ex* longum *corr.* P^1, legum V^1, longum V^2 fax est *B* occurre *H* 429 Sed nec] Sed ne *A* lybiam *V*, libiam *H*, libram *B* ne perge AVP^1, nec perge *BA*, ne/// perge *H*, me perge P^2 querellis *E*, querelis *ω* 430 tuos P^1, tuis P^2 431 aduecte, u *ex* u *H* misso] *supra lin.* H^1; *item* misso *om.* P^1, rome s. ad te *add.* P^3 stilicone *V* 432 nostra P^1, *unde* nostras P^2 433 generumqȝ *H* 434 Me *P* quoque] que *A* s credit (i *eras.?*) *P*, si credit *HV* (c *supra* si *scr. m. rec. in V*) credit *Eω* nec *B*, non *Eq* 435 claris H^1 (*fuerat* clarus) factis H^1 (*fuerat* factus) 437 Quero me *P*, Quae rome *(corr. m. rec.) V*, uel pro me P^1 *in mg.*

Si fama necdum patuit, te, Roma, docebo
Subiectum nostris oculis et cuius agendi
Spectator vel causa fui.
'Populator Achivae
Bistoniaeque plagae, crebris successibus amens
Et ruptas animis spirans inmanibus Alpes
Iam Ligurum trepidis admoverat agmina muris
Tutior auxilio brumae (quo gentibus illis
Sidere consueti favet inclementia caeli)
Meque minabatur calcato obsidere vallo
Spem vano terrore fovens, si forte, remotis
Praesidiis, urgente metu, qua vellet obirem
Condicione fidem; nec me timor impulit ullus
Et duce venturo fretum memoremque tuorum,
Roma, ducum, quibus haut umquam vel morte parata
Foedus lucis amor pepigit dispendia famae.
Nox erat et late stellarum more videbam
Barbaricos ardere focos; iam classica primos
Excierant vigiles, gelida cum pulcher ab Arcto
Adventat Stilicho. Medius sed clauserat hostis
Inter me socerumque viam pontemque tenebat,
Addua quo scissas spumosior incitat undas.
Quid faceret? differret iter? Discrimina nullas
Nostra dabant adeunda moras. Perrumperet agmen?
Sed paucis comitatus erat; nam plurima retro,
Dum nobis properat succurrere, liquerat arma
Extera vel nostras acies. Hoc ille locatus
Ancipiti, longum socias tardumque putavit

442 *Sidon. c. II 530:* ruperit Alpes.

440 *Propert. III 18, 29:* populavit Achivos. 445 *Ausonii clar. urb. 14, 8:* clementia caeli. *Plini paneg. 12:* ferae gentes non telis magis quam . . . suo sidere armantur. 452 foedus amor *Lucretius IV 1151.* 453 Nox erat et *habent Vergilius, Ovidius, alii (cf. Trumpius p. 57).* 455 *Ovidi trist. I 2, 29:* gelidus . . ab Arcto *(cf. Verg. Aen. VI 16).* 459 Quid faceret? *frequenter Ovidius.* 460 *Livius VIII 30, 6:* perrumpere agmen.

438 fama needum patuit *Eω* (fana *et* paruit *B*) 439 cuius *Eω* 440 sui *A*, fui *E (ut videtur)* 441 Bistonieq̄ʒ *P*, Bisthoniaeqʒ *V* plage atqʒ hebri *A* 442 animi *B* spirans *ABA*, sperans *q* inmanibus *VB*, imm. *q* alpis *A* 443 muris] mauris *B* 444 quo] quod *ABA* 445 Sidere] Fide *H*, Frigore *BA*, *sed cf. Plini exemplum* consueti *VP*, consuetis *q*, *item m. rec. in V* 446 obsidere calcato *B* falcato *Heinsius*, caleatum *Schraderus* 447 fouens *P*[3], fauens *P*[1] si] ni *VP*[3], I *P*[1] 418 urguente *B*, urgete *P*[1], *corr. P*[2] qua] quā *B* uellet *P*[2], uallet *P*[1] abirem *B*, obirem *P*[1], 1 intrem (*i. e.* inirem) *P*[2] 449 Conditione sidus ne me amor *B* 450 Hoc duce *Scaliger* 451 ducū // *H* haut *HB*, haud *q* parata] peracta *PB* 452 lucis] ducis *B* famem *A* 453 Nox erat et] *VP*, Mot et per *(sic) A*, Mox et per *HAB* late] *VP*, lat[i]um *A*, i *sic add. E*, latium *HBA* stallarum *B*, stellarum *Eq* uidebā // *H*[1], uidebat *B* 455 Excierat *H* gelido *H* pucher *H* abracto *P*[1], *corr. P*[2] artho *H* 456 Aduenit *ABA* stilico *VP* 457 *Post* Inter me *in Ald. pergit ε:* socerque uiam pontemque; *sexta littera non plana, ū restituit Livineius;* me socerumqʒ uiam pontemqʒ *Eω nisi quod* Inter met socerumqʒ pandēqʒ uiāqʒ *B* pontemque] e *ex* u *H*[1] *corr.* 458 Adua *AA*, Ardua *H et* (r *inras.*) *P*, Adria *B* quo scissas] qua scissas *A*, concussa *B*, quo sithicas *H*, fissas *ς* spurtiosior *P*[1], spatiosior *P*[2], spumantior *H* excitat *A* 459 diferret *A*, et *non satis plane, iteravit E* discrimine *H*[1], *corr. H*[2] 460 Nostra moras adeunda per agēn *B* Nonstra *H* adeunda] *„fortius esset* arcenda *vel* pellenda, *cf. b. Pollent. 13; illud vero dictum ut adire periculum, similia“ J. Koch* perruperet *A*, prumperet *Eq* 461—463 *verba* nam plurima retro . . . uel nostras acies *spuria putabat Barthius* 462 properant *P* arma (n) *Ald.*, u *sic add. ε* 463 Extra *B*, Extera *εq* hoc *Eω* locutus *B*, locat[9] // *P*[1], locatus *Eq* 464 longum] *ex* nondum *corr. V*[1]

Expectasse manus et nostra pericula tendit
Posthabitis pulsare suis mediumque per hostem
Flammatus virtute pia propriaeque salutis
Inmemor et stricto prosternens obvia ferro
Barbara fulmineo secuit tentoria cursu.
'Nunc mihi Tydiden attollant carmina vatum,
Quod iuncto fidens Ithaco patefacta Dolonis
Indicio dapibusque simul religataque somno
Thracia sopiti penetraverit agmina Rhesi
Graiaque rettulerit captos ad castra iugales,
Quorum, si qua fides augentibus omnia Musis,
Impetus excessit Zephyros candorque pruinas.
Ecce virum, taciti nulla qui fraude soporis
Ense palam sibi pandit iter remeatque cruentus
Et Diomedeis tantum praeclarior ausis,
Quantum lux tenebris manifestaque proelia furtis!
Adde quod et ripis steterat munitior hostis
Et cui nec vigilem fas est componere Rhesum:
Thrax erat, hic Thracum domitor. Non tela retardant,
Obice non haesit fluvii. Sic ille minacem
Tyrrhenam labente manum pro ponte repellens
Traiecit clipeo Thybrim, quo texerat urbem,
Tarquinio mirante Cocles mediisque superbus
Porsennam respexit aquis. Celer Addua nostro
Sulcatus socero: sed, cum transnaret, Etruscis
Ille dabat tergum, Geticis hic pectora bellis.
'Exere nunc doctos tantae certamina laudis,
Roma, choros et, quanta tuis facundia pollet
Ingeniis, nostrum digno sonet ore parentem.'

---

475 *Sili Ital. VI 386:* Si qua fides *(cf. Verg. Aen. X 792).* 476 *Homeri Il. X 437:* *Λευκότεροι χιόνος, θείειν δ' ἀνέμοισιν ὁμοῖοι.* 478 *paneg. Pisonis 212:* mihi pandis iter. 482 *cf. Ovidi met. V 416, Statii silv. V 5, 61.* 489 *Lucani IV 468:* qua terga daret, qua pectora bello.

---

467 pia] pi *ex corr. H (fuit* sua?), pin *B* 468 Inm. *PB*, Inm. *q* stricto] o *ex* a *corr.* P^1 praesternens *Scaliger* obuia] *ex* omnia *corr.* V^1, obuͥa P^1, omnia *H* *V. 470 et 471 sic contraxit* P^1: Nunc mihi tydidē (tydides P^2), it haico *(corr.* P^2*)* patefacta dolonis; *haec del.* P^3 *et add.* nunc mihi titiden attollant carmina uatum 470 Nunc] Non *M* mihi] tibi *VH* tididem *A*, tididen *H*, titiden *VA*, at idē *B* attollanr *A*, *corr. E*, attollunt *B* 471 Quod] Que *B* iuncto] uicto *H* fidens] *om. B* ytaco *B* 473 Thratia *P*, Tracia *HAB* penetranerat *B*, penetrauerit *Eq*, penetrauit ad *vel* in ς *duo fere nec boni* resi *HB* 474 Graᵗ̄aqȝ *P*, Grataqȝ *VH* rettulerit] *V*, retulerit *q*, perduxit *cruce bis add. Em* iugalis *A* 476 zephyros *V*, *sed* y *m. rec.*, *fuerat* e (?), zephiros *HP*, zephirus *B* 477 tacit *B* nulla qui *ABA*, qui nulla *q* 478 palan *P* eruentur *A* 479 tanto . . . quanto *Heinsius* 480 tenebris] latebris *B* 481 inimicior *B* 482 cui *Eω* ne *P*, nec *Eq* fax est *B*, fas sit *Heinsius* resum *HB* 483 Trax erat *H*, Traxerat ABP^1V^1, *separ.* P^2V^3 tracum *PH*, traat *B* Thrax ille, hic Thracum domitor *Heinsius* tela] tella *B* 484 Obice (*eras.* i?) *V* minaces *H*, minac̄e *B* 485 Thyrrenam *V*, Thirrenam *P*, Tirrenam *HB* lauante H^1 *inde* labænte H^2, p̄labente *B* ponte repellens] pontere pellens P^1, ponere pellens V^1, *corr.* V^3 repelles *B* Thyrrenum labente manu pro p. repellens *Barthius* 486 Traiect P^1, t *add.* P^3, Traniecit *B* thybrim *P*, thybrin *V*, tigrim *H*, tibrim *q* qua *B* texerat] *ex* traxerat *corr. H* 487 Tarquineo (e *ex* i) H^1, Tarquino *B*, Tarquinio *Eq* 488 Porsennam] a *ex* e *corr.* H^1 despexit *Heinsius* Addua] *V*, adua *ABA*, ardua *H* *et* r *in ras. P* 489 Sulcatus *ABA*, Sulcatur *q* cum] cum *P* transnaret *VP*, tranaret *q* hetruscis *A*, etruscis (ei *ex corr.*) P^1 490 pugnis *H*, bellis *q* *(cf. Lucani l. l.)*, telis *Scaliger* 491 certamina *HA*, *sed* na *ex* ne *corr.* H^1, certamine *q* 492 cohros *B* et] *om. Ald.*, *add.* ε 493 Ingenuis *B*

Dixit et antiquae muros egressa Ravennae
Signa movet; iamque ora Padi portusque relinquit
Flumineos, certis ubi legibus advena Nereus
Aestuat et pronas puppes nunc amne secundo,
Nunc redeunte vehit nudataque litora fluctu
Deserit, Oceani lunaribus aemula damnis.
Laetior hinc Fano recipit Fortuna vetusto,
Despiciturque vagus praerupta valle Metaurus,
Qua mons arte patens vivo se perforat arcu
Admisitque viam sectae per viscera rupis.
Exuperans delubra Iovis saxoque minantes
Appenninigenis cultas pastoribus aras,
Quin et Clitumni sacras victoribus undas,
Candida quae Latiis praebent armenta triumphis,
Visere cura fuit; nec te miracula fontis
Praetereunt, tacito passu quem si quis adiret,
Lentus erat; si voce gradum maiore citasset,
Commixtis fervebat aquis; cumque omnibus una
Sit natura vadis similes ut corporis undas
Ostendant, haec sola novam iactantia sortem
Humanos properant imitari flumina mores.
Celsa dehinc patulum prospectans Narnia campum
Regali calcatur equo, rarique coloris
Non procul amnis abest urbi qui nominis auctor:
Ilice sub densa silvis artatus opacis
Inter utrumque iugum tortis anfractibus albet.
Inde salutato libatis Thybride lymphis
Excipiunt arcus operosaque semita vastis
Molibus et quidquid tantae praemittitur urbi.

499 *Horati c. IV 7, 13:* damna . . . lunae, *et alii.* 502 *Statii Achill. 106:* montem Perforat et . . . suspendit P. arcu. 510 *Senecae Phaedr. 989:* gradu citato *(cf. 1001).* 518 *Ovidi met. VI 637:* silvas . . opacas.

494 muris *ABA* rabuenne P^1 495 iamque] *om. B sp. vacuo rel.* Padi] pandi *B* portusqȝ P^2, portasqȝ P^1 relinquit *VP*, reliquit *ɥ* 496 certis] terris *H* ubi] ıı *B* legibus] legitur *H* reereus *(sic) H* 497 pronas] paruas *A* puppes *P*, *item H*, puppes *Eɥ* anne *P* secundo] retuso V^1, retruso *corr.* V^3, recuso P^1, retuso P^2, † refuso *add.* P^2 498 uehit P^3, uebat P^1 nudataqȝ *Eω (sed ta m. 2 H)* lictora *P*, litora *ex* pectora *corr. V* fluctu] l *m. 2 in H, fuit* r. 500 Lectior *P* hinc] hic *P*, hı̃c *(virgulam fort. m. 2) H* fano H^2, fato H^1 501 que] *om. B* uagos, *sed corr.* B^1 metaurus *P* 502 arce *ABA* uinose *B*, uiuo se *ex* uino se *corr. H*, unco se *Heinsius* perforat uiuo se *V*, *sed corr.* V^1 503 Admittitqȝ ς rupis] i *in ras.; fuit* u *vel* a *P* 504 Exsuperās *P (virgam P^2)* 505 Apenninigis, nigis *ex corr.* H^1, Appenniingeris *B*, Appenninigenis *Eɥ* (genis *separat P*) aras] alas *H* 506 clitũmũ *H*, ditumni P^1, *corr.* P^2, ditumni V^1, cl *corr.* V^3, glitumni *B* sacras] c *m. 2 in H* (t? *m. 1*) 507 quae] qui *add. cruce Em* laciis *HB* 508 Visere] ere *in ras.* H^1, Viscere *P* fuit] trahũt *B*, *inde* trahit *Heinsius* 509 tacite *B* si quis (s *altera ex corr.*) *H*, siquis *P*, quisquis *B* adiret *ex* adheret *corr.* B^1 511 Cum mixtis *P*, Commotis ς, Commissis *et* Admissis *Heinsius* 512 Sit] t *in ras. A* ut] nõ *B* undas] *P*, *item* V^1; *inde* unbis *effec.* V^1; *hoc sic corr.* V^3: umbis, unbras *B*, umbras *ɥ*; *sc. undae similes solent fieri corpori, hae fiunt etiam moribus hominum* 513 Ostendũt *corr.* ε, Ostenderat *B* nouem *H*, nonam *B* 514 properanti immitari *P* imitantia *H* 515 pabulum *B* narnia V^1, naruia V^2, nũa *B* canpnum *P*, captũ *B* 516 equo *P* rarique] ranique *Heinsius: sed cf.* albet *v. 519* 517 amnis P^2, abnis P^1 urbis *V*, urb *B* qui nominis] qȝ muris *B* 518 siluis P^3, silius P^1 arctatus *A*, artatus EV^2P^3, artatur V^1H, aratur *B*, arctatur P^1 519 anfractibus *H*, anfructibus *B* 520 salutata *B* thybide V^1, r *add.* V^2, thibride *P*, tibride *ɥ* lymphis *A*, u *et* † *sic add. E*, lyuphis *P*, limphis *H*, linphis *B* 521 arctus *H*, artus *B* 522 Mollibus *AH*

Ac velut officiis trepidantibus ora puellae
Spe propiore tori mater sollertior ornat
Adveniente proco vestesque et cingula comit
Saepe manu viridique angustat iaspide pectus
Substringitque comam gemmis et colla monili
Circuit et bacis onerat candentibus aures:
Sic oculis placitura tuis insignior auctis
Collibus et nota maior se Roma videndam
Obtulit. Addebant pulchrum nova moenia vultum
Audito perfecta recens rumore Getarum,
Profecitque opifex decori timor, et vice mira.
Quam pax intulerat, bello discussa senectus
Erexit subitas turres cinctosque coegit
Septem continuo colles iuvenescere muro.
Ipse favens votis solitoque decentior aer,
Quamvis assiduo noctem foedaverat imbre,
Principis et solis radiis detersa removit
Nubila; namque ideo pluviis turbaverat omnes
Ante dies lunamque rudem madefecerat Auster,
Vt tibi servatum scirent convexa serenum.
Omne Palatino quod pons a colle recedit
Mulvius et quantum licuit consurgere tectis,
Vna replet turbae facies: undare videres
Ima viris, altas effulgere matribus aedes.
Exultant iuvenes aequaevi principis annis:
Temnunt prisca senes et in hunc sibi prospera fati
Gratantur durasse diem moderataque laudant
Tempora, quod clemens aditu, quod pectore solus
Romanos vetuit currum praecedere patres:

538 *Venanti Fort. vitae Mart. II 40:* detersa nube.

527 *Lucani III 281:* auro . . substringens . . comas. *Verg. Aen. I 658:* colloque monile *(cf. Ov. met. X 264).* 528 *Ovidi a. am. 129:* aures onerate lapillis. 530 *Verg. Aen. II 773:* Visa mihi . . . nota maior imago. 538—542 *ex epigr. Vergili Anthol. lat. 155 Baehr.* 540 *Horati carm. I 7, 15:* deterget nubila caelo.

523 uelur *A* 524 propriore *VP*, propiore *Eq* mater] mr̄ *B* solercio *B* 525 proco V^1, procho V^2 uestesq̃ *A*, i *et* q̃ *add. E;* que *om. B* singula *H* 526 Saepe manu] Se manu *H*, Ipsa manu *Marklandus ad Statii silv. II 3, 71* angustāt *B* angustatiaspide (tatias *in ras.*) P^1, *iterarit in mg. idem*, augusta iaspide *H* 527 gemis *A*, gemmis *B* 528 bacis *B et*, b *ex* u *corr.*, P^1, baccis *q* onerat V^1P, honerat V^2q arures *P* 530 uidenda *B* 531 Obtulit *Em*, *quod deinde in* Optulit *corr. idem* noua] *om. B* 532 Audicto *P* profecta *H*, profe *ex corr.* romore *B* 533 operi decor *A* 534 intulerat] at *in ras. A* disscussa *P*, decussa *H*, discusso *B* 535 subita *H* turris *A* cinctosque *AHA*, cunctosq̃ *q* 536 colles *V*, montes *q* 537 fauens *P* decentior] serenior *Heinsius* 538 Quam uis *P* fedauerat (at *ex* it *corr.*) H^1, fedauerit *B* imbri *P* 540 namque] iam *B*, iamque *E* pluuiis ideo *B*, nō (*vel* aio) pluuis *H*, ideo pluuiis *Eq* 541 Ante diem *H* rudem] udo *Heinsius* manefecerat, *sed corr. H*, madefecerat *B* auster *VP*, austro *q* 543 qua *B*, quod *Emq* ponsa P^1, *separavit* P^2 celle a recedit *B* 544 Muluius *EV*, *glossator ε in Ald.* Miluius pons *adscr. in mg.*, Miluius *HA et in ras. P (m. 1?)*, Milius *B* et] in *VP* 545 undare] uno ore *ABA* 546 uiris] i *alterum in ras. V* aedis *A* 547 Exultant *P* equem *B* amnis *H* 548 Tepāt *B* senes *P* et] *om. B*, et *P* sibi] c *B* fati] fata *VP* 550 quod *prius*] quod P^1 aditu] habitu *Jeepius* qd pector̄ *E* quod *alterum*] quo *P*, que *B* sol *B* 551 currum] ceū *B* patres] partes *B*, pares *H*

Cum tamen Eucherius, cui regius undique sanguis,
Atque Augusta soror fratri praeberet ovanti
Militis obsequium; sic illum dura parentis
Instituit pietas in se vel pignora parci
Quique neget nato, procerum quod praestet honori.
Haec sibi cura senum maturaque comprobat aetas
Idque inter veteris speciem praesentis et aulae
Iudicat: hunc civem, dominos venisse priores.
Conspicuas tum flore genas, diademate crinem
Membraque gemmato trabeae viridantia cinctu
Et fortes umeros et certatura Lyaeo
Inter Erythraeas surgentia colla smaragdos
Mirari sine fine nurus; ignaraque virgo,
Cui simplex calet ore pudor, per singula cernens
Nutricem consultat anum: quid fixa draconum
Ora velint? ventis fluitent an vera minentur
Sibila suspensum rapturi faucibus hostem?
Vt chalybem indutos equites et in aere latentes
Vidit cornipedes: 'quanam de gente, rogabat,
Ferrati venere viri? quae terra metallo
Nascentes informat equos? num Lemnius auctor
Indidit hinnitum ferro simulacraque belli
Viva dedit?' Gaudet metuens et pollice monstrat,
Quod picturatas galeae Iunonia cristas
Ornet avis vel quod rigidos vibrata per armos
Rubra sub aurato crispentur serica dorso.
Tunc tibi magnorum mercem Fortuna laborum
Persolvit, Stilicho, curru cum vectus eodem

565 *Orestis trag. 309:* per singula quaerit. 566 sq. *cf. Sidon. c. V 405 sq.*

556 *Pacatus paneg. Theod. c. 16:* amicis honos habitus est . . . cum essent domi filii *et c. 17:* amicos his *(sc. filiis)* praetulit quos sibi praeferebat. 560 genae florem *Lucanus VI 563 et alii.* 562 *Verg. Aen. IX 362:* umeris . . fortibus. 571 *cf.* ferratos *apud Tacit. ann. III 45.* 573 *Verg. Aen. V 585:* pugnae . . simulacra. *Amm. Marcell. XVI 10, 8:* crederes simulacra, non viros.

552 regius P^{3}, regibus P^{1}, regis *B* 553 augusta P^{3}, angusta P^{1} 554 obsequium *VP*, officium *q*; *cf. epithal. Pall. praef. 8* 555 in se] *om. B spat. vac. rel.*, insçe *P* parti *B* 556 negat *H* quod *Eω* praestet *ABA*, praestat *q* 557 Hec *E*, Hoc *A*, haec *εq* cura] cara *B*: curua *conieci; ita* curua senecta *Ovidius a. am. II 670,* curua anus *Propertius II 18, 20* senum] s, *deinde ras. P*, senum *in mg. idem* 558 ueteres V^{1}, ueteris V^{2}, *item P, sed* i *ex corr., ut vid.*, ueteres *ex* ueteris *corr.* H^{1} 560 Conspicuo $V^{1}PH$, Conspicuas $V^{2}q$ cum *B*, tum *Eq* 561 trabee *ex* trabeo *corr.* H^{1} uiridantia V^{1}, uiridentia V^{2} tinctu *H* 562 fortis *A* umeros P^{1}, h *add.* P^{3}, humeros *q* certatum P^{1}, certatura P^{3}, cūctatura *B* lyeo *V*, liceo *H* 563 erythreos *AA*, eritreas *V* ericteos *H*, ericteas *P* (c P^{3}), ericteos *B* zmaragdos *V*, *A* maragdos P^{1}, smaragdos $P^{3}AHB$, smeragdos *A* 565 simplex] supplex *B*, *item E add. cruce in mg.* calet] l *ex* r P^{1} cernes *H*, currens *Burmannus* 566 anum a *ex corr. P* 567 uelint *P*, *et* int *ex corr.* fluitant *B*, fluitent *Eq* 568 Sibila *Eω* rapturi P^{1}, rapturis *corr. aut* P^{1} *aut* P^{3}, *fort. recte* 569 chalybem *ε*, calybe A^{1}, chalybe A^{2}, calibe *AHB*, chalibe *P* calibem dutos V^{1}, t *in* c *corr.* V^{2}, *deinde* calibe īdutos *corr.* V^{2} inductos (i *in ras.*) *P*, inductos *H*, *sed* ct *insolentem in modum separata, cum soleat exarari* ĉt aere *P* 571 Ferati *B* 572 Nascentes *Emω* informet (a *suprascr.*) P^{1}, informet *V* lennius *VP*, lēpnius *B*, limnius, *sed corr.* H^{1} 573 Indidit *V*, Indidit † addidit P^{1}, Abdidit *H*, Addidit *q* hinnitum] ignitum *B* ferro o *ex* e P^{1} bellis *ABA* 574 Uina *B* pollice] pellie *H* 575 Quod] Quot *Heinsius* gallee B^{1}, galea V^{1}, galee V^{2} cristas] pennas *A* 576 quod] qui *A*, † d *sic add. E*, quot *Heinsius* uibrata V^{1}, ornata V^{3} per annos *A* 577 sub erato *V* crispetur *B* 578 Tunc] Nunc (N *in ras.*) *P*, Tum *A* mercem] sese $P^{1}V^{1}$, mercem $V^{2}P^{3}q$ 579 curru (u *in ras.?*) *P*, circu *B* cum uectus] deuectus *A*

Vrbe triumphantem generum florente iuventa
Conspiceres illumque diem sub corde referres,
Quo tibi confusa dubiis formidine rebus
Infantem genitor moriens commisit alendum.
Virtutes variae fructus sensere receptos:
Depositum servasse, Fides; Constantia, parvum
Praefecisse orbi: Pietas, fovisse propinquum.
Hic est ille puer, qui nunc ad rostra Quirites
Evocat et solio fultus genitoris eburno
Gestarum patribus causas ex ordine rerum
Eventusque refert veterumque exempla secutus
Digerit imperii sub iudice facta senatu.
Nil cumulat verbis quae nil fiducia celat:
Fucati sermonis opem mens conscia laudis
Abnuit. Agnoscunt proceres; habituque Gabino
Principis et ducibus circumstipata togatis
Iure paludatae iam curia militat aulae.
Affuit ipsa suis ales Victoria templis
Romanae tutela togae: quae divite penna
Patricii reverenda fovet sacraria coetus
Castrorumque eadem comes indefessa tuorum
Nunc tandem fruitur iunctis, atque omne futurum
Te Romae seseque tibi promittit in aevum.
    Hinc te iam patriis Laribus via nomine vero
Sacra refert. Flagrat studiis concordia vulgi,
Quam non inlecebris dispersi colligis auri;
Nec tibi venales captant aeraria plausus
Corruptura fidem: meritis offertur inemptus
Pura mente favor. Nam munere carior omni

589 *Paulini epigramm. 47:* causas rerum. 590 *Paulini Petric. vitae Mart. IV 62:* Vicisti veterum . . exempla. 593 *Paulini euchar. 51:* mens conscia sensus. 604 *Corippi Iust. I 295:* plausus . . concordia vulgo. *cf. Sidon. carm. VII 488.*

580 *Horati art. poet. 115:* florente iuventa. 583 *Ovidi met. XIII 430:* commisit alendum. 588 *cf. ad Stil. III 199.* 589 *Iuvenci I 122:* cecinere ex ordine. 593 mens conscia *Verg. Aen. I 604, et alii.*

581 referres *Eω* 583 alendum] *om. H*, abendum *P*¹, habendum *corr. P*³, uel alendum *P*³ alendum commisit *B*, *sed ord. corr. B*¹ 584 uari *H* 586 Praefesscisse *P*, Perfecisse *H* orbi] i *in ras. P*¹, orbum *P*³ foueuisse *P*¹ 588 et] e *B* 589 Gestastim *H* patribus] precibus *B* 590 exempla] ext (a *supra*) *B* sequutus *V*, securus *H* 591 *De* Digerit *cf. Vergili Aen. II 182, Marklandus ad Statii silv. V 1, 39* facta] fata *ς unus* 592 uerbis quae nil] *ita scripsi;* uerbiq3 nihil *A*, *inde* uerbisq3 nil *(sic) corr. E; ergo* q3 *pro* quae *scriptor E accepit;* uerbisq3 nihil *ω* (ę uerbisq3 *P*) fidutia *P* 593 Fugati *V*¹, Fu(s)cati *P*¹, Furcati *A*, Fucati *V*²*ς* concia *H* 594 Gabino] sabino *B* 596 pio landa te *H*, paluclęante *B*¹, paludate *Eς* *(ex* plaudate *corr. P*¹*)* curia *V*², cur iā *V*¹, cur (ia *supra*) *P*¹, cuna *B* 597 Affuit *ω* ales ε *V Isengr. mg.*, talis *ς* 598 pinna *P*¹, penna *VP*²*B*, pompa *HA*, parma *E*, palma *Heinsius* 599 Patricidi *P* fouet] *ex* fuit *V*¹ *corr.* *V. 601—611 iterum ser. H fol. 71 v. in fine panegyrici de Manlii Theod. cons.; lectiones signabit littera π* 601 iunctis *Hπ*, notis *ς* 602 romanę *P* sedeq3 *BP*, *corr. P*¹ 603 patris *B*, paries *A* 604 fraglat (r *ex* a *corr.*) *P*¹ flagratus concordia *B* 605 Quam] Quod *H*, quem *π* illecebris (n *supra*) *P (sed punctum et* n *erasum)*, inlecebris *V*¹ *(corr. V*²*)*, ill. *ς* aurii *(sic) H* 606 uenalis *Aπ* erraria *Bπ* 607 fidem] dei *π* offertur] infertur *H*, effertur *A* inēpty *P*¹, *corr. P*², inemptu(s) *V*, u(s) *V*³ *(fuerat* i?*)*, inemptis *H*, ineptus *B*¹, *corr. B*² 608 munere] *om. A*, *post* nam *add. E*

Obstringit sua quemque salus. Procul ambitus erret:
Non quaerit pretium, vitam qui debet amori.
   O quantum populo secreti numinis addit
Imperii praesens genius! quantamque rependit
Maiestas alterna vicem, cum regia circi
Conexum gradibus veneratur purpura vulgus
Assensuque cavae sublatus in aethera vallis
Plebis adoratae reboat fragor unaque totis
Intonat Augustum septenis arcibus Echo!
Nec solis hic cursus equis: assueta quadrigis
Cingunt arva trabes, subitaeque aspectus harenae
Diffundit Libycos aliena valle cruores.
Haec et belligeros exercuit area lusus.
Armatos haec saepe choros, certaque vagandi
Textas lege fugas inconfusosque recursus
Et pulchras errorum artes iucundaque Martis
Cernimus. Insonuit cum verbere signa magister,
Mutatos edunt pariter tot pectora motus
In latus allisis clipeis aut rursus in altum
Vibratis: grave parma sonat, mucronis acutum
Murmur, et umbonum pulsu modulante resultans
Ferreus alterno concentus clauditur ense.
Vna omnis submissa phalanx tantaeque salutant
Te, princeps, galeae. Partitis inde catervis
In varios docto discurritur ordine gyros,
Quos neque semiviri Gortynia tecta invenci
Flumina nec crebro vincant Maeandria flexu.

615 *Sidon. c. VIII 9.*

615 *Verg. georg. II 391:* vallesque cavae. 621 *Livius V 27, 2:* lusus exercendique causa, *Cicero de fin. I 69:* ludicra exercere. 622—640 *cf. Verg. Aen. V 578 sqq.* (texuntque fugas). 631 *Verg. georg. IV 184:* omnibus una. 633 *Taciti Germ. 6:* variare gyros.

609 Astringit *B*, Obstrinxit *V*, Obstringit *Eq* errat BP^2, erret EP^1q 610 quạ erit *P*, querit *V*, quaerat *EA*, queret *HπB* debet V^3, dedit V^1 Non quaerat pretio uitam *coni. Heinsius, Schraderus* 611 nominis PV^1, numinis V^3q 612 genius H^1, species H^3VPBAA, *crucem supra scr. et in mg.* uel genus *(sic) Em*, generis *ε* rependit ı *H (sic)* 613 uicem] fidem *A* circi] *ex* tirci *corr.* H^1 614 Conexum *VPB*, Connexum *q*, Connixum *Scaliger; sed ita de apibus Vergilius georg. IV 257:* pedibus conexae ad limina pendent, *ubi frustra difficultates movit Heynius* 615 Assensuq; *V*, Aç̣ ssensuq; P^1, Consensuq; *q* ethere *B* ḅallis (u *supra*) *cum ras. P* 616 odorate *B* roboat *BA* totus *A* 617 Intonat — septenis *in ras.* P^1 septhenis P^1 artibus BP^1, arcibus P^2, collibus *M* oecho *A*, etho P^1, ecbo P^2, eccho *H* 618 cursus] currus *H* assueta aduecta *HA* 619 Tingunt *ς* arua] arma *P* trabes] tigres V^2HBAA; *cruc. supra scr. et in mg.* trabes *Em*, trabes $εV^1$, traues P^1, b *supra scr.* P^2 hạerene *P* 620 D iffundit *P*, Diffundit V^1, Diffundunt V^2, Difudit *B*, Ditfudit *q* lybicos *VP*, libicos *HB* 621 Haec] Hic *AB* aera *B*, area *Emq* lusus] ludos *H* 622 haec] *scripsi*, hic *ω*; hac sepe *Heinsius; immo area antea* saepe *exerceri ludicrum viderat, cf. exempla* certaq; V^3, certare *(?)* V^1 623 Textas] *ex* Testas *corr. A*, Testas *B* inconfusoque *A* recessus V^1, recursus V^3 624 pulcras *E* errorum] eu rerum *B* artes] arcos *B*, acies *Claverius; hinc* erronum acies *Heinsius* 626 Mutatos P^2, Mutatus P^1, Mutatosque *ed. Pulmanni* educ̄ *B* tot *Eω* 627 allisis *Eω* 628 Vibrātis, *sed virgula erasa P* acuti *AA* 629 Murmur et] Murmure̲t *P*, *separ.* P^3, Murmure et *edd. Minellii, Gesneri* mucronis acutum Murmura *(sc. sonant) Heinsius* resultans V^1HP, resultat V^2q 630 cocentus *(sic) Em*, contentus *BA* clauditur] plauditur *Scaliger* 631 Uni omnis *Heinsius*, Vnanimis *ego* (Una animis *ς fere unus*); *de forma vocis cf. indicem* subnixa *ABA* falanx *P*, fallās *B* 632 princes *P* partạtis (i *supra*) P^1 633 docte *B* discurrit *P*, discūtur *B* ordine] agmine *A* giros *PHAB* 634 semiuiri *Emε*, semiseri *P*, se miseri *A*, semiferi *q* Gortynia *ε*, gortynia (c *supra*) V^1, cortinia *q* 635 nec] uc *B*, uel *ε*, nec *Emq* meandria *VBH*, inandria P^1, menan(dria) P^2

Discreto revoluta gradu torquentur in orbes
Agmina, perpetuisque inmoto cardine claustris
Ianus bella premens laeta sub imagine pugnae
Armorum innocuos paci largitur honores.
    Iamque novum fastis aperit felicibus annum
Ore coronatus gemino; iam Thybris in uno
Et Bruti cernit trabeas et sceptra Quirini.
Consule laetatur post plurima saecula viso
Pallanteus apex: agnoscunt rostra curules
Auditas quondam proavis, desuetaque cingit
Regius auratis fora fascibus Vlpia lictor,
Et sextas Getica praevelans fronde secures
Colla triumphati proculcat Honorius Histri.
Exeat in populos cunctis illustrior annus,
Natus fonte suo, quem non aliena per arva
Induit hospes honos, cuius cunabula fovit
Curia, quem primi tandem videre Quirites,
Quem domitis auspex peperit Victoria bellis!
Hunc et privati titulis famulantibus anni
Et, quos armipotens genitor retroque priores
Diversis gessere locis, ceu numen adorent:
Hunc et quinque tui vel, quos habiturus in urbe
Post alios, Auguste, colant. Licet unus in omnes
Consul eas, magno sextus tamen iste superbit
Nomine: praeteritis melior, venientibus auctor.

---

640 *Divis. orbis terr. (geogr. min. p. 20 Ries.):* aperit cum fascibus annum. 646 *Sidon. c. II 545:* fora Ulpia.

---

636 *Ovid. met. III 42:* orbes torquet. *Martian. Capellae II 118:* quid torqueat orbes. 648 *cf. Statii silv. I 1, 51.*

---

636 Discerto *H* 637 perpetuis (*om.* que) *BH* in moto *P* (*fuerat* immoto), immotoqȝ *B*[1] (qȝ *del. B*[2]), immoto *ϛ* claustris] clathris *ε*, clautris *P*, clathris *probabat Heins. ad Stil. III 272* 638 laeta] lete *M* pugnae] *om. H*, pugne, p *in ras. P* 639 innocuos] i *ex* a *corr. H*[1] 640 aperit] aperto *B* 641 thybris *EV*, tybris *PH*, tibris *ϛ* inuno *P*[1], anno *P*[2] 642 cernunt *H* 644 Pallantés (*hamulum m. 2) B* cuṛrules *P* 645 quonda *H* dissuetaqȝ *A*, i *in* e *mut. E* 646 Regius *AA*, Regnis *B*, Regibus *V*[1]*PH*, legibus *V*[2] auratis] *ex* auratas *corr. B*[1] fassibus *B* ulpïa *P* 647 E t (*1 litt. crasa) V* sexta geticas *A* gethica *H* praeuelans] *ex* reuelans *corr. H*[1], preuolans *P*[1], preuallans *P*[2] securis *A* 648 hystri *V* 649 in populo (s *supra*) *V*, inpopulo *P* annis (u *supra*) *V*, annis *B*, annus *Eϛ* 650 Natus sponte sua *Heinsius* 651 Induit] Imbuit *ς* hopes *P* honos] honor *AB* curis *P*, cui *V*[1], cui *V*[2], cuius *Eϛ* 653 Quem *Eω* 654 titulus *B* 655 retroqȝ *VA*, regesqȝ *AHB*, reqȝ *P*[1], ges *supra scr. P*[2] 656 locis *P*[2], lecis *P*[1] adoraet *V* (*virgulam V*[2]), adherent *B* 657 Hunc] Nunc *A* urbe] urbem *V*, orbem *P* 658 omnis *A* 659 iste] ille *B*, esse *PV*[1], iste *V*[2]*ϛ*, ipse *Claverius*, ecce *Heinsius* Expl Paneguricus de Sexto con | sulatu honori Augusti. INC. de bello Gothico praefatio. *Em.* de cons honor aug explicit Incipit excusatio pro se *V*. DE CONS HONORI AUG. V. EXPLICIT. *P*.

DE BELLO POLLENTINO SIVE GOTHICO.

PRAEFATIO.

Editum a. 402 med.

(XXV.)

Post resides annos longo velut excita somno
  Romanis fruitur nostra Thalia choris.
Optatos renovant eadem mihi culmina coetus
  Personat et noto Pythia vate domus:
Consulis hic fasces cecini Libyamque receptam.
  Hic mihi prostratis bella canenda Getis.

Sed prior effigiem tribuit successus ahenam,
  Oraque patricius nostra dicavit honos;
Annuit hic princeps titulum poscente senatu.
  Respice iudicium quam grave. Musa, subis!
Ingenio minuit merces properata favorem.
  Carminibus veniam praemia tanta negant:
Et magis intento studium censore laborat,
  Quod legimur medio conspicimurque foro.

---

1 *Ovidi met. II 779:* Nec fruitur somno . . excita. 2 *cf. ad Manlii Theod. praef. v. 2.*

Cl. Clau. praefatio de victoria Stiliconis contra Alaricum *A, id quod non del. Em addens* Expl Paneguricus de sexto cou|sulatu honori Augusti. INC. de bello Gothico praefatio. Incipit de Bello Gothico Praefatio *C. Item* Debello Gothico *cod. Santenianus saeculi IX (Hauptii opp. III 425). In V hoc carmen deest, item praefatio, sed carmini „de aquila", quod infra in carminum minorum appendice legitur. subscripsit V^1:* Explic. de aquila. Incipit de bello pollentino; V^2 *add.* lib! inc. *Ceterum vide quae in prooemio de cod. V exposita sunt. Indicem omm. q.* Hic liber de bello getico *glossator in II; item* De bello getico ς *nonnulli (id quod sumptum videtur ex v. 380, cf. VI cons. 124), alii etiam aliter. Et operum quidem index in M fol. 124 titulum ponit* de bello Pollenciaco *unde Claverius* De bello Pollentiaco; *cf. J. Koch de codd. Cuiac. p. 47 et 33.*

1 Post] ost *P*, *P suppl.* P^2 uelud *IIP* exita *B* sonno *P* 2 talia *PBII* 3 renoūāt *P virgam supra* a P^2, renocant *M* cętus *C*, cantus *Heinsius* 4 noto] *ex* nota *corr.* P^1, noto *B* phythia *E*, pynt ia (*i. e.* pynthia) C^1, phitia *PB*, phicia *II*, Flauia *Paul progr. a. 1866 p. 30* 5 fascis P^1II, fasces P^2 cecini *P* (t *eras.*), *item* cecini (t *eras.*) *II* lybiamꝗ *CII*, libiamꝗ *PB* 6 gethis *PII* 7 successus] *ex* succensus *corr.* P^1, succensus *II* aenam *EmC*, ahenam ε *vetus Cuiacii*, amenam *PIIB*, amoenam *AA*, *cruc. supra scr.* E 8 nostra] ura *B* 9 anuit *B* hic] hunc *A*, huic *II*; *„immo* hic *in Pythia domo (cf. v. 5) honorem ei tribuit imperator" J. Koch* princeps *A* 10 quam] quę *A* subis musa *B*, *corr.* B^1 11 Ingenio P^1, Ingeniū P^2 /minuit *II* 13 intento , o *ex corr. II* censore] r *ex corr. II*, censisse *Emε* laborat *A*, *inde* baborat *(sic) E*, laborant P^1 *Temptavi ex E:* Et magis intentos studium sensisse laborat, *i. e.: studio meo molestum est sentire homines ideo magis intentos esse, quod in foro conspicior.*

Materies tamen ipsa iuvat solitumque timorem
   Dicturo magna sedula parte levat.
Nam mihi conciliat gratas impensius aures
   Vel meritum belli vel Stilichonis amor.

(XXVI.)

Intacti cum claustra freti, coeuntibus aequor
Armatum scopulis, audax irrumperet Argo
Aeetam Colchosque petens, propiore periclo
Omnibus attonitis, solus post numina Tiphys
Incolumem tenui damno servasse carinam
Fertur et ancipitem montis vitasse ruinam
Deceptoque vagae concursu rupis in altum
Victricem duxisse ratem: stupuere superbae
Arte viri domitae Symplegades et nova passae
Iura soli cunctis faciles iam puppibus haerent,
Vt vinci didicere semel. Quodsi ardua Tiphyn
Navis ob innocuae meritum sic gloria vexit,
Quae tibi pro tanti pulso discrimine regni
Sufficient laudes, Stilicho? Licet omnia vates
In maius celebrata ferant ipsamque secandis
Argois trabibus iactent sudasse Minervam
Nec nemoris muti iunxisse carentia sensu
Robora, sed caeso Tomari Iovis augure luco
Arbore praesaga tabulas animasse loquaces;

1 sqq. *Ad hoc prooemium monca fabulam de Argonautis etiam ab aliis cum Alarici expeditionibus compositam esse, cf. Zosimus V 29 ibique Mendelsohnius.*

1 sqq. *cf. Valeri Flacci IV 690 sqq., Statii Theb. V 335 sq.* 12 *Verg. Aen. X 303:* carinae . . . innocuae. 15 *Sallusti Iug. 73, 5:* in maius celebrare; *Livius XXI 32:* ferre in maius . . . fama solet; *cf. Amm. Marcell. XVI 10, 17.* 17 *Lucreti II 990:* carentibus . . sensu. 18 *Valeri Flacci I 303:* Dodonida quercum . . . famulam Iovis. 19 *Orphei Argon. 712:* λάλος τρόπις.

15 iuuas *B?* timorem] timoris *Eε, fort.* solitosque timores *volebat* 16 leuat] iuuat *ε*, uinat (*non* iuuat) *Em* 17 Iam *B* auris P^1, aures P^2 18 belli *C*, libri *q*

Incipit Liber Primus De Bello Gothico *C* *Inscr. quam habet A, del. E; omm. q*

1 Intacti (I *m. 2*) *P* claustra] lustra *C* freti . . *P* coeuntibus] cohibentibus *Hertel; sed* aequor *ad* claustra freti *quasi appositio est* 2 Artatum *Scaliger* inrumperet *H*, irruperat *C*, irrūperet, *virgulam m. 2, P* argos *B*, argo *Eq* 3 Aeetam *ε*, *item* A^1 *in ras.*, Aetam *C*, oetham *E*, oethẹam *P*, oetam *B*, oetheam *ex* otheam *corr.* H^1, Aeeten *Scaliger*, Aeeam *Barthius* Colchosqꝫ *ε*, coleosqꝫ P^1, h *add.* P^2, calchosqꝫ *B* propiore P^1, grauiore P^3, propriore *CH* periculo *B* 4 numina] umina *in ras.* H^1 Tiphys] typhis *APC*, tiphis *q* 5 Incolumen *AC*, Incolū *B* 6 ancipitē (*virg. m. 2*) *P* montis] *ex* meritis *corr.* P^1 7 Deceptqꝫ *B* uage *E*, uage/ . *H*, e *ex* i *corr.* concussu *P*, concursu H^1, cū (cursu) *add.* H^2 8 superb^{ae}e *P* (a *m. 1?*), superbi *B* 9 simplegades *HB*, siplegades *P* 10 cunctis faciles *Eω*, *nisi quod* facile *C* pupibus *PB* horrent *B* 11 Tiphyn] typhin *C*, tiphin *H*, typhim *AP*, tiphim *BA* 12 ob] *ex* ab *corr.* P^1, ab A^1, ob A^2q (*in ras.* H^1) 13 pulso *Emω* tantis . . . regnis *Heinsius* 14 Sufficerent *M*, Sufficiant *ς fere unus* 15 maius] mai . us (*fuit* manus?) *H* sedis (*i. e.* secundis) *C*, *item* sed'is B^1, secandis B^2 16 iactent *CA*, iactant P^1, iactant *q*, iactant sudasse mineruam *in ras.* H^1 17 Nec P^1 muti *C*, tantum *q*, tantum *bis scr. A, sed corr.* iunxisse *Eω* 18 sed P^1, nec P^2 cesso *A*, *corr.* A^2, caesa *Heinsius* Tomari] *sic* A^2 *in mg. quod servari*, teneri *ε? (scriptura tenuior, videtur tamen ε esse), idem ε in mg. inferiore:* Tomari legunt quidam, a monte de quo Plin. et Strabo *eqs.*, tonari *C*, teneri *AB et* (i *in ras.*) A^1, tenœri *ex* tenari *corr.* H^1, tōn̄ *P*, monitus *vetus Cuiacii, quod fuisse conieci* montis (*sed cf. Koch. p. 44*); Tmarii *Heinsius. Immo „Tomarus Iuppiter ut Poeninus al." Buechelerus; minus placeret interpretari: „caeso luco Tomari montis eo, qui augur Iovis est"* aug̅ P^1, *corr.* P^2, augurie *H* 19 presagas *A* tabulas (u *ex corr.*) C^1

Plurima sic quamvis variis miracula monstris
Ingeminent, teneras victuri carmine mentes,
Harpyiasque truces insopitisque refusum
Tractibus aurati custodem velleris anguem
Et iuga taurorum rapidis ambusta favillis
Et virides galeis sulcos fetasque novales
Martis et in segetem crescentis semina belli:
Nil veris aequale dabunt. Prohibere rapaces
Scilicet Harpyias unaque excludere mensa
Nobilior titulus, quam tot potuisse paratas
In Latii praedam Geticas avertere fauces?
Anne ego terrigenas potius mirabor in ipsis
Procubuisse satis, vitae quibus attulit idem
Principium finemque dies, quam caesa Getarum
Agmina, quos tantis aluit Bellona trophaeis
Totaque sub galeis Mavortia canuit aetas?
    Per te namque unum mediis exuta tenebris
Imperio sua forma redit claustrisque solutae
Tristibus exangues audent procedere leges.
Iamque potestates priscus discriminat ordo
Iustitiae, quas ante pares effecerat una
Nube timor. Tua nos urgenti dextera leto
Eripuit, tectisque suis redduntur et agris
Damnati fato populi, virtute renati.
Iam non in pecorum morem formidine clausi
Prospicimus saevos campis ardentibus ignes
Alta nec incertis metimur flumina votis
Excidio latura moram nec poscimus amnes
Vndosam servare fidem nubesque fugaces
Aut coniuratum querimur splendere serenum.

40 *Orestis trag. 221:* Audacem facit ipse pavor.

23 *Ovidi her. 6, 2:* auratae vellere . . ovis. 26 *Lucani III 150:* semina belli. 41 *cf. Verg. Aen. II 134:* er. leto. 46 sqq. *ex Mamertino. pan. Maximiani 7.*

20 sic] *scripsi,* sed ω, uel ς *unus* narii H^1, s *add.* H^2 21 teneras] ras *ex corr.* *H* uicturi *EH,* uincturi *q*, uicturo ς, uincturo *M* mentis P^1, mentes P^2 22 Harpiasq; *H*, arpyasq; *C*, arpiasq; *PBA* insipitisq; *P*, *sed corr. m. 1,* insopitisq;, i *ultima ex* a *corr.* H^1 23 custod'e (e *supra*) *B* ueleris *A* 25 uiride^s *H*, index *B*, nitidos *Jeepius* sulcos] *ex* suecos *corr.* *P* nonalis *P*, nonales, e *ex* i H^1, t uellis *add.* H^1 26 crescentis *Eω*, crescentia ς semine *B* 27 rapacis HP^1, rapaces P^2 28 harpias *A*, arpyas, y *ex* i *corr.* C^1, arpias *PBH* excludere] excl *ex corr.* H^1; *fueratne* educere? 29 titulis *A*, titulus *Eq* 30 lacii *H* praeda *B* 31 An ego *APC*, Anne ego *A*, Haut ego *H*, En ego *B*; *legitur* An ego *apud Iuvencum III 326* terrigenas] ri *ex corr.* H^1, terigenas P^1, *corr.* P^2 32 uite P^3, inte P^1 33 cessa P^1, cessa *A* 34 aluit] ualuit (*sive* caluit) *scripserat C*, u *prius paene eras.*, aluit *in mg.* C^1 35 galeis *Eω* mauorcia *H*, mamorcia *B* canuit] *om. B spatio vacuo relicto* 36 Per te] Perte *ex* Parte *P*, Parte *sive* Parce *H* unum] *ex* inum *H*, unum P^3, nuū (*vel* miū) P^1, uirum *B*, iterum *Heinsius* exuta] excita ς *pauci; cf. varia lectio Rufin. II 475* 37 redit] reddit *B* 39 priscus] praescus *P* 40 Justiciae *H*, *sed* e *add. m. 2* ante una pares H^1 suffuderat *Heinsius;* offecerat *idem;* offuderat *Schrader* 41 Nube] *cf.* Una nube latent *apud Statium Theb. VI 421, sed illud audacius* urgenti] ingenti *B* letō *A*, *unde* leto *E*, leto *C* 42 tectisque] i *ex* a *corr.* *H*, rectisq; *B* et agris] in agris *B* 43 Dapnari P^1, *corr.* P^2 44 mortem *P*, *item* mortem *H* 45 ignis P^1, ignes P^2 46 metitur *B* flumina] fulmina ε 47 lotura *B*, *corr.* B^1, latura *ex* latera P^1 morem *A* nec *EPH*, non *q* poscimus P^2, posimus P^1, posumus *corr.* P^1 amnes] ānis P^1, ānes P^2H^2, amnis *ex* amnus *corr.* H^1 48 nubesque] nubesue *C* fugaces] fugatas *C* 49 coniurati P^1, coniuratū *corr.* P^1

Ipsa quoque internis Furiis exercita plebis
Securas iam Roma leva tranquillior arces:
Surge, precor, veneranda parens, et certa secundis
Fide deis humilemque metum depone senectae.
Vrbs aequaeva polo, tum demum ferrea sumet
Ius in te Lachesis, cum sic mutaverit axem
Foederibus natura novis, ut flumine verso
Irriget Aegyptum Tanais, Maeotida Nilus,
Eurus ab occasu, Zephyrus se promat ab Indis
Caucasiisque iugis calido nigrantibus Austro
Gaetulas Aquilo glacie constringat harenas.
Fatales hucusque manus: crebrisque notatae
Prodigiis abiere minae. Nec sidera pacem
Semper habent, ipsumque Iovem turbante Typhoeo,
Si fas est, tremuisse ferunt, cum brachia centum
Montibus armaret totidem spiramque retorquens
Lamberet attonitas erectis anguibus Arctos.
Quid mirum, si regna labor mortalia vexat,
Cum gemini fratres, genuit quos asper Aloeus,
Martem subdiderint vinclis et in astra negatas
Temptarint munire vias steteritque revulsis
Paene tribus scopulis caelesti machina bello?
Sed caret eventu nimius furor; improba numquam
Spes laetata diu nec pervenere iuventae
Robur Aloidae: dum vellere Pelion Otus
Nititur, occubuit Phoebo, moriensque Ephialtes
In latus obliquam proiecit languidus Ossam.
Aspice, Roma, tuum iam vertice celsior hostem.

56 sqq. *cf. Sidon. c. V 282 sqq.* 69 *Corippi Ioh. VI 767:* negatam Temptat adire viam. 72 *cf. Alc. Aviti c. IV 128.*

53 *Statii Theb. II 688:* pone metum nimiumque secundis Parce deis. 54 *cf. Plini hist. nat. XVI 86:* aequaeva urbi. 58 *Verg. Aen. II 260:* se promunt *quod contra Kvíčalam recte defendit Georges Annal. Fleckeiseni 123 p. 511; cf. Claudianum* 64 ferunt, *sc. Ovidius met. V 321 sq., fast. I 573, IV 492;* centimanum Typhoea *met. III 303.* 72 *Phaedri I 20, 1:* stultum consilium effectu caret. 73 *Homeri Od. XI 317: εἰ ἥβης μέτρον ἵκοντο, cf. Quinti Smyrn. I 516.* 77 *Verg. Aen. III 679:* vertice celso.

50 Ipsa] *ex* Spā *corr. H* internis *EPHC*, interius *BA* 51 leua *A*, leuat *q* transquillior *P* 52 certa] tuta H^2, certa H^1, cuncta *B* 53 diis *C* humilemque] humilisque *Heinsius* *levem ras. post* senectae *C* 54 polo] popto *P, sed corr. m. 1* tunc *E* sumet *Eω* (sūmet *B*) 55 in te] *ex* uite *corr. P* lachesis] *ex* lacessis *corr.* P^1 mutauerit *Eω* auxem *P* 56 nouis] suis *A* 57 tanais egiptum *H, sed corr.* egiptum *P*, egiptū *bis scr. B, corr.* B^2 thanais *A*, tanays *P* meotina P^1, meotida P^2, meo^ti^da H^1 58 zephirus *HP*, zefirus *B* prodat *ς, sed cf. Verg.* 59 Caucaseisq; *ω* 60 Getulas *PHB* constringit A^1, constringat EA^2q habenas *B* 61 Fatales *CB*, Fatalis *Eq* huc usque *H, fuit* nunc usque, nuncusque *A cf. bell. Gildon. 256* crebisq; *B* notare *B*, notate *Eq*, † nociue P^3 62 abiere *Eω* minae] ine *in ras.* H^1 63 que] *om.* B^1, *add.* B^2 typhoeo *A*, tropheo P^1, typheo P^2, typhęo *C*, tipheo *B*, ti pheo *H* 64 tremuisse *EεCH*, timuisse *q* 65 spiramq; *Eω* 66 Lanberet *B* archtos *P* 67 regnā *P* 68 aloeus *C*, alēus P^1, aleus *BA*, *idem ex* alius *corr.* H^1 69 Mart^s^e *P* subdiderint] sub *ex* si *corr.* H^1 70 Temptarint H^1PC, Temptarunt H^2B, Tentarint *EA* reuuls' *B* 71 celestis celesti *(sic) P, sed* celesti *del.* P^1; caelestis *non scripsit poeta fugiens sigmatismum* *V. 72—74 om.* A^1, *suppl.* A^2 72 nimius] *ex* unius P^1 73 puenere *H. De sententia cf. locum Odyssiae.* 74 Robora *C*, Robora *ex* Robur *corr.* H^1, Robur *q* aloidę *CA*, aloide *Em*, alioiade P^1, alcide *B*, aleiade *ex* alciade *H* otus *C*, othus *A*, othis P^1, ots *B*, osse *H*, othrys *A* (othyn *Ald., unde* othryn *ε posterior*) 75 decubuit *B* phębo *C*, phebo *PBH* elphialtes P^1 76 languidus] *ex* languior *inter scribendum corr.* H^1

Aspice, quam rarum referens inglorius agmen
Italia detrusus eat quantumque priori
Dissimilis, qui cuncta sibi cessura ruenti
Pollicitus patrii numen iuraverat Histri
Non nisi calcatis loricam ponere rostris.
O rerum fatique vices! Qui foeda parabat
Romanas ad stupra nurus, sua pignora vidit
Coniugibus permixta trahi: qui mente profundas
Hauserat urbis opes, ultro victoribus ipse
Praeda fuit: nostri quondam qui militis auro
Aggressus temptare fidem, desertus ab omni
Gente sua manibusque redit truncatus et armis.
Hoc quoque, quod veniam leti valuere mereri,
Sic positis pendas odiis: ignoscere pulchrum
Iam misero poenaeque genus vidisse precantem.
Quae vindicta prior quam cum formido superbos
Flectit et assuetum spoliis affligit egestas?
Sed magis ex aliis fluxit clementia causis.
Consulitur dum, Roma, tibi, tua cura coegit
Inclusis aperire fugam, ne peior in arto
Saeviret rabies venturae conscia mortis:
Nec tanti nomen stirpemque abolere Getarum,
Vt propius peterere, fuit. Procul arceat altus
Iuppiter, ut delubra Numae sedesque Quirini
Barbaries oculis saltem temerare profanis
Possit et arcanum tanti deprendere regni.
Quamquam, si veterum certamina rite recordor,
Tunc etiam, pulchra cum libertate vigerent
Et proprio late florerent milite patres,
Semper ab his famae petiere insignia bellis.

---

82 *idem iuramentum Orosius VII 37.* 87 *Phocae vit. Vergil. 100:* Praeda fuit. 103 *Rutilii de red. II 42:* Proditor arcani qui fuit imperii.

78 *Statii Theb. IV 82:* ne rara movens inglorius iret Agmina. 79 *Verg. Aen. II 274:* quantum mutatus ab illo Hectore. 82 *Florus II 4 (de Gallis):* non prius soluturos se baltea quam Capitolium ascendissent. 86 *Martial. IX 82, 4:* hausisti .. opes. 101 sq. *Livius XXVI 13:* deum delubra .. temerata. 103 *cf. de* arcano imperii *Taciti ann. II 36, hist. I 4.*

78 *om. AP.A;* ||R Aspice *(sic)* quam rarum referens inglorius agmen *add. Em* *V. 77 et 78 inverso ordine Ald.; ordinem corr. ε* 79 detrusus] *ex corr. P* eat] abit *P³A,* erat *B* 80 Dissimilis *Ald., primam iota ε* cunta *H* ruenti *P³,* reuerti *P¹,* tuenti *B* 81 Pollicitus] Pollitus *P¹, corr. P²,* Pollintus *B* iurauerat] i *ex* r *H* istri *B,* hystri *C,* histri *Eq* 82 nisi] n *ex* m *corr. B* rostris *Eω* 84 //pignora (pig *in ras.*) *P* uidit] uidet *A* 85 profundas *εCH,* profunda *q; cf. l. Stil. III 223; ablativus defendi possit Sallusti Iug. 81, Cic. pro Sestio 93, Sallusti epistul. Mithridat. 5:* cupido profunda . . . divitiarum. 86 ipse] ille *H* 87 multis auaro *B* auro] *add. H²* 88 Adgressus *H* ub *A,* ab *E* 89 manibus reddit *B* 90 Hoc *H¹,* hic *H²* leti] litui *C* 91 Sic positis] *rescripsi,* Si poiti *B,* Si positis *q* (i *ultima ex* a *corr. H*); *scilicet Romam adloquitur poeta, cf. v. 77 et 96;* Sepositis *Paul;* „si *verum puto; hoc quoque si recte taxas, pulcrum est eqs.“ Buechelerus* plulcrum *P* 92 que] *in ras. H¹* 93 uīc dicta *P,* uindica *H* 94 affligit] astringit *H* 95 clausis *H* 97 ne] nec *P* peior] peius *Heinsius* inarcho *P¹,* inarto *P²* 98 concia *H,* conscia *Emq* (nuncia *ε*) mortis] i *ex corr. H¹* 99 tanti] rati *B* stirpeq; *B* 100 propius] proprius *CPHA,* prius *B* pētere *(virg. erasa) P¹,* re *add. P²,* petere *B* fuit procul] *in ras. H¹* arceat] c *in ras. H,* arceat *ex altea corr. P¹* altus] actus *B* 101 Iuppiter *C,* Iupiter *q* Iupiterte ut *H* sedesq; *Eε,* sedemq; *ω (ras. supra* d *P)* 102 probanis *P* 103 Possit *Eω* deprehendere *BA* *V. 104 om. B¹, add. B²* 104 si ueterum] *ex* sine tamen *corr. P¹* certamine *A¹, corr. A²* 106 late] latie *sic scripserat H, sed* i *eras.* 107 ab iis *A*

Quae diversa procul tuto trans aequora vires
Exercere dabant: currus regumque catenae
Inter abundantis fati ludibria ductae.
At vero Italiam quotiens circumstetit atrox
Tempestas ipsumque caput laesura pependit.
Non illis vani ratio ventosa furoris,
Sed graviter spectata salus ductorque placebat
Non qui praecipiti traheret semel omnia casu,
Sed qui maturo vel laeta vel aspera rerum
Consilio momenta regens, nec tristibus impar
Nec pro successu nimius, spatiumque morandi
Vincendique modum mutatis nosset habenis.
Cautius ingentes morbos et proxima cordi
Vlcera Paeoniae tractat sollertia curae
Parcendoque secat, ferro ne largius acto
Inrevocandus eat sectis vitalibus error.
 Sublimi certe Curium canit ore vetustas,
Aeaciden Italo pepulit qui litore Pyrrhum,
Nec magis insignis Pauli Mariique triumphus,
Qui captos niveis reges egere quadrigis;
Plus fuga laudatur Pyrrhi quam vincla Iugurthae;
Et, quamvis gemina fessum iam clade fugavit,
Post Decii lituos et nulli pervia culpae
Pectora Fabricii, donis invicta vel armis,
Plena datur Curio pulsi victoria Pyrrhi.
Quanto maius opus solo Stilichone peractum
Cernimus! Hic validam gentem, quam dura nivosis
Educat Vrsa plagis, non Chaonas atque Molossos,

135 *Sidon. c. V 433:* qui Chaonas atque Molossos.

113 *Vopisci Saturnin. 7, 4:* viri ventosi furibundi. 115 *Ennius ann. 422 M:* praecipe casu. (*Lucani II 147:* simul omnia.) 116 *Livius IV 13, 5:* maturis . . consiliis. 124 sq. *Ennium respicit, cf. Zwei politische Satiren p. 68.* 125 *Ennius annal. v. 275 M.:* Aeacidas Pyrrhus. 131 *Ennius annal. 214 M:* quem nemo ferro potuit superare nec auro.

108 diuisa *εHC*, diuersa *Aq* procul] procul dubio *P*, dubio *del.* P^1 tuto] tanto *P*, tota *B*, tutas *Heinsius* 109 Exercere *Eω* currus] cirrus *A*, c *ex corr.*; currus *iuxta* reges *offendit*, ũrbes *conieci; urbium enim simulacra vehebantur, quode cf. l. Stilich. III 23* 110 habundantis *BHP* 111 uero] nō *B* ytaliam *P* circāstetit *B*, circumstitit *E* atrox] *an* atra? *ita Verg. Aen. II 516* 112 capud *H* lesū *B* pependit ł petitū B^1, petiuit *Heinsius* 113 ratio] rō, *inde* ratio H^1 furoris *εH*, fauoris *q*; *furor hic opponitur maturo consilio v. 116 sq.; et cf. Vopiscum* 114 doctorq; H^1P^1, ł ductor *add.* P^1, ductorq; EH^2q placebat, a *ex* i P^1 115 qui] q; *B* semel] simul *M*; *ita sane* simul omnia *Lucanus l. l.; sed hic* semel *proprio cum pondere dictum est.* 116 uel] uet *P* leto *B* aspera] prospera *B* 117 inpar *P* 118 Nec] Ne *H* pro] pre *A*, post *Heinsius* nimius H^2, minuas H^1P^1, tumidus P^1 (*vel* P^3) *in mg.* 119 modum *Eω* abenis *E* 120 ingentis AP^1, ingentes P^2q; *expectes* internos *vel* ingenitos 121 poeoniae *A*, peonie *PH*, poenie *B* 123 In reuocandus *A*, Inreuocandus *PC*, Irr. *q* nictalibus *B* 124 curium P^2, cursū P^1, currum *H* canit] it *in ras. P* netusteas P^1 125 Aeacidem *A*, Eaciden (*fuerat* m) *H*, Eacid' *P*, Eacidē *B* ytalo *ex* ytali ā P^1 /pepulit *H* pyrrum *PH*, pirrum *B* *V. 126 om. B* 126 Non *H* insigni P^1, *corr.* P^2 pauli mariiq; *Eω* 127 quadrigis] triumphis *A* 128 laudatur] lau *ex* qui (?) *corr.* H^1 pirri *PB*, pyrri *H* iugurte *PHB*, iugurtę *A* *V. 128 paene suspiciosus; „supple* enim; *nam quod Curii triumphum magis insignem dixit, pro argumento hoc addit Cl., in poesi maxime Romana magis laudatam esse Pyrrhi cladem quam Iugurthae“ J. Koch* 129 fugauit *AB*, fugarit *q*; *cf. Archiv. lexic. IV p. 591.* 130 detii AP^2, ditii P^1 131 inuita *P* 132 Curio] *om. H, in mg. supp.* H^1, curii *E*, uirio P^1 pyrri *H*, pirri *PB* perculsi gloria Pyrrhi *Paul* 133 peractum] *ex* perartum *ut vid. P* 134 dura (t *m. 2*) *P* niuosas P^2, uinoris (?) P^1, niuosis P^3 135 plagis P^2, plagas P^1, ingis P^2 *mg.* caonas *PHB* molosos *EPB*, molosas *H*

Quos Epirus alit, nec Dodonaea subegit
Agmina fatidicam frustra iactantia quercum.
    Primus fulmineum lento luctamine Poenum
Compressit Fabius, campo post ausus aperto
Marcellus vinci docuit, sed tertia virtus
Scipiadae Latiis tandem deterruit oris.
Vnus in hoc Stilicho diversis artibus hoste
Tris potuit complere duces fregitque furentem
Cunctando vicitque manu victumque relegat.
    Atque haec tanta brevi. Miscentem incendia Pyrrhum
Sustinuit toto maerens Oenotria lustro,
Et prope ter senas Itali per graminis herbas
Massylus Poeno sonipes vastante cucurrit
Hannibalemque senem vix ad sua reppulit arva
Vindex sera patrum post bellum nata iuventus.
Hic celer effecit, bruma ne longior una
Esset hiems rerum, primis sed mensibus aestas
Temperiem caelo pariter belloque referret.
    Sed quid ego Hannibalem contra Pyrrhumque tot annis
Certatum memorem, vilis cum Spartacus omne
Per latus Italiae ferro bacchatus et igni
Consulibusque palam totiens congressus inertes
Exuerit castris dominos et strage pudenda
Fuderit imbelles aquilas servilibus armis.
Nos terrorum expers et lusu mollior aetas
Deficimus queruli, si bos abductus aratro,
Si libata seges. Non hanc ergastula nobis
Inmisere manum nec coniurantis harenae

136 *Ovid. met. VIII 758:* Dodonia quercus. 139 *Verg. georg. II 280:* campo . . aperto. 140 *Valer. Maxim. IV 1, 7:* Marcellus . . Hannibalem vinci . . posse docuit. *Horati sat. II 1, 72:* Uirtus Scipiadae. 142 sq. *Ennius ann. 286 M.:* Unus homo nobis cunctando restituit rem *(concinit cum Claudiano non solum illud* cunctando, *sed etiam* Unus *in initio positum); versum Ennianum immutavit Serenus Samm. 1094:* Qui solus patriae cunctando restituit rem. 145 *Verg. Aen. II 329:* incendia miscet. 147 *Verg. ecl. 5, 26:* graminis attigit herbam. 149 *cf. Sili Ital. XVII 333.* 155 *Lucani I 5:* canimus . . . Certatum. 158 sq. *Livius II 31, 1:* fundit . . exuit castris.

530 uictor regno *Eω* 531 Uictor *B* urbisq̧ *PHA*, iubesq̧ *B* 532 alpis *A*, alpes et *B* galæisq̧ *P* 534 Tum *EHC*, Tunc *ς* nullisq̧ *A*, q̧ *del. E* ꝯfideret *P*, consideret *B* armis] aruis *Burmannus* 535 ilyrici *E*, illirici *PBHC* iura] rura *Heinsius* 536 fecere] fetē *B* 537 ga//leas *P* trachum *B*, tracum *PH* paraui] ui *ex* tu *corr. P*, parari *A* 538 meos] m̄ors *P*[1], meos *P*[3], modos *B* uetigal *B* uertere] ducere *M* 539 Oppida] i *ex* a *corr. P*, opida *H* legittimo *PA* 540 Sic me f. fouent *interrogationem esse Heinsius putabat artius cum antecedentibus coniungens verba.* Si me *H*, Sic me *ex* Si me *P*[1] ipsi quos, *et* o *ex corr. H* annis] aruis *Heinsius* *V. 541 om. B*[1], *add. B*[2] 541 Vastabam] Uacabat *B*[2] seruire] *immo* seruare, *ut contrapositum sit: „servant me iidem quos vastabam"* michi *post* seruire *B*[2], *sed rursus del.* dati] t *ex corr. H*, daci *A* nocitura] no *in ras. H*[1] 542 dabunt, *sed* u *ex corr. H (fuit* a), dabant *Eς*, *item Ald.*, u *supra ser. ε* mollitus *Eω* arce *P*[1], arte *P*[2] 543 calybs *CAA*, calibs *P*, calips *BH* sub te rubente lugebat *B* rubebit, it *ex corr. H*[1], rubebat *Eς*, iubebat *ε* 544 his] hⁱ *B* 545 reddita *AM* luco] *H*, luco est *ς* 546 omnes *Eω* alariche *H*, *idem ex* alacche *P*[1] amne *B* 547 ytalie *P* ab urbem *H* 548 quis] qˀs (i *in ras.*) *P* signis *B* 549 celū *C* dubite *B* parē *P*, patere *B* 550 hortatusq̧ *ECA*, hortanturq̧ *P*[1], hortaturq̧ *BH* uiaeq̧ *C*, uieq̧ *EPH*, uiaq̧ *BA* 551 Instructo *B* uanos] uastos *P* 552 fortes *B* 553 Euentumque *H*[1] *corr.*, Euentumq̧ *A*, Eueniuntq̧ *P*[1], *corr. P*[3] et nescia] *Gronovius observatt. p. 146;* et noxia *ω; longius abesset* nec conscia 554 Ueri] i *in ras. C*[1] sera *Emω* sūprema *P (virgula erasa)* 555 cognominis] conno̅mis *H* 557 Agnouit] Agnoscit *conicei* illusa] illisa *B*, illusa ẹ *P*

Nec non et Stilicho pugnam poscentia movit
Pleno castra gradu dictisque instigat euntes:
'Nunc nunc, o socii, temeratae sumite tandem
Italiae poenas, obsessi principis armis
Excusate nefas deploratumque Timavo
Vulnus et Alpinum gladiis abolete pudorem.
Hic est, quem totiens campis fudistis Achivis,
Quem discors odiisque anceps civilibus orbis,
Non sua vis tutata diu, dum foedera fallax
Ludit et alternae periuria venditat aulae.
Credite nunc omnes, quas dira Britannia, gentes,
Quas Hister, quas Rhenus alit, pendere paratas
In speculis: uno tot proelia vincite bello.
Romanum reparate decus molemque labantis
Imperii fulcite umeris; hic omnia campus
Vindicat, haec mundo pacem victoria sancit.
Non in Threiciis Haemi decernimus oris
Nec super Alpheas umbrantia Maenala ripas
Constitimus; non hic Tegean Argosque tuemur:
Visceribus mediis ipsoque in corde videtis
Bella geri. Patrem clipeis defendite Thybrim.'
Talia nunc pediti, turmae nunc mixtus equestri
Dicta dabat.
Simul externis praecepta ferebat
Auxiliis. Ibat patiens dicionis Alanus,
Qua nostrae iussere tubae, mortemque petebat
Pro Latio; docuit gentis praeclarus Alanae,
Cui natura breves animis ingentibus artus
Finxerat inmanique oculos infecerat ira;

584 *cf. Alc. Avit. c. IV 12.*

559 *Livius IX 45:* pleno gradu ad castra. 560 *Verg. Aen. II 585:* sumpsisse . . poenas. 563 *Verg. Aen. XI 789:* aboleri dedecus armis. 565 *Dirarum 83:* discordia civis. 580 *Verg. Aen. V 852:* dicta dabat. 584 *Verg. georg. IV 83:* ingentes animos.

558 pugnis *H* 559 dictique] que *om. H* instigiat *H*, instigat *Emq* 560 Nunc o socii *BH*[1], nc̄ *inter* Nunc *et* o *add. H*[2], Nunc o nunc socii *A* sūmite *B* 561 obsessi *Eω* 562 Excusate] Explorate *A* nefax *B* timano *B* 564 quem] quam *B*, q͏ᵃm *P* (a *in ras. P*[2]) tociem *H*[1], *corr. H*[2] campis *Eω* 565 Quem] hic *P*[1], Quem *P*[3] odiis ãcceps *H* ances ciuibus *B* 566 Non] Nec *H* uis] nix *P*[2], uis *EP*[1]*q* tutata] tuta *H*[1], *corr. H*[2] dum *H*[2], non *H*[1] flalax *P*, *sed corr. m. 1*, falax *B* 567 uenditat] ta *ex* ca *H corr.*, uendiᵗcat *A*, t *sic add. E*, uendicat *BA* 568 omnes] omnis *A*, socii *M* quas] qua *P* gentes] gn̄s *B* 569 Quas] Qual *B* hister *Eω* renus *P*, genus *B* pedere *B*, p̄ndere *id est* prendere *H* 570 uincite] uincere *P* 571 reparate] reparare *BP*[1], reparate *P*[2], separate *C* mollemq; *C*, *sed* l *unam del. C*[1] labentis *H*[1]*P*[1]*B* (*cf. Cic. Philipp. II 51*), labantis *EH*[2]*P*[2]*q* 572 fulsite *P*[1], *corr. P*[2] umeris *E*, humeris *ω* 573 sancit] sanctit *P*, fauēt *B* 574 treiciis *PHB* hiemi *P*, hemi *HB* decreuimus *B* oris] horis *PHB* 575 alpheas *C* umbrantia] librancia *H*, umbracula *B* menala *PH*, manala *B* 576 non] nc̄ *B* Tegean ε*CH*, tegaeam *A*, tegeā *P*, tegeamq; *A*, te gra *B*, tegeen *vetus Cuiacii* argesq; *B* 577 mediis] med' *B* 578 patrem] prīe *A* thybrim *E*, thibrī *C*, tybrim *H*, tibrim *A*, tybrin *P*, eibis *B* 579 turmae] turbe *A* mixtus] *ex* mistus *corr. P*[1] 580 simul] nunc *A* 581 paciciens *H* ditionis *HA*, dicionis *CB*, diᵗcionis *A*, t *sic add. E*, dictionis *P*[1] 582 Qua] a *in ras. H*[1], Quā *B*, Que *C* tu be *A* petebat *EC*, petendam *q* 583 lacio *B* docuit] ductor *Ferd. Baehrens* praeclarus] *in ras. in M*, praefectus ς *unus nullius pretii*, praelatus *vetus Cuiacianus (cf. J. Koch p. 58)*; dux clarus *Delrio*; gentis praeclarius unus *ego*; *sub* Alanae *nomen proprium ipsius ducis latere suspicatur Buechelerus* 584 breues] *inexpectatum: nam Ammian. Marcell. 31, 2, 21:* proceri autem Halani paene sunt omnes . . . oculorum temperata toruitate terribiles et armorum leuitate ueloces; *conicci* pares 585 Fixerat *BA* inm. *B*, imm. *q* que oculos] *add. m. 2 in B* infecerat] infixerat *A*

Vulneribus pars nulla vacat rescissaque contis
Gloria foedati splendet iactantior oris.
Ille tamen mandante procul Stilichone citatis
Acceleravit equis Italamque momordit harenam.
Felix Elysiisque plagis et carmine dignus,
Qui male suspectam nobis impensius arsit
Vel leto purgare fidem! qui iudice ferro
Diluit inmeritum laudato sanguine crimen!
Morte viri turbatus eques flectebat habenas
Totaque praeciso nutassent agmina cornu,
Ni celer instructa Stilicho legione secutus
Subsidiis peditum pugnam instaurasset equestrem.
Quis Musis ipsoque licet Paeane recepto
Enarrare queat, quantum Gradivus in illa
Luce suae dederit, fundator originis, urbi?
Altius haut umquam toto descendimus ense
In iugulum Scythiae, tanta nec clade superbum
Contudimus Tanain vel cornua fregimus Histri.
Invisum miles sitiens haurire cruorem
Per varias vestes onerataque plaustra metallo
Transit et argenti cumulos et caedis avarus
Contemptas proculcat opes; pretiosior auro
Sanguis erat; passim neglecti prodiga lucri
Turba furens strictis odium mucronibus explet.
Purpureos cultus absumptique igne Valentis
Exuvias miserisque graves crateras ab Argis

586 sq. *Senecae dial. I 4, 4:* militares viri gloriantur vulneribus. 588 *Verg. XII 373:* citatorum equorum, *et alii.* 589 *Verg. Aen. XI 418:* humum . . . momordit. 597 *Iuvenal. XV 74:* pugnam instaurare. 601 *Lucani I 31:* penitus descendere ferro; *Flori II 10:* in iugulos gladiis descendebant; *Livi I 41:* haud alte in corpus descendisse. 603 *cf. ad Stil. I 221.* 604 *Ovidi met. XIII 331:* haurire cruorem. 609 *Livi IV 32:* dictisque odium explet.

586 nulla] ulla *B* rescissa *EmA*, recisa *ς*, incisa *vetus Cuiacii: cf. J. Koch l. l.* contis *AB*, cunctis *PCH²A*, u *in* o *corr. E*, certis *H¹* 587 oris] horis *B* 588 Ille] Mille *Burmannus* tamen] *an* agmen *vel* aciem? *„quamvis animosus iracundus (ideoque suspectus)*, tamen *paruit Stilichoni" Buechelerus; intercidisse aliqua ante v. 588 quibus* suspecta fides *(v. 591) explicetur coni. Mommsenus* mandate *B*, madente *H* citatis *P* 589 Accelerauit *ECPH*, Accelerant *A*, Accelerati *B* equis *A*, *sed corr.* Italamque] hitalāqꝫ *P* 590 helisiisqꝫ *AP*, helysiisqꝫ *A*, elisiis *om.* que *H*, exiliisqꝫ *B* 591 Qui/// *et* i *in ras. H* suspectū *B*, supec tam, supec *in ras. H¹* nobis] tib *B* 592 leto *C* purgare] *ex* pugare *corr. H¹*, purgate *P* indice ferro] uindice locto *A* 593 Dilluit *A*, Debuit *B* inm. *B*, imm. *ς* laudata *B* 594 eques] eq̄ *B* 595 praeciso] precio *H¹*, preciso *H²*, praesciso *B*, praescisso *P*, perculso *Schraderus* muttassent *B*, mutassent *H*, nutassent *Eς* cornu] curru *C* 596 Nī *P*, Ni *H* instructa] *ex* instricta *corr. H¹*, inst(ru)cta *P¹* secutos *B* 598 Quis *P* peane *HPBA*, poeane *A* recepto] *ex* recepta *P¹ corr.* 599 Enarrare] Enanime *B* 600 suæ *ex* sua *H¹*, sude *P* fondator *A* originis *H* *V. 601, 602, 603 usque ad* cornua fre *in ras. P¹* 601 haut *PHC*, haud *ς* 602 In iugulum *P* (g *eras.*), *in mg. iteravit m. 1* scitie *P*, scithie *H*, sithie *B* tantam *A* neclade *P*, *corr. m. 1*, nec laude *B* superb' *B* 603 Contudimus] s *ex corr. H* tanain *C*, tanaim *H*, thanaim *A*, tanaym *P*, tanaī *A*, tanay *B* histri *Eω* 604 scitiens *P* 605 uestis *A* honerataqꝫ *PHBA* 607 Contemtas *E*, Conceptas *H¹*, Contēptas *H²*, Contēptat *P* (*corr. P³?*) procul casopes *B* praeciosior *A*, t *sic add. E. Verba* Pretiosior . . . passim *pro spuriis expunxerim; nam et sententia ipsa abundat et offendit* erat. 608 necglecti *P¹*, neclecti *C¹*, *inde* neglecti *corr. C² (fort. tamen C¹, cf. v. 419)* prodica *B* 609 Turba] *A*, Illa *P¹B*. Ira *ex* Illa *corr. H¹*, Ira *P³ς*; *sed ira idem quod odium nec apte explere odium dicitur.* odium] odio *PH¹B*, odium *H²ς* explet *P¹* 610 cultus] *ex* cultos *corr. C¹* absumptiqꝫ *C¹*, *inde* absumptasqꝫ *corr. C² (fort. tamen C¹; cf. v. 608)*, assumptoqꝫ *PHA*. assumptas (*om.* que) *AB unde* exemptas *conieci* ualentis] *vetus Cuiacii;* ualentes *ω*, † ca(lentes) *add. H²* 611 miseriqꝫ *A*, miserisqꝫ *H* granis *P¹* craterasqꝫ *B*, cateras *H*, *corr. H¹*

Raptaque flagranti spirantia signa Corintho
Callidus ante pedes venientibus obicit hostis
Incassum: neque enim feralis praeda moratur,
Sed iustos praebent stimulos monumenta doloris.
    Asseritur ferro captivum vulgus, et omnes
Diversae vocis populi, quos traxerat hostis
Servitio, tandem dominorum strage redempti
Blanda cruentatis affigunt oscula dextris
Desertosque Lares et pignora laeta revisunt.
Miratur sua quemque domus cladesque renarrant
Ordine: tum grati referunt miracula belli.
    Quis tibi tunc, Alarice, dolor, cum Marte perirent
Divitiae spoliisque diu quaesita supellex
Pulsaretque tuas ululatus coniugis aures,
Coniugis, invicto dudum quae freta marito
Demens Ausonidum gemmata monilia matrum
Romanasque alta famulas cervice petebat:
Scilicet Argolicas Ephyreiadasque puellas
Coeperat et pulchras iam fastidire Lacaenas.
Sed dea quae nimiis obstat Rhamnusia votis
Ingemuit flexitque rotam: domat aspera victos
Pauperies, unoque die Romana rependit
Quidquid ter denis acies amisimus annis.
    O celebranda mihi cunctis Pollentia saeclis!
O meritum nomen! felicibus apta triumphis!
Virtutis fatale solum, memorabile bustum
Barbariae! Nam saepe locis ac finibus illis

---

615 *Aratoris act. II 691:* monumenta furoris.

612 *Verg. georg. III 34:* spirantia signa. 621 *Terenti eun. 970:* narra omne ordine. 625 *Statii Theb. V 564:* ululatus flebilis aures impulit. 627 *Ovidi met. X 113:* gemmata monilia. 628 *Verg. Aen. II 219:* cervicibus altis. 629 *cf. Stat. Theb. VI 652.* 631 *Ausonii epist. 25, 48:* nimiis vindex Rhamnusia votis.

---

612 spirantia] spumantia *II* corinto *B* 613 Calidus *A* obicit] abicit *II* 614 Incasum *B* enim] nos *ex II* (*i. e.* enim) *corr. P*[1] 615 stimulos] famulos *B* munimenta *P*[1], mon. . . *P*[3], munumenta *B* 616 uulgus *II*[2], uulnus *II*[1]*P* omnes] amens *B* 617 uoces *B* populi] propria *A* 618 redemti *E*, recepti ς 619 cruentatis *Eω* affigunt] affligunt *B* 620 Desertosque] Misertosq; *B* si reuisunt *P* 621 Miratur *Eω* quemque sua domus *B* quemque] q̄; *P*, queque *II* clad(e)asq; *P*[1] te narrant *B* 622 tum grati *EmεC*, cum grati *A*, cōgrati *P*[1], congressi *II*, cognati *B*, cognatis *P*[3], cognatis *ipsi placuit Scaligero.* *V. 620—622 pro spuriis vendidit Jeepius.* 623 tunc] nunc *A*, tunc et *B*[1], et *del. B*[2], tunc εq alariche *II*, alarice *ex* alacche *P*[1] cum] c(i) *B* Marte *Eω* (mare *P*[1], *corr. P*[3]) perirerent *P* 624 diu] *om. B* quesita *in ras. II*[1] 625 coniugis] flebilis ς, *fort. ex Statio illatum* 626 quae] q; *B*[1], q̄ *B*[2] 627 ausonidum] *ex* ausonium *corr. II*[1] gemata *II* 628 que] *om. B* altas *P* patebat *ex* patebat *II*[1], parabat ς *Isengr. mg.* 629 Scilicet] Sed, *deinde spat. vacuum A* argelicas *B*, argolidas ς ephyreiadas *Em*, epyreiadas *C*, ephyreidas *A*, ephieridas *II*, ephiri(e)adis. *P*[1], ephinadas *B* 630 Ceperat *C* lacenas *PIIB* 631 ramnusia *II*, ramnisia *P* 632 Ingemuit *II*[1], Ingemuit *II*[2], Intumuit *Marklandus ad Statii silv. II 6, 77*, Infremuit *Heinsius, Schraderus* uictos] uīctos *P* 633 rependit] pependit *B* 634 Qui quid *P* ter denis] inter dec' *B* acies *P*[3], atres *P*[1] amisit in annis *J. Koch* 635 pallencia *B* 636 *cf. quae dixi De Romae urbis nomine (1887) p. IV.* (o)apta *C*, (o *add. C*[2] *fort. tamen m. 1; cf. v. 610*) trihumphis *P* 637 Uirtutum *II*, Uirtuti *Heinsius* fatale] natale *conieci ut solum natale oppositum sit busto barbariae.* 638 saepe] *sc. bis, qua de notione cf. indicem*

Plena lacessito rediit vindicta Quirino.
Illic Oceani stagnis excita supremis
Cimbrica tempestas alias emissa per Alpes
Isdem procubuit campis. Iam protinus aetas
Adveniens geminae gentis permisceat ossa
Et duplices signet titulos commune trophaeum:
'Hic Cimbros fortesque Getas, Stilichone peremptos
Et Mario claris ducibus, tegit Itala tellus.
Discite vesanae Romam non temnere gentes.'

647 *cf. Orestis trag. 278.*

647 *Verg. Aen. VI 620:* Discite .... non temnere divos.

639 uīcdicta *P* Quirino] Quiriti *Heinsius* 640 stāgnis *P* excita *Eω* sūpremis *P (cf. v. 554)*, supremi *Heinsius* 641 Cymbrica *P* alias] aliasq; *A*, q; *del. E*, altasq; P^1, aliasq; P^3q emissa *E*, immissa *ω* alpis *A* 642 *Hic versus aberat in vet. Cuiacii.* 642 Iisdem *A*, Hisdem *CII*, His, *dein spat. vac. relictum B* procubuit *Eω* aetas] aestas *Heinsius* 643 Adueniet II^1, *corr.* II^2 geminae gentis] gentem gentis P^1, cimbris geticorum P^3 admisceat *P* ossas *A* 644 duplici . . . titulo *Heinsius* signet] siget *B*, iunget *sive* iungat *conieci* 645 cȳbros *P* fortisq; *IIA* gytas P^1, *corr.* P^3 peremtos *P* li cimbros pemptos stilicone strictosq; getas *B* 646 Itala] ytalia *P* 647 tempnere *IIPB* tendere *M; sed cf. Vergili exemplum.* Exp. de bello Gotico *Em; deinde* Inc de bello Gildonico *add. Em, sed rursus del. propterea sine dubio, quia in A non sequitur c. de b. Gildon, sed paneg. in Olybrium et Probinum; at certe in codice suo E, ni egregie fallor, post b. Goticum legebat Gildonicum.* — Claudiani de bello Gothico Explic. Incipit de Bello Gildonico felicit. *C.* — Explicit *add. m. rec. in II (cuius codicis hic finis).*

CARMINVM MINORVM

ET

PRIVATORVM CORPVSCVLVM

MAIORIBVS NONNVLLIS CARMINIBVS

DISTINCTVM.

CONSPECTVS NOTARVM.

G: codex Sangallensis n. 429, membr. saec. IX, non pertinens nisi ad Gigantomachiam.
R: codex Veronensis 163, membr. saec. IX.
E: codex Mediceus plut. 33 cod. 9, chartac. saec. XV.
ε: excerpta Gyraldina in margine Aldinae exemplaris Lugdunensis 757 G 2.
V: cod. Vaticanus n. 2809, membr. saec. XI.
P: cod. Parisinus lat. 18, 552, membr. saec. XIII.
J: codex Cantabrigiensis coll. Trinitatis, 0, 3, 22, membr. saec. XIII.
A: Ambrosianus S 66 sup., membr. saec. XV.
M: Ambrosianus M 9 sup., membr. saec. XIII, rarius adhibitus.
ω: codicum memoratorum praeter *εM* consensus.
ϙ: codices reliqui praeter eos quorum propria nota adscripta est exemptisque etiam *εM*.
ς: codices deteriores.

I. (XIII.)

Solitas galea fulgere comas,
Stilicho, molli necte corona.
Cessent litui saevumque procul
Martem felix taeda releget.
Tractus ab aula rursus in aulam
Redeat sanguis. Patris officiis
Iunge potenti pignora dextra.
Gener Augusti pridem fueras,
Nunc rursus eris socer Augusti.
Quae iam rabies livoris erit?
Vel quis dabitur color invidiae?
Stilicho socer est, pater est Stilicho.

II. (LXXXV.)

DESCRIPTIO PORTVS SMYRNENSIS.

Vrbs in conspectu montana cacumina velat
Tranquillo praetenta mari. Ducentia portum
Cornua pacatas removent Aquilonibus undas.
Hic exarmatum terris cingentibus aequor
Clauditur et placidam discit servare quietem.

III. (LXXXI.)

AD AETERNALEM.

Quidquid Castalio de gurgite Phoebus anhelat,
Quidquid fatidico mugit cortina recessu.

II 5 *Orestis trag. 394:* placidam sperate quietem.

III 1 *cf. Ennodii 27, 35 (Vogel):* Quidquid Apollineo *eqs.* 2 *Carm. contra paganos 7:* Phoebi cortina; *Orestis trag. 272:* Delphica fatidicos quateret cortina recessus.

II 1 *Ovidi met. I 310:* montana cacumina. 2 sq. *cf. Libanius* ἔκφρασις λιμένος *IV p. 1078 sq. R.*

III 1 *Persi I 14:* scribimus .. quod (quo *Buechelerus*) .. anhelet. 2 *Verg. Aen. III 92:* mugire .. cortina *eqs.*

I *Deest in R. Est hoc carmen inter Fescennina Claudiani tertium atque iam supra p. 122 expressum, ubi cum varias lectiones iam plenas adiecerimus, hic eas omittere par est. De huius iterationis causis videantur prolegomena.*

II *Deest in RV. Indicem sic habet E (moneo autem omnes in E indices litteris maiusculis pictos esse): item nisi quod* Zarinensis *Ald.,* Zmirnensis in antiquo *ε,* Zmyrnensis *inde corr. idem; indicem om. A;* Incipit Descriptio port' mirnensis *J, item, nisi quod* mnrnēsit *P;* Descriptio portus Saronensis *Cuiacii vetus*

1 Vrbs] rbs *P* Vrbis conspectum . . . celant *Pricaeus* uallant *Heinsius; sed* velat praetenta *sensu cohaeret; cf. illa* praetenta vela *Sueton. Claud. 10, Ovid. met. XI 279* 2 Tranquilla *E* pretenta (e *pro* ae *fere semper) E,* ꝑtēā (praeterea) *J, sed virgulam m. 2* 3 paccatas *P, idem ex* peccatas *corr. J* 4 Hic] Sic *Heinsius* equor, eq *in ras. E* 5 dicit *A*

III *Deest in V* Item. eiusdem Claudii adaeternalem. *inscr. R Carmen hoc omisso indice cum c. II coniunxerunt EP; item indicem om. JA;* De se qui semper uersus loqueretur *Claverius ex catal. M ubi* De se quod semper versus loqueretur; ad aeternalē *m. rec. in J* (in alio sequentes 4 nersus sunt superioris pars *ε*)

1 Quicquid *PJ* phoebus *R,* phebus *EPJ* anchelat *R*[1], c *del. R*[2], hanelat (l *ex* b *corr.*) *P,* anelat *J* 2 Quicquid *PJ* facidico *J* curtina *R*[1], *unde* gurtina *R*[2]

Carmina sunt; sed verba negant communia Musae.
Carmina sola loquor: sic me meus implet Apollo.

IV. (LIV.)

DESCRIPTIO ARMENTI.

Non tales quondam species tulit armentorum
  Tellus tergemino subdita Geryoni.
Non tales, Clitumne, lavas in gurgite tauros,
  Tarpeio referunt quos pia vota Iovi.
Non talis Tyrias sparsisse iuvencus harenas
  Dicitur, optatum quando revexit onus.
Non Cretaeus ager nec amati conscia tauri
  Gnosos nec similes paverit Ida feros.
Ipse et dispariles monstro commissus in artus
  Qui crimen matris condidit ore novo
Cres puer haut talem potuisset reddere formam,
  Portassent totum si fera membra patrem.

V. (LXXXVI.)

EST IN CONSPECTV LONGE LOCVS.

Est procul ingenti regio summota recessu,
Insula qua resides fluctus mitescere cogit
In longum producta latus, fractasque per undas
Ardua tranquillo curvantur brachia portu.

---

4 *Licentius ad Augustinum 32:* noster Apollo corda replet.

---

4 *Verg. Aen. III 434:* animum ... implet Apollo. *Carmen anthol. lat. Riesii 725 v. 32:* Hic vester Apollo est *(nempe Nero).*

IV 2 *Verg. Aen. VIII 202:* tergemini nece Geryonae. 5 *Verg. Aen. IX 626:* spargat harenam. 7 sq. *cf. Verg. Aen. VI 23.* 10 sq. *cf. Senecae Phaedr. 691 sqq.*

V *Carmen hoc variatio est loci Vergiliani Aen. I 159:* Est in secessu longo locus: insula portum Efficit obiectu laterum quibus omnis ab alto Frangitur inque sinus scindit sese unda reductos; *cf. c. VI. De argumento cf. c. II.* 1 *Verg. Aen. VIII 193:* vasto summota recessu.

---

3 sed] non ς, et *Heinsius iniuria* uerba] uera *A* cummunia *R*[1] *unde* communia *R*[2] 4 sic me meus] smirneus *E,* sic te meus (*vel* me tuus) *Heinsius*

IV *Deest in RV* *Indicem sic habent EPJ; eundem om. A*

1 Non] on *P*[1], N *add. P*[2] quō̄dam (o *sorde obscuratum*) E 2 Tellus tergemino] llus ter *in lit. E,* germino *P*[1] geryoni *E,* gerioni *φ,* Geryonae *Heinsius* 3 clytūne *P* 5 tales *P* tirias *P* iuuencus] c *ex* t *corr. P,* inuentus *J* arenas *P* 6 Diciḍtur *P* reuixit E honus *PA* 7 creteus *ω* 8 Gnosos *EJA,* Gnosos (i *supra*) *P*[1] similis *(sic) E* yda *PA,* ida *J* feros] feras ς; *sed cf. Gesnerus.* ferax *conieci* 9 disperides *A* commissus *εω,* contusus *vel* diffusus ς *perpauci* 10 Qui matris crimen *A* condidit] prodidit *E, vetus Cuiacii, cf. Kochius p. 54* 11 Tres *ex* Cres *corr. P*[1] haut *PJ,* haud *EA* 12 Portassent] Praestarent *vetus Cuiacii, sed cf. Kochius p. 60 et* ferens *Stil. II 348*

V *Deest in RV* *Indicem sic habet E;* Est ñ spectu longe lacus *J; eundem om. PA; indice hoc quasi thema datur ex Vergilio sumptum (cf. c. VI); dubites ergo utrum ipse index ex Vergilio corrigendus sit, an Vergilianus locus olim sic in exemplaribus extiterit his vel illis; tamen Charisius, Diomedes, Mar. Victorinus, anecdoton Parisinum Ecksteinii uno animo citant:* Est in secessu longo locus. *Ad* in conspectu *cf. c. II 1.*

1 sūnicta *P* 2 qua *EJ,* quae *PA* reduces *Heinsius* mittescere *P* 3 In] An *J* 4 Ardua] Arida *A,* Ardit *J*

VI. (LXXVIII.)

RIMANTI TELVM IRA FACIT.

In iaculum, quodcumque gerit, dementia mutat.
Omnibus armatur rabies. Pro cuspide ferri
Cuncta volant, dum dextra ferox in vulnera saevit.
Pro telo geritur quidquid suggesserit ira.

VII. (LXXXVII.)

DE QVADRIGA MARMOREA.

1.

Quis dedit innumeros uno de marmore vultus?
Surgit in aurigam currus, paribusque lupatis
Vnanimes frenantur equi: quos forma diremit.
Materies cognata tenet discrimine nullo.

2.

Vir redit in currum; ducuntur ab axe iugales;
Ex alio se quisque facit. Quae tanta potestas?
Vna silex tot membra ligat ductusque per artem
Mons patiens ferri varios mutatur in artus.

VIII. (LXIX.)

DE POLYCASTE ET PERDICCA.

Quid non saevus Amor flammarum numine cogat?
Sanguinis en fetum mater amare timet.
Pectore dum niveo miserum tenet anxia nutrix,
Illicitos ignes iam fovet ipsa parens.
Vltrices pharetras tandem depone, Cupido.
Consule iam Venerem: forsan et ipsa dolet.

VI *Index quasi thema indicans sumptus ex Verg. Aen. VII 507:* quod cuique repertum Rimanti telum ira facit; *cf. c. V. Iisdem verbis* quod cuique repertum Rimanti telum ira facit *utitur Paulinus Petric. in vitae Mart. IV 220, imitator Claudiani.* 3 et 4 *Verg. Aen. I 150:* saxa volant; furor arma ministrat. 4 *Senecae de ira III 2, 5:* fortuita raptaque pro armis gessit.

VII *cf. epigr. adesp. anthol. Palat. IX 759 sq. et magis anthol. lat. 243 Riesii* De equis aeneis. 7 *cf. anthol. lat. 111 Riesii de pantomimo, v. 9:* Tot linguae quot membra viro; mirabilis aes est.

VIII 1 *Verg. ecl. 8, 47:* saevus amor; *Aen. IV 412:* Improbe amor, quid non mortalia pectora cogis? 5 *cf. Ovidi met. X 524.*

VI *Deest in V* *Indicem sic habet E;* Eiusdem rimanti telum *R:* Rimanti telum facit ira *JP;* De ira *catalog. M; indicem om. A*

1 I *initiale om. P* quodcumque *E,* quicumq; *A* gerit] ferit ς *pauci,* rei *Heinsius* 2 pro] ꝓ *R, quo compendio alias uti non solet hic codex* 3 dextera *R* 4 ingeritur *Heinsius; sed cf. Seneca*

VII *Deest in RV* *Carmen unum in ω, ego diremi; cf. praef.* *Indicem sic habent EP catal. M; eundem om. A;* De auriga marmorea *J*

1 Q *initiale om. P* 3 Unanimi *EA,* Unanimes *P,* Ananimi ł es *J* frenatur *(sic) P* 5 Vir *εω,* Uix *M* reddit *P* *V. 6 om. A* facit] parit *Jeepius* 7 legat *PJ* ductusque] doctamque *Barthius* per artem] parentem *A* 8 mutatur] animatur *Heinsius*

VIII *Deest in RV* De Policaste et perdicea *E;* De policarte et ptica (c *ex* t *corr.*) *P*[1]*;* De Policaste et ꝑtica *J* De Polycaste et Perdice *Claverius ex Cuiacii vetere? (Koehius p. 49)*

1 seuus *ex* seuus *corr. P* flammatum *Heinsius* munere *P,* numine *εφ* 2 en fetum] *scripsi (pictura scilicet describitur),* effetum *E,* affectum *φ,* affectu *Heinsius.* et fetum *Jeepius* 3 miserum] puerum *vetus Cuiacii; sed cf. Koehius p. 55* 6 ipsa] illa ς

IX. (XLV.)

DE HYSTRICE.

Audieram memorande tuas Stymphale volucres
Spicula vulnifico quondam sparsisse volatu.
Nec mihi credibilis ferratae fabula pinnae
Visa diu. Datur ecce fides et cognitus hystrix
Herculeas affirmat aves.
Os longius illi
Adsimulat porcum. Mentitae cornua saetae
Summa fronte rigent. Oculis rubet igneus ardor.
Parva sub hirsuto catuli vestigia dorso.
Hanc tamen exiguam miro natura tueri
Praesidio dignata feram: stat corpore toto
Silva minax, iaculisque rigens in proelia crescit
Picturata seges; quorum cute fixa tenaci
Alba subit radix alternantesque colorum
Tincta vices, spatiis internigrantibus, exit
In solidae speciem pinnae, tenuataque furtim
Levis in extremum sese producit acumen.
Sed non haec acies ritu silvestris echini
Fixa manet. Crebris propugnat iactibus ultro
Et longe sua membra tegit, tortumque per auras
Evolat excusso nativum missile tergo.
Interdum fugiens Parthorum more sequentem
Vulnerat; interdum positis velut ordine castris
Terrificum densa mucronum verberat unda
Et consanguineis hastilibus asperat armos:
Militat omne ferae corpus vibrataque rauco
Terga fragore sonant. Stimulis accensa tubarum

IX 7 *Alcuini carm. 1, 350:* igneus ardor. 13 *Marii Victoris precatio 29:* alternas servare vices, *cf. aleth. II 151.*

IX 9 *Vergil. Aen. II 185:* Hanc tamen immensam. 13 *Moretum 29:* Alternatque vices. 14 *Statii Theb. VI 336:* maculis internigrantibus albas *(equas).* 18 *Horati c. I 25, 2:* iactibus crebris. 25 *Aeliani hist. an. I 31:* τὰ νῶτα φρίξασα.

IX *Deest in V* *Indicem sic habent EP;* eiusdem) deistrice ~ *R;* De histrice *J catal. M; indicem om. A*
1 memoranda *Heinsius* stymphale *A*, stymfalle *E*, styphale *R*, stÿphale *J*, stimphale *P* uolocres *R* 3 credebilis *R* fer^r^ate (r *add. m. 3*) *P* pinnę *ER*, pennę *APJ?* 4 Uisa] Ui *foramine periit in R* datur] r *dimidium periit foramine, R* histrix *PA* 5 Herc *periit in R* adfirmat *R* *post* os *ras. in J* 6 Adsimulat (Ads *inferiore parte periit*) *R*, Ass. *q* (Assimilat *P*) p reum (o *periit*) *R* saetae] satae *R*, sete *q* 7 Suma *E*, Sum *foramine absorptum, R* 8 Parua *et* s *sequentis superior pars per. in R* uestigia] a *ex* o *P* 9 Hanc tamen] Han *per. in R*, Attamen *Heinsius* tueri] meri *P* 10 P *initiale periit in R* 11 iagulisq; *R* rigens] ingens *E*, uigens *R*, minax *M* 12 quorum] dorsum *Heinsius* fixa] uixa *R* 13 Alba subit radix] *Barthius*, Alba subit *item Schraderus*, Albasubitraxit *R*, Alba sub attraxit *E*, Alua sub t^a^xit *J*, Altera subtraxit *PA*, Alba sub attraxit. et altera succrescit in alio. *ε*, ceu nullo obtexit *Heinsius* 14 Tincta *E*, Uincta *R*, Cincta *JA*, Cin^c^ta *P*[1] spatis (ti *per ligaturam*) *R*, spinis *Schraderus* internisgrantibus *R*, internigr. *εq* 15 Insolite *A* speciā̃ *R* pinnae] *ERJ*, pennae *ε*, pigne *P*, primę *A*, spinae *ς unus interpolatus Buslidensis pessimus ubique* 16 Lenis *PA* 18 mamanet *(sic) R* propignat *R*[1], i *in* u *mut. R*[2], propulsat *A*, praepungit *ludebat Heinsius* 19 tegit] regit *P* 20 excuso *P* natiuum] *ex* natiuum *corr. P* 21 partorum *J* 22 uelud *JP* 23 densa] e *sorde obscuratum E* mucronum *EJ*, mugronum *R*, mucronem *PA*, mucronem euerberat *Heinsius* ra *in* uerberat, a *in* unda *oblitteratum, R* 24 ẹṭ conumsanguineis *R (punxit m. 2)*, Et cum sanguineis *Eε* astilibus *R* sperat armos *oblitteratum, R* harmos *A* 25 ferae] ferịae *(punxit m. 2)* rataque rauco *oblitteratum, inprimis* que *et* uco *in R*, uirgataque *Barthius* 26 sonan *R*[1], sonant *corr. R*[2] stimolis *R*[1], u *corr. R*[2] accensa tubarum *oblitteratum, R*

Agmina collatis credas confligere signis:
Tantus in angusto strepitus furit. Additur armis
Calliditas parensque sui timor iraque numquam
Prodiga telorum, caute contenta minari
Nec nisi servandae iactus impendere vitae.
Error abest: certum sollertia destinat ictum
Nil spatio fallente modum, servatque tenorem
Mota cutis doctique regit conamina nisus.
Quid labor humanus tantum ratione sagaci
Proficit? Eripiunt trucibus Gortynia capris
Cornua; subiectis eadem lentescere cogunt
Ignibus; intendunt taurino viscere nervos;
Instruitur pinnis ferroque armatur harundo.
Ecce brevis propriis munitur bestia telis
Externam nec quaerit opem: fert omnia secum:
Se pharetra, sese iaculo, sese utitur arcu.
Unum animal cunctas bellorum possidet artes.
Quodsi omnis nostrae paulatim industria vitae
Fluxit ab exemplis, quidquid procul appetit hostem,
Hinc reor inventum, morem hinc traxisse Cydonas
Bellandi Parthosque retro didicisse ferire
Prima sagittiferae pecudis documenta secutos.

X. (XCII.)

DE BIRRO CASTOREO.

Nominis umbra manet veteris: nam dicere birrum,
Si Castor iuret, castoreum nequeo.

34 *Corippi Iust. IV 163:* conamine nisi. 41 *Paulini Petricord. versus de orantibus 9:* Martini si quaeris opem.

27 *Lucreti IV 1210:* stimulis excita . . . conflixit. 34 *Lucani VI 210:* mota cute. 42 *Aelianus l. l.:* ὥσπερ οὖν ἔκ τινος ἀφειμένα νευρᾶς. 45 *cf. Manili I 62:* artem experientia fecit Exemplo *eqs.*

X 1 *cf. de IV cons. 60.*

27 conlatis R^1, collatis *corr.* R^2 consurgere ς, concurrere *Corte* 28 augusto *R* 29 Calligitas *R* timor] tumor *J (?)*, tumor *item coni. Heinsius* 30 Prodigia *J* contempta *PJ* minari] ri *oblitteratum, R* 31 nisi] ṅ (n *ex* m *radendo*) *J* iactus] tractus *J*, tractur *P* inpendere *R* 32 Error] Terror *A* abest] habet *P* sollercia R^1, t *ex* c *corr.* R^2 34 Mota] Mûta *P*, o *add.* P^3 *volens* Mota; Muta *φ* regit] *ex* reget *corr.* A^1 nisus] msus *(sic)* R^1 *unde* nisus R^2, uisus *P*, *fort. etiam A* 35 Quis *P* homanus, u *corr. m. 2, R* tanto R^1, tanta R^2 36 Proficet R^1, *unde* Proficit R^2 gortynia E, gortinia *R*, cortynia *A*, cortinia *PJ* capris *RJ*, captis *φ* 38 taurino uiscere *ER*, taurinos mittere *φ* 39 Instriitur R^1 *unde* Instruitur R^2 39 pinnis R^1 *unde* pennis R^2, pennis *εA*, primis *J*, pinnis *φ* (*sed* n *alterum ex corr. E; fuerat ni fallor* is) arundo *P* 40 bestia] bellua *M* 41 *paene* quaesit *R*; s *iterarit m. 2* 42 Se pharetra] e p *foramine absorptum, R* se utitur R^1, sese *corr.* R^2 43 cunctās *(sic)* E; a *inferius sorde obscurum* 44 paulatim] a *prius iterarit m. 2, R* indistria R^1, u *corr.* R^2 46 Hin R^1, c *add.* R^2 cydonas] *A*, cydona *R*, citonas *P*, ciconas *EJ* 47 parthosquae *R* feriret *R* 48 sagittasferrae R^1, sagittiferae *corr.* R^2, sagitifere *J*, sagu^ti^fere P^1 pecudis P^1, uolucris P^3 ducumenta R^1, o *corr.* R^2

X *Deest in V* *Indicem sic habent EJ, eundem in mg. add.* P^1; einsdem debirro castoreo *R*; De birro *catal. M*; De fibro castoreo *coni. Heinsius; indicem om. A*

1 N *initiale om.* P^1, *add.* P^2 ueteres *R*, ueteris *εφ* nam dicere *ER*, iam discere *φ*: nam *Ald.*, non *supra scr. ε* 2 Si] *ω*, *etiam Cuiaciani*; Ni *Barthius* iuret] *ER*, nitet *PJA*, nitet *M*, niteat *ε*, *Clarerius, hic fort. ex vetere Cuiacii (dicit enim de hoc carm. „magnam ei sane lucem attulit vet. liber"), fort. tamen ex M*, Ni . . niteat *Barthius*, Ni . . . uinat *vel* uilet *Heinsius*, Ni . . lucet *Jeepius*, Si . . periit *ego eo sensu quo* comae periere *Ovidi am. I 14, 31*; „iurare *idem est quod adfirmare: etsi castor adfirmet birrum castoreum esse, id est suum, ego tamen negem" Buechelerus; simili sensu* si Castor iuret *Mommsenus quod recepi* nequeo] neque *R*

Sex emptus solidis! Quid sit, iam scire potestis:
  Si mihi nulla fides, credite vel pretio.

XI. (XCI.)

IN SEPVLCHRVM SPECIOSAE.

Pulchris stare diu Parcarum lege negatur.
  Magna repente ruunt: summa cadunt subito.
Hic formosa iacet, Veneris sortita figuram,
  Egregiumque decus invidiam meruit.

XII. (LXXXIV.)

DE BALNEIS QVINTIANIS QVAE IN VIA POSITA ERANT.

Fontibus in liquidis paulum requiesce, viator,
  Atque tuum rursus carpe refectus iter.
Lympharum dominum nimium miraberis, hospes,
  Inter dura viae balnea qui posuit.

XIII. (LXXIX.)

IN PODAGRVM QVI CARMINA SVA NON STARE DICEBAT.

Quae tibi cum pedibus ratio? Quid carmina culpas?
  Scandere qui nescis, versiculos laceras?
'Claudicat hic versus; haec', inquit, 'syllaba nutat'
  Atque nihil prorsus stare putat podager.

XI 1 sq. *cf. carmen de provid. divina 10:* Cur mansura pavent si ruitura cadunt. *Orestis trag. 342:* Parcarum lege. 2 *Prudentii psychom. 286:* magna cadunt.

XII 2 *Orestis trag. 633:* carpebat iter.

XI *cf. Iulianus Aeg. in anthol. Pal. VII 599* 1 *Lucani I 70:* summisque negatum Stare diu *(de negatum cf. Sili I 295. V 637. XII 490).* 2 *Lucani I 81:* In se magna ruunt; *Ausonii epitaph. 21, 6:* magna ruina subest. 3 *Iulianus l. l.: εἰν Παφίῃ παρομοίιος.* 4 *cf. Sili Ital. XIII 496.*

XII 2 *Horati c. II 17, 12:* carpere iter.

XIII *cf. incerti epigr. anthol. Pal. XI 273: χωλὸν ἔχεις τὸν νοῦν ὡς τὸν πόδα.*

---

3 Sed *R* solidis *Ald.*, solidum *in mg. ε* quid scit *J*, quid sit *ς*, *sed* it *fort. ex corr. E* potestis] potesus *R* 4 praetio, *sed* a *erasit R*

XI *Deest in V* *Indicem sic habet E;* eiusdem insepulchrum spetiosae *R;* In sepulcrum speciose *J*, *P*[1] *in mg., catal. M; indicem om. A*

1 P *initiale om. P* partarum *J* 3 formusa *(corr. m. 1) R* 4 inuidiam meruit] inuidiamque tulit *M*, *inde Claverius, male, quamvis conferas Ausonii epitaph. 35, 4:* abstulit omne decus. *Buechelerus ita:* „Hic f. iacet: Veneris sortita figuram Egregiumque decus invidiam meruit, *ut Veneris figura et decus et invidia intellegantur*"

XII *Deest in V* *Indicem sic habet E, nisi quod* BALLEIS *atque inter* L *utrumque parvulum* u *a m. 1 interpositum, deinde* fuerant *pro* erant; eiusdem debalneis quintiani quae in uia posita erant. *R;* De balneis qntilianis (i *suprascr.*) quae in uia erant *in mg. P*[1]*; item nisi quod* quae erant in uia *J;* De balneis quintilianis in uia *catal. M; indicem om. A*

1 F *initiale om. P*[1], M *suppl. P*[2] paullum *P* requiisce *R* 2 suum *P*[1], tuum *corr. P*[2] 3 Nympharum *R*, Limpharum *P* dominum] u *sorde obscurius, E* 4 uie *radendo ex* tue *corr. P* posuit] potuit *A*

XIII *Deest in V* *Indicem sic habet E;* eiusdem in podagricum *cqs. R;* Non stare dicebat in podagricum qui carmina culpabat *P;* In podagricum qui carmina stare dicebat *J;* In quendam qui carmina culpabat *catal. M; indicem om. A*

2 laceras] lacerans *ed. Burmanni* 3 inquid *R* sillaba *P* nutat *P* 4 Atque] At *ex corr. E* nic (i *suprascr.*) *P* putat] potat *R*

XIV. (LXXXII.)

AD MAXIMVM QVI EI MEL MISIT.

Dulcia dona mihi semper tu, Maxime, mittis,
Et, quidquid mittis, mella putare decet.

XV. (LXXXIX.)

DE PAVPERE AMANTE.

Paupertas me saeva domat dirusque Cupido:
Sed toleranda fames, non tolerandus amor.

XVI. (XC.)

DE EODEM.

Esuriens pauper telis incendor amoris.
Inter utrumque malum deligo pauperiem.

XVII. (L.)

DE PIIS FRATRIBVS ET DE STATVIS EORVM QVAE SVNT APVD CATINAM.

Aspice sudantes venerando pondere fratres,
Divino meritos semper honore coli,
Iusta quibus rapidae cessit reverentia flammae
Et mirata vagas reppulit Aetna faces.
Complexi manibus fultos cervice parentes
Attollunt vultus accelerantque gradus.

XIV *Similiter incipit Venantius Fort. c. I 17, 1:* Munera parva *eqs. Aegritudo Perdiccae 76:* dulcia dona Lyaei.

XIV *cf. Petronius c. 33 Buech.:* Aurea mala mihi, dulcis mea Martia, mittis . . . Omnia grata putes . . . . melleus ore sapor . . . . Oscula cum pomis mitte; vorabo libens.

XV *versum ex incerti epigr. anthol. Pal. V 50:* Καὶ πενίη καὶ ἔρως δύο μοι κακά. καὶ τὸ μὲν οἴσω κούφως· πῦρ δὲ φέρειν Κύπριδος οὐ δύναμαι. 1 *Horati c. I 12, 43:* saeva paupertas.

XVII *cf. Aetna carmen v. 625 sq. (Aristot. de mund. c. 6, Strabo p. 185 extr., Pausanias X 28).* 1 *Aetnae 640:* pio sub pondere. 3 *Aetnae 635:* erubuere . . . attingere flammae et . . cedunt.

XIV *Deest in V; extat etiam in H(eidelbergensi adhibito in appendice) Indicem sic habent EJ;* eiusdem ad Maximum *eqs. R;* Qui ei mel misit ad maximum *PH;* Ad Maximum *catal. M, Ald.,* qui mel misit *add. ε; indicem om. A* 1 semper tu maxime mittis *REM (cf. Petronius),* tu mittis maxime semper *PH,* tu semper maxime mittis *J* 2 mittes *E,* mittis *q* putare] uocare *H Migravit c. XIV in parvulam epigrammatum anthologiam quam habet cod. Parisinus 8069 saec. XI, fol. 1, sic tamen transformatum:*

Dulcia mella mihi, semper tu dulcia mandas
Et quicquid dulce, mella putare decet.

ubi pro dulce *reficiendum* mandas *(cf. Baehrensii poet. lat. minores IV p. 17)*

XV *Deest in V Indicem sic habent EPJ catal. M;* eiusdem *eqs. R; indicem om. A* 1 dirusque] rursusque *E* 2 tolleranda *E* tollerandus *EA*

XVI *Deest in V* Ex eodem *inscr. EJ,* Item de eodem *R: indicem omm. PA; arte cum XV coniunxit P* 1 Exuriens *EP* 2 deligo *JA,* eligo *E,* elego *R,* diligo *P*

XVII *Deest in V Sic indicem habet E; eundem om. R, in quo carmen hoc arte cum carmine IX cohaeret;* De piis fratribus de tauris eorum *(sic) P,* De piis fratribus De staturis eorum *J;* De statuis fratrum siculorum *catal. M; indicem om. A*

1 suadentes *J* 3 Iuxta *P,* Iusta *corr. m. rec.* flamae *PA* 4 mitata *P* repulit *A,* rettulit *Heinsius* aetna *A,* aethna *R,* ethna *E,* ethtna *P^1,* ethna *J* 5 fulcos *A* *V. 6 om. spatio vacuo relicto A* 6 Attollāt, *virg. m. 2 P* adcelantque *R^1, unde* accelerantque *R^2,* accelerentq; *P* grados *R^1 unde* gradus *corr. R^2*

Grandaevi gemina sublimes prole feruntur
  Et cara natos implicuere mora.
Nonne vides, ut saeva senex incendia monstret?
  Vt trepido genetrix invocet ore deos?
Erexit formido comam, perque omne metallum
  Fusus in attonito palluit aere tremor.
In iuvenum membris animosus cernitur horror
  Atque oneri metuens impavidusque sui.
Reiectae vento chlamydes. Dextram exerit ille
  Contentus laeva sustinuisse patrem;
Ast illi duplices in nodum colligit ulnas
  Cautior in sexu debiliore labor.
Hoc quoque praeteriens oculis ne forte relinquas
  Artificis tacitae quod meruere manus:
Nam consanguineos eadem cum forma figuret,
  Hic propior matri fit tamen, ille patri.
Dissimiles annos sollertia temperat artis:
  Alter in alterius redditur ore parens,
Et nova germanis paribus discrimina praebens
  Divisit vultus cum pietate faber.

O bene naturae memores, documenta supernae
  Iustitiae, iuvenum numina, vota senum:
Qui spretis opibus medios properastis in ignes
  Nil praeter sanctam tollere canitiem.
Haut equidem inmerito tanta virtute repressas
  Enceladi fauces obriguisse reor.
Ipse redundantem frenavit Mulciber Aetnam,
  Laederet exempli ne monumenta pii.
Senserunt elementa fidem. Pater affuit aether
  Terraque maternum sedula iuvit onus.

14 *cf. Sidon. c. XV 172:* sibi parva paventem *eqs.*

11 *Lucani V 171:* Erectis . . comis. 35 *Aetna 633:* ipso dante fidem. *De* pater aether *cf. Lucreti I 251, Vergili georg. II 325.*

7 sullimes *J* 8 cara *RE, item Isengr. mg.*, clara *q* 9 Non R^1, *unde* Nonne *corr.* R^2 monstret *A*, monstrat *EPJ; litterae huius verbi praeter* mon *oblitteratae in R* 10 genetrix R^1, genitrix *corr.* R^2, genitrix *q* in uocet *E*, inuoce R^1, t *add.* R^2 ore] ora *J* 11 Arrexit *Heinsius* 12 aere *RA*, ere *E*, ore *PJ*, *sed* o *in* e *mutarit J, ut vid.* tremor] color *ε*, aere timor *Isengr. mg.* 13 animosos *R* 14 honeri *RA*, oi *J*, oneri *εq* inpauidusqꝫ *R* 15 Reiectae R^1, *unde* Reiectas *corr.* R^2, Reiecto P^1, Reiectas *corr.* P^3 chlamides R^1, h *del.* R^2, clamides *PJ* dextm̤ (a *supra*) *P* exerit *ε*, eregit R^1, erigit *corr.* R^2, egerit *q* 17 Ast illi *EA*, At illi *PJ*, has ille *R*, *sed* h *postea add. m. 1 ante initium versus*, Ast ille *Ald.*, alter melius legeretur quam ille *ε* dupplices *P* collegit R^1, colligit *corr.* R^2 ulnas *(et diffluxit hastula prima) E*, ulnas *ex* uluas *corr.* P^1 18 Catior *J* sexu] sexti *P* 19 oculis] ocl̇ *J* 20 meruere] *„pro* cum merito fecere *nescio an audacius dictum sit" Kochius;* monuere *Buechelerus* 21 figuret] figeret *E*, figura`t *J* *(volebat fort. corrector* figurat) 22 proprior *RP* fit] sit *P* 23 annos] animos *J item Isengr. mg.* 25 nouamsparibus *(om.* germanis) R^1*: ex* m *(quod etiam pro* ni *vel* in *accipi possit)* di *corr.* R^2 praebens] beus *in ras. J* 27 O bone *R*, O bene *P*, *unde* Omnia *corr.* P^1 naturae] n̄ (e *supra*) *J* supernae] superbae *RE* 28 iuuenum] iuuoum (o *supra*) *(sic) E; scriptum primum fuit fere* iuumum, *deinde sic corr.* numina] nomina *R*, lumina *Heinsius*, culmina *Jeepius* senum *(sic) R* 29 spraetis *R* medio pr. in igne *Barthius* 31 Haut *PJ*, Haud *q* inmerito ER^1, n *in* m *corr.* R^2, in merito *J*, imm. *q* tantā *A* 32 Enceladi *EP*, *item, sed* E *et* ce *oblitteratum, R*, Encheladi *JA* fauces] faues *R*, fauce *J* 33 aetnam *A*, aethna' R^1, a *prius del.* R^2, ethnam *E*, ethnā *PJ* 35 pater] patri *A*, *sed cf. exempla* adfuit *R*, affuit *q* ether *EPJ* 36 honus *PA*

Quodsi notus amor provexit in astra Laconas,
  Aenean Phrygio raptus ab igne pater,
Si vetus Argolicos inlustrat gloria fratres,
  Qui sua materno colla dedere iugo:
Cur non Amphinomo, cur non tibi, fortis Anapi,
  Aeternum Siculus templa dicavit honos?
Plura licet summae dederit Trinacria laudi,
  Noverit hoc maius se genuisse nihil.
Nec doleat damnis, quae devius intulit ardor,
  Nec gemat exustas igne furente domos:
Non potuit pietas flamma cessante probari.
  Emptum est ingenti clade perenne decus.

XVIII. (LI.)

DE MVLABVS GALLICIS.

Aspice morigeras Rhodani torrentis alumnas
  Imperio nexas imperioque vagas,
Dissona quam varios flectant ad murmura cursus
  Et certas adeant voce regente vias.
Quamvis quaeque sibi nullis discurrat habenis
  Et pateant duro libera colla iugo,
Ceu constricta tamen servit patiensque laborum
  Barbaricos docili concipit aure sonos.
Absentis longinqua valent praecepta magistri,
  Frenorumque vicem lingua virilis agit.
Haec procul angustat sparsas spargitque coactas:
  Haec sistit rapidas, haec properare facit.

XVIII *De mulabus hisce conferri potest Sulpicius Severus de virt. Martini dial. II c. 4. Ennodii autem extat „epigramma adversus Claudianum de mulabus“ (n. 328, p. 243 ed. Vogel):* Hic volucrem Rhodani torrentis respice natam Sermonum frenis subdere colla tuis. Iussa volat verbis et verbis iussa quiescit Cuius captivum est auribus arbitrium. Vincula nesciret ni vocis stricta lupatis Perderet auditu luxuriam generis. Cum stimulos clamor mentitur, clamor habenas, Obsequium linguae libera membra ferunt. Non opus est loris, sed nexus certa loquendi Dura catenati rostra ligat pecudis.

1 *Venantius Fort. Mart. I 128:* Rhodano torrentior. 9 *Corippi Ioh. VI 296 (421):* praecepta magistri.

41 *Aetnae 626.* 47 *Martialis I 12, 12:* Stantia non poterant tecta probare deos.
XVIII 10 *Horati epist. I 15, 13:* equi frenato est auris in ore.

37 notus *εω* 38 Aenean *R*, Eneā *P*, (A)eneam *ς* frigio *RPJ* 39 Si] Sic *P* inlustrat *R*¹, n *in* l *corr. R*², illustrat *ες* 41 Amphinomo] amphinomoi, i *in fine fort. ex corr., sub.* i *ras. E*, amphonio *JA* anapy *PJ*, anapi (e) *Ald.*, e *sic supra scr. ε, sed atramento pallidulo eo quo coniecturas addere assolet.* 42 E7num, *hamulum m. 2, P* siculis *A* dicanit] dicabit *R: idem coni. Heinsius* honos *ex* onus *corr. J*, onus *R* 43 trinagria *R*¹, g *in* c *mut. R*², trimacria *P*, tynacria *J* laudis *Heinsius* 47 flama *RA* 48 Emtum *R* clade] cede *(vel* clede?*) J* perheune *PJ*, per omne *A*

XVIII *Indicem sic habet E; item P;* —««« eiusdem — demulabus gallicis —, *R;* Incipit de mulabus gallis *V, item catal. M;* Incipit de mulabus gallicis *J; indicem om. A*

1 Adspice *V*, Apice *E*, Aspiee *ς* morigehas (h *ex* n) *V*¹, r *rest. m. rec.* rodani *P* 2 uagas] uegas, *sed corr. P*¹, negas *J* 3 flectunt *A* ad murmura *V*, admunera *E*, ad munera *Rε*, ad numina *AP*², ad muña *J*, ad mūa *P*¹ cursus] currus *Heinsius* 4 adeant] adant *J* regentes *R*¹, s *del. R*² 5 quaeque] quae *P* nullis] longis *V*, *sed Ennodius:* Uincula nesciret ni uocis stricta lupatis *eqs. et* mentitur clamor habenas discurat *P*, r *alterum add. P*¹, discurrit *A* 7 seruit] fer̄ *P*, *unde* ferro *corr. P*¹, ser' *J*, frenis *Heinsius* 8 concipit] combibit *Heinsius* aure (a) *R*, a *supra scr. R*², ore *P (cf. Ovidi a. am. III 344)*, aure *ex* ore *corr. A*¹ sonos] o *alterum a m. 2 insertum, R* 9 Absentisq;, *sed* q; *erasum J;* Abstantis *Mommsenus* longinquam *P*, doctiq; *V* 10 que] *supra lin. V*¹ uice *R*, uigem *A*, uices *V* *V. 11 omm. PJ, item spat. racuo relicto A* angustat (t *hoc ex corr. E, item* t *ex* s *radendo corr. V* *Post v. 12 unius v. spatium vacuum in P* haec properat resides *Barthius ex sui codicis vestigiis*

Laeva iubet: laevo deducunt limite gressum.
  Mutavit strepitum: dexteriora petunt.
Nec vinclis famulae nec libertate feroces,
  Exutae laqueis, sub dicione tamen
Consensuque pares et fulvis pellibus hirtae
  Esseda concordes multisonora trahunt.
Miraris, si voce feras pacaverit Orpheus,
  Cum pronas pecudes Gallica verba regant?

XIX. (XLIII.)

EPISTVLA AD GENNADIVM EXPROCONSVLE.

Italiae commune decus, Rubiconis amoeni
  Incola, Romani fama secunda fori,
Graiorum populis et nostro cognite Nilo
  (Vtraque gens fasces horret amatque tuos):
Carmina ieiunas poscis solantia fauces?
  Testor amicitiam nulla fuisse domi.
Nam mihi mox nidum pennis confisa relinquunt
  Et Lare contempto non reditura volant.

XX. (LII.)

DE SENE VERONENSI QVI SVBVRBIVM NVMQVAM EGRESSVS EST.

Felix, qui propriis aevum transegit in arvis,
  Ipsa domus puerum quem videt, ipsa senem,

XIX *Ennodii 213, 11:* Tu decus Italiae.

XIX 1 *Verg. Aen. XI 508:* O decus Italiae. 2 *Martialis VII 27, 2:* Aetolae fama secunda ferae. 5 *cf.* fauces *illas Martial. III 18.*

XX *Ad rem cf. anthol. lat. Ries. 433, Plin. n. hist. VII 151 de Aglao Psophidio:* senior hic . . . parvum . . . praedium colebat numquam ex eo egressus *eqs. (cf. Solini cp. 1); Ausonius XX 100:* (beatum) finem qui agelli proprii nunquam excesserat; *adde Valer. Maximi VII 1, 2, schol. Iuvenal. 14, 118.* 1 *Sili Ital. III 390:* aevum transigitur.

13 Laeua] Lae *oblitteratum in R* limite] ordine *V* gressum *V*, cursum *R*, currum *εq*, limite gressum *Isengr. mg.* 14 strepidum *R*[1], d *in* t *mut. R*[2] *V. 14 post 15 exhibet, sed ordinem corr. P*[1] *Vv. 15—20 om. V, item M* 15 famulae] mule *P*, famille *J* nic *P*[1], nec *corr. P*[2] 16 Exuta *R*, *fort. recte.* dicione *RE*, ditione *q* 17 Concesuqȝ *R*, Conspectuque *conieci, nisi maris* Incessuque et] cum *ς unus;* tum *Heinsius* hircę *A*, hyrte *J* 18 Eseda *A* multa sonora *P*, multishonora *R*, menti sonora *in vetere Cuiacii legere sibi videbatur Claverius* 19 uoce feras] uociferas *P*, nociferas *J* paccauerit *P*, peccauerit *J* 20 galliga *R*[1], gallica *corr. R*[2], calli' 'ca, c *in ras. P*, *unde* callida *corr. m. 1*

XIX *Deest in V* *Indicem sic habet, nisi quod* Epistola *et* ex⁹ *pro* ex E; Epistola ad Gennadium exproconsulem *ε;* Eiusdem epistola adgennadiu⁹ proconsulem *R;* Incipit epistula ad gn̄radium ex proconsule *P*, Incipit ad gennadium exproconsulem *J*, proconsulem *Claverius, tamen idem ex uno Cuiacii* exproconsule, *fort. ex catal. M ubi* Epistola ad genadium expro⁹sule'; *indicem om. A*

1 Italie *PJ* robuconis (u *supra scr. m. 2*) *R* 2 Aocola *Barthius* (secunda *ε*) 3 Gratiorum *R*, gorum *J* 4 fasces *RE*, fascis *P*[1], fascis *J*, fastis *A* *V. 5 om. spat. vacuo relicto A* 6 amiticiam *R* 7 mox] *ex* nox *corr. R*[1] pinnis *ERJ*, pennis *PA; scilicet penna hic simul intellegenda est quam adhibet librarius (cf. Suetonius ed. Reiff. p. 135, 1).* confissa *P*, confixa *A* reliquunt *P* 8 Et dare contento *A*, Et me contempto *M* redditura *J*

XX De senatore ueronensi qui suburbium nūqnam (Q *ex corr., fuerat* N) egressus est E, *item ε;* Eiusdemdeseneueronensiquisuborbiuˢ numqaˢ egressusest *R;* incipit eiusdem epigramma de sene qui iuxta ueronam (uero nā *P*) consistens. nec ciuitatem norat nec uillam umquam egressus est *VP;* Incipit de senatore ueronensi *J;* Epigramma de sene veronensi *catal. M; indicem om. A*

1 F *initiale om. P, in mg. P*[1] *post* qui *6 vel 7 litt. erasae V* propriis *VP*, patriis *q; cf. Auson.* aruis *VP*, agris *q; luditur in* aeuo *et* aruo 2 quae *R*, q *J*, quem *q* nidit *R*[1], uidet *corr. R*[2]

Qui baculo nitens in qua reptavit harena
　Vnius numerat saecula longa casae.
Illum non vario traxit fortuna tumultu,
　Nec bibit ignotas mobilis hospes aquas.
Non freta mercator tremuit, non classica miles,
　Non rauci lites pertulit ille fori.
Indocilis rerum, vicinae nescius urbis
　Aspectu fruitur liberiore poli.
Frugibus alternis, non consule computat annum:
　Autumnum pomis, ver sibi flore notat.
Idem condit ager soles idemque reducit,
　Metiturque suo rusticus orbe diem.
Ingentem meminit parvo qui germine quercum
　Aequaevumque videt consenuisse nemus,
Proxima cui nigris Verona remotior Indis
　Benacumque putat litora rubra lacum.
Sed tamen indomitae vires firmisque lacertis
　Aetas robustum tertia cernit avum.
Erret et extremos alter scrutetur Hiberos:
　Plus habet hic vitae, plus habet ille viae.

XXI. (LXXX.)
DE THEODORO ET HADRIANO.

Manlius indulget somno noctesque diesque;
　Insomnis Pharius sacra profana rapit.
Omnibus hoc, Italae gentes, exposcite votis,
　Manlius ut vigilet, dormiat ut Pharius.

---

5 sq. *cf. Horati epod. 2, 4 sqq.*　7 *cf. anthol. Pal. VII 650, Sisebuti c. 483 (anthol. Riesii) v. 6:* Legicrepi tundunt, latrant fora, classica turbant.　11 *Iuvenal. VI 198, magis Senec. benef. III 16:* non consulum numero .. annos suos computant.　15 *Verg. Aen. XI 5:* Ingentem quercum; *cf. c. 22, 40; 25, 9.* 22 *cf. Tibulli I 1, 26:* longae deditus esse viae; *Minucii Felicis 36, 6:* ut qui viam terit, eo felicior quo levior incedit, ita beatior in hoc itinere vivendi, qui paupertate se sublevat.

XXI *Conferri potest Luxorii carmen anthol. lat. 472 et Ciceronis illud apud Macrobium sat. II 3, 6 de Caninio:* vigilantem habemus consulem Caninium qui in consulatu suo somnum non vidit *et incerti epigramma anthol. Pal. IX 141.*　2 *Horati epist. I 17, 54:* sacra profanis.

---

3 Qui] Et *P*　reptauit] reptabat *R*, reputauit *P*¹　arena *P*　4 enumerat *ex ς pessimo coni. Heinsius*　saecula *R*, secula *q*　casçe *P*　5 traxit] transit *J*　nobilis *JA*　7 tremuit] timuit *VP*　8 littes *P*　ᵘorbis (u *add. m. 2*) *R*　11 Frutibus *R*¹, *unde* Fructibus *corr. R*²　compᵛtat (*corr. m. 3*) *R*　annum] annoı *R*, amnū *J*　12 Autumm *RP*　uer] ᶜuer *J*　13 solis *R*, solos *J*　14 Metaturque *Schottmuellerus*　*V. 15 et 16 ante v. 5 translocari iussit Bonnet (revue de phil. II 176) non recte; sensu enim careret* Sed tamen *quod est in v. 19; immo vv. 19. 20 versibus 15. 16 ita contraponuntur ut vv. 21. 22 versibus 17. 18*　15 Ingentem] Crescentem *Schottmuellerus*　gramine *RVPA*, germine *EJε*　quercum *P*², quartum *P*¹　16 Aecumque uidit *R*　uidet *P*　nemus] *post* e *litura in J*　17 Venacumq; *PJ*　18 littora *A*, littora *P*　rubra] rura *V*¹*P*¹, rubra *corr. P*², puto rubra *m. rec. V*　locum *P*　19 Sed] Sic *Heinsius*　firmisque] summisq; *JA*　20 rubustum *R*　21 et *om. R*¹, in *supplet R*²　hyberos *VJ*　Explicit de sene *VP*

XXI *Deest in V. Ita, nisi quod* ADRIANO, *inscr. E:* eiusdem detheodoro. ethadriano *R;* de theoro et adriano *in mg. P*¹; Incipit de teoro et adriano *J;* De mallio et phario *catal. M; indicem om. A*

1 Manlius] allius *M*　2 In sompnis *J*　pharius *om. P*¹, *suppl. P*³　sagra *R*　3 gentis *P*　exposcere *E*, etposcite *R*　4 Mallius *M*　uigelet *R*

XXII. (XXXIX.)

DEPRECATIO AD HADRIANVM.

Vsque adeone tuae producitur impetus irae?
Nullus erit finis lacrimis? subitisque favorem
Permutas odiis? Quo mens ignara nocendi,
Quo sensus abiere pii? Tantumne licebit
Invidiae? tantum strepitus valuere maligni?
Me dolor incautus, me lubrica duxerit aetas,
Me tumor impulerit, me devius egerit ardor:
Te tamen haut decuit paribus concurrere telis.
Humanae superos numquam tetigere querellae
Nec vaga securum penetrant convicia caelum.
Excessit iam poena modum. Concede iacenti.
En adsum; veniam confessus crimina posco.
Manibus Hectoreis atrox ignovit Achilles.
Vltrices Furias matris placavit Orestes.
Reddidit Alcides Priamo, quas ceperat, arces.
Pellaeum iuvenem regum flexere ruinae:
Darium famulis manibus doluisse peremptum
Fertur et ingenti solatus fata sepulchro:
Tradita captivo spatiosior India Poro.
Conditor hic patriae. Sic hostibus ille pepercit;
Hunc virtus tua digna sequi. Quemcumque deorum
Laesimus, insultet iugulo pascatque furorem.
Gratia defluxit, sequitur feralis egestas;
Desolata domus, caris spoliamur amicis:

XXII 8 *Dracontii c. V 274:* docuit concurrere telis.

XXII *cf. Libanii legat. ad Iulianum I p. 457 sqq. R.* 1 *Verg. Aen. XII 646:* Usque adeone *eqs.* 8 *Verg. Aen. VII 520:* concurrunt undique telis; *ceterum cf. Terenti eunuch. 866.* 12 *cf. Verg. Aen. IX* 425 (adsum). *Liban. p. 458:* ἡμάρτομεν, ὁμολογοῦμεν. 13 *cf. Ovidi trist. III 5, 37: Liban. p. 462, 12.* 16 *cf. Ovid. v. 39.* 19 *Curtius Ruf. VIII 14, 45: (Porum)* donavit ampliore regno quam tenuit.

XXII *Indicem sic exhibet E;* Eiusdemdeprecatio · adadrianum · *R;* Incipit excusatio pro se. *V;* Excusatio pro se ad stiliconem *catal. M et inde Claverius;* Incipit p̄fatio ad Adrianum *J; indicem om. PA;* petit ueniam de iniuria illata *ad titulum add. ε. Ad alterum quemque versum quasi esset pentameter* εἴσϑεσιν *adhibuit R*
1 U *initiale om. P¹ add. P²* 2 erit] erat E la/crimis *E,* lagrimis *R* faborem *R* 3 Permittas *P* 4 pii] tui ς 5 tantum] et tantum *R* ualuere] ualere *R* 6 dolor] calor *Heinsius* incautus] incautum *R* 7 tumor *J,* timor *q* deuius] *ex* diuius *corr. R¹,* denius *P¹, corr. P³* 8 haut *PJ,* haud *q* 9 humanę *(hamulum m. 2) R* (Humani *corr. m. rec. in V*) tetegere *R¹,* tetigere *corr. R²* querellę *E,* quaerellae *R¹,* a *prius del. R²,* querelis *V,* querele *q* 10 securum] *ex* seturum *corr. P,* securus *(?) J* penetrant *R¹, unde* penitrant *corr. R²* conciuia *R¹,* conuitia *corr. R²* caelum *R,* celum *q* 11 pᵒena *E* concide *R¹,* concede *corr. R²* lacenti *J* 12 adsum ueniam *RA,* assum ueniam *J,* adsum. et ueniam *E,* assum et ueniam *V,* assumet ueniam *P* confessus *incertius in R, legitur fere* comsensus *vel* comsessus, ??fessus *(sic) P* 13 atorx *P* ancilles *R* 14 placuit *P¹,* placauit *corr. P²* horestes *EPJ,* oresto *R* 15 Alcides] eacides *R,* alchides *P* coeperat *ER* arces] *paene* artes *J* 16 Pelleum *VPJA* ruinae] *ex* ruinā *P¹ corr.* 17 Darium] Et Darium *Eε P²*. Darium *P¹q (ras. 1 litterae post* D *P),* Hic darium *M* famolis *R¹,* u *rest. R²,* famuli *A,* manulis *J* peremtum *R* 19 Tradita] Reddita *Heinsius* captiuos pati osior *P¹* spaciosior *E* Poro] *VPA,* porro *EJ,* puro *R* 20 Conditur *R* hic] ut *A* *V. 20 pro spurio habet Bonnet.* 21 He (c *adrasum*) *P* quecumqʒ *E* deorum] minorum *Mommsenus* 22 insult& (t *obscuratum*) *E,* insultaet *R* iucolo *R¹, corr. R²* passeatqʒ *P* fororem *R* poscatqʒ cruorem *A* 23 Gratia] ti *obscuratum in R* sequiturqʒ *E* 24 Dessolata *J* amicis] anmicis *R*

Hunc tormenta necant, hic undique truditur exul.
Quid superest damnis? quae saeva pericula restant?
Emollit rabiem praedae mortisque facultas.
Praetereunt subiecta ferae, torvique leones,
Quae stravisse valent, eadem prostrata relinquunt
Nec nisi bellantis gaudent cervice iuvenci
Nobiliore fame. Secuit nascentia vota
Livor et ingesto turbavit gaudia luctu:
Iamiam suppliciis fessos humilesque serenus
Respice. Quid tanta dignaris mole clientem?
In brevibus numquam sese probat Aeolus undis,
Nec capit angustus Boreae certamina collis:
Alpes ille quatit, Rhodopeia culmina lassat.
Incubuit numquam caelestis flamma salictis
Nec parvi frutices iram meruere Tonantis:
Ingentes quercus, annosas fulminat ornos.
Hoc pro supplicibus ramis, pro fronde Minervae,
Hoc carmen pro ture damus. Miserere tuorum.
Me, precor, heu, me redde mihi gravibusque medere
Vulneribus vitamque iube famamque reverti.
Quae per te cecidit, per te fortuna resurgat.
Sanus Achilleis remeavit Telephus herbis,
Cuius pertulerat vires, et sensit in uno
Letalem placidamque manum; medicina per hostem
Contigit, et pepulit quos fecerat ipse dolores.

---

42 *Aegritudo Perdiccae 178:* miserere tuorum, *Orientii laudat. 170:* miserere mei, miserere meorum.

26 *Liban. p. 477, 9:* τίνας ἔτι ζητεῖς δίκας . . .: δὸς δὲ συγγνώμην, δός. 28 *cf. Statii Theb. VIII 594: similiter noster Stilich. II 20 sq.; accedit Seneca de clem. I 5, 5:* Elephanti leonesque transeunt quae impulerunt: ignobilis bestiae pertinacia est. 29 *cf. Ovidi trist. III 5, 33 sq.* 30 *cf. Statii Theb. VII 531.* 35 *Ovidi trist. III 4, 5 sq.* 38 sqq. *cf. Horati c. II 10, 9 sqq.* (feriuntque summos fulgura montes); *Lucreti V 1092:* caelestibus . . flammis. 40 *Liban. p. 461, 3:* κεραυνός. *Verg. Aen. X 766:* annosam . . ornum. 41 *Lucani III 306:* fronde Minervae. 42 *Verg. XI 365:* miserere tuorum. 44 *cf. ad laud. Stil. III 206 sq.* 49 *Ovidi rem. am. 47:* Vulnus . . quae quondam fecerat *eqs.*

25 Hinc *bis pro* hunc *et* hic *Heinsius* necant] negant *RJA* undique] mundi *Heinsius; sed de relegatione cogitandum esse monet Mommsenus, quae cum tantum urbe aut certis regionibus interdicere soleat, hic amicus adeo undique relegatur.* 26 *an* damni? seua *Rq* pericula] piacula *Heinsius* testant P^1, restant *corr.* P^2 27 Emolit R^1, l *add.* R^2 rabiē *P* 28 Praetennt *R* subiecta, *(sic; 1 litt. deleta)* E 29 ualent] calent *VA*, uolunt *Barthius Advers. XXXI, 1* eadem] ea mox *VP* prostratata *(corr. m. 1) R* relinqunt *E* 30 nisi] ni *J*, mihi *M* bellantes *VP* gaudet *AJ* ceruce P^1, ceruice P^2 iouenci R^1, u *ex* o *corr.* R^2, iutienti P^1, ruenti *corr.* P^2 31 Nobiliore] Nobilior *VP*, Nubiliore R^1, u *in* o *mut.* R^2 famę *E*, fame *RV*, *item deinde spat. vac. trium litt. P*, fames *JA* secuit] seruit *J* uota] *ω, sed in ras. vel certe postea add. in E*, uel fata *add.* P^1 32 Libor R^1, Liuor *corr.* R^2, uuor *J* ingestu^s^ (s *suprascr. m. 2*) *R* 33 lamiā, *sed virgula erasa, P (valens* lanua) umilesqꝫ *E*, humilesqꝫ *q* 34 Respice] Despice *RV* mole] morte *VP*, more *J* 35 brebibus *R* aeolos R^1, aeolus *corr.* R^2, eolus *q* 36 capit] caput *J* boree *VP*, borreę *A* 37 quatit ille R^1, *corr.* R^2, quatit P^2, qut P^1 rhodopaeque *(hamulum m. 2: a supra scr. m. 3) R*, rodopeia *EJP*, rhodopeia *A*, rhodopeaque *V* lassat] quassat *(hamulum m. 2) R*, quassat *V*, quassat ł las(sat) P^1 38 Ingubuit R^1, g *in* c *corr.* R^2 nunquam *ex* numquam *radendo corr. R* caelestis *R*, cel. *q* 39 frudices R^1, d *in* t *mut.* R^2 41 fronde P^2, funde P^1 42 carmen] carnē *R* ture *(vel* turre?) *R*, thure *PA*, eure *J* misere *J* damus miserero tuorum Me precor heu me redde *in ras. P* 43 Me] Ne *V* praecor R^1, a *del.* R^2 me] *om. R* medere] *ex* mereri *corr. E* 44 Ulneribus P^1, *corr.* P^2 46 Achilleis] Achillea *ε*, Achilleus *E*, achylleis *A* thelepus *VA* herbis] erbis *R*, hasta *ε* 47 et sensit] consensit *J* immo *P* 48 Laetalem *R*, Loetalem *A*, Letalem *ex* Letantem (?) *corr.* P^1 meditina P^1, *corr.* P^2 ostem *P* 49 Contegit *R* quos] qui *malim* feceras R^1, t *ex* s *corr.* R^2

Quodsi nec precibus fletu nec flecteris ullo,
Eripe calcatis non prospera cingula Musis,
Eripe militiam, comitem me pelle sodali.
Scilicet insignes de paupere vate triumphos!
Scilicet egregiis ornabere victor opimis!
Inruat in miseros cognata potentia cives;
Audiat haec commune solum longeque carinis
Nota Pharos, flentemque attollens gurgite vultum
Nostra gemat Nilus numerosis funera ripis.

XXIII. (LXXIV.)

DEPRECATIO IN ALETHIVM QVAESTOREM.

Sic non Aethiopum campos aestate pererrem
  Nec Scythico brumam sub Iove nudus agam,
Sic non imbriferam noctem ducentibus Haedis
  Ionio credam turgida vela mari,
Sic non Tartareo Furiarum verbere pulsus
  Irati relegam carmina grammatici:
Nulla meos traxit petulans audacia sensus,
  Liberior iusto nec mihi lingua fuit.
Versiculos, fateor, non cauta voce notavi,
  Heu miser! ignorans, quam grave crimen erat.
Orpheos alii libros impune lacessunt
  Nec tua securum te, Maro, fama vehit;
Ipse parens vatum, princeps Heliconis, Homerus
  Iudicis excepit tela severa notae.

XXIII 8 *Avianus 9, 18:* Liberior iusto. *VV. 13 et 14 citantur ap. Ennodium epist. II 6.*

50 *Liban. p. 459:* *δάκρυσι.* 51 sq. *Liban. p. 470, 12:* *ἀπόκτεινον, εἰ βούλει, κατάσκαψον.* 53 *Verg. Aen. IV 93:* Egregiam . . laudem et spolia ampla. 56 *Iuvencus evang. II 549:* Audiat haec *(cf. anthol. lat. Ries. 21, 28).* 58 *Nemesiani cyn. 15:* numeroso funere.

XXIII 1 *Theocriti VII 111 sq.:* *εἴης δ' Ἠδωνῶν μὲν ἐν ὤρεσι χείματι μέσσῳ . . . ἐν δὲ θέρει πυμάτοισι παρ' Αἰθιόπεσσιν ὀδεύοις.* 4 *Horati c. II 10, 24:* turgida vela. 11 *Auson. epigr. 108:* carmina nostra lacessit. 14 *Sili Ital. X 62:* tela Excipias.

50 praecibus, a *del. m. 2, R* flectu *J* flecteris] frangeris *VP* 51 cincula *R* singula prospera *M* 52 me pelle] ne pelle *VP* sodali *EVAJ, idem ex* sodoli *corr.* P^1, sodalis *R* *V. 53 om. JA* 53 insignis (e supra) *(littera sub e hasta traiecta; an i fuerit incertum) E*, insignis *R* uate P^3, nate P^1, uatte R^1, t *alterum del.* R^2 triumhus *(sic) R* *V. 54 om. R* 54 egregiis] et spoliis *E* opinis *J* 55 Sacuiat *ERJA*, Inruat *V*, Irruat *P*, Si ruat *Schraderus* cognota *R* 56 haec *R*, hęc *EVP*, hoc *q* longisqȝ *VP* 57 fluentemque R^1, u *del.* R^2 58 numerosis] nuosis *J* Cl. Claudiani satisfactio pro se aput stilicho explic. *subscr. V*; Ci *(sic)* Cladiani sactis factio prose apud stiliconem explicit P^1

XXIII *Indicem sic (nisi quod* IN ALTIVM) *exhibet E*; In Alechium quaestorem *Ald.*, Aletinm als *ε*; eiusdem inalecium questorem} *R*; Incipit in aletinm questorem *J*; Incipit in aleomm questorem. *P*: Incipit excusatio aput aletiū questorē dum obiceretur ei quod epigramma eius reprehendisset *V*; Epistola ad aletium quaestorem *catal. M*; *indicem om. A*

1 Si *R*, Hic P^1, Sic P^2q ethiopum *VPJ* estatē, *sed virgula crasa, P* 2 brumam schytico *V* scythico RA^2, scytico A^1, sythico *E*, seitico *PJ* iuue *R* nodos R^1, nudus *corr.* R^2 3 imbriferam *V*, imbriferis *q* noctem] nubem *Heinsius* Haedis] ędibus *E*, aedis *R*, edis *P* 4 Yonio *P* turgida] ur *detritum in R* 5 tartareo furiarum] o f *abolita praeter partes inferiores R* 6 Irati] i *ex corr.* P^1 relegam] ledam *V*, rega relegam *A* gramatici *RJP* 8 iusto] *V*, solito *q* (solita *J*); *cf. Avianus* 9 Versiculos *(sic) P* cauta] coata R^1, *corr.* R^3 10 quam] *postea add. J*, quod *A* graue crimen *ex* grani crimine *corr. E* 11 Orpheos] *ex* Orpheus *corr.* P^1, Orfeos *E*, Orfęos *V*, Ascraeos *Heinsius* intine V^1, p *ex* ti *corr.* V^2 13 eliconis *P*

Sed non Vergilius, sed non accusat Homerus:
Neuter enim quaestor, pauper uterque fuit.
En moveo plausus! en pallidus omnia laudo
Et clarum repeto terque quaterque 'sophos'!
Ignoscat placidus tandem flatusque remittat
Et tuto recitet quod libet ore: placet.

XXIV. (LXXXIII.)
DE LVCVSTA.

Horret apex capitis: medio fera lumina surgunt
Vertice; cognatus dorso durescit amictus.
Armavit natura cutem dumique rubentes
Cuspidibus parvis multos acuere rubores.

XXV. (XXX. XXXI.)
EPITHALAMIVM DICTVM PALLADIO V. C. TRIBVNO ET NOTARIO ET CELERINAE.

PRAEFATIO.

Carmina per thalamum quamvis festina negare
Nec volui genero nec potui socero.
Hic socius, dux ille mihi nostrique per aulam
Ordinis hic consors emicat, ille prior.
Hunc mihi coniungit studiis communibus aetas;
Hunc mihi praeponit vel senium vel honos.
Carmen amor generi, soceri reverentia poscit
Officio vatis, militis obsequio.

---

17 *Horati art. poet. 428:* pallescet. 18 *cf. Martial. VI 48:* sophos clamat.

XXV praef. 3 *Lucani V 290:* Dux erat, hic socius. 5 *Ovidi ex Ponto IV 13, 43:* studii communia.

---

15 uirgilius *ω* accusat] curaret *Aem. Baehrens (Bursiani relat. ann. VII, 1879, p. 147)* home^r^us *(et e sorde obscurum) E* *V. 16 ante 14 scr. P, ordinem corr. P^1, v. 14 et 15 om. M* pauper] pastor *E* *V. 15 et 16 spurios putabat Jeepius; sed quod in inscriptione Alethius quaestor dictus est, explicatur hoc v. 16; ceterum possis transponere* Quaestor enim neuter; *sed cf. mus. Rhenan. XXXIV p. 10* 17 plausus en] plausus et *V, item Isengrinius in textu* pallidus] ·llidus *postea insertum vid. in E,* palidus *R^1,* l *alterum add. R^2; ceterum cf. Horatius* 18 Et clarum] eclarum *(sic) R^1, unde* ac clarum *corr. R^2* sophos] sofos *E,* sophum *R* 19 Ignoscat *R (sed* o *m. 2; fuit* u *vel* a) flatusq; *sic ω* 20 tuto *VAε,* tuoto *R,* toto *q,* cauto *Corte ad Lucan. IV 727* quicquid ab ore *VM,* quicquid ab ore pluet aut fluet *Claverius ex cod. Cuiacii, fort. errore ex M* *In fine* Explič *V*

XXIV *Deest in R* *Indicem sic E;* De bucusta *in mg. P^1; item Camers;* Incipit de bucusta *J;* De locusta *catal. M; cum versu qui est „de dulcio" (cf. infra carm. min. appendicis n. 3) coniunxit hoc c. V et inscripsit:* De dulcio de locusta; De locustis *vetus Cuiacii; indicem om. A*

1 Hor^r^et *P^1* 2 durescit] decrescit *A, unde* succrescit *Heinsius* 3 dumiq; *VM (item Camers, Ald.),* dubiq *E,* dubiiq; *ε,* dubiisq; *JPA: desideres* digitique *vel, quod minus placet,* lumbique rubentes] rudentes *A;* rigentes *vel* cruenti *Kochius* 4 paruis] pinne *A* multos *εω* accuere *P* rubores] tumores *Bonnet* Cuspidibus pariunt multos ac uere colores *Claverius ex cod. Cuiacii (!), unde* pariunt multos ceu uepre dolores *Heinsius; ceterum cf. praef.*

XXV *Deest in R; J non adhibitus* Epithalamius dictus palladio . . . tribuno et notario et celerini *(sic) E;* Incip̄ epithalam̄ dictum Palladio v. c. et celerine. *V* *Praefationem hic om. Aldina et post Epist. ad Geanodium collocat ibique notavit ε:* In antiquo Incipit epithal. dictum Palladio v. c. tribuno et notario. caetera non percipiuntur. — Epylamus dictus Prefatio. *P;* Epithalamium palladii et celerine *catal. M; inscr. om. A*

1 festiua *P* negare] negarē *virgulam fort. m. 2 P,* tegaoni *(sic) V* 4 prior] or *fort. ex corr. E; et hamuli vestigium supra* o *(an fuerat* prius?) *Ad vv. 5 et 6 notam corruptelae posuit P^2* 6 honos] Ipnos *E* 7 poscit] *om. V*

Forte Venus blando quaesitum frigore somnum
Vitibus intexti gremio successerat antri
Densaque sidereos per gramina fuderat artus
Adclinis florum cumulo; crispatur opaca
Pampinus et musto sudantem ventilat uvam.
Ora decet neglecta sopor; fastidit amictum
Aestus et exuto translucent pectore frondes.
Idaliae iuxta famulae triplexque vicissim
Nexa sub ingenti requiescit Gratia quercu.
Pennati passim pueri quo quemque vocavit
Vmbra iacent; fluitant arcus ramisque propinquis
Pendentes placido suspirant igne pharetrae.
Pars vigiles ludunt aut per virgulta vagantur,
Scrutantur nidos avium vel roscida laeti
Mala legunt donum Veneri flexusque sequuntur
Palmitis et summas pennis librantur in ulmos;
Defendunt alii lucum Dryadasque procaces
Spectandi cupidas et rustica numina pellunt
Silvestresque deos longeque tuentibus antrum
Flammea lascivis intendunt spicula Faunis:
Cum subito varius vicina clamor ab urbe
Et fausti iuvenum plausus mixtaeque choreis
Auditae per rura lyrae. Celerina per omnes
Italiae canitur montes omnisque maritum
Palladium resonabat ager. Pervenit ad aures

1 *cf. anthol. lat. Ries. 273:* Forte iacebat Amor victus . . somno.

1 sqq. *Cf. Statii silv. I 2, 51 sqq.* 2 *Verg. ecl. 5, 6:* antro . . . succedimus, *et 19:* successimus antro. 3 *Statii l. l. 141:* Sidereos artus. 5 *Verg. georg. I 448:* mitis defendet pampinus uvas. 6 *Ovidi a. am. I 509, III 153:* neglecta decet. 14 *Verg. ecl. 8, 37:* roscida mala. 18 *Ovidi met. I 193:* rustica numina Fauni. 25 *Verg. Aen. II 81:* pervenit ad aures.

Praefationem a carmine nullo spatio diremit E, *item* VP, *inscriptionem om.* ω

1 Venus] tenus V^1 *(corr. m. rec.)*, ten' uen' P^1 quaesiuit ς *pauci*, quaerit dum *Burmannus; sed cf. Kochius p. 55* sonnum P, sommum *om.* V (sensu *m. rec.*), somnos *Heinsius* 2 Uittibus V intextis P V successerat] susceperat *vetus Cuiacii; sed* successimus antro *Vergilius* 3 sydereos A artus] aptū V, aptū ł artus P^1 4 Adclinis VP, Acclinis εq florum] foribus ε, ſforibus *(etiam* ſ *in ras.)* E opaeca P 5 musto sudantem uentilat uuam] *Heinsius et ego apud Kochium p. 56;* musto (a *m. 2*) uittem sudantem uentilat uuā *(supra* a *virgula erasa)* P, multos sudantem uentilat aura V, *sed* aura *suppl. m. rec.*, uitem sudantem uentilat uuis A, mites sudanti uentilat uuas E, *item nisi quod* miteis ε, mites undatim uentilat uuas *vetus Cuiacii*, uitem sudantem uentilat aura *cod. Barthii (?). De musto cf. etiam Orientius common. I 119:* autumnus musto madidus 6 amictus V 7 Cestus *Heinsius* translucent EVA, trans lucēt P *(fuerat* lucēt, *i. e.* lucerēt) peectore P excussas translucent pectora frondes *Scaliger teste Burm.;* ex uda translucent pectora fronde *Jeepius; sed exuto pectore splendorem eius transmittere frondes dicuntur (Gesnerus)* 8 uiciscim *(sic) ex* uicucim *corr.* V^1 9 ingenti εω 10 Pinnati E Passim pennati V nocabat *ex* vocabit *corr.* V^1 *cf. archiv. lexicogr. IV p. 592.* 11 fluitant] fluctans P arcus] artus A propinquis] *ex* propinquat *corr.* P^1, propinquant A 12 Pendentes] Pendent et VP faretrae V 13 Pars] Per V aut] et V uagantes *Heinsius, aut statim pro* auium *idem* alii 14 Sccutantur E, *sed* c *alterum in* r *corr. m. 1* auiū *ex* auū P^1 15 ueneri E, ueneris q secuntur P 16 et] aut *Heinsius* pinnis E librantur] uibrantur E 17 Altera defendunt alii lucum P lucum] lucos V dryadesque V, driadasque P, dryadasq; εEA 18 Rector inspectans P, *sed del.* P^1, *deinde* peccandi cupidas P^1, Inspectant cupidus (o *m. rec.*) V 19 Siluestrisq; E deas *Heinsius* tu tuentib; E, *sed prius* tu *del.* 20 Flamea A intendunt] *ex* intendant *corr.* P^1 21 Tunc *cod. Parisin. 5719 in parte altera* uarius] *bis scr., semel del.* P coreis P 23 lire VP, tube M celerinde V^1, celebrata V^2, celerina εq 24 Ytalie P, Italiae (d *ad* t *adscr. m. rec.*) V *post* montes *ras.* (q; *eras.?*) V

Vox iucunda deae strepituque excita resedit
Et reliquum nitido detersit pollice somnum
Vtque fuit, turbata comas, intecta papillas.
Mollibus exurgit stratis interque suorum
Agmen et innumeros Hymenaeum poscit Amores
(Hunc Musa genitum legit Cytherea ducemque
Praefecit thalamis; nullum iunxisse cubile
Hoc sine nec primas fas est attollere taedas).
Conspicitur tandem. Platano namque ille sub alta
Fusus inaequales cera texebat avenas
Maenaliosque modos et pastoralia labris
Murmura temptabat relegens orisque recursu
Dissimilem tenui variabat harundine ventum.
Restitit ut vidit Venerem, digitisque remissis
Ad terram tacito defluxit fistula flatu.
Dulce micant oculi: niveas infecerat igni
Solque pudorque genas: dubiam lanugiuis umbram
Caesaries intonsa tegit. Prior ipsa silentem
Compellat:
'Numquamne, puer, dilecta relinques
Carmina? maternis numquam satiabere donis
Dedite Musarum studio nimiumque parentis
Aemule? Quid medio tecum modularis in aestu?
Iamne tibi sordent citharae? iam lustra Lycaei
Atque pecus cordi redituraque rupibus Echo?
Huc ades et tantae nobis edissere causas

27 *Venanti Fort. vitae Mart. IV 11:* detergam pollice somnum. 41 *Sidon. c. XXII 33:* Dulce natant oculi.

27 *Ovidi met. XIII 745:* detersit pollice. 28 *Ovidi met. IV 473:* ut erat turbata capillos *(cf. Tibulli I 3, 91).* 29 *Verg. Aen. VIII 415:* Mollibus e stratis . . . surgit. 31 *Martiani Cap. I 1, 1:* thalamis quem matre Camena Progenitum . . . 34 *Ovidi met. XIII 793:* platano . . alta. 41 *ibid. III 33:* Igne micant oculi.

26 iocunda *EVP* *V. 28 et 29 om. V*[1], *suppl. in mg. V*[2] *V. 28 dedimus Burmannum secuti (cf. Rapt. I 55);* Utque fuit turbata comas, intecta capillos *E*, Utque fuit intecta comas, turbata papillas *P*, Utque fuit detecta comas, turbata capillos *A*, Utqȝ erat interiecta comas turbata capilles *V*[2], *item Ald.*, erat interiecta *del. ε supplens* turbata comas, *dein ad* turbata capillos *adscr. ε* intecta uel incompta. (Utque erat intertexta comas *Vaticanus 3289*) nudata papillis *Schraderus* 29 exurgit *E*, assurgit *V*[2]*PA* interque suorum *PA*, circumuenit omne *V*[2], hymeneus it omne *E*, interqȝ suarum *Cuiacii vetus*, Hymenaeon et omne *Heinsius ex E; malim* intratque suorum 30 Agmen] *fort. m. 2 in V* in numeros *Ald., ligavit ε* hymeneum *EA*, himeneum *VP* poscit *E*, querit *Ald., unde* quęrit *corr. ε, deinde* possit *idem ε*, quaerit *VPA* 31 Hunc] *fort. m. 2 in V* citherea *VP*, citharea *A* 32 Pre *fort. m. 2 in V* nullum] nullis *V* iunxisse *εω* cubille *A* 33 n (c *suprascr.*) prima *P* 34 sbalta *E* 35 cera] certa *V* auenas] *A*, habenas at auenas *E*[1], hauenas *P*, habenas *V* 36 Menaliosqȝ *VPA* modos] *om. et in mg. suppleverit P*[1] labris] hbris *(sic) E*, lubris *V*, libris *ex* lubris *corr. M*[1] 37 temtabat *E*, tentabat *A* recursu] recussu *Heinsius* 38 Dissimilem tenui *VP*, Dissimili tenuem *EA*, Dis simili tenuem *Mommsenus* harundine *VP*, arundine *EA* uentum] cantum *Schraderus* 39 Restitit] Destitit *Burmannus* 40 terram] *ex* treram *corr. P*[1] flatu *V*, lapsu l flatu *P*[1], lapsu *q* 41 niueas] nineat. *P*[1] infecerat] intesserit *ex* interserit *corr. E volens fort.* incesserat, *deinde prius* s *rursus in* r *corr.;* niueis interserit ignem . . . genis *Heinsius* igne *V* 42 dubiam] *om. V*[1] *spatio relicto*, flauę *suppl. m. rec.* 43 Cęsaries *E* (e *inferiore oblitterato*) tegit] *minus placet;* decet *conieci* 44 puer] *ex* puir *corr. E* relinquis *V*, relinquens *A* 48 lycei *A*, licei *VP* 49 pecus] nemus *M* etho *P* 50 tante *P*, tantae *A*, tantas *Eε*, tandem *V* causas] canse *V*

Laetitiae. cui pompa toro tam clara resultet.
Quae nova dotetur virgo: patriamque genusque
Pande, quibus terris orti, quo semine ducti.
Haut ignarus enim, nec te conubia fallunt
Vlla: tuo primae librantur foedere noctes'.
Ille refert: 'Equidem dudum te, diva, morantem
Mirabar quod adhuc tanti secura maneres
Coniugii. Non parva tibi mandatur origo.
Fascibus insignes et legum culmine fultae
Convenere domus et qui lectissimus orbi
Sanguis erat. Rubris quae fluctibus insula latrat.
Qui locus Aethiopum, quae sic impervia famae
Secessit regio, quo non rumore secundo
Palladii penetravit amor mentisque benigna
Temperies doctique sales et grata senectus?
Per cunctos iit ille gradus aulaeque labores
Emensus tenuit summae fastigia sedis
Eoum stabili moderatus iure senatum.
Hic splendor iuveni. Cunabula prima puellae
Danuvius veteresque Tomi. Mavortia matris
Nobilitas spoliis armisque exultat avitis
Inmensamque trahit Celerini robore lucem,
Qui quondam Meroen iussus Nilumque tueri,
Cum sibi post obitus et Parthica fulmina caro
Sceptra daret miles rebusque imponere vellet,

---

64 *Corippi Ioh. I 267:* mente benigna. 74 *Sidon. c. XXIII 91 sqq.:* castra . . Cari principis . . . cum fulmine captus . . vitam fulminibus parem peregit.

---

61 *Acci trag. v. 569 R:* latratu unda . . sonit; *Verg. Aen. VII 588:* latrantibus undis. 63 rumore secundo *habent Ennius ann. 266, Sueius (apud L. Muellerum in Lucilio p. 311), Vergil. Aen. VIII 90, Horatius epist. I 10, 9.* 65 *Iuvenalis IV 81:* iucunda senectus. 67 *Verg. Aen. II 302:* summi fastigia.

---

51 Letitiȩ E (*e postremum postea additum, fort. in ras.*) cui *V*, quae *EPA* toro] tora V^1, tori *corr.* V^2 quae pompa choro *Paul* resultat *V* 52 Quae] Cui *Paul* dotetur] docetur P^1, ducetur P^2 patriam (*om.* que) E nusque *in fine suppl. m. rec. in V* 53 quibus P^2, tribus P^1 54 Haut *P*, Haud *ς* 55 primae] cuncte *V*, *idem in mg. add.* P^1, *del.* P^2 56 morantem] morari *V* 57 quod] quid *Heinsius* secura *P* manerēs *P*, manere V^1, s *add. m. rec.* 59 Fascibus] c *ex* s *corr.* P^1 insignis V^1, insignes *corr.* V^2 fultae] u *non planum, paene* a *E* 60 Conuenere] e *primum ex corr. E* lectissimus *V*, letissimus *E*, letissimus *PA* orbi *V*, urbi *PEA* 61 rubris] rubeis, *sed* e *insolita forma, ε* quae] *VA*, ꝗ *E*, *om.* P^1, at P^2 flatibus *P* latrat] *cf. Rapt. Pros. I 148; mallem tamen* latrans 62 Qui *V*, Quis *ς* ethiopum *PV* inperuia *EV* 63 Secessit] Recessit *E* 64 penetrarit *Heinsius, sed cf. archiv. lexic. IV p. 592.* benigne *A* *V. 65 om. A* grata] terga *in ras.* P^1, docta P^3, tersa *Heinsius*, amica *ς pauci*, amoena *Schraderus* 66 iit] ut *E* 69 Hinc *Heinsius* iuueni] iuuenem P^1, iuuenū *(?)* P^2 70 Danubibus *P*, Danubius *ς*, *ex* Danobius *corr.* V^1 ueterisque *E* tomi *Eε*, thomi *VPA* matri *P*, patris *vel* patri *Heinsius* 71 a uitis *P* 72 Inmensamꝗ *V*, Imm. *ς* celerini *EA*, celerine *VP*, celeris de *Cuiacii retus (cf. V v. 21)* 73 ꝗdam *P* meroen *AV*, merᶜen (*et* r *inferius deletum*) *E*, meroē *P* iussus] uisus *P* 74 C *initiale om. V* obitus *EεV*, domitos *(sic) P*, domitas *A* pax thica *P* fulmina] flumina *ς*, domitas ad Parthica flumina *vetus Cuiacii* caro] *EV*, charo *ε*, *add. ε* et claros, *sed diverso atramento, eo sc., quo glossemata add. solet*, caros *P*, carras *A*, *item Cuiacii vetus*; Cari *Heinsius; sensum firmat Apollinaris Sidonius; sed ita ludere videtur poeta, ut post obitum Cari iam Celerinum „carum" militi factum esse canat; cf. praef.* 75 Scept *om. et spat. vac. reliquit* V^1 inponere *V*

Despexit fremitus et praetulit otia regno;
Respuit ingestum, quod vi, quod poscere ferro
Posthabita pietate solent. Tum purpura primum
Inferior virtute fuit meruitque repulsam
Obvia maiestas. Doluit Fortuna minorem
Se confessa viro. Magnum delata potestas,
Maiorem contempta probat. Cognomina sumpsit
Plena ducum genitor. Paulatim vectus ad altum
Princeps militiae, qua non inlustrior extat
Altera, cunctorum tabulas adsignat honorum,
Regnorum tractat numeros, constringit in unum
Sparsas imperii vires cuneosque recenset
Dispositos: quae Sarmaticis custodia ripis,
Quae saevis obiecta Getis, quae Saxona frenat
Vel Scottum legio, quantae cinxere cohortes
Oceanum, quanto pacatur milite Rhenus.
Casta domus, sincera fides, industria sollers.
Elegit Stilicho; nihil ultra laudibus addi
Iudiciove potest. Tali nubente puella
Nonne tibi cessare nefas? Duc protinus omnes,
Duc age. Marcentes cupio quassare coronas
Et vibrare faces et noctem ducere ludo.
Haec quoque non vilem iam fistula commodat usum
Responsura choris.'
Vix haec Hymenaeus; at illa
Fontibus abluitur gelidis legemque capillo

79 *Sidon. c. II 211* (repulsam). 82 *Paulini Petroc. vitae Martini I 185:* maiorque probatur, dum cupit esse minor. 83 *CIL. V 6253, 9:* provectus in altum. 92 *Prosper de ingratis 367:* haec sincera fides?

79 *Horati c. III 2, 17:* virtus repulsae nescia; *cf. Statii silv. II 2, 129, ubi* repellis Fortunam *codd. deteriores.* 82 *eleg. Maecen. 32:* Maior res magnis abstinuisse fuit. 92 *Horati c. IV 5, 21:* casta domus. 96 *Martiani Cap. IX, 1, 1:* facibus .. marcentibus. 97 *Val. Flacci I 251:* ludoque educite noctem *(cf. Statii Theb. II 74). Verg. Aen. IX 166:* noctem .. ducit .. ludo. 100 *Verg. ecl. 10, 42:* gelidi fontes.

76 Des *om. cum spat. vac., deinde* texit *habet V* ocia *E* 77 Respuit *om. cum spat. vac. V* ingestum *EV*, incestum *PA* quod ui *EP(V?)*, quid ui *A* 78 Post ha *om. cum spat. vac. V*, Post habitam *A* solent] sole *E* tum *EV*, tum *ex* non *corr.* P^1, non *A*, tunc *M* primum] primus *V* 79 Inferior *om. cum sp. vac. V* 80 Obvia *om. cum sp. vac. V* minorem] orem *A antecedente spat. vacuo 3 litterarum* 81 Se] Sed *A* confessa *EM*, concessa *PA* Se con *om. cum sp. vac., deinde* fessa *habet V* delata *EV*, delacta *P*, delecta *A* 82 Mai *om. cum sp. vac. V*, Maiorum *A* cōteta *E* sumsit *E* 83 ducum] dicit P^1 *unde* diem P^2 in altum *A*, euectus in altum *Heinsius* 84 qua] *om. P*, quo *supra lin. suppl.* P^1, qua *in mg.* P^1, quo *A* inlustrior *V*, ill. *ς* 85 Altera *PV*, Alter *EA* stabulas *P* adsignat *V*, ass. *ς* *vv. 86 et 87 sic habet V (et M) nisi quod* Rectorum tractat numerum; Regnorum tractat numeros cuneosque recenset Sparsas imperii uires confringit in unum *E, item P et A, nisi quod* Rectorum *P*, uiris AP^1, uires P^3, *deinde* ᵃ9stringit *(sic)* P^1, constrinxit *A; Mommsenus verba* constringit in unum Sparsas imperii uires *spuria censuit non sine specie veri; possis tamen interpretari: „vires per imperium dispersas in laterculo recensens quasi in locum unum constringit"* 88 Dispositos $E\varepsilon P^1$, s *finalem del.* P^2, Dispositis *V*, Depositum *A* quae] q̃ *(= quam) E*, quam *ε* 89 seuis *VA*, leuis *E*, senis *P* Getis] *om. A amplo spat. vacuo relicto, habent ες* santona *A* frenet *V* 90 scottum *E*, scotum *ς* legio *EA*, regio *VP* quante *V*, quantum *EP*, quam te *A* scinxere *P*, cinsere *V* *v. 91 et 92 om. V* 91 paccatur *P* militie *P* renus *P* 92 Castra P^1 93 stilico *P*, stbilico *A* nihil *EP*, nil *VA* 94 tali] t *supra lin. V* 95 cessare] cesare *A* omnes] agmen *conieci* 96 quassare *VE*, cassare *P*, cessare *A* 98 iam *V*, mihi *ς* 99 hymeneus *EA*, himeneus *P*, hyminous *V* 100 alluitur *E*

Reddit et ornatum formae prelisque solutae
Mira Dioneae sumit velamina telae.
Floribus extruitur currus; iuga floribus halant;
Florea purpureas adnectunt frena columbas.
Undique concurrunt volucres, quaecumque frementem
Permulcent Athesin cantu, quas Larius audit,
Quas Benacus alit, quas excipit amne quieto
Mincius: ereptis obmutuit unda querellis.
Eridani ripas et raucae stagna Padusae
Diffugiens nudavit olor. Laetantur Amores
Frenatisque truces avibus per nubila vecti
Ostentant se quisque deae magnoque tumultu
Confligunt pronique manus in verbera tendunt
Atque impune cadunt: lapsus meliore volatu
Consequitur vincitque suos auriga iugales.
  Vt thalami tetigere fores, tum vere rubentes
Desuper invertunt calathos largosque rosarum
Imbres et violas plenis sparsere pharetris
Collectas Veneris prato, quibus ipse pepercit
Sirius et teneras clementi sidere fovit.
Geminatis alii per totum balsama tectum
Effudere cadis, duro quae saucius ungue
Niliacus pingui desudat vulnere cortex.
Aggreditur Cytherea nurum flentemque pudico
Detraxit matris gremio. Matura tumescit
Virginitas superatque nives ac lilia candor
Et patrium flavis testatur crinibus Histrum.

105 *Venant. Fort. c. VI 7, 5:* Undique concurrunt. 121 *Alc. Aviti c. I 245:* desudans balsama. 125 *Prosper de ingratis 116:* Securae matris gremio.

104 *Verg. georg. IV 109:* halantes floribus. 107 *Verg. Aen. X 206:* patre Benaco . . Mincius; *ceterum cf. Petronii b. civile v. 36.* 108 *Statii Theb. V 542:* et ruptis inmutuit ore querelis (*cf. VI 185:* obmutuit). 109 *Verg. Aen. XI 457:* amne Padusae . . . rauci . . cycni. 110 sqq. *cf. Statii silv. I 41 sqq.* 113 *Verg. Aen. V 147:* pronique in verbera pendent. 118 *Ovidi ex Ponto IV 13, 35:* plenas . . movere pharetras.

101 prelisque solutae] p̄liisq; solu *(sic)* V, proeliisq; solutę E, *sed* so *et* ę *ex corr., fuisse vid.* salutat *(certum* t *in fine)*, peplumq; solute *M*, solutis *Heinsius* *Ad v. 101* nestis *in mg. P*[3]*; itaque de* peplo *cogitabat etiam P*[3] 102 dionee *P*, dioneae *EA*, cleonee *VM* reddit miracula *VM* tede *E* 103 currus] *in mg. suppl. P*[1], cursus *V* *In vv. 103—107 clausulas* ant, umbas, frementē, audit, eto *om. V*[1], *suppl. V*[2] 104 Floreaș *P*[1] purpu|reas (r *supra*) *(sic) E: littera deleta incerta* annectunt *A* frena] *ex* flētia *P*[1] *corr.* 105 uolcres (u *supra*) *P*, u *add. P*[2] frementē *P (sed virgulam fort. m. 2) AV*[2], fremente *V*[1]*E* 106 Promulcent *P* á te siin *E, sed* iin *artius scriptum ut postea insertum videatur; item* s *litterae pars media magis atra,* achęsin *V*[1] *(corr. m. rec.)*, athesim *PA* Larius] r *ex corr. E* 107 Benacus] uenacus *P* excipit] c *ex* t *corr. P*[1] amne] *ex* arma *P*[1] *corr.* 108 Mintius *VAP* ereptis] abruptis *Heinsius* querellis *E*, querelis *ς* 109 Euridani *P* ripas] ripe *V* rauce *ex* radice *corr. P*[1], glaucae *Heinsius* 110 olor] *om. sed suppl. in mg. V*[1], holor *A* 112 tumultu (u *supra*) *(sic) E;* u *inferius diffluxit* 114 inpune *V* lapsus] *sed* s *fin. erasum V*, lapsu *P* uolatu] *in* uolantes *mut. V*, uolantes *M* *V. 114 post 115 scr. P, sed ord. corr. P*[1] 116 tetigere] tumuere *P* 117 inuergunt *Heinsius* calatos *VA* 118 pharetris] canistris *Heinsius ex Corippo IV 148 (cf. idem ad Ovidi fast. IV 451)* 119 prato] *in sp. vac. suppl. V*[2]*; ante* quibus *1 vel 2 litterae erasae* 120 Syrius *A*, Scyrius *P* teneras] uiolas *M* 121 alii] aliiș *V* 122 cad'is *P* quae] q; *E* 124 Adgreditur *V* citherea *VP*, citharea *A* nurum *Eς V*, uirum *PA* pudico *V*[1], cupido *EPAV*[2] *VV. 127—133 initia* (Et pa, Tum, Tradit, Uiuite, Oscul. Labra, Confi) *in sp. vac. suppl. V*[2]

Tum dextram complexa viri dextramque puellae
Tradit et his ultro sancit conubia dictis:
'Vivite concordes et nostrum discite munus.
Oscula mille sonent; livescant brachia nexu;
Labra ligent animos. Neu tu virtute proterva
Confidas iuvenis: non est terrore domanda,
Sed precibus placanda tibi. Concede marito
Tu quoque neu Scythicas infensis unguibus iras
Exercere velis: vinci patiare, rogamus.
Sic uxor, sic mater eris. Quid lumina tinguis,
Virgo? crede mihi, quem nunc horrescis, amabis.'
Dixit et aligera geminos arcuque manuque
Praestantes e plebe vocat. Puer ilicet Aethon
Et Pyrois rutilas respersi murice plumas
Prosiliunt puroque imbutis melle sagittis
Hic nuptam petit, ille virum. Sonuere reducta
Cornua; certa Notos pariter sulcavit harundo
Et pariter fixis haeserunt tela medullis.

XXVI. (XLIX.)

APONVS.

Fons, Antenoreae vitam qui porrigis urbi
Fataque vicinis noxia pellis aquis,
Cum tua vel mutis tribuant miracula vocem,
Cum tibi plebeius carmina dictet honos
Et sit nulla manus, cuius non pollice ductae
Testentur memores prospera vota notae:

128 *Sidon. c. XI 129:* Tum iuvenis Paphie dextram dextramque puellae Complectens. 130 *Alc. Aviti c. I 172:* Vivite concordi studio. *Sidon. c. XI 131:* aevum ducite concordes. 135 *Dracont. 7, 52:* Unguibus infensis quam vulnerat ora mariti. 137 *Dracont. 2, 18:* quid fletu lumina tinguis? 142 *Dracont. 6, 112:* imbutas melle sagittas. 145 *Venant. Fort. c. VI 1, 42:* inhaesit flamma medullis.

XXVI *Cf. Victor aleth. III 734:* nebulas . . calidis quas Aponus undis Exalat, *versus octo de Apono apud Ennodium epist. V 8 fin., Cassiodorii Var. II 39.*

131 *Catulli 5, 7:* basia mille; *Ovidi met. VI 279:* liventia brachia. 145 haerere in medullis *Cicero plus semel.*

XXVI 4 *Horati sat. II 1, 110:* carmina dictant. 6 *Horati carm. I 13, 13:* memorem . . . notam.

128 Tunc *M* 129 ultro] ultra *Heinsius* cōnubia *E* 130 munus P^2, minus P^1 132 animas *M*, *quod commendet fescenn. 4, 23; cf. tamen illud Q. Lutati Catuli:* Aufugit mi animus, *al.* neu tu] uentu P^1, nerū P^3, tu *supra lin.* *V* proterua *εV*, paterna *q* 133 terrore] *ex* uirtute *corr.* V^1 134 precibus] ore cibus *E* pacanda *M* 135 neu *εω* sciticas *P*, scitichas *V* 136 uinci P^2, uinti P^1 137 Sic *εω* eris] eas *Heinsius ex Raptu Pros. III 310* tinguis *EV*, tingis AP^2, cingis P^1 138 Virgo] quid lumina tergis Turgida? *Heinsius* quem] quae *P* 139 aligera *V*, aligeros *EA*, alig^eros^ P^1 geminos] o *ex* u *corr.* V^1 140 Praestantes e plebe *V*, Prestanti de plebe *q* illicet *A* aethon *VA*, ethon *P*, heton *E* 141 Pyrois *εV*, pyroes *E*, pyreis *A*, piroes *P* respersi] respexit *E* 142 inbutis *V* sagitis *P* 143 Hic nuptam, petit ille virum *interpungendum putat Hilberg: sed cf. in Eutrop. II 559* reducti P^1 144 Notos] notas *A* pariter] iter *m. rec. in sp. vac.* *V* sulcauit *ex* uulgauit P^1 arundo *A* 145 tela] cela *V* medulis *A* Explicit de palladio et celerina Incipit de hipopotamo *V*

XXVI *Deest in R* *Indicem sic habet E;* Aponus incipit *V;* Incipit aponus *PJ:* *indicem om. A;* Aponus 1 de aquis patavi *catal. M;* De aponi fonte *Cuiacii vetus*

1 Mons *J* Antenoreae *A*, Anthenoree *E*, antoenoree *V*, autheonoe *PJ* porrigit *PJ*, corrigis *Heinsius* 2 Factaq3 P^1, Factaq3 *V*, Fataq3 *εq* uicinis] diuinis *Heinsius* aquis] equis JP^1, *corr.* P^2 3 miracula] spiracula *Heinsius* 4 *ad hunc v. in mg.* uel phebus *E* (*m. 1*), *scilicet pro* plebeius *legi volens* phoebeus. Phoebeius *ε* 5 sit] si *E* 6 memores] ueteres *V*

Nonne reus Musis pariter Nymphisque tenebor,
Si tacitus soli praetereare mihi?
Ludibrium quid enim fas est a vate relinqui
Hunc qui tot populis pervolat ora locum?

Alto colle minor, planis erectior arvis
Conspicuo clivus molliter orbe tumet
Ardentis fecundus aquae; quacumque cavernas
Perforat, offenso truditur igne latex.
Spirat putre solum, conclusaque subter anhelo
Pumice rimosas perforat unda vias.
Vmida flammarum regio Vulcania! terrae
Vbera sulphureae fervida regna plagae!
Quis sterilem non credat humum? Fumantia vernant
Pascua; luxuriat gramine cocta silex
Et, cum sic rigidae cautes fervore liquescant,
Contemptis audax ignibus herba viret.

Praeterea grandes effosso marmore sulci
Saucia longinquo limite saxa secant.
Herculei (sic fama refert) monstratur aratri
Semita, vel casus vomeris egit opus.
In medio pelagi late flagrantis imago
Caerulus inmenso panditur ore lacus
Ingenti fusus spatio; sed maior in altum
Intrat et arcanae rupis inane subit:
Densus nube sua tactuque inmitis et haustu,
Sed vitreis idem lucidus usque vadis.
Consuluit natura sibi, ne tota lateret,
Admisitque oculos, quo vetat ire calor:

11 *Venantius Fort. I 19, 5 (de clivo):* altior a planis arvis minor emicat *et mox v. 11:* exilit unda. 13 *Anthol. lat. Baehr. 544, 6:* Arsit aqua. 19 *cf. anthol. l. l. 7.* *V. 19—22 iterantur apud Luxorium c. 350 ed. Riese versibus 9 et 10, 13 et 14, quos ibi versus spurios dixit Buechelerus Mus. Rhen. 35, 406.*

11 *Enni epigr. v. 68 M.:* volito vivus per ora virum. 11 *Ovidi ars am. II 71:* Monte minor collis, campis erat altior aequis. 15 *Verg. georg. II 204:* putre solum. 26 *Statii Theb. VIII 421:* Casus agit virtutis opus.

7 Nonne reus] Non nereus V^1 *(corr. m. rec.)* Musis] faunis *ex* rausis P^1 nyphisq; *E*, niphisq; *P*, nimphisq; *J* 9 Ludibrium quid enim] Indictum neque enim *Vε*, *sed cf. in Eutr. II 535:* me ludibrium . . . risumque relinquis a uate] tacitumq; *V*; *sed id repetitum ex v. 8* 10 populis] populi *vetus Cuiacii* pronocat *VM*, prouolat *E*, peruolat *PJA* ora] *VAM*, ore *EJ*, omne P^1, ore ł amne *add.* P^1 locum] loqui *VMε* *Ennium contulit Stoeckerus „De Cl. poetae . . scientia" p. 11; sed vv. 9 et 10 fortasse spurii; neque enim novum in iis accedit, et per alteram personam „peruolas" in prooemio fons adloquendus fuit.* 11 minor] mitior *P* planis] *JA*, paruis *EPV*, *quod fort. ex proximo* aruis *ortum; cf. Venantius* ereptior *E* 12 o^r^be *del. et iterum* orbe *E* tumet] u *ex* i *corr. J* 13 Ardenti *P* fecundus] *cum* clivus *coniunxi suadente Kochio* aquis *E* cauernis *PJ* 14 offensus *Aldina* 15 hanelo *PJ* 16 Punice *PJ* perforat] personat *Crusius*, permeat *Buechelerus* unda uias] *ex* unde tuas *corr.* P^1 17 Humida *ω* *post* regio *et post* Vbera *pungendum censet Buechelerus* 19 uermant *J* 20 luxuriant *A*, luxuria^r^ *J* gramine] ine *ex* at *corr. J* silix *P* 21 sic] si *P*, sit *J* rigide *VM*, liquido *ϛ*, rigidae *firmat Luxorius* cautes] s *ex* x *corr. E* liquescunt *PJ* 22 Contemtis, n *ex* m *corr. E.* Contentis *P*, contemptis *εϛ* herba] *ex* erba *corr.* V^1 23 effossi *V*, effossos P^1, effoso *A* 24 longinquo P^1, longaeuo *Heinsius*, continuo, contiguo *idem* milite *V* 25 sic] sacra *ς pauci* fama] *om. et in mg. suppl.* P^1 monstrator *V*, monstratur *εϛ* 26 casus] causus *PJ*, Cacus *Barthius* 27 I medio *J* late pelagi *P* ymago *P* 28 inmenso *JA* 31 Densus] *„ne forte* Demptus *conicias, cf. VI cons. 47 et Ovidi met. X 54" Kochius* nube^a^ P^1 inmittis *V*, inmitis *EA*, inmittis *PJ* haustri *A* 32 uitreus *E* uite^ois^ eisdem *(corr. m. 1) P* 33 ne] *ex* n^e^ *radendo corr. P*, nec *J* tota] *V*, mensa *J*, m̄sa *P*, mersa *ϛ*, tecta *ex V Heinsius* laterēt, *sed virgula erasa, P* 34 Amisitq; *P*, Ammisitq; *J* ire] ore *P* calor] color *PJ*

Turbidus impulsu venti cum spargitur aer
Glaucaque fumiferae terga serenat aquae,
Tunc omnem liquidi vallem mirabere fundi,
Tunc veteres hastae, regia dona, micant
(Quas inter, nigrae tenebris obscurus harenae,
Discolor abruptum flumen hiatus agit;
Apparent infra latebrae, quas gurges opacus
Implet et abstrusos ducit in antra sinus);
Tunc montis secreta patent, qui flexus in arcum
Aequora pendenti margine summa ligat.

Viva coronatos adstringit scaena vapores,
Et levis exili cortice terra natat
Calcantumque oneri numquam cessura virorum
Sustentat trepidum, fida ruina, pedem
Facta manu, credas: sic levis circuit oras
Ambitus et tenuis perpetuusque riget.
Haerent stagna lacu plenas aequantia ripas
Praescriptumque timent transiluisse modum:
Quod superat, fluvius devexa rupe volutus
Egerit et campi dorsa recurva petit.
Devehit exceptum nativo spina meatu,
In patulas plumbi labitur inde vias:
Nullo cum strepitu madidis infecta favillis
Despumat niveum fistula cana salem.
Multifidas dispergit opes artemque secutus,
Qua iussere manus, mobile torquet iter
Et iunctos rapido pontes subtermeat aestu
Afflatasque vago temperat igne tholos.

39 *Statii Theb. XII 254:* nigrantes . . tenebras. 41 *Pacuvi v. 394 R. (ex Isidoro de nat. rerum):* omnes latebras . . abstrusos sinus. 47 *Taciti ann. XV 15:* cessurum oneri. 56 *cf. Statii silv. I 3, 66* (laberis . . . plumbo). 58 *Ennius annal. 410 M.:* spumat sale.

35 inpulsu *VP*, impulsu *εφ* uento *P*, uenit *V*, uentis̩ *J* 36 Claraque *V* 38 uetetes *(sic) V*, ueteres *εφ* hastae] st *in ras. P*[1], tali (*et deinde in v. 39* Quos) *ex Suetoni Tib. 15 coniecit Heinsius* 39 tenebras *ε* 40 abruptum *εω* 41 intra *V* 42 abstrusos] obstrusos *A*, abstrusus *Vaticanus Livinei: sed cf. infra carm. 38, 4:* refluos ducant sinus *et locum Pacuvi quode me monuit Woelfflinius* anstra *J* 43 Tum *E* patent] paⁿᵗ *ex corr. P* qui] q̶ *pro* qui *E et hic et v. 87 et Phoen. v. 2 et alibi* flexus] *ex* fletus *corr. P*[1] arcum *ex* artum *corr. P*[1] 44 summa] suma *P* 45 Uina *J* adstr. *V*, & stringit *(sic) E*, astr. *φ* scena] cena *V* 46 Et *ex corr. P* leuis] lenis *J;* uelut *conieci; nam „levis cortice“ coniungi apte non poterat; contrarium est* sine cortice nare *Horat. sat. I 4, 120* fornice *vel* cespite *Heinsius; idem* Ceu *pro* Et 47 Calcatumqȝ *P*, Calcaturqȝ *V* honeri *A* numquam] tm̄ quam *P*, nusquam *Heinsius* 48 fida] firma *M* 49 leuis *EJA* (s *ex* t *corr. J*), leues *V*, let *P*, lenis *M*, lenes *Isengr. mg.* oras] horas *PJ*, ora *Jeepius* 50 Ambitus] Alueus *Heinsius* riget] rigat *Heinsius* 51 Herēt (*ras. supra* r) *P*, Arent *V* loco *PJ*, lacu *εφ* planas *Heinsius* *V. 51 sq. ante v. 49 translocabat Barthius* 52 exiluisse *V*, transiliisse *A*, transiluisse *εφ* modū l loc(ū) *P*[1] 53 (Quod] Quo *M* 54 petit] pecu *P* 55 Euehit *PJ* ereptum *P* natiuo] o *iteratum E* spina] spuma *P*, spira *Heinsius*, sigma *Barthius;* „spina *ut in circo; talis* ῥάχις *solet nasci praecipitante de rupe flumine ut in Ara montanisque nostris amniculis“ Buechelerus* 56 palumbi *J* inde *J* uias] *ex* tuas *corr. P*[1], tuas *J*, In patulos . . . inde tubos *Heinsius* 57 madidis *VA*, madidisqȝ *EPJ* 58 Desupmat *V*[1] *(corr. m. rec.)* salēm *(sic;* e *inferius corrigendo obscurum) E* 59 Multifidum *V* opes] opus *V* arcumque *Heinsius* 60 iussere] nexere *ex* iussere *corr. P*[1] 61 pontes] *an balnei quasi tabulatum aut suspensura cum arcubus humilibus intellegi potest? haec enim pilas habuit inque pilis laterculi suspensuram tegentes ipsique tholi pavimento substrati positi erant (cf. Marquardtius de vita priv. Rom. I*[2] *p. 285); pro tabulato pontem scripsit Tacitus ann. II 6* subtermeat *V*, sbteruehit *E*, subteruehit *εφ*, subterluit *Heinsius*, subtervenit *idem* 62 Afflatasqȝ] Atlatasqȝ *J*, Afflatosqȝ *V* (τὰς θόλους *pro sudatorio apud Alciphronem I 23 legitur, aliter Stat. silv. V 1, 233)* temperat] uerberat *Schraderus* tholos] colos *P*

Acrior interius, rauci cum murmure saxi.
  Spumeus eliso pellitur amne vapor. —
Hinc pigras repetunt fessi sudore lacunas,
  Frigora quis longae blanda dedere morae.

Salve Paeoniae largitor nobilis undae,
  Dardanii salve gloria magna soli,
Publica morborum requies, commune medentum
  Auxilium, praesens numen, inempta salus.
Seu ruptis inferna ruunt incendia ripis
  Et nostro Phlegethon devius orbe calet,
Sulphuris in venas gelidus seu decidit amnis
  Accensusque fluit (quod manifestat odor),
Sive pari flammas undarum lance rependens
  Arbiter in foedus mons elementa vocat,
Ne cedant superata sibi, sed legibus aequis
  Alterius vires possit utrumque pati:
Quidquid erit causae, quocumque emitteris ortu,
  Non sine consilio currere certa fides.
Quis casum meritis ascribere talibus audet?
  Quis negat auctores haec statuisse deos?
Ille pater rerum, qui saecula dividit astris,
  Inter prima poli te quoque sacra dedit
Et fragilem nostri miseratus corporis usum
  Telluri medicas fundere iussit aquas,
Parcarumque colos exoratura severas
  Flumina laxatis emicuere iugis.

Felices, proprium qui te meruere, coloni,
  Fas quibus est Aponon iuris habere sui.
Non illis terrena lues corrupta nec Austri
  Flamina nec saevo Sirius igne nocet,

76 *Cassiodorius l. l.:* elementa .. mirabili coniungi foederatione.

63 *Verg. georg. I 109:* raucum per levia murmur Saxa ciet .. arentia temperat arva. 70 *cf. ad b. Gild. 308.* 80 *Ps. Ovidi epist. 16, 128:* Non sine consilio ... deum. 83 *Verg. georg. IV 382:* patrem rerum *(de Oceano).* 85 corpus fragile *Cicero plus semel.* 87 *Senecae Herc. 559:* Parcarumque colos non revocabiles. 91 *Ovidi met. VII 532:* Letiferis ... flatibus austri.

63 saxi]sari (*vel* fari) *P* 64 amne] igne *JP (ex v. 62)* 65 pigras *EVA*, pigras *ex* pings (*volebat* pingues) *corr. P*[1], pigs *J*, nigras *Heinsius* 66 quis] *EV*, aquis *PJA* blanda] dampna *VM* morae] *ex* tuore *corr. P*[1] 67 peonee *JP*, peonie *V* nobilis undae *om. P*, fons medicine *intulit aut m. aliena aut m. 1, sed postea quasi supplementum* 68 Salue dardanii *A* dardunii, *sed corr. J* salvae *P* 69 medēdtum *P*[1], meretur *V* 70 inemta *E* 71 Seu Stygiis effrena ruunt *Heinsius* 72 phlegeton *J*, phlegetō *ex* plagetō *corr. P*[1], flegethon *EV*, flegeton *A* calet] latet *Vε*, patet *Heinsius* 73 Sulfuris *P* amnis] *ex* anmus *corr. P*[1] 74 fluit *EV*, ruit *q* ordor *P* 75 pari *A*, pares *EVJ*, pares *ex* parens *corr. P*[1] lance] langue *V* undasque in lance *temptari* 76 Arbitrer *E* 77 Ne *VAP*[2], Nec *EP*[1]*J* credant *A* 78 uires] *ex* tures *corr. P*[1] possit utrumque] posituruṁq; *V*[1], *corr. m. rec.* uterq; *P* 79 Quicquid *ω* erit] *de futuro cf. Horati art. p. 42, Martial. 14, 191* emitteris *EJ*, emiteris *PA*, remitteris *V*, emerseris *Heinsius* 80 Non sine] N sū *P*[1], l est *supra ras. P*[1] sine] sū *J* currito *E*, currere *VAJ*, currere l credere *P* 81 adscr. *EJ*, asser. *V*, ascr. *q* 82 haec] hoc *A* 84 poli] coli *Barthius* dedit] colit *ς* 85 usum] usu, u *fin. ex corr. P*[1] 86 Telluri *EV*, Telluris *PJ*, Tellurem *A V*. 87 *om. E* Parcharumq; *P* cholos *P* exoratura] a *in fine ex* u *(?) corr. J*, exortatura *V*, exhortatura *P* 90 appon*s*o *(sic) P*, aponu *V* 91 terrena lues] terre ualues *P*, *unde* terre nalles *corr. m. 1; cf. Prudentius hamart. 249:* terras luis .. fatigat 92 saeuo] leuo *P* syrius *A*

Sed quamvis Lachesis letali stamine damnet.
In te fata sibi prosperiora petunt.
Quodsi forte malus membris exuberat umor
Languida vel nimio viscera felle rubent.
Non venas reserant nec vulnere vulnera sanant
Pocula nec tristi gramine mixta bibunt:
Amissum lymphis reparant impune vigorem,
Pacaturque aegro luxuriante dolor.

XXVII. (XLIV.)
PHOENIX.

Oceani summo circumfluus aequore lucus
Trans Indos Eurumque viret, qui primus anhelis
Sollicitatur equis vicinaque verbera sentit.
Vmida roranti resonant cum limina curru,
Vnde rubet ventura dies longeque coruscis
Nox afflata rotis refugo pallescit amictu:
Haec fortunatus nimium Titanius ales
Regna colit solusque plaga defensus iniqua
Possidet intactas aegris animalibus oras
Saeva nec humani patitur contagia mundi.
Par volucer superis, stellas qui vividus aequat
Durando membrisque terit redeuntibus aevum,
Non epulis saturare famem. non fontibus ullis
Assuetus prohibere sitim: sed purior illum
Solis fervor alit ventosaque pabula potat
Tethyos. innocui carpens alimenta vaporis.

99 *Cassiodorus l. l:* confertur .... sanitas impunit.

XXVII *Cf. Alcimi Aviti c. I 211 sqq.* 5 *Dracontii 10, 475:* rubebat Post noctem ventura dies.

98 *Lygdami 5, 34:* pocula mixta.

XXVII *cf. Lactantii de ave Phoenice.* 2 *Verg. georg. I 250:* equis .. anhelis. 7 *ibid. II 458:* O fortunatos nimium.

93 lac^h^esis P^1 letali *E*, loetali *A* 94 In te fata sibi *E*, Inde fata sibi *V*, I/de sibi fata *P*, Inde sibi fata *J*, Inde sibi fati *AM*, Undis *pro* In te *Heinsius* 95 exhuberat *J* umor *E*, humor *ς* 96 mutio (?) P^1, nimio P^3 rubent] rubent ł tument M^1, uirent *ς et ita Ovid. met. II 777; sed* rufa bilis *apud Celsum VII 18* 97 uenas] nas *in ras.* P^1 reserant] resecant *EP* nec] non *P* uulnera uulnere *EJA*, uulnere uulnera *VP* 98 Secula non *J* *inter* nec *et* tristi *3 litt. erasae E* bibunt *J* 99 Ammissum *J* limphis *PJ*, nymphis *V* (Amissum lymphis *corr. ε*) impune] īpugne *P* 100 Paccaturq; *P*, Peccaturq; (?) *J* Aponus explicit *V*

XXVII Poenix *inscr. E;* Incipit phenix *V;* Incipit fenix *J;* eiusdem· de foenice aue· *R;* Incipit de phenice *P;* De phenice *catal. M;* De Foenice *Ald.;* F *in* Ph *corr. ε: indicem om. A. Alterum quemque versum usque ad v. 15 per* εἴσθεσιν *secrevit R*

1 O *initiale omisit, sed in mg. suppl.* P^1 lucus] locus *R*, luo' *J*, ł nilus *M* 2 trans] leos P^1, *corr.* P^3 indos] *ex* indus *corr.* R^1 eorumq; *R* anelis *P*, hanelis *J* 3 uicinaq, *dein 2 litt. erasae, R;* q; *add.* R^2 sentit] sensit *M* 4 Umida *ERV*, Uiuida P^1 *(sed ex* Uituda *corr.) unde* Uuida *Heinsius,* humida *corr.* P^2, Humida *JA* lumina *AJ* curru *VP*, cursu *ς* 5 dies] *om.* P^1, *add.* P^2 coruscis] torruus P^1, *corr.* P^2, co ruscis (r *erasum*) *R* 6 adflata R^1, afflata *corr.* R^2 rotis] *ex* locis *corr.* V^1 pallescit (a *ex* o *corr.* V^1), pollescit *M* 7 Haec *R*, Nec *E*, Hec *PVJ*, Hic *A* tytanius *V*, innonius *M* 8 colit] tenet *A* solusque] solisq; *ER*, solis sol^is^q; *(sic; corr. m. 2) P* 9 animalibus] animantibus *ς pauci; sed primum de animalium, dein de humani mundi aegritudine dicitur* horas *J* 10 Scaena *Heinsius* humani P^1, communis P^2 11 uolucres *V*P^1, uolueris *corr.* P^3 stilla *R* 12 Purando *E* teret *ante* terit *scr., sed del. E* 13 famen *V* fontibus] *ex* fantibus *corr. P* 14 Adsuetus *PR*, Assuetus *ς* prohibere] p^r^b^ere^ *P* ill^u^um (u *inferius sorde infectum*) *E* 15 papula *V* (pabula *corr. m. rec.*) potat] libat *VP* 16 Tethyos *ERA*, Thetyos *VJ*, Thetios, s *ex* r *corr.* P^1 inocui *J*, innocuit *P*, innocuit *V* (t *del. m. rec.*)

Arcanum radiant oculi iubar. Igneus ora
Cingit honos. Rutilo cognatum vertice sidus
Attollit cristatus apex tenebrasque serena
Luce secat. Tyrio pinguntur crura veneno.
Antevolant Zephyros pennae, quas caerulus ambit
Flore color sparsoque super ditescit in auro.
    Hic neque concepto fetu nec semine surgit,
Sed pater est prolesque sibi nulloque creante
Emeritos artus fecunda morte reformat
Et petit alternam totidem per funera vitam.
    Namque ubi mille vias longinqua retorserit aestas,
Tot ruerint hiemes, totiens ver cursibus actum,
Quas tulit autumnus, dederit cultoribus umbras:
Tum multis gravior tandem subiungitur annis
Lustrorum numero victus: ceu lassa procellis
Ardua Caucasio nutat de culmine pinus
Seram ponderibus pronis tractura ruinam;
Pars cadit adsiduo flatu, pars imbre peresa
Rumpitur, abripuit partem vitiosa vetustas.
    Iam breve decrescit lumen languetque senili
Segnis stella gelu, qualis cum forte tenetur
Nubibus et dubio vanescit Cynthia cornu.
Iam solitae medios alae transcurrere nimbos
Vix ima tolluntur humo. Tum conscius aevi
Defuncti reducisque parans exordia formae

23 *Alc. Avitus 241:* resurgit. 24 *Venant. Fort. c. V 13, 3:* cum prole parentes. 26 *Alcimus Avitus 240:* Natali cum fine perit, *sumptum potius ex Tertulliano de resurr. carnis 13:* natali fine recedens. 27 *Prosper de ingratis 104:* mille viarum. 32 *versus de aucupio 16:* nutantem sub . . pondere; *Venanti Fort. vitae Mart. I 258:* arbor . . casura cacumine nutat: paulatim . . . ruebat. 38 *Rutilii de red. I 433:* Sic . . solet . . vanescere cornu . . . luna.

17 *Ovidi am. III 3, 9:* radiant ut sidus ocelli. 19 *Ov. fast. I 455:* cristatus . . ales. 24 *Lact. 167:* Ipsa sibi proles, suus est pater; *78:* se tamen ipsa creat. 25 *Lact. 95:* genitali morte. 27 *Nemesiani cyn. 1:* mille vias (*Verg. XII 753:* Mille . . vias); *Lact. 89:* postquam vitae iam mille peregerit annos; *Ovidi met. XV 395:* Haec ubi quinque suae complevit saecula. 31 sq. *Catulli 64, 105 sq.:* Nam velut in summo . . Tauro . . turben . . flamine . . eruit . . . Prona cadit lateque ruinis obvia frangens; *Verg. Aen. II 465:* lapsa repente ruinam . . trahit . . . et late incidit. 38 *Ovidi met. II 226:* Cornuaque . . . velut evanescere lunae. 41 *Horati c. II 9, 13:* aevo functus.

17 oculi *A* ubar *J* 18 Cithonus (*sic m. 1*) *R* sydus *A* 19 Attolit *R*[1], l *alterum add. R*[2] crustatus *J* serenas *J* 20 tirio *P* crura] cruna *R*[1], *corr. R*[2], tiura (?) *P*[1], *corr. P*[3] 21 zephyros] *om. P*, rubro *supra lin. P*[3], zephirum *V*, zephiros *J* pennae *A*, *idem ex* prime *corr. M*[1], pinnę *ER*, pinne *P*[1]*J*, plume *corr. P*[3], prime *V* quas circulus ambit Floricolor *Barthius* 22 Flore] Ore ς; Orbe *conieci; est enim Iris vel pictus orbis in pennis (Lactantii v. 133)* que] *om. R* super] simul *VP* 23 neque] nec *E* concepta *R*, concipitur *Barthius*, conceptus *Heinsius* foetu *R*, fętū *V*, secū *P*, fetu *q* 24 prolisq; *R*, prolesq; *εq* sibi] suis *P*, sui *VA* creanti *J* 25 fecundam *V* (m *del. m. rec.*) 27 Iamque ubi mille uices *Heinsius* aestas] *om. P*[1], *add. P*[2], aetas *RV* 28 ruerint] fuerint *VP*, Torruerint (*vel* Corruerint) ς qtotiens *P*[1], totidem *Heinsius* actu *V* 30 subiungitur] submergitur *M*, subducitur ς *unus fere*, suffrangitur *conieci* annis] a *ex corr. E*, horis *M* 31 uictus numero *A* lapsa *R* (*cf. Verg.*); *„sed cf. in Rufin. I 276" Buechelerus* 32 Caucasio] caucaseo *EA* culmine] uertice *VPA* 34 adsiduo *R*[1], assiduo *corr. R*[2], *item q* ymbre *P* peresa] persa *P*[1], *corr. P*[2] 35 Rupitur *P* abripuit] abrumpit *A* uisiosa uestustas *P* *v. 35 molestus visus Mommseno* 36 Iam breue] Iamque ubi *Eε*, Iam sibi *Heinsius* 37 Siguis *R* stella] stilla *EP*[1], stila *J*, stella *P*[2] 38 cinthya *V*, cinthia *P* 39 nībos *ex* mītos *radendo corr. R* 40 ima] una *J* tum *EVP*, tunc *q* 41 reducisq; parans *P*[1], reducis sperans *corr. P*[2]

Arentes tepidis de collibus eligit herbas
Et tumulum texens pretiosa fronde Sabaeum
Componit, bustumque sibi partumque futurum.
  Hic sedet et Solem blando clangore salutat
Debilior miscetque preces ac supplice cantu
Praestatura novas vires incendia poscit.
Quem procul adductis vidit cum Phoebus habenis,
Stat subito dictisque pium solatur alumnum:
'O senium positure rogo falsisque sepulchris
Natales habiture vices, qui saepe renasci
Exitio proprioque soles pubescere leto,
Accipe principium rursus corpusque coactum
Desere. Mutata melior procede figura.'
  Haec fatus propere flavis e crinibus unum
Concussa cervice iacit missoque volentem
Vitali fulgore ferit. Iam sponte crematur
Vt redeat gaudetque mori festinus in ortum.
Fervet odoratus telis caelestibus agger
Consumitque senem. Nitidos stupefacta iuvencos
Luna premit pigrosque polus non concitat axes
Parturiente rogo: curis natura laborat,
Aeternam ne perdat avem, flammasque fideles
Admonet, ut rerum decus inmortale remittant.
  Continuo dispersa vigor per membra volutus
Aestuat et venas recidivus sanguis inundat.
Victuri cineres nullo cogente moveri
Incipiunt plumaque rudem vestire favillam.

---

54 *Zenonis Veron. serm. 104:* quamvis melior, tamen prior ipsa. 58 *Dracontii 4, 48:* gaudentque mori fera corda. 60 *Dracontii 10, 431:* non iure (ire *Rossbergius*) polus nec Luna videtur Sic tauros urgere suos. 65 *Alc. Aviti c. 1 86:* spargat per membra vigorem. 66 *Corippi Iust. 1 350:* cum Phoenix innovat artus A busto recidiva suo (*sic cod. Matr.;* rediviva *Rittersh.; cf. ibid. v. 25*).

---

44 *Lact. 77:* Construit inde sibi seu nidum sive sepulcrum. 48 *Verg. Aen. IX 584:* adducta . . habena. 49 *ibid. V 770:* dictis solatur. 54 *Ovid. met. VII 722:* immutatque . . figuram. 64 *Horati c. II 17, 4:* decus . . rerum. 66 *Lact. 66:* Aestuat *eqs.*

---

42 elegit *R* herbas] herbar (?) *R*[1], *corr. R*[2] 43 tumulum *EJ*, tumultū *scripserat R*[1], t *alterum linea traiectum, deinde erasum,* cumulum *VPA* pr etiosa (a *eras.*) *R* sabeum *RJ*, s *ex* f *corr. P* 45 solem blando *VP*, magno solem *ERJ*, magno sedem *A* salutat] saluat *R*[1], *corr. R*[2] 46 Debillior *J* cantu] cautu *P* 47 Praestaturas *P*[1], Praestratura *J* 48 abductis *A*, adductus *J* phebus *VPJ* 50 positurae, *sed* a *erasum, R* rogo] uices *in ras. P*[1], *del. et* rogo *add. idem* 51 Natalis *R*, Nathales *P* habitur e (a *del., deinde erasum*) *R* Natalis subiture *Heinsius* 52 propriecꝫ, *sed corr. P*[1], patrioque *lusit Heinsius* leto *R*[1], loeto *corr. R*[2], loeto *A*, leto *EV* 53 coactum] caducum *Heinsius*, coactus *Burmannus*, peractum *Mommsenus* 54 mutatā *V* figuram *V* 55 de crinibus *A* 56 iacet *E*, tacet *V* missoque] misuscꝫ *R*[1], missuscꝫ *corr. R*[2] 57 Vitali] *ex* Uitale *corr.* E iam *A*, nam *ERVPJ* 58 reddeat *P*[1] gaudecꝫ *J* 59 telis *V*, taelis *R*, stellis *EPJA* coelestibus *R* ager *P*[1], auger *corr. P*[3] 60 Comsumitcꝫ *V*, Consummitque (m *alterum del. m. 2*, que *del. m. 3*) *R* stu *post* senem *scr. sed del.* E senem] finem *R* 61 praemit *R* polus] potius *P; ante* polus *vox aliqua consimilis del.* E conscitat *R* auxes *P* 62 curis] *sic ω;* cunas *Barthius et Heinsius;* cunis *idem Barthius* 63 flamasque *R* fidelēs, *virg. erasit P*[1] 64 Admonet *R*, Amonet *P*, Ammonet *ς* decus inmortale *RV*, decusit mortale E inmort. *ς* remitāt *virg. fort. m. 2 P*, remittat *V* 65 uigor] rigor E uolutos *P*[1], uolutus *corr. P*[3], uolatus *in mg. add. P*[1], uolatus *J* 66 uenis *VP* recidiuus] rediuiuus *RA; cf. Corippus* sanguit *J* 68 plumācꝫ *V*[1] (*virgulam del. m. rec.*) rudem] *om. P*[1], nouam ł suam *add. P*[2]

Qui fuerat genitor, natus nunc prosilit idem
Succeditque novus: geminae confinia vitae
Exiguo medius discrimine separat ignis.
Protinus ad Nilum Manes sacrare paternos
Auctoremque globum Phariae telluris ad oras
Ferre iuvat. Velox alienum pergit in orbem
Portans gramineo clausum velamine funus.
Innumerae comitantur aves stipatque volantem
Alituum suspensa cohors. Exercitus ingens
Obnubit vario late convexa meatu.
Nec quisquam tantis e milibus obvius audet
Ire duci, sed regis iter fragrantis adorant.
Non ferus accipiter, non armiger ipse Tonantis
Bella movet: commune facit reverentia foedus.
Talis barbaricas flavo de Tigride turmas
Ductor Parthus agit: gemmis et divite cultu
Luxurians sertis apicem regalibus ornat;
Auro frenat equum, perfusam murice vestem
Assyria signatur acu tumidusque regendo
Celsa per famulas acies dicione superbit.
Clara per Aegyptum placidis notissima sacris
Vrbs Titana colit, centumque adcline columnis
Invehitur templum Thebaeo monte revulsis.
Illic, ut perhibent, patriam de more reponit
Congeriem vultumque dei veneratus erilem
Iam flammae commendat onus, iam destinat aris
Semina relliquiasque sui: mirata relucent
Limina; divino spirant altaria fumo,
Et Pelusiacas productus ad usque paludes

---

70 *Alcimus Avitus:* succedens sibimet. 76 *Cor. Iust. III 53:* Innumerae glomerantur aves. 85 *Alcuini carm. 14, 3:* Regali . . . faciatis serta.

---

69 *Lact. 167:* Ipsa sibi proles, suus est pater. 70 *Tertullianus de resurr. carnis 13:* et succedens iterum Phoenix; *Iuvencus IV 315:* Et leti et vitae confinia. 76 *Verg. Aen. VI 311:* Quam multae glomerantur aves. 77 *Lact. 157:* alituum stipata cohors, volat illa *eqs.* 86 *Val. Flacci III 340:* murice vestes. 90 *Verg. Aen. VII 170:* centum sublime columnis. 96 *Statii silv. III 3, 211:* spirabunt . . arae.

---

69 nunc] n̄ *J* 70 Succedetque nepos *conieci; cf. Mus. Rhen. 34 p. 9* 71 seperat *R* 73 farie *E*, pharie *φ* teluris *R* horas *J* 74 pergit] *VP*, tendit *φ* 75 clausum] clarum *Isengr. mg.* 76 stipatque] *ex* stipantqꝫ *corr. M* 77 suspensa] stupefacta *A* 78 meatu] uolatu *A*, meateu *P* 79 obuius] obnuis P^1, *corr.* P^3 80 duci // (s *erasum?*) *V*, ducis *J* fragrantis *A*, fragrantis, fr *ex* fl *corr. E*, flagrantis *VJ*, fraglantis *RP* 82 meuet EVP^3, monet P^1, mouent *RAJ* reuerentia foedus] reuerti foedus R^1, *unde* foedusqꝫ reuerti *corr.* R^2 83 flauo *AJ*, fluuio *VPE*, flouio *R* tegride R^1, tygride *VJ*, tigride *corr.* R^2 84 partus *E* gēmils *P* 86 equum] *ex* eguum *P*, aequum R^1, a *del.* R^2 87 Assiria *E*, Asyria *RP* tumidūsqꝫ P^1 (*fuerat* tumidis) 88 Celsaqꝫ per *J* 89 Clara quae per R^1, quae *del.* R^2 egiptum *P*, ęgiptum *V* sagris R^1, sacris *corr.* R^2 90 Urbs] *ex* Orbs *corr.* R^1 titanta *E*, titina *R*, tytana *V* centumqꝫ accline *V*, centumqꝫ immane aceline *P*, centumque immane *RAJ*, fultumqꝫ immane *E*, fultumqꝫ *etiam ε* 91 Inueitur *P* Thebaeo] *Heinsius*, thabeo *A*, thebano *RJ*, tebano *EP*, hebano *V* reuulsus *J* 92 perhibent] h *supra lin. J* patriam] patrio *PJA* 93 nultumque (seu *supra*) ueneratus (seu *add. m. 2*) *R* herilem *A* 94 flām̄ae (*virgulam m. 2*) *R* onus] honus *A* 95 reliquiasqꝫ ER^1PVA, relliquiasque *corr.* R^2, *item J* mirata] myrrhata *vetus Cuiacii, sed cf. Kochius p. 60* 96 Limina] Lumina *RPA*, Culmina *Heinsius* diuinos . . . fumos *idem*

Indus odor penetrat nares completque salubri
Tempestate viros et nectare dulcior aura
Ostia nigrantis Nili septena vaporat.
O felix heresque tui. Quo solvimur omnes,
Hoc tibi suppeditat vires. Praebetur origo
Per cinerem. Moritur te non pereunte senectus.
Vidisti quodcumque fuit; te saecula teste
Cuncta revolvuntur; nosti quo tempore pontus
Fuderit elatas scopulis stagnantibus undas,
Quis Phaethonteis erroribus arserit annus,
Et clades te nulla rapit solusque superstes
Edomita tellure manes: non stamina Parcae
In te dira legunt nec ius habuere nocendi.

XXVIII. (XLVII.)

NILVS.

Felix, qui Pharias proscindit vomere terras:
Nubila non sperat tenebris condentia caelum
Nec graviter flantes pluviali frigore Coros
Invocat aut arcum variata luce rubentem.
Aegyptus sine nube ferax imbresque serenos
Sola tenet: secura poli, non indiga venti
Gaudet aquis, quas ipsa vehit, Niloque redundat:
Qui rapido tractu mediis elatus ab Austris,
Flammiferae patiens zonae cancrique calentis,

101 *Sedulii c. pasch. IV 290:* Ipse sibi . . . haeres.

XXVIII 5 *Venantius Fort. VII 4:* Et sine rore ferax Aegyptus.

99 *Verg. georg. IV 417:* Dulcis . . aura. 100 *Verg. Aen. VI 800:* septemgemini . . ostia Nili. 101 *Lact. 167:* Felix . . . et suus heres; *Ambrosius in psalm. 118:* sui heres corporis; *sed iam Plinius hist. nat. XII 22 de fico Indica:* sui ipsa semper heres *(ex coniect. Madvigii).* 108 *Ambrosius l. l.:* sibi avis superstes; *cf. Ovidi am. III 15, 20:* post mea mansurum fata superstes.

XXVIII *Cf. Lucani X 194—331 (Senecae nat. quaest. IV 1 sq.; Dielsius, commentat. acad. Berolin. 1886 p. 1 sqq.)* 1 *cf. Iuliani epist. 1:* ὡς εὐδαίμονες κτλ.; *Verg. georg. II 237:* terram proscinde. 2 *Plinii paneg. 30:* tunc Aegyptus nubila optavit caelumque respexit. 3 *Tibulli I 7, 26:* nec pluvio supplicat *eqs.* 8 *Lucanus 287:* medio consurgis ab axe . . . in ardentem . . . cancrum *eqs.*

98 Indus odor penetrat nares *VP*, Peruenit indus odor penetrat *REJA* (indis *ante* indus *scr., sed del. E*), Peruenit indus odor penitus *vel* penitos *Claver. ex vetere Cuiacii* compellet s alubri P^1, *corr.* P^2 99 uiros] uiris *Heinsius;* urbes *Kochius;* euros *Mommsenus;* uias *Buechelerus; cf. tamen Plauti Poen. 1179:* omnes odor complebat. 100 Hostia *EA* nigrantis P^1, migrantis *corr.* P^2 101 felix] filex R^1, *corr.* R^2 102 subpeditat *R, item sed* b *in* p *corr. J*, suppeditat *A*, suppeditant *P*, subpeditant *V* 104 saecula] scela *J* 105 renõluuntur *VP*, resoluuntur *εq* 106 Fudit *J* elatas] *ex* elatis *corr.* P^1 stãgnantibus *J* 107 phętonteis *A*, phoetonteis *E*, phaehtonteis *(sic) R*, phetonteis *V*, phetonteis *J*, phetunteis *P* terroribus *A* arserit] arserat *R* ///ānus *P* 108 cladis *R*, clades *εq* 109 manes] manus *P* 110 dira] dura *PJA* nec] *sic ω* habuere] habitura *Heinsius* Phenix explicit *VP*

XXVIII *Deest in R; adhibitus etiam cod. Reginensis 123 quem signabit littera G* *Indicem sic habet E;* Nilus incipit. *V;* Incipit nilus. *P;* De nilo *catal. M; indicem om. GJA*

1 pharias] *VAJ*, farias *EG*, parias P^1, *corr.* P^2 2 non sperat] nosse parat JP^1, nec sperat *corr.* P^1, *item G* 3 coros *A*, choros *q* (chores P^1) 5 Aegyptos *EA*, Egiptos *J*, hęgyptus *G*, Egiptus *PV* ferax] *ex* ferat *corr.* P^1 inbreueq. *G* 6 tenet] tenens *Heinsius* 7 ipsa] *ex* ipse *corr.* P^1, ipse *A*, ise *G* 8 ela/tus (s *eras.*) *G*, elapsus *z*, delatus *Burmannus* austris *VEG*, autris *q* 9 Flammiferae] *sic ω*, Flamigerę *MG* cancrine *J*

Fluctibus ignotis nostrum procurrit in orbem
Secreto de fonte cadens, qui semper inani
Quaerendus ratione latet, nec contigit ulli
Hoc vidisse caput: fertur sine teste creatus
Flumina profundens alieni conscia caeli.
Inde vago lapsu Libyam dispersus in omnem
Aethiopum per mille ruit nigrantia regna
Et loca continuo solis damnata vapore
Inrorat populisque salus sitientibus errat
Per Meroen Blemyasque feros atramque Syenen.
Hunc bibit infrenis Garamas domitorque ferarum
Girraeus, qui vasta colit sub rupibus antra,
Qui ramos hebeni, dentes qui vellit eburnos,
Et gens compositis crinem velata sagittis.
　　Nec vero similes causas crescentibus undis
Aut tempus meruit. Glacie non ille soluta
Nec circumfuso scopulis exuberat imbre.
Nam cum tristis hiems alias produxerit undas,
Tunc Nilum retinent ripae; cum languida cessant
Flumina, tunc Nilus mutato iure tumescit.
Quippe quod ex omni fluvio spoliaverit aestas,
Hoc Nilo natura refert, totumque per orbem
Collectae partes unum revocantur in amnem:
Quoque die Titana canis flagrantior armat
Et rapit umores madidos venasque calore
Compescit radiisque potentibus aestuat axis,
Nilo bruma venit, contraria tempora mundo:

---

12 *Luc. 295:* arcanum natura caput non prodidit ulli; *idem 214:* ora latent. 15 sqq. Libycis *Lucanus 291,* Aethiopum *293,* Meroe *303.* 17 vapor solis *Curt. Ruf. VII 5, 3; et alii.* 21 *Verg. Aen. III 431:* vasto . . antro. 23 *Verg. georg. IV 417:* compositis . . crinibus. 25 *Lucani v. 219 sqq.* 26 *De* scopulis *his cf. Luc. 325:* scopuli placuit fluvii quos dicere venas *et Senecam IV 2, 7:* duo emicant scopuli *eqs.* 27 *Verg. georg. IV 135:* Et cum tristis hiems. 31 *Luc. 238:* Sic iussit natura. 33 *cf. Lucani v. 226 sq.*

---

10 Fluxibus ς ignotis] *V,* is *ex corr. (fuit nm?) E, ex* innumeris *corr. P*¹, innumeris *AJ* percurrit *A* 11 semper] saemp/// *A* 12 contingit *P*¹ 13 sine fertur *J* 14 Flumina] a *ex corr. J* 15 libyam *VA,* lybiam *E,* libiam *GJP* 16 Ethiopum *VPJ* 17 Et] Q *J* uaporē *J, item, sed virgula erasa P* 18 Inrorat *VG,* Irr. *ꝗ* populiq͡ʒ (s) *P*¹ 19 Meroen] memorē *J,* merorē *P* blemyasqʒ *A*², blemiasqʒ *VG,* bl(e)esasqʒ (e *inferius sorde obscuratum*) *E,* blesaqʒ *A*¹, blesasqʒ *PJ Ald.;* forte Blemyas *ε* feros] *ex* ferorx *P*¹ *corr.* suenen *Aldina,* syenē *G,* syenem *EV.* sienem *A,* sienē *J et* (e *prius ex corr.*) *P*¹ 20 infrenis *VG,* effrenis *P,* efrenis *E,* effranis *J,* effrenus *A* garamans *J,* garamas *εꝗ* 21 Girraeus] Girreus *M,* Gyrreus *V,* Cyrreus *G,* Grareus *A,* Cyareus *E,* Gyareus *JP; ε utrum* Gyareus *an* Graréus *scripserit discerni nequit;* Cyreneus *vel* Carraeus *vetus Cuiacii* ruppibus *J* 22 hebeni *VGJ,* habeni *A,* ebeni *ꝗ* dentis *G* uellit] uelat *P* 23 gens] *de ea cf. Gesnerus ad III cons. 21* uallata ς *unus* sagitas (i) *P*¹ *post. v. 23 versum unum desiderat Mommsenus gentis nomen inducentem* *Ad v. 24 in mg. crucem pinxit E* uero] *hic dativus; intellege* verisimiles causas similis *EPJ,* similes *VGA* causas *VGA,* causa *ꝗ,* causa est *Jeepius* 25 Aut] Ut *V* tempus] *sc. verisimile crescendi; olim conieci* demptis ille] *ex* illa *P*¹ *corr.* glac(i)is *et* solutis *G* 26 circumfusos *PJ* scopolis *G* imbre^s *P,* ūbre *J* 27 alias ł alios *P,* altas *EG* produxerit umbras *E,* produxerit undas *VAG,* produxit in ūbras *JP,* in undas ł inanes *corr. P*¹ 28 ripe / *P* 29 tum *G* iure] *VA,* rure *E,* rite *PJ, om. G* 30 fluuios *E* aestas] aestus *G,* estus *V* 31 Hoc natura refert nilo *P* referet *J* 32 partes] uires *M* in annem *P,* inanem *J* 33 Cūque *V,* Cumque diem Titane canis *eqs. Barthius* d(i)e *J* canis] *ex* canit (?) *P*¹ fragrantior *P* 34 umores *E,* humores *ꝗ* madidos] madidosqʒ, *sed* qʒ *del. E,* sidus *Barthius,* maribus *ego (cf. Manilius V 211)* uenasque calore] *EV,* uanosqʒ calores *JP,* varioqʒ calore *A* 35 Conpescit *J* astuat *G,* extuat *J* axis] *ex* astis *corr. J*¹ 36 Nil obumbra *G* uenit] uehit *εM* tempora] tempat *P*¹

Defectis solitum referens cultoribus aequor
Effluit Aegaeo stagnantior, acrior alto
Ionio seseque patentibus explicat arvis:
Fluctuat omnis ager: remis sonuere novales;
Saepius, aestivo iaceat cum forte sopore,
Cernit cum stabulis armenta natantia pastor.

XXIX. (XLVIII.)

MAGNES.

Quisquis sollicita mundum ratione secutus
Semina rimatur rerum, quo luna laborat
Defectu, quae causa iubet pallescere solem,
Vnde rubescentes ferali crine cometae,
Vnde fluant venti, trepidae quis viscera terrae
Concutiat motus, quis fulgura ducat hiatus,
Vnde tonent nubes, quo lumine floreat arcus:
Hoc mihi quaerenti, si quid deprendere veri
Mens valet, expediat.
Lapis est cognomine magnes
Decolor obscurus vilis. Non ille repexam
Caesariem regum, non candida virginis ornat
Colla nec insigni splendet per cingula morsu:
Sed nova si nigri videas miracula saxi,
Tunc pulchros superat cultus et quidquid Eois
Indus litoribus rubra scrutatur in alga.
Nam ferro meruit vitam ferrique rigore

37 *Cl. Mar. Victor aleth. II 470:* cultoribus agros. 42 *cf. Alcimi Aviti c. IV 73. I 274—276; Victor l. l. 471:* Implicitosque greges stabulis.

XXIX *Ex hoc carmine sumpta videntur quae docet Augustinus civ. dei XXI 6, 2:* tot et tanta mirifica . . . dei creatura utentibus humanis artibus fiunt . . . . unde factum est ut in quodam templo lapidibus magnetibus in solo et camera proportione magnitudinis positis simulacrum ferreum aeris illius medio inter utrumque lapidem ignorantibus, quid sursum esset ac deorsum, quasi numinis potestate penderet. 2 *Prosper de ingratis 874:* defectus solis varios lunaeque labores. 5 *Paulini Petr. vitae Mart. I 270:* uiscera terrae, *item Victoris comm. in Genesin I 189.*

40 *cf. Ovidi met. I 294.*

XXIX 2 *Lucretius I 59, Ausonius epigr. 65, 1:* semina rerum. *Verg. Aen. I 742:* lunam solisque labores; *cf. ad Manl. Theodor. 187, bell. Pollent. 233.* 4 *Verg. Aen. X 272:* cometae . . rubent. 5 *Ovidi met. I 138:* viscera terrae. 11 *Ov. am. I 5, 10:* candida . . colla. 16 *Verg. georg. I 143:* ferri rigor.

37 Defectis] *EVG*, Defectu *P*, Defectum *JA* solitum referens] *VG*, solitumq; ferens *q* 38 egeo *VPJ* stagnantior] antior *in ras. E*, stangnantior *VJ* acrior] auctior *Jeepius* *V. 39 om. J* 39 Yonio *P* seseq; patentibus *GA*, seseq; p(a)tentibus *(corr. m. rec.) V*, sese pendentibus *EP* arvis] ruis *ex corr. E*, aruus *G* 40 sonuere] monere *G* 41 ęstiuus iactat cū fronde sapores *G* nilus explicit *V* *In fine deesse aliqua indicavit Scaliger, idem visum Buechelero*

XXIX *Sic inscr. E;* Magnes incipit *V;* Incipit magnes *PJ;* De magnete *catal. M; indicem om. A;* De statua Martis ferrea et Veneris magnitica *Aldina*

V. 1—33 desunt in R, qui codex mutilus a v. 34 huius c. incipit. 1 Q *initiale om. P*[1], *add. P*[2] sollicitat *J* mundi *E* ratione] tone *P* securus *E*, sequutus *V* 3 pallesce *P* 4 Uunde *P* fluant] ruant *Heinsius* comete *V* 6 motus] *ex* uentus *corr. V*[1] quis *VP*, quę *E*, que *JA* hiatus] *VP*, origo *EJA* 7 tonant *P* 8 Hoc *VPJ*, Haec *q* deprenderere *(sic) E*, deprehendere *A* uerum *VP* 9 expediat] expediant *M*, expediam *ς pauci* cognomine] cognoscere *A*, ?nomine *J* 10 repexeam *P*[1], respexam *J* 11 non candida] *EA Aldina*, nec candida *J*, non pectora *VP* ornat] ora *J* *V. 12 om. VP* 14 Tum *A* Purpureos *coni. Heinsius* superat] superet *V*[2] *(teste Heinsio)* quicquid *EVPA* 15 Indus] *VPA*, Indi *E*, Indis *J* littoribus *PA* rubra] rubram *VP* scrutatur] *VP*, scrutantur *q* alga] algam *VP* 16 Nam ferro *V*, Nam f(s)rro *P*, Ex ferro *EJA* rigore *E*, uigore *V*, *item, sed* u *adrasum (ex* u *vel* ri ?) *P*[1], rigorem *JA (cf. Verg.;* uigorem *v. 19)*

Vescitur; hoc dulces epulas, hoc pabula novit:
Hinc proprias renovat vires; hinc fusa per artus
Aspera secretum servant alimenta vigorem:
Hoc absente perit: tristi morientia torpent
Membra fame, venasque sitis consumit apertas.
    Mavors, sanguinea qui cuspide verberat urbes,
Et Venus, humanas quae laxat in otia curas,
Aurati delubra tenent communia templi.
Effigies non una deis: sed ferrea Martis
Forma nitet, Venerem magnetica gemma figurat.
Illis conubium celebrat de more sacerdos.
Ducit flamma choros: festa frondentia myrto
Limina cinguntur, roseisque cubilia surgunt
Floribus, et thalamum dotalis purpura velat.
Hic mirum consurgit opus: Cytherea maritum
Sponte rapit caelique toros imitata priores
Pectora lascivo flatu Mavortia nectit
Et tantum suspendit onus galeaeque lacertos
Implicat et vivis totum complexibus ambit.
Ille lacessitus longo spiraminis actu
Arcanis trahitur gemma de coniuge nodis.
Pronuba fit Natura deis ferrumque maritat
Aura tenax: subitis sociantur numina furtis.
    Quis calor infudit geminis alterna metallis
Foedera? quae duras iungit concordia mentes?
Flagrat anhela silex et amicam saucia sentit
Materiem placidosque chalybs cognoscit amores.

17 *cf. Nemesius de homine 1:* ὥσπερ τροφήν κτλ. 18 *Prosper l. l. 2:* proprias . . . vires. *Corippi Ioh. VIII 280:* renovat nostras vires. 20 *cf. Theophylactus Simocata ep. 26 (Hercher epist. p. 771):* ὁπηνίκα γὰρ ἡ λίθος . . χωρίζηται, παραυτίκα νεκροῦται κτλ. 22 sqq. *cf. Augustinus l. l.* 27 *Corippi Ioh. VI 101:* more sacerdos. 42 *cf. anthol. lat. Ries. 34 de statua Veneris:* Sensit dura silex quo loco *(?)* exaestuet ignis.

17 *Horati c. III 8, 6:* dulcis epulas. 18 *Verg. Aen. VI 726:* infusa per artus. 19 *cf. ad paneg. Olybr. Prob. 41.* 20 *Sili Ital. IV 69:* torpentia membra. 23 *Verg. IX 223:* laxabant curas. 31 *Properti IV 1, 67:* surgit opus. 32 sqq. *cf. Ausonius Mos. 315 sqq.* 35 *Statii Theb. VII 498:* amplexibus ambit. 43 *Tibulli II 1, 80:* placidus . . amor.

17 hoc *prius*] haec *M; item conieceris habere VP, tacent tamen conlationes;* has *Scaliger* hec pabula *VP* 18 Hinc *prius*] hine *P* hinc fusa] infusa *VP (ex Verg.?)* patus (= paratus) P^1, partus *corr.* P^2 *V 20 et 21 om. VP* 20 perit] *ex* periit *(?) corr. E* 21 fame *E* sitis] siti *E* 22 urbis AP^1, urbes P^2q 23 ocia *deleto alio vocabulo supra lin. E* curas] gentes *M* 25 deis] *bis scr., semel del. E* 26 uen̄em *P* 27 conubium] cōnubium *E*, conminium P^1, coniugium P^2 sacerdos (o *inferius sorde obscuratum*) *E* 28 thoros *P* 29 Limina] *ex* Lumina *radendo P* 30 thalamum] talamas P^1, talamos *corr.* P^2, thalamos *V* 31 citherea *VJ* cytharea *A*, citerea *P* (cytherea *ε*) 32 thoros *EVJ, item*, ros *in ras., A* initata P^1, mirata *corr.* P^2, 1 mentita P^2 34 tantum suspen *paene dispicitur,* dit *omnino oblitteratum, R* onus] s *oblitteratum, reliqua legi possunt, certe non* honus *R*, honus *A* *reliquorum praeter* q; *(= que) vix umbra dispicitur, R* 35 conplexi (bus *oblitteratum*) *R* mbit (a *evanuit*) *R* 36 longos, *sed* s *del. E* actu *paene dispicitur R*, aestu *Heinsius*, ictu *idem* 37 gemma] gemina *JA* nodis] is *paene evanuit, R* 38 sit natura *P*, frenatura *E* maritat] tat *obscuratum, R* 39 subitis] s [1] is *dispicitur, reliqua sorde absorpta, R* sociatur *R* 40 color *P* infudit *V, item* infudit (nf *paene evanidum*) *R*, infundit *EAJ*, insudet *P* metallis] is *evanuit, R* 41 iungit] *bis scr. V* concordia] cordia *obscuratum, R* duros . . . montes *Barthius* 42 hanela *J* silex] x *obscurius R* amicam] amica *R* *sequentia praeter* ia *obscurata in R, certe tamen non* sensit; sensit *A* 43 Materiam *VP* placidos (1 *evanuit*) *R* chalybs, *sed* yb *foramine obsorpta,* al *obscura, R,* calybs *EVA*, calibs *P*, calips *J* it amores *foramine periit R* placidoque chalybs ignescit amore *Heinsius* Amores *Buechelerus*

Sic Venus horrificum belli compescere regem
Et vultum mollire solet, cum sanguine praeceps
Aestuat et strictis mucronibus asperat iras.
Sola feris occurrit equis solvitque tumorem
Pectoris et blando praecordia temperat igni.
Pax animo tranquilla datur, pugnasque calentes
Deserit et rutilas declinat in oscula cristas.
Quae tibi, saeve puer, non est permissa potestas?
Tu magnum superas fulmen caeloque relicto
Fluctibus in mediis cogis mugire Tonantem.
Iam gelidas rupes vivoque carentia sensu
Membra feris, iam saxa tuis obnoxia telis,
Et lapides suus ardor agit, ferrumque tenetur
Inlecebris; rigido regnant in marmore flammae.

XXX. (XXIX.)

LAVS SERENAE.

Dic, mea Calliope, tanto cur tempore differs
Pierio meritam serto redimire Serenam?
Vile putas donum, solitam consurgere gemmis
Aut Rubro radiare mari si floribus ornes
Reginae regina comam? sed floribus illis,
Quos neque frigoribus Boreas nec Sirius urit
Aestibus, aeterno sed veris honore rubentes
Fons Aganippea Permessius educat unda:
Vnde piae pascuntur apes et prata legentes
Transmittunt saeclis Heliconia mella futuris.

53 *Anthol. lat. Ries. 221, 3:* feci mugire Tonantem *(cf. Nupt. 113).*
XXX 1 *Sulpiciae satira 12:* Dic mihi Calliope. 2 *cf. Venant. Fortunatus de b. Martino I 38:* nullo flore virens ego tendam sertum.

46 *Verg. Aen. II 449:* strictis mucronibus. 49 *Lucani I 171:* pax tranquilla. 54 *Lucreti II 989:* carentibus .. sensu.
XXX 2 *Eusebii vitae Const. I init.:* πλέξαντες στεφάνους ... τὴν ἱερὰν κεφαλὴν ἀνεστέφομεν. 5 regina *ex Hor. carm. III 4, 2.* 8 *Ovidi fast. V 7:* fontes Aganippidos.

44 horificum *P*, horrificum *paene dispicitur R* be. li (l *paene evanuit*) *R* conpescere *R* regem (g *incertum*) *R* 45 multum *P*, uultū *V*, uultu *φ* sanguine praeceps] gu *et* eceps *foramen absorpsit, R* 46 strictis *V*, trictis (*? certe non* strictis) *R*, tristes *JEA*, tristis *P (cf. bell. Pollent. 609)* mugronibus *R*[1], mucronibus *corr. R*[2] asperat] t *m. 2 P* ira (s *foramine periit*) *R* 47 aequis (u *evanidum, certe tamen adfuit*) *R* soluitque] soluitque *(hastula post* l *vix* e; i*?) R*, mollitq; *V* tumorem] *non superest praeter* t *in R*, tumor *V*[1], ē *add. m. rec.* 48 igni] igr, *reliqua periere, R*, igne *ε* 49 transquilla *P* calen (tes *foramen abstulit*) *R* 50 cristas] *praeter* r *paene legitur, R* 51 saeue] sẹua (a *non planum, vix tamen* e) *E*, saena *R* non] nunc *in ras. P*[1] 52 Tu] Ut *P* magnu *(fort. hamulus supra* u *evanuit) R* superas] *P*[1], superes *corr. P*[2], su *macula deletum, R* fulmen] numen *A*, muñ *P* caeloque *R*, celoq; *φ* 53 Fultibus *P* cogit *P* 55 obnixia, *sed corr. J* 57 Inlecebris *RV*, Ill. *φ* magues explicit ·*V*·
XXX *Deest in R, J non adhibitus* Laus Serenae *E;* Incipit laus serene *V;* Laus serene *catal. M; indicem om. PA*
1 Dic] Sic *P*, *sed* S *m. 2* mea] mihi *A;* mea Musa *peculiare Ovidio, cf. Knickenberg De deorum invocat. (1889) p. 22* tanto cur tempore] *VE*, cur tanto ī tp̄re *A*, cur tantum in tp̄e *P*, cur tantum in tempora *M*, cur tanta in tempora *Heinsius* 2 Pyerio *P* sertọo *P*[1] redim̃e *P* 3 Vile] Vide *P*[1], Vnde *P*[3] solitum *PA* 4 Aut *V*, Et *φ* *Ante* radiare *scriptum erat* r *in E, sed del.* 5 regegina *A* sed] si *ς* 6 syrius *VA*, sicius *P*[1] *unde* sirius *P*[3] 7 hoonore *(primum* o *del.) E* 8 aganipea *P* Permessius *εVA*, permesidos *P*, parnasidos *E* unda] umbra *Heinsius* 9 pie *VPA* 10 sẹclis (e *inferiore deleto*) *E*, sclis *P* (e *P*[3]) eliconia *P*

Dignius an vates alios exercuit unum
Femineae virtutis opus? Quod sponte redempto
Casta maritali successit Thessala fato
Inque suos migrare virum non abnuit annos,
Hoc Grai memorant. Latiis movet ora Camenis
Praescia fatorum Tanaquil rediensque per undas
Cloelia Thybrinas et eodem flumine ducens
Claudia virgineo cunctantem crine Cybeben.
Anne aliud toto molitur carminis actu
Maeonii mens alta senis? Quod stagna Charybdis
Armavit, quod Scylla canes, quod pocula Circe,
Antiphatae vitata fames surdoque carina
Remige Sirenum cantus transvecta tenaces,
Lumine fraudatus Cyclops, contempta Calypso:
Penelopae decus est atque uni tanta paratur
Scaena pudicitiae. Terrae pelagique labores
Et saevi totidem bellis quot fluctibus anni
Coniugii docuere fidem. Sit Claudia felix
Teste dea castosque probet sub numine mores
Absolvens puppisque moras crimenque pudoris;
Penelope trahat arte procos fallatque furentes
Stamina nocturnae relegens Laertia telae:
Non tamen audebunt titulis certare Serenae.
Quodsi nobilitas cunctis exordia pandit
Laudibus atque omnes redeunt in semina causae,
Quis venerabilior sanguis, quae maior origo

12 *cf. Sidon. c. XV 165; Cl. Mar. Victor precat. 57:* virtutis opus. 15 *Merobaud. I 22:* moverat ora *(cf. Rapt. Pros. I 192).* 18 *Sidon. c. XXV 41 sqq.:* Phrygiae dicata Vestae . . . duxit virgineo ratem capillo. 26 *Corippi Ioh. VII 172.* 31 *Sidon. c. XV 160.*

15 *Naevi bell. Poin. 21 Muell.:* memorant Grai, *cf. Enn. ann. 380 M. Ausonii epigr. 1, 10:* Latiis . . . Camenis *(sic ibi legendum). v. 15—18 Ennium respici suspicatur Stoeckerus.* 20 sqq. *cf. Properti III 12, 23—36.* 20 *Stat. silv. II 1, 117:* Maeonium . . senem. 22 *Properti l. l. 34:* Sirenum surdo remige adisse lacus. 25 *cf. anthol. Pal. IX 166, 6; Statii silv. II 7, 64:* decusque Pollae. 26 *Lucani IX 1016:* terrae pelagique labores *(cf. Verg. Aen. I 598, Livius 33, 39:* per tot annos *eqs.).* 27 *Manili II 4:* Erroremque ducis totidem quot vicerat annis *eqs.* 32 *Statii Theb. XI 403:* Stamina . . . telae.

11 an *PA*, haud ε, ani *V (fort. ex* aut *ortum?)* alius *V* unum] *malim* ullum 12 quod sponte] q̃ *P*¹, *sed* c *incertum*, consorte *A* redempto *Eω*, *item Ald.*, dem *linea subduxit et* marito *supra scr.* ε 13 Casia *V*¹, s *supra* i *add. m. rec.* maritalis *V (punxit m. rec.)*, maritati *P* thessala, *sed prius* s *del. E* fato] fco̅ *A* 14 abnuit *EV*, abnegat *PA* annos? *efferri per interrogationem mavult Buecheler*us 15 graii *A* laciis *P* camoenis *A* 16 fatorum] a *ex* u *corr. P*¹, futuri, *sed prius* u *ex* a *corr. E* 17 Cloelya *P*, Coelia (*sive* Coelia) *A* thybrinas *EVP*, tibrinas *A* flumine *ex* fulmine *P*¹ 18 crine] fine *Heinsius; sed cf. Sidonius* cybeben *E*, cybellen ε, cybenen *V*¹ *unde* cybellen *m. rec.*, cybellem *A*, cibelē *P* 19 Annæ *P* 20 Meonii *VP*. Moenii *A* charybdis ε, carybdis *A*, charibdis *E*, caribdis *VP* 21 Armarit *unus Buslid. pessimus* scilla *VP* cyrce *PA* 22 Antiphatae *A*, Antifatae *EV*, Antifate *P* fames, *sed hamulum eras. E* carine *V*¹, a *supra* e *add. m. rec.* 23 sirenum *E* (e *inferiore linea traiecto et sordente*), si renum *P* cantus] cautes *Heinsius* 24 contempta] et tempta *A* calipso *VP* 25 *ita V*, Penelope decus atque uni cui *eqs. EPA*, *quod praeferens olim Heinsius pro* uni *coniecit* uiri; Penelope decus ausa suum *vetus Cuiacii;* Penelopae decus est, uni cui *idem Heinsius; sed cf. Kochius p. 57* 26 pudicicie *V*, puditicie *P* 27 Et totidem seui *PA*, Et totidem emensi *Marklandius ad Statii silv. III 5, 7* annis *P*¹ (i *supra*) 28 Coniugiis *V* sit] sic *P* 29 deaicastosq; *(sic) E* custosq; *A* 31 arte] *ex* arche *P*¹ *corr.* procos] uiros *A* 32 Stagmina *P* laertia *EA*, lacertia *P*¹, *inde* lassatia *P*³, sollertia *V* 33 audebāt *P*¹ *(sic)* certare] seruare *V* 35 omnes *E*, *sed* es *ex corr.*, *unde* e *non planum* 36 Qui *A* uenerabilior *E*, *sed* e *in* e *corr.*

Quam regalis erit? non hoc privata dedere
Limina nec tantum poterat contingere nomen
Angustis Laribus: patruo te principe celsam
Bellipotens illustrat avus, qui signa Britanno
Intulit Oceano Gaetulaque reppulit arma.
Claram Scipiadum taceat Cornelia gentem
Seque minus iactet Libycis dotata trophaeis:
Cardine tu gemino laurus praetendis avitas:
Inde Caledoniis, Australibus inde parentum
Cingeris exuviis. Necdum moderamina mundi
Sumpserat illa domus, cum te Lucina beatis
Adderet astrorum radiis, o maxima rerum
Gloria: post genitam didicit regnare Serenam.
Quid dignum memorare tuis, Hispania, terris
Vox humana valet? Primo lavat aequore solem
India: tu fessos exacta luce iugales
Proluis inque tuo respirant sidera fluctu.
Dives equis, frugum facilis, pretiosa metallis:
Principibus fecunda piis: tibi saecula debent
Traianum; series his fontibus Aelia fluxit.
Hinc senior, pater, hinc iuvenum diademata fratrum.
Namque aliae gentes, quas foedere Roma recepit
Aut armis domuit, varios aptantur in usus
Imperii; Phariae segetes et Punica messis
Castrorum devota cibo; dat Gallia robur
Militis; Illyricis sudant equitatibus alae:
Sola novum Latiis vectigal Hiberia rebus
Contulit Augustos. Fruges, aeraria, miles
Vndique conveniunt totoque ex orbe leguntur:

---

44 *Sidon. c. II 220.* 46 *carm. de provid. divina 185:* moderamina rerum.

---

43 *Iuvenalis VI 167 sq.:* Cornelia . . . numeras in dote triumphos *eqs.* 48 *Verg. Aen. VII 602:* maxima rerum. 52 *Statii silv. II 2, 47:* exactam . . lucem. 54 *De* dives equis *cf. adnotata ad Eutrop. II 272. Ovidi ex Ponto III 8, 27:* pretiosa metallis; *ceterum cf. Pacati pan. Theod. 4:* fructibus plena *eqs.*

---

37 hec] te *V*, hoc *εq*, hec *M* dedere] deside *cum nota corruptelae P* 38 Lumina *P* poterat] potuit *P* numen *A* 39 patruo *V*, paruo *EP*, parua *ε* celsam *V*, nomen *EP* *v. 39 om. A, unde concludas in exemplo non* celsam, *sed* nomen *extitisse, ut a v. 38 ad 39 scribae oculi aberrarent.* britagno *P* 40 Belli potens *P* 41 getulaqȝ *V*, getuli qui *E*, getuli (*om.* que *vel* qui) *PA* 43 Seque] *ex* Siqȝ *P*[1] *corr.* libicis *P* dotata] iactata *V* 44 lauros *EP*[2], lauras *P*[1] 45 calydoniis *E*, calidoniis *P* parentum] petitum *A* 46 exuuiis *VA*, excubiis *EP* 47 lucina *P*[1], lucina *P*[3] 48 Adderet *EV*, Addidit *A*, Adderat *P*, Ederet *ς unus, item Gevartius; sed cf. Horati epod. 17, 40.* radiis nen maxima *P* 49 serenę *V*[1], a' *(sic) supra* ę *add. m. rec.* 50 hyspania *P* terris] regnis *M* 51 primum *Heinsius* leuat *V* 52 iuga *ante* luce *E, sed del.* 53 tuos *PA* sidera] *ex* sidere *corr. P*[1] fluctus *PA* 54 preciosa *E* 55 Princibus *P* dbent *P*[1], *unde* debent *P*[2] 56 aelia *V*, åelia *(sic) E (cf. Stil. I 37)*, helia *A*, helya *P* 57 *post* senior *interpunxi; Theodosium enim avum, patrem magni Theodosii, primo dicit, deinde hunc ipsum, ultimo Honorium et Arcadium* fratrum] patrum *A* 58 quas] quos *A* 59 / in *P* 60 phariae *VA*, fariae *E*, ferie *P*[1], libie *P*[2] 61 Castrorum] Castrensi *Heinsius* gallica *P* 62 illiricis *V*, iliricis *P*, ylliricis *A*, Illyricae *Heinsius* equitantibus *A quod malit Mommsenus* 63 laciis *P* hyberia *P* 64 augustes *A*, *paene* augustos *EP*, augusto *V*[1], *unde* augustos *corr. m. rec.* aeria *V*[1] (aeraria *add. m. rec*), erraria *P*

Haec generat qui cuncta regant. Nec laude virorum
Censeri contenta fuit, nisi matribus aeque
Vinceret et gemino certatim splendida sexu
Flaccillam Mariamque daret pulchramque Serenam.
Te nascente ferunt per pinguia culta tumentem
Divitiis undasse Tagum; Callaecia risit
Floribus et roseis formosus Duria ripis
Vellere purpureo passim mutavit ovile.
Cantaber Oceanus vicino litore gemmas
Expuit; effossis nec pallidus Astur oberrat
Montibus: oblatum sacris natalibus aurum
Vulgo vena vomit, Pyrenaeisque sub antris
Ignea flumineae legere ceraunia Nymphae;
Quaeque relabentes undas aestumque secutae
In refluos venere palam Nereides amnes
Confessae plausu dominam cecinere futuris
Auspicium thalamis. Alio tum parvus in axe
Crescebat Stilicho votique ignarus agebat,
Debita cui longe coniunx, penitusque remoto
Orbe parabatur tanti concordia fati.
Nec tua mortalis meruit cunabula nutrix.
Vbera prima dabant gremio redolente Napaeae
Ternaque te nudis innectens Gratia membris
Afflavit docuitque loqui. Quacumque per herbam
Reptares, fluxere rosae, candentia nasci
Lilia; si placido cessissent lumina somno,
Purpura surgebat violae, factura cubile

66 *Cor. Ioh. IV 566:* cuncta regens aequansque. 70 *Sidon. c. II 105 sq.* (Te nascente ferunt *eqs.*). 90 *Sidon. c. II 110:* rubuere rosae . . . lilia . . insultavere. 92 sq. *Reposianus 37:* surgebant gramina.

73 *Verg. ecl. 4, 43:* mutabit vellera luto. 75 *cf. Lucani IV 298 (ubi* Asturii *ex Claudiano maxime emendatum); de* expuit *cf. Catullus 64, 155.* 87 (*Pindari pyth. 9, 60: παῖδα τέξεται, ὃν . . εὐθρόνοις Ὥραισι . . οἴσει, ταὶ δ' ἐπιγουνίδιον κατθηκάμεναι κτλ.*); *Ovidi met. IV 324:* dedit ubera nutrix. 90 *Ovidi met. XII 411:* candentia lilia. 91 *Lucani III 8:* cesserunt languida somno Membra; *Ovidi met. I 713:* lumina somno. 92 *Verg. georg. IV 275:* violae . . purpura.

67 contempta *P*, contenta (t *alterum obscuratum del. et iterum supra scr.*) E nisi] ni *A* 69 Flacillam *EP*, Placillam *A* Flacillamqꝫ maria *P*, *unde* Flacillam et mariā *corr. P*[1] daret] dedit *Paul* *V. 69 om.* ς, *spurium putabat Barthius* 70 nascenteе *P* 71 thagum *A* Callecia *EVP*, celetia *A*; *„cf. ephem. ep. V p. 168, 169“ Mommsenus* 72 Duria] Turia *coni. Stoeckerus l. l.* 73 Uellera *V* ouili *EV*, ouile *PA* 74 littore *V* 75 effossis] *om. P* astur *EV*, auster *PA* 77 Uulgo] Ultro *Jeepius* uomit] mouet *V* pyreneisqꝫ *VA* phirenides ānes *P* *V. 78—80 om. P* 78 fulminee *A* ceraunia (a *prius ex corr.*)E nimphe *V* 79 recedentes *A*, relabentes ς*VE*, relegentes *M* sequute *V* 81 Confessi *ex* Confesse *P*[1] plausu d[i]uam *P*[1], plausus omen *A* futuros *A* 82 tum *EV*, tunc *P*, cum *A* 83 habebat *V* 84 coniux *E* penitusque] petutusqꝫ *P*[1], *corr. P*[3] 85 tanti] tāti [a] *(sic) P* parabantur *et* consortia *Marklandius ad Statii silv. I 2, 31.* 87 gremio *PA*, gremiis *EV* redolente *A*, redolentibus φ Napaeae] *Heinsius et Kochius (p. 61)*; napes *A*, aurę *E*ς, aure *V*, aulā, *sed* a *ex* e *P*[1], Horae *Cuiacii vetus (cf. Pindarus)*; *Napaeae Nymphae sunt quae etiam puerum illum suscipiunt in Laud. Stil. II 345; ceterum Napaea legitur apud Venantium Fortun. in c. VI 1, 105, quod carmen scatet Claudianeis* 88 Terraqꝫ *P* te] *om. A* Ineclet *(sic) P* 89 Afflauit *VA*, Affluxuit *E*, Afflucxit *P*, Allusit *A* quodcūqꝫ *PA* per herbam *V*, p hemum (o *inferiore deleto*) *E*, per[h]enni *P*[1], pemnes *A* 90 Reptares] R *in ras. P* fluxere] fulgere *Burmannus bene, nisi mavis* lucere; *pro* nasci *idem temptabat* passim 91 cessisent *P* somno] mundo *P* 92 *Post* Purpura *erasum* s *in V* factura] fractura *M probante Gronovio ad Stat. p. 401;* fartura *Buechelerus*

Gramineum, vernatque tori regalis imago.
Omina non audet genetrix tam magna fateri
Successusque suos arcani conscia voti
Spe trepidante tegit.
Gestabat Honorius arto
Te pater amplexu. Quotiens ad limina princeps
Theudosius privatus adhuc fraterna veniret,
Oscula libabat teque ad sua tecta ferebat
Laetior; in matrem teneris conversa querellis:
'Quid me de propriis auferre Penatibus'? inquis;
'Imperat hic semper!' Praesagia luserat error
Et dedit augurium regnis infantia linguae.
Defuncto genitore tuo sublimis adoptat
Te patruus magnique animo solacia luctus
Restituens propius quam si genuisset amavit
Defuncti fratris subolem; nec carior olim
Mutua Ledaeos devinxit cura Lacones:
Addidit et proprio germana vocabula nato
Quaque datur fratris speciem sibi reddit adempti.
Denique cum rerum summas electus habenas
Susciperet, non ante suis impendit amorem
Pignoribus quam te pariter fidamque sororem
Litus ad Eoum terris acciret Hiberis.
Deseritur iam ripa Tagi Zephyrique relictis
Sedibus Aurorae famulas properatur ad urbes.
Incedunt geminae proles fraterna puellae:
Inde Serena minor, prior hinc Thermantia natu,
Expertes thalami, quarum Cythereia needum
Sub iuga cervices niveas Hymenaeus adegit.

---

93 *Orest. trag. 24:* tori regalis. 106 sqq. *cf. Prisciani laud. Anastas. 295:* fratris natos animo compl. aequo, Non patrui tantum, sed patris more colendo. 113 *Dracont. VIII 312:* si pendit amorem Germanae.

---

93 *Ovidi met. VI 74:* regalis imago. 99 *Verg. Aen. I 256 (cf. XII 434):* Oscula libavit. 108 *cf. ad b. Gild. 222.* 109 *Sili Ital. V 11:* dederatque vocabula. 119 *Verg. Aen. IV 550 (Stat. Theb. VII 298):* thalami expertem. 120 *Statii Theb. I 19:* iugo . . adactum.

---

93 uernatque tori *in ras. E,* uernansque *Scaliger* thori *V,* thotū *P* (r *supra* t) *(corr. m. 2)* 94 Omĩa *V,* Oĩa *P,* Omnia *ς* genitrix *ω* 95 suos] *fort.* tuos? *„sed sunt etiam matris successus quippe voti consciae" Kochius* archani *VPA* 96 honorius] *ex* honoris *corr. P¹* arcto *V¹,* aeto (r *supra* e) *(sed* e *ex* r *corr.) P¹* 97 lumina *A,* flumina *P* 98 Theodosius *ω;* Theudosius *Ald.,* u *prius in* o *corr. Lirin.;* e *supra scr. ε, et* ō *in mg. idem* 99 teque] atq3 *P* 100 iṇụ matrem *P, inde* hic mater *corr. m. 1* querellis *EA,* querelis *VP* 101 Quid] Quis *P* propriis] patriis *Heinsius* Penatibus] *om. M,* conatibus *P* inquis *E, item ε ut vid.,* inquit *ς* 102 Apparat *A* luserat] luxerat, *sed corr. P¹* 103 linguae] longe *M* 104 adobtat *P* 105 magnoque *P* solatia *ω* 106 pus (i *supra*) *P¹,* prius *P²* amauit] auit *in ras. E,* armauit *A* 107 Defuncti] *molestum propter v. 104; conieci* Dilecti sobolem *ω* clarior *E* 108 ledeos *EA,* Ledeos *Ald., hamulum add. ε,* ledeos *VP* deuinxit] dilexit *V* laconas *ς unus (Thuan.),* lacones *P* 109 *post* et *una litt. erasa P* germani *A* 110 ademti *E* 111 elatus *PA* 112 Suspiperet *P¹, corr. P²* ante] an̄ *P, sed* n *ex* u *corr. P³* impendit *EA,* inpendit *P,* intendit *V,* intendit (p *supra*) *Ald.,* p *sic add. ε; cf. Dracont.* 114 accire *A* iberis *A* 115 zephiriq3 *EVP* 116 ad urbes *V,* in urbis *A,* in urbes *EP* 118 thremãtia *P¹,* thermãtia *P²,* thermania *V* 119 talamis *P* Cythereia *ε,* cythareia *A,* cithereia *VP* needum] nondum *A* 120 niueas] *ex* uarias *corr. V¹,* nyueas *P* hymineus *V,* ymeneus *P,* hymeneus *A*

Vtraque luminibus timidum micat, utraque pulchro
Excitat ore faces. Qualis Latonia virgo
Et solo Iove nata soror cum forte revisunt
Aequorei sortem patrui (spumantia cedunt
Aequora castarum gressus venerata dearum:
Non ludit Galatea procax, non improbus audet
Tangere Cymothoen Triton totoque severos
Indicit mores pelago pudor ipsaque Proteus
Arcet ab amplexu turpi Neptunia monstra):
Tales sceptriferi visurae tecta parentis
Limen Honoriades penetrant regale sorores.
Ambas ille quidem patrio complexus amore,
Sed merito pietas in te proclivior ibat;
Et quotiens, rerum moles ut publica cogit,
Tristior aut ira tumidus flagrante redibat,
Cum patrem nati fugerent atque ipsa timeret
Commotum Flaccilla virum, tu sola frementem
Frangere, tu blando poteras sermone mederi.
Alloquiis haerere tuis, secreta fateri.
Prisca puellares reverentia transilit annos.
Non talem Triviae confert laudator Homerus
Alcinoo genitam, quae dum per litora vestes
Explicat et famulas exercet laeta choreis,
Auratam iaculata pilam post naufraga somni
Otia progressum foliis expavit Vlixen.
    Pierius labor et veterum tibi carmina vatum
Ludus erat: quos Smyrna dedit, quos Mantua libros
Percurrens damnas Helenam nec parcis Elissae.
Nobiliora tenent animos exempla pudicos:
Laodamia sequens remeantem rursus ad umbras
Phylaciden et prona ruens Capaneia coniunx

123 *Alc. Aviti I 245:* desudans . . . balsama. 142 *Sidon. c. II 183 sq.*

124 *Lucani II 627:* Spumoso . . aequore. 131 *Statii silv. IV 6, 104:* penetrata . . limina. 135 *Ovidi met. II 602:* tumida fervebat ab ira. 141 sq. *Homeri Od. ζ 102 sq.* 143 *Verg. Aen. I 499:* Exercet Diana choros. 146 *Catullus 68, 7:* veterum . . carmine. 147 *de* ludus erat *cf. adnot. III cons. 23. Statii silv. IV 2, 9:* Nectat . . . et Smyrna et Mantua lauros. 148 *cf. Iuvenalis VI 435; Properti II 1, 50:* totam ex Helena non probat Iliada. 149 *Ovidi met. IV 284:* animos . . tenebo.

121 timidum] tumidum ς pulchro V, pulchras ϛ 122 quales *Heinsius* 124 Equorei *VPA*, Caerulei *Schraderus* cedunt] sidunt *conieci; cf. Sili Ital. XIV 623:* sidente Noto se maria alta reponunt 125 dearum] *ex* deorum *corr. A*[1] 126 galatea *E*, galeata *A*, galathea ϛ 127 cymmothoen *V*, cimothoen *PA* totoꝗꝗ *P*, totique *Heinsius* 128 ipsaꝗꝗ *P*[1]; ipseꝗꝗ *P*[2] protheus ω 130 sceptriceri (ce *ex corr.*) *P*[1], sceptrisgeri *(sic) P*[2], septriferi *A* 131 honoroiades *P* 133 in te] inter *EP* pliuior *P* (c *m. 2?*) 134 moles] mores *A* ut] aut *V* 137 flaccilla *V*, flacilla *E*, facilla *P*, placilla *A* frementes *V* 139 fateri] *scripsi*, fideli ω, *notam corruptelae add. P; cf.* secreta loqui *Ovid. met. IX 559; post v. 139 versum unum alterumque excidisse statuit Heinsius, item Buechelerus ex homoioteleuto sic:* secreta fideli Condere mente solet superantis virginis annos: Prisca puellares *cqs.; continuos tamen versus eadem voce vix conclusit Claudianus* 140 transsilit *P* 141 confert] confecit *P* 142 Alcinoo] Alticio *P* genita *A* littora *E* uestis *EA* 143 choreas *P*[2], choreis *P*[1]ϛ 145 ulixē *P*, ulyssem *A* 147 erat] erant *A prius* quos *supra lin. P*[1] Smyrna ε*A*, zmirna *V*, smirna *P* libras (o *supra*) *P*[1] 148 dānas *V*, dapnas *P* helenā *P* elissae *E*, elipse *P*, helissae *V*, helisę *A* 149 Nobiliora] a *ex* e *P*[1] *corr.* 150 Laodomia *PA* remeantem] redeuntem *PA* ꝯsus (r *supra*; *i. e.* russus) *V* 151 Phylaciden *A*, Fylaciden *E*, filacyden *V*, philacidē *in fine post* coniūx *scr. P*[1], *ord. rest. P*[3] ruens] *om. M, sed in mg. supplevit*, rogis *Heinsius*

Communes ardente viro mixtura favillas
Et gravis incumbens casto Lucretia ferro,
Vulnere quae proprio facinus testata tyranni
Armavit patriae iustos in bella dolores
Exule Tarquinio memorandaque concidit uno
Vlta pudicitiam libertatemque cruore.
Talia facta libens non tu virtute minore,
Sed fato meliore legis.
Iam nubilis aetas
Principe sollicito votis crexerat aulam
Incertis, quem tanta tori fortuna maneret.
Antiquos loquitur Musarum pagina reges,
Quod dura sub lege procos certare iuberent,
Empturos thalamum dubii discrimine leti,
Et sua crudeles gauderent pignora mortis
Ambitione peti. Curru Pisaea marino
Fugit praeda Pelops; nam perfidus obice regis
Prodidit Oenomai deceptus Myrtilus axem.
Hippomenes trepidus cursu ferroque secutam
Aurato volucrem flexit Schoeneida pomo.
Herculeas vidit fluvio luctante palaestras
Moenibus ex altis Calydon pretiumque labori
Deianira fuit, cum pectore victor anhelo
Alcides fremeret retroque Acheloius iret
Decolor: attonitae stringebant vulnera Nymphae;
Saucia truncato pallebant flumina cornu.
Te non Hesperidum pomis, non amne subacto,
Non soccrum fallente rota, sed iudice dignus
Augusto variis Stilicho spectatus in armis
Accipit et regni dotes virtute paravit.

---

155 *Corippi Iust. I 228 (cf. 264):* iustus dolor. 166—174 *cf. Sidon. c. II 490 sqq.* (Cerea destituit resolutis axibus obiex); *idem XIV 12 sqq.*

---

152 *Martial. I 42 (Symmachi epist. I 31, 2):* ardentes favillas. 153 *Taciti ann. XI 5:* ferro . . incubuerit. 155 *Ovidi her. 12, 133:* iusto . . doleri. 157 *Florus I 9:* populus Romanus ad vindicandum libertatis ac pudicitiae decus concitatus *eqs.* 159 *Verg. Aen. VII 53:* iam . . nubilis. 172 *Ovidi met. IX 47:* pretium . . coniunx. 173 *Verg. Aen. VI 48:* pectus anhelum.

---

152 mixtura] *ex* mixtas *corr. P*[1] 154 tiranni *V* 155 imbella *E* 156 Tarquino *A* 157 puditiam *sed corr. P*[1] 159 nubilis] nobilis *V* 160 aule *V* 161 Incertis] *ex* Ingentis *rodendo corr. V*, Incertus *P*, Intentis *Heinsius* 163 dura] dira *A* procos] viros *M* iubent *ex* nubent *corr. P*[1] 164 thalamos *P* discriminae *ex* discrimina *corr. V (m. 1?)* locti *EA*, leti *V* 166 Conditione *A* pisea *VPA*, Pise a *Ald.*, *in unum ligavit ε* marino] marito *ς unus (Putean.)* 167 preda *E*, p̄da *V*, tela *P (sed sub* l *et* a *puncta erasa)*, tela *A*; *temptari* pila; praeda *recepi suadente Mommseno* perfidus *VA*, feruidus *EP*, prouidus *Ald.*, *quod non del. ε addens* feruidus regis] rupto *Jeepius* 168 enomai *V*, oenomay *P* deceptus] *ras. ante* d *in P*; u *obscuratum idque iterum supra scripsit E*; deceptor *vel* deceptum *Heinsius*, decerpto *Burmannus*, decepti *Jeepius*; *sed enim Myrtilus a Pelope revera postea deceptus est, idque simul indicasse voluit poeta* myrtulus *E*, Myrtilus *εV*, myrthilus *A*, mirtolus *P* 169 Hyppomenes *E*, Hyppomones *A*, Hypomenes *P* sequutam *V*, secut' *ex* secuta *P*[1] 170 Scheneida *ε*, sceneida *P*, coeneida *EV*, ceneida *A* 172 calidon *PA* 173 Deianyra *V* cum eũ *(sed* cum *del.) E* hanelo *P* 174 fre̅ret *P*, premeret *ς* achelous *A*, Achelous abiret *Heinsius*; *Achelous sane dictus ab imitatore Sidonio* 175 stringebat *V* uulnera] funera *P* nimphe *V*, nĩphe *P* 176 pallebant] plaudebant *ς unus*, squallebant *Heinsius* flumina] tempora *temptabat Heinsius*; lumina *Hertelius* 177 esperide *P* amne] anne *P* 180 Accipit *εω* uirtute] *om. P*

Saepe duces meritis bello tribuere coronas:
Hunc cingit muralis honos; hunc civica quercus
Nexuit; hunc domitis ambit rostrata carinis.
Solus, militiae mira mercede, iugalem
Promeruit Stilicho socero referente coronam.
 Agnovit patrui similem Thermantia curam:
Nupsit et illa duci; sed longe fata sororis
Inferiora tuis. Alio tibi numine taedas
Accendit Romana Salus magnisque coronis
Coniugium fit causa tuum. Dilectus equorum,
Quos Phrygiae matres Argaeaque gramina pastae
Semine Cappadocum sacris praesaepibus edunt,
Primus honor. Gemino mox inde e germine duxit
Agmina commissosque labor sic gessit honores.
Vt semper merito princeps, cum magna dedisset,
Deberet maiora tamen. Si bellica nubes
Ingrueret, quamvis annis et iure minori
Cedere grandaevos equitum peditumque magistros
Aspiceres totumque palam permittere Martem,
Nec gradus aetatisque pudor senioribus obstat
Ne iuveni parere velint. Ceu flamine molli
Tranquillisque fretis clavum sibi quisque regendum
Vindicat; incumbat si turbidus Auster et unda
Pulset utrumque latus, posito certamine nautae
Contenti meliore manu seseque pavere
Confessi (finem studiis fecere procellae):

182 *Sidon. c. V 588:* crinemque .. Nectet muralis, vallaris, civica laurus. 198 *Sidon. c. II 90; VII 377.*

185 *Verg. Aen. V 355:* merui .. coronam. 189 *Lucreti VI 881:* taedaque .. accensa. (191 *Ovidi fast. II 55:* Phrygiae .. Matri). 196 *Verg. Aen. VIII 535:* Si bellum ingrueret.

181 meritis] meritas ς (belli *A*?) 182 honos *A*, honor *q* ciuica P^2, cituca P^1 183 domitis] meritis *A* ambito strata *V* (puto ambit rostrata *m. rec.*) rostrata *E*, *sed inde* rostracta *corr. idem* 184 mirā *V* 186 patrui *EV*, patruiș P^1, p̃rum *A* eurum *A* 187 Nubsit *ex* Nupsit *corr.* V^1 fata *EP*, facta *VA*, pacta *Heinsius* so//roris *P* 188 numine] munere *M*, lumine ς *unus (Vat. Lirin.)*. *Sed Salus ipsa quae taedas accendit aliud numen esse dicitur* 189 Accēdit *V*, *sed virgulam add. m. rec.* romanaș *P* coronis] choreis ε, tropaeis *Heinsius*, gerendis *ego*, magnique decoris *Burmannus* 190 sit (*paene* fit) *A* *ante* causa *unam litt. del.* E tuū *ex* tuis P^1 *corr.* 191 phrigrie *V*, phrigie *P* argeaq; *VPA* 192 capadocum *PA* 193 gemino mox inde germine duxit *Ald.*, idae *ex* inde *corr.* ε, gemino nec inde gemin duxit (*sic; inter* gemin *et* duxit *spat. fere 3 litterarum*) *E*, gemino mox indee gerimne duxit *V*, gemino nex inde giā (u) duxit *cum nota corruptelae P*, tantaq; fido uictricia duxit *A*, gemino mox inde germina (*ex* germania *corr.*) monit *M*; gemino mox inde ex ordine duxit *conicci*; mox idem cardine *vel* culmine *Heinsius* (culmine *ex vet. Cuiacii*); mox hinc moderamine *Burmannus* 194 commissosq; εω labor] *vix sanum*; libens ς *unus fere*; alacer *scripserim*. 195 princeps] *ex* princebs *radendo P corr.* 196 Deberet] Deferret *Heinsius* maiore V^1, e *in* a *corr. m. rec.* 197 et iure] et rure *in ras.* P^1 199 totumq; P^2, totā P^1 permittere εω, committere *M* 200 Nec] Non *M* aetatisque] aetatisue ς *pauci* 201 Neç iuueni *P*, Neue iuuent *V* ceu] *ex* seu P^1 *corr.* flamina *E*, flumine *V* 202 fretis] feris *A* 203 Uidicat P^1E, Uendicat P^2A *ante* auster *1 vel 2 litt. erasae in V* 204 Pul set *V* nautae] nutet *V* 205 manus V^1, s *del. m. rec.* pauere *E*, pauore *q* *In V sic amplior locus:* seseque patremque Unius imperiis tradunt artemque pauore Confessę *eqs.*: *item* ς, *Lirineus autem ex Vaticano* ratemque *pro* patremque. *Interpolationem maxime prodit illud* artemque. 206 Confessi] Confessę *V*, Confessis ς *unus (Pal.)*

Haut aliter Stilicho, fremuit cum Thracia belli
Tempestas, cunctis pariter cedentibus unus
Eligitur ductor: suffragia quippe peregit
Iudex vera timor; victus ratione salutis
Ambitus et pulsus iacuit formidine livor.
        Quis tibi tunc per membra tremor quantaeque cadebant
Vbertim lacrimae, cum saeva vocantibus arma
Iam lituis madido respectans lumina vultu
Optares reducem galeaeque inserta minaci
Oscula cristati raperes festina mariti!
Gaudia quae rursus, cum post victricia tandem
Classica sidereas ferratum pectus in ulnas
Exciperes, castae tuto per dulcia noctis
Otia pugnarum seriem narrare iuberes!
Non illo nitidos umquam bellante capillos
Comere, non solitos gemmarum sumere cultus:
Numinibus votisque vacas et supplice crine
Verris humum: teritur neglectae gratia formae
Cum proprio reditura viro.
                                        Nec deside cura
Segnis marcet amor: laudem prudentia belli
Feminea pro parte subit. Dum gentibus ille
Confligit, vigili tu prospicis omnia sensu,
Ne quid in absentem virtutibus obvia semper
Audeat invidiae rabies neu fervor iniquus,
Ne qua procul positis furto subsederit armis
Calliditas nocitura domi. Tu sedula quondam
Rufino meditante nefas, cum quaereret artes
In ducis exitium coniuratosque foveret
Contra pila Getas, motus rimata latentes
Mandatis tremebunda virum scriptisque monebas.

Hic deest.

212 *Verg. Aen. II 121:* per ossa tremor. *Terenti Ad. 536:* lacrumae cadunt. 216 *Lucreti III 893:* uxor . . oscula . . praeripere. 221 *Horati epist. I 14, 32:* nitidique capilli. 224 *Livius III 7:* crinibus . . templa verrentes. *Ovidi a. am. I 509:* forma . . neglecta. 230 *Florus IV 2:* aliquid in absentem ducem ausa fortuna.

---

207 Haut *P*, Haud *ς* tracia *P* 208 Tēpesteas *P* cedentibus] c̄dentibus *P*[1], *sed corr.* 209 ductor] doctor *P* sufragia *P* 211 iacuit] tacuit *cod. Buslid. pessimus* l̆uor *P* (i *m.* 2) 212 tunc] nunc *A (?)* tremor] pauor *A* 213 Ubertim] Uberū *ex* Uberā *corr. P*[1] 214 lumina *EPA*, limina *V*, numina *Heinsius* 215 Optares] *ex* Optaros *corr. P*[1] 216 *ante* raperes *scriptum est* r *in E, sed del.* 217 Gaudia quae] Gaudiaq̧ *E* 218 sydereas *PA* 219 Excipiens *Burmannus* tuto *PA*, toto *EV* castaeque tibi *Heinsius* 220 narrareș *P* iubes iuberes (iubes *rursus del.*) E sumere] *et hoc et* comere *ex* vacas *pendere mihi fere persuasit Buechelerus* 223 uotisque] uotisue *ς perpauci* 224 suplice *VP* 225 reditur á uiro *(sic) E*, rediture uiro *A* 226 Seguis] Senis *P*[1], *inde* Seuus *P*[2] laudem] molem *Heinsius* 230 neu] nec *M* feruor] *V*, femur *EP*, furor *A*, rumor *ex* femur *corr. M*[1], liuor *Heinsius* iniquis *E*, miquis *P*, iniquus *ς* 231 Ne qua] Ne quid *P* positis] subitis *A* subseditur *A* 233 Ruffino *A* 234 In duciis exiticium *P* 235 pilalgetas *(sic) E* gethas *A* 236 monebas] *ex* mouebas *corr. P*[1], manebas *V* In exemplari antiquo scriptum est in fine hic deest, q est uerisimile. ε. Incipit epistola ad olybrium. *V*

XXXI. (XL.)

EPISTVLA AD SERENAM.

Orphea cum primae sociarent numina taedae
  Ruraque compleret Thracia festus Hymen.
Certavere ferae picturataeque volucres,
  Dona suo vati quae potiora darent,
Quippe antri memores, cautes ubi saepe sonorae
  Praebuerant dulci mira theatra lyrae.
Caucaseo crystalla ferunt de vertice lynces,
  Grypes Hyperborei pondera fulva soli.
Furatae Veneris prato per inane columbae
  Florea conexis serta tulere rosis,
Fractaque nobilium ramis electra sororum
  Cycnus oloriferi vexit ab amne Padi,
Et Nilo Pygmaea grues post bella remenso
  Ore legunt Rubri germina cara maris.
Venit et extremo Phoenix longaevus ab Euro
  Adportans unco cinnama rara pede.
Nulla avium pecudumque fuit, quae ferre negaret
  Vectigal meritae conubiale lyrae.

Tunc opibus totoque Heliconis sedula regno
  Ornabat propriam Calliopea nurum.
Ipsam praeterea dominam stellantis Olympi
  Ad nati thalamos ausa rogare parens.
Nec sprevit regina deum vel matris honore
  Vel iusto vatis ducta favore pii.

XXXI 10 *anthol. lat. Ries. 897, 56:* florea serta.

XXXI 6 *Ovidi met. XI 22:* Orphei . . . theatri. 10 *Tibulli I 1, 12:* florea serta. 11 *Ovidi met. II 365:* De ramis electra. 14 *Verg. georg. IV 201:* ore legunt. 16 *Statii silv. IV 5, 30 (cf. ibid. V 3, 42, Martialis IV 13):* rara cinnama.; *Verg. Aen. III 233:* pedibus . . uncis. 21 *Ciceron. de div. I 19:* stellanti nixus Olympo. 23 *Verg. Aen. I 9, VII 620 (Ausonii 27. 7, 4):* regina deum.

XXXI Eiusdem epistulam adserenam. *E;* eiusdem epistolam adserenam. *R;* Incipit ad serenam de nuptiis. *V;* Epistola ad serenam de nuptiis *catal. M;* Incipit epla ad serenam. *J; Indicem om. PA*

1 Orfea *E* prime *E,* prime *V,* primo *R,* primum *PJA* numina] *EVA,* nomine *R,* munīe *P,* numine *J,* lumina *vetus Cuiacii;* omina *Heinsius; cf. Kochius p. 55* 2 tracia *PJ,* thracia *εϛ* hymen] honor *P (sed* h *m. 1,* onor *m. 2),* himen *J* 3 Certauacre *R* picturataeque] i *ex* e *corr. J* uolocres *R* 4 sua R^1, suo *corr.* R^3 potitiora *P* darent] derent R^1, *corr.* R^3 5 Quippe antri memores † cantu subis, *sic mancum versum E, crucem iterum in mg. pinxit idem;* Quippe antri memores cantus ubi. *nil amplius P* cautes *cϛs.*] cantusubisseferuntur *R,* cantes ubi saepe sonare *A,* cautes ubi, *nil amplius J,* cantus ubi sepe sonore *V* sonorae] canore *ϛ unus (Antverpiensis);* cantus ubi saepe secutae *(sc. ferae et volucres) Buecheleru*s 6 Dulci] Dulces *Barthius* lire *PJ* 7 Caucasio *V* cristalla *EVPJA* ferunt] ferae *Burmannus* linces AP^2J, iences P^1 8 Grypes (y *corr., fort. ex* i) *E,* gripes *V.* griphes *J,* Oryphes P^1, gryhes *(sic) R,* Gryphes P^3A pondera fulua] pondi fulna P^1, pondifulira *(!) corr. m. recentior* soli] thori *V* 9 Furate *R* prato] picte *in ras.* P^1, *fucrat* pra . . . columbae] uolucres *P* 10 conexis *RVP,* cōnexis *EA,* connectis, ct *ex* xt *corr. J* telore *R* rosis *VA,* rotis *ϛ* 11 flebilium *Heinsius* 12 Cycnus *R,* Cygnus *EA,* Cignus *VPJ* holoriferi *VA* amne] amne P^1, amne *J* Padi] paoli *J* 13 pigmea grues post bella *ERV,* post bella grues pigmea *PJA* Pygmea *ε* 14 regunt *J* gramina *A* cara] cana *V* maris] ruaris *(sic) J* 15 et] *om. R* phenix *P,* phenix *V* 16 Adportans *RPJ,* App. *ϛ* cynnama *VA,* cynama *P,* cinama *J* rara] *RV,* mira *εϛ* 17 negarijet P^1 18 lire *VPJ* 19 eliconis *PJ* 20 calliopaea *R,* callipea *P* 21 stillantis *R* olympi *bis scr., semel del. E,* olimpi *PJ* 22 thalamos (la *add. m. rec.*) *V* *post* ausa *2 vel 3 litt. crasae, V* 23 Nec] Non *M* deum] deam *Barthius, Heinsius* honore] amore *A,* honore (s *eras.*) *P*

Qui sibi carminibus totiens lustraverat aras
  Iunonis blanda numina voce canens
Proeliaque altisoni referens Phlegraea mariti,
  Titanum fractas Enceladique minas.
Ilicet adventu noctem dignata iugalem
  Addidit augendis munera sacra toris.
Munera mortales non admittentia cultus,
  Munera, quae solos fas habuisse deos.

Sed quod Threicio Iuno placabilis Orphei,
  Hoc poteris votis esse, Serena, meis.
Illius expectent famulantia sidera nutum;
  Sub pedibus regitur terra fretumque tuis.
Non ego, cum peterem, sollemni more procorum
  Promisi gregibus pascua plena meis
Nec, quod mille mihi lateant sub palmite colles
  Fluctuet et glauca pinguis oliva coma,
Nec, quod nostra Ceres numerosa falce laboret
  Aurataeque ferant culmina celsa trabes.
Suffecit mandasse deam: tua littera nobis
  Et pecus et segetes et domus ampla fuit.
Inflexit soceros et maiestate petendi
  Texit pauperiem nominis umbra tui.
Quid non perfecit scribentis voce Serenae
  Vel genius regni vel pietatis amor?

Atque utinam sub luce tui contingeret oris
  Coniugis et castris et solio generi
Optatum celebrare diem! me iungeret auspex
  Purpura, me sancto cingeret aula choro!

32 *anthol. lat. Ries. 376, 9:* solus habet. 42 *Merobaud. c. II 9:* culmina celsa. 48 pietatis amor *Christianorum est Paulini Nol. c. 25, 13 (epithal. Iuliani) et Paulini Petricord. vitae Mart. IV 110; item Orestis trag. 38 et 659; Angilbertus carm. 3, 3:* pietatis amore.

25 *Verg. Aen. III 279:* Lustramur . . . aras. 26 *ibid. I 670:* blandis . . vocibus . . Iunonia. 27 *Statii silv. V 3, 196:* Phlegraea . . proelia. 32 *Auson. 9, 28 Sch.:* solus habens. 33 *Horati c. I 24, 13:* Threicio . . Orpheo. 35 *Verg. Aen. VII 592:* nutu Iunonis. 36 *Verg. Aen. VII 100:* Omnia sub pedibus . . . regi. 37 *Lucreti I 96:* non ut sollemni more sacrorum. 40 *Verg. georg. II 85:* nec pingues . . olivae. 51 *Ps. Ovidi her. 21, 43:* dies optata.

25 lustrauat *J* 26 nomina *ER* canens] s *ex* t *(?) corr. A*, ciens *Buechelerus* 27 altissoni *J*, altisoni (t *supra scr. m. 2*) *P* phlegrea *V*, flaegrea *R*, flegraea *EJ*, flegrea *PA*, Phlegręa *ε* 28 encheladi *VPJA* minas] *ex* minis *corr. M*, fractis . . . minis *Heinsius* 29 Illicet *EJ* 30 augenditṣ *P* sagra *R* thoris *VPJA* 31 abmittentia *R* 32 Muneraq; *E* solos] *ex* soles *corr. P*[1] solas . . . deas *Heinsius* 33 quod] quid *A* threcio *E*, threitio *J*, threitio (i *supra scr.*) *P* iono *R* Orphei] orphęi *E*, orphei (o *supra scr.*) *P*[1], orpheo *V* 35 Illius expectent (exspectent *E*) *RE*, Illius expectant *V*, Explent illius *PJA* nutu *PJ* 36 fretumque] scetūq; *P*[1], *corr. P*[3] 37 ego] *supra lin. suppl. R*[1] ?peterē *P* petere *R* sollēpnẹi *P*, sollemni *VE*, solemni *AR*, sollempni *J* 38 Promisit *R*, Promisṣi *P* meis] suis *Heinsius* 41 Nec] Non *V* falce] *ex* fauce *corr. P*[1], fauce *J* laborat *E* 44 pecus (s *erasum*) *V* segeces *P*[1], *corr. P*[3] 45 Inflexit] Et flexit *JA* maiestatē *P* petendaị *P*[1] 46 nominis] numinis *ς* 47 Quid non perfecit] *PJA*, Sed quid non perfert *E*, Quid non perficeret *RV* serene *VP* 48 pietas et amor *Barthius, sed cf. exempla* 49 sub] sb *E* continguerct *J* oris] ortis (? *supra scr.*) *(sic) P*[1] 50 Coniugis in castris *V* 51 me] *ex* ne *corr. P*[1] 52 cingeret] et *ex* at *corr. J* aula] ausa *V* choro] *VA*, toro *ER*, thoro *JP*

Et mihi quae scriptis desponderat ante puellam
   Coniugiis eadem pronuba dextra daret!
Nunc medium quoniam votis maioribus aequor
   Invidet et Libycae dissidet ora plagae,
Saltem absens, regina, fave reditusque secundos
   Annue sidereo laeta supercilio.
Terrarum tu pande vias, tu mitibus Euris
   Aequora pacari prosperiora iube,
Vt tibi Pierides doctumque fluens Aganippe
   Debita servato vota cliente canant.

XXXII. (XCV.)
DE SALVATORE.

Christe potens rerum, redeuntis conditor aevi,
Vox summi sensusque dei, quem fudit ab alta
Mente pater tantique dedit consortia regni;
Impia qui nostrae domuisti crimina vitae
Passus corporea mundum vestire figura
Affarique palam populos hominemque fateri;
Quemque utero inclusum Mariae mox numine viso

XXXII 1 *Paulus Diaconus carm. 6, 28:* Christe potens; *de* conditor aevi *cf. carm. de provid. divin. 466.*

XXXII *Carminis huius christologia trita tunc temporis fluxerat ex euangelii Iohannei prooemio; euangelista enim Christum esse docuerat* artificem poli *aut* mundi repertorem *(v. 11; cf.* auctorem *v. 10); cf. Iohannes 1 3: πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο κτλ. et 10: ἐν τῷ κόσμῳ ἦν καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο. Christum* fudit ab alte mente pater *(v. 2): Iohann. v. 2: οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν θεόν.* Totum late conplectitur orbem *(v. 13): Iohann. 4: ἐν αὐτῷ ζωὴ ἦν.* 1 *Verg. ecl. 4, 6:* redeunt Saturnia regna. 3 *Ovidi met. 1 76:* mentisque capacius altae.

---

53 quae *A*, quam *φ* scriptis] *ex* scriptas *corr. P*[1], scriptas *J*, scriptam *A* desponderat] *VA*, disponderat *ERPJ* 54 Coniungiis eadem *(punxit m. 3?) R*, Coniugiis eadem *EVJε*, Coniugis haec eadem *A* (haec *m. 2*), Coniugis ^{n} eadem *P*[1], Coniugio hanc eadem *Heinsius* 55 uotis] syrtis *R*, uitis *J*, uittis *ex* vitis *P*[1] 56 libyce *V*, lybicę E, libicę *J*, libie *P*, bybacę *(sic) R*, nimię *A* disiicit *A*, dissidet *ex* dissit *corr. J* 57 fa^{u}ue (u *inferius sorde deformatum*) *E*, fauce *J* secundus *R* *V. 58—62 in spat. vacuo suppl. V*[2] 58 Adnue *R*, Annue (Annuæ *P*) *φ* supercilio sidereo leta, *sed ord. corr. J* 59 mittibus *JPV*[2] (t *alteram del. m. rec.*) 60 paccari *PV*[2], peccari *J*, placcari *M* prosperiora] *RA*, *item Isengr. mg.*, superiora *EPJ*, posteriora *V*[2] iube] *ex* nube *corr. J* 61 pieridos *JP*[1], o *in* e *corr. P*[3] 62 uota] *ex* nota *corr. P*[1], nota *J*

XXXII De saluatore *inscr. E;* eiusdem desaluatorefeliciter ⁻ᵃᵃᵃ *R;* Incip. de saluatore *VJ;* Laus saluatoris *catal. M; nullo spatio intermisso carmini de bello Pollentino adhaeret in P; indicem om. PA. Alterum quemque versum εἰσθέσει distinxit R*

1 Christe] Ipse *P* aeui] orbis *VP*, anni *ε* 2 sensusq; *εω* fuderat alta *ς* 4 qui *EJAε*, tu *RVP* crimina vitae] *ex* secula terre *corr. V*[1] 5 mundi *EεA*, mundum *φ*, dominum *Barthius*, numen *Kochius*, mentem *ego* 6 Adfariq; *R*[1], Aff. *corr. R*[2] *V. 7 om. V, pro spurio habent Barthius Heinsius, sed adest etiam in MP* 7 Quem uerbo *et in mg.* al queq; utero *E*, Quem uerbo *R*, Quemq; utero *PJA*, Quodque utero *M* infusum *R* marie *PJA* Quem uerbum infusum Mariae *conieci ut agnosceretur ipse λόγος Iohanneus (cf. exempla): καὶ θεὸς ἦν ὁ λόγος . . . . καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο (cf. Claudian. Mamertus v. 53 sqq.): similiter e. g. Prudentius apotheos. 49:* Hoc uerbum est quod . . sumpsit uirgineo . . de corpore formam *et 108:* uerbum in carnis . . fluxisse figuram *et 115:* uerbo praestrinxit uiscera purae uirginis, *et apud Paulinum Nol. carm. 27, 262 Maria* uerbi semina *bibere dicitur Christum paritura; idem Paulinus c. 25, 170:* aeterni semine uerbi concipiens; *Optatian. Porf. 24, 19 Müller:* exertus uerbo. *Ad* infusum *cf. Prudentii apotheos. 23 et 166.* numine *ε*, nomine *R*[1], numine *corr. R*[2], angelo *PJ*, angel *(dein spat. vacuum) A*, angele E

Virginei tumuere sinus, innuptaque mater
Arcano stupuit compleri viscera partu
Auctorem paritura suum: mortalia corda
Artificem texere poli, mundique repertor
Pars fuit humani generis, latuitque sub uno
Pectore, qui totum late complectitur orbem,
Et qui non spatiis terrae, non aequoris unda
Nec capitur caelo, parvos confluxit in artus.
Quin et supplicii nomen nexusque subisti,
Vt nos subriperes leto mortemque fugares
Morte tua, mox aetherias evectus in auras
Purgata repetens laetum tellure parentem:
Augustum foveas, festis ut saepe diebus
Annua sinceri celebret ieiunia sacri.

XXXIII—XXXIX.
DE CRYSTALLO CVI AQVA INERAT.

XXXIII. (LVI.)

Possedit glacies naturae signa prioris
Et sit parte lapis, frigora parte negat.
Sollers lusit hiems, imperfectoque rigore
Nobilior vivis gemma tumescit aquis.

8 sq. *Sedulii c. pasch. II 39:* stupet innuba tensos Virgo sinus gaudetque suum paritura parentem. *Aratoris act. ap. II 74:* Virgineos intrare sinus. 10 *Sedulii c. pasch. V 16:* Auctorem generasse suum. *Multa autem ex hoc Claudiani carmine expressa sunt in* Laude Christi *quae infra legetur in anthologiae appendice, ubi vide adnotata.*

XXXIII—XXXIX *Cf. disticha De glaciali aqua in anthol. lat. Ries. 531 sqq. Merobaudis c. II 7:* onerat crystalla fluentis. Gemma vehit laticem quae fuit ante latex *(cf. 34, 2. 35, 4).*

10 *Verg. georg. I 123:* mortalia corda. 11 *Verg. Aen. XII 829:* rerumque repertor; *Iuvencus I 35:* caeli terraeque repertor. 14 *Catulli 68. 3:* aequoris undis. 21 *Ausonii vers. pasch. 2:* celebrant ieiunia.

8 tumuere] tumore R^1, tumuere *corr.* R^2, intumuere *A*, timuere *εM*, tenuere *ς fere unus*, tremuere *Heinsius; sed* tumere *cum accusativo causali construxit Seneca Thyest. 267 sq.* inuptaq; *J* 9 Archanū (o supra) P^1 10 Actorem *J* corda] membra *ε* 11 texere] sedere P^1, sensere *corr.* P^3, fudere *Isengr. mg.* repertor] redemptor *Heinsius* 12 sub imo *P* 13 q(i) *P* totum (to *in ras.*) *P* conplectitur *ER*, ꝯplectitur *P* 14 spatiis] spatio *ex* spatiū *corr.* P^1, spaciis *EV* nō (o *ex* u *corr.*) P^1 15 Nec] Non *A* caelo *R*, celo *q* 16 supplicii] mancipii *J (?), item vetus Cuiacii, cf. Kochius p. 60* nexusque] noxasque *Heinsius* 17 nos] nō *J* subriperes] *RV*, eriperes *EJA*, *ex* ariperes *corr.* P^1 leto] laeto R^1, loeto *corr.* R^2, *item A*, lii o *P* (*prima hastula fuerat* l; *dein in ras.* e *vel* t) 18 ethereas *VPJA* 19 Purgato *A* repetis *J; item vetus Cuiacii* laeta tellure *vetus Cuiacii*, laeta te luce *RA*, leta te luce *EPJ*, letum te luce *VM* 20 diebus A^2, dibus A^1 21 celebre R^1, t *add.* R^2 sacri] sagri R^1, *corr.* R^2

XXXIII—XXXIX *Desunt in R Indicem sic habet (nisi quod* cristallo*) E;* Incipit de cristallo *J;* De cristallo lapide in quo ingelata latebat aqua *V;* De cristallo *catal. M; indicem om. PA;* crystallo *ε* *Omnia septem carmina continuo scr. EVP; c. 39 inter 35 et 36 exhibent VM: rubris initialibus septem carminum initia indicari volebat P, sed officium ut solebat neglexit rubricator; ad cc. 34—39* aliter *in mg. adscripsit* V^1, *c. 34 a c. 33 ut novum carmen separavit* A^1, *c. 34—39 continuo scripsit: c. 33 et 34 in unum coniunxit* A^2. *Item c. 34—39 continuo scripsit J, c. 35 notam separationis habet in mg., at c. 34 supra scriptum est:* Ex eodem. „Scias vero in vetere et optimo *(Cuiacii sc.)* . . . septem esse de chr. epigrammata hactenus indivisa" *Claverius.*

XXXIII 1 P *initiale om. P*, Assedit *J* 2 Et sit *εω*, Et fit *ς;* Haesit *vel* Et stat *(cf. gigantom. 98) vel* Ut sit . . . neget *conieci;* Et si *Mommsenus* 3 hiemps (p *ex* s *corr.*) *E*, hyems *P*, iemps, h *supra lin. J* inperfectoq; *EV*, imperfectorq; *P* 4 uiuis] mitis, *unde* nitidis *corr.* P^1. uiuis *εq*, mistis *vetus Cuiacii:* aqua viva *Varro de r. rust. I 11*

XXXIV. (LVII.)

Lymphae, quae tegitis cognato carcere lymphas,
Et, quae nunc estis quaeque fuistis, aquae,
Quod vos ingenium iunxit? qua frigoris arte
Torpuit et maduit prodigiosa silex?
Quis tepor inclusus securas vindicat undas?
Interior glacies quo liquefacta Noto?
Gemma quibus causis arcano mobilis aestu
Vel concreta fuit vel resoluta gelu?

XXXV. (LVIII.)

Solibus indomitum glacies Alpina rigorem
Sumebat nimio iam pretiosa gelu
Nec potuit toto mentiri corpore gemmam,
Sed medio mansit proditor orbe latex.
Auctus honor; liquidi crescunt miracula saxi,
Et conservatae plus meruistis aquae.

XXXVI. (LIX.)

Aspice correptam splendenti fragmine venam,
Qua trahitur limes lucidiore gelu.
Hic nullum Borean nec brumam sentit opacus
Vmor, sed varias itque reditque vias.
Non illum constrinxit hiems, non Sirius axis,
Aetatis spatium non tenuavit edax.

XXXVII. (LX.)

Clauditur inmunis convexo tegmine rivus,
Duratisque vagus fons operitur aquis.

XXXIV *cf. ad hoc c. et sequentia Ovidi trist. III 10, 10 sqq.* 3 sqq. *Claudianus graecus de crystallo: τίς πῆξεν; Βορέης. ἤ τίς ἔλυσε; Νότος.* 8 *anthol. l. l. 4:* concreta gelu.

XXXVI 4 *Verg. Aen. VI 122:* itque reditque viam; *Ovidi trist. V 7, 14:* itque reditque vias; *item Silius XIII 561, Statii Theb. I 102, alii.* 5 *Anthol. l. l. 11:* Strinxit aquas .. hiems.

XXXIV non sunt diuisa a superiore in antiquo. ε 1 L *initiale om. P,* u l l *add. P²,* Limphae *J,* Nymphae *vetus Cuiacii; cf. P²* tetigis *J* carcere *V,* corpore *q* limphas *PJ,* limfas *V,* nīphas *M* 3 innxit *(paene certo) E, item VP,* uinxit *q* 5 securas] secretas *Heinsius* uendicat *EPJA* 6 Interior] Initior *A* notho *VPJ* 7 causis] *scripsi,* claustris *ω* mobilis *V,* nobilis *q* 8 ϽϽcreta *P* *post* uel *rasura in J*

XXXV 3 gemmam] gemmas *V,* gemam *J* 4 orbe] ille *A* latex] *bis scr., semel del. E* 5 Actus *PJ* honor] honos *cod. Buslid.* saxi] *om. V* 6 conseruare *P,* conseruari *corr. m. 1 (?)*

XXXVI 1 correptam *EA,* porrectam *V,* cçorreptam *P,* correctam *J,* concretam *Heinsius* fragmine] flamine *A,* tegmine *Heinsius* 2 Qua] Quo ς *unus fere* lucidiore] c *ex* t *corr. P* 3 nullum] *ex* nullā *radendo P* borean *VM,* boreā *P,* boream *q* *malim* brumam nec sentit 4 Umor *E,* Humor *q* uarias] u *ex* u *corr. P* itqȝ *ex* utqȝ *corr. P¹* 5 constringit *V* hiemps *EV* syrius *VA* axis *EPJA,* ardens *V,* arsit *Heinsius,* auxit *ego* nec tenuabit *Barthius*

XXXVII 1 inmuuis *VP,* inmu *q*

Nonne vides. propriis ut spumet gemma lacunis
  Et refluos ducant pocula viva sinus
Vdaque pingatur radiis obstantibus Iris.
  Secretas hiemes sollicitante die?
Mira silex mirusque latex! Et flumina vincit
  Et lapides merito, quod fluit et lapis est.

XXXVIII. (LXI.)

Dum crystalla puer contingere lubrica gaudet
  Et gelidum tenero pollice versat onus,
Vidit perspicuo deprensas marmore lymphas,
  Dura quibus solis parcere novit hiems,
Et siccum relegens labris sitientibus orbem
  Irrita quaesitis oscula fixit aquis.

XXXIX. (LXII.)

Marmoreum ne sperne globum: spectacula transit
  Regia nec Rubro vilior iste mari.
Informis glacies. saxum rude, nulla figurae
  Gratia: sed raras inter habetur opês.

XL. (XLI.)
EPISTVLA AD OLYBRIVM.

Quid rear, affatus quod non mihi dirigis ullos
  Nec redit alterno pollice ducta salus?
Scribendine labor? Sed quae tam prona facultas,
  Carmina seu fundis seu Cicerone tonas?
Cedere divitiis animi fortuna fatetur
  Et tantas oris copia vincit opes.

XXXVII 3 *Verg. georg. I 56:* Nonne vides croceos ut *eqs.* 8 *Ausonii epigr. 70, 4:* quamvis sit deus atque lapis.

XXXVIII 2 *Iuvenal. 7, 237:* teneros ceu pollice. 6 *Verg. Aen. II 490:* oscula figunt.

XXXIX 1 *anthol. l. l. 4:* marmoris instar habet; *cf. etiam v. 10.*

XL 4 *Sidon. c. VII 178:* animi Musis formantur et illo quo Cicerone tonas.

---

3 gemma] *om. P* lactinis *P* 4 uina *J*, uiua *εq*, bina *Isengrinius* 5 Undaqȝ *M* yris *VP* 6 hieme *E* diem̤ *P* 7 et *V*, qui *q* 8 Et lapides *M, sed* E *in ras.*, Sed lapides *V*, Et lapis est *q*, Nec lapis est *Scaliger* quod] que *A* et lapis est] *ω*, estque silex *vetus Cuiacii*

XXXVIII 1 Dum *in sp. vac. suppl. m. rec. V* cristalla *PA* rubrica *E*, lurida *V*, lucida *Heinsius* 2 Et gelidum] *post sp. vac.* elidum *V*¹, Heliadum *inde fecit m. rec.* onus *(supra* u *virgula erasa?) P*, honus *JA* 3 Vidit *om. V*¹; aspice *in sp. vac. suppl. m. rec.* deprensas *E*, deprehensas *VA*, deprensa *J*, deprenso *P* lymphas] *E*, lymfae *V*¹ (lymfas *corr. m. rec.*), mercis *JAP*¹, merces *corr. P*², *paene* inertis *M*, nymphas *edd. veteres velut Iuntina;* mergi *Buechelerus ad* deprensas *animo supplens puellas Nereidas* 4 Dur *om. V*¹, Seu *suppl. m. rec. (hoc est* Sena*)* spargere *E* hiems] *ex* homines *corr. P*¹ 5 Et sic *om., spat. 2 litt. reliquit V* siccentibus *P*, sicientibus *corr. m. 1* 6 Irrita quaesitis] *post sp. vac. 2 litteris aptum* itaque sitis *V* fixit *V*, figit *q* Expl. de cristallo *V*

XXXIX 1 ne] nec *PJ* transit] *om. V* 2 Regia] *ex* Regna *radendo P* 4 raras] caras *Heinsius*

XL Eiusdem epistula ad olybriū consolem. ⌐~¬ *R*; Epistula addolibrium *(sic) E;* Epistola ad olibrium *ε* *catal. M*; Incipit epistola ad olybrium *VJ* (olibrium *J*): *indicem om. P A*

1 Q *initiale om. P*¹, *add. P*² affatus] afatus *P*¹, *corr. P*², ad fastu *(virgulam m. 2, ut vid.) R* non] *om. E* mihi] *supra* i *in fine siglum aliquod (t?) quod dignosci non possit R* dirigis] d'igis (*i. e.* derigis) *P* ullos] *om. P*¹, ullo *R*, ultro *P*² 2 redit] *ex* redis *corr. J* 3 Scribendi labor est *V* quae] cui *Heinsius* 4 Cicerone] cicerona *E, sed cf. Sidon.* tom̤as *P* 5 diuit *J* 6 Et] Nec *Jeepius* „*frustra; nam v. 5 animi divitiis fortuna opponitur, itaque* oris copia *coniungendum*" *Kochius*

An rarus qui scripta ferat? Quin tempore nullo
Cessant Flaminiae pulverulenta viae.
Cum fluat ingenium, cum sit qui dicta reportet,
Quae, nisi contemnor, causa relicta tibi?
Despicis ergo tuum, si fas est credere, vatem
Perfidus! et spatio debilitatur amor!

Excidimusne tibi? Lucem iam condet Hydaspes
Et Tartesiaco, Sol, oriere vado,
Candescet Geticis Meroe conversa pruinis
Claraque se vetito proluet Vrsa mari,
Et, si iam nostros fastidit Olybrius ignes,
Constat Oresteam nil valuisse fidem.

Quin age rumpe moras solaturusque sodalem
Absens eloquio fertiliore doce,
Crebraque facundo festinet littera cursu
Libris atque animis insinuanda meis.
Dignatus tenui Caesar scripsisse Maroni,
Nec tibi dedecori Musa futura. Vale.

XLI. (XLII.)

AD PROBINVM.

Quem, precor, inter nos habitura silentia finem?
Quando dabit caras littera grata vices?
Me timidum vel te potius dixisse superbum
Convenit: alterius crimen utrumque tenet.

XLI 1 *Carmen de providentia divina 1 sqq.:* Maxima pars . . . abiit . . . anni quo scripta est versu pagina nulla tuo. Quae tam longa tibi peperere silentia causae?

9 *cf. ad Raptum Pros. I 76.* 19 *Verg. Aen. IV 569:* Heia age rumpe moras *(cf. Aen. IX 13. Georg. III 42).* 24 *Ovidi am. II 15, 21:* Non ego dedecori tibi sum.
XLI 1 *Ovidi a. am. III 809:* habet finem.

7 scripta *εω* 8 flamminee *V*, flamineae *R*, flāmince *P*, flaminee *J* 9 sit] t *ex* n *corr.* R^1 10 tibi] cini *E*, mihi *M* 11 Despicis] Dispicis *ER* 12 Perfidus] Feruidus *Heinsius*, *Schraderus* 13 condet] *EVP*, det *R*, condat *JA* hy^m^daspes *P*, hydaspes, d *ex* st *(?) corr: P*, hidaspes *VJ* 14 etardisisol *R* tartesiaco *E*, tarthesiaco *AJ*, tharthesiaco *P*, carcesiaco *V* oriere *V*, oriare *q* 15 Canescet *Heinsius* Geticis] teticis *R*, gentis *P* macroe *R* pruiuis] proinis R^1, *corr.* R^2 16 se] *om. R* uento *P*, uetito *corr. m. 1* per luet *A* ursa] orsa *R* 17 fastidit] *in* f *habuit quod corrigeret m. 2, R* olybrius *ERV*, olimbrius *PJA* ign^e^is *P* 18 horesteam *VP*, orestheam *J* 19 solaturusque *VM*, moraturusqꝫ *ERP*, mo^a^rturusqꝫ *J*, miraturusqꝫ *A*, memoraturusque *ς*, remoraturusque *vetus Cuiacii, sed* remoraturasque *iam Aldina*, recreaturusque *Barthius*, resalutatumque *Heinsius* 20 doce] foue *Heinsius* 21 facundo] *RV*, fecundos *A*, fecundo *EPJ*, iucundo *Schraderus* festinit R^1, festinet *corr.* R^2 cursu *ERPV*, *ex* crusu *corr. J*, cursus *A* 22 Libris atque animis *V*, Digna tuis animis *ERJPA* Libris] Labris *Heinsius;* Auribus *idem* insinuando *V* 23 cesar *VP* 24 Nec *VM*, Et *q* dedecoris *R* musa futura] *EεVM*, musa fuerit *R*, ni mea musa *JA*, *nil nisi* musa P^1 *spat. vac. praecedente*, sit mea musa P^2, scribere musa *vetus Cuiacii ς*, iam mea Musa *ς alii; possit placere duce* P^2*:* Et tibi dedecori sit mea Musa? uale] ualde R^1, d *del.* R^2

XLI Einsdem ad Probinū *E;* ℞ item einsdemadprobinum consolemfatrem olybrii ⁓ *R:* Incipit ad probinum *V;* Liber eiusdem ad Probinum *J;* Ad Probinum *Ald.*, ut scribat *add. ε;* Epistola ad probinum *catal. M; indicem om. PA*

1 Q *initiale om.* P^1, *add.* P^2 precor inter nos habitura] *EVPJ*, *item R*, *nisi quod* praecor R^1, a *del.* R^2, precor hec quem sunt habitura *A* 2 dabit] *ex* dabat *corr. J* caras] *EV*, curas R^1, *corr.* R^3 *(?)*, gratas *PJA* grata] gratia R^1, *corr.* R^2, gratas litera cara *Schraderus* 4 utrumque] utramqꝫ R^1, *corr.* R^2, uterque *ς unus (Antverp.)*

Transfluxere dies et, dum scripsisse priorem
  Paenitet, aeternas itur in usque moras.
Sed quid agam? Coepisse vetat reverentia vestri:
  Hinc amor hortatur scribere. Vincat amor.
'Fors iuvat audentes' prisci sententia vatis.
  Hac duce non dubitem te reticente loqui;
Audax aut si quid penitus peccasse videbor,
  Arguar, ingrati non subiturus onus.
Romanos bibimus primum te consule fontes
  Et Latiae accessit Graia Thalia togae,
Incipiensque tuis a fascibus omina cepi
  Fataque debebo posteriora tibi.
Ergo lacessitus tandem rescribe roganti
  Et patria florens sorte, Probine, vale.

XLII. (LIII.)
DE APRO ET LEONE.

Torvus aper fulvusque leo coiere superbis
  Viribus, hic saeta saevior, ille iuba;
Hunc Mars, hunc laudat Cybele. Dominatur uterque
  Montibus; Herculeus sudor uterque fuit.

XLIII. (LXXV.)
IN CVRETIVM.

Fallaces vitreo stellas componere mundo
  Et vaga Saturni sidera saepe queri

9 *Vergil. Aen. X 284:* Audentis fortuna iuvat *qua sententia item utitur Seneca epist. 94; Ovidi a. am. I 608:* Audentes forsque venusque iuvat *(cf. Ovidi met. X 586:* Audentes deus ipse iuvat; *Enni ann. 247 M.:* Fortibus est fortuna viris data; *Terenti Phorm. I 4:* Fortes fortuna adiuvat; *Livius VIII 29).* 14 *Martialis VII 5, 2:* Latiae . . . togae. 15 *Sili Ital. I 342:* pudet coepti, pudet ominis (Ne in omen verteretur . . . inceptum *Curtius Rufus*).

XLII 1 *Ovidi art. am. II 190:* torvos . . apros. 3 *Luxorius 292, 1 Ries.:* Martis aper. 4 *Catull. 55, 13:* Herculei labos est.

XLIII *cum toto c. cf. Martialis II 61.* 2 *Octav. trag. 1:* vaga sidera.

5 Tot fluxere ς *unus fere teste Barthio,* Ter fluxere ς *pauci, unde* Tres fluxere *Heinsius,* Tres fl. hiemes *Schraderus* 6 Poenitet *R,* Penitet *VP* in usque] unısqꝫ P^1, utrisqꝫ *corr.* P^2 7 Hinc coepisse uetat *Max. Bonnet* uetet *A* 8 Hinc horatur amor ς *pauci* 9 Foris *P* prisci] *RVM*, ehii *PJ,* cei *A,* socii *E*; Tusci *Ungerus;* Calabri *Bergkius poet. lyr. III*[4] *p. 530; potest* prisei *verius esse; ita Maronem priscum vocat Ennodius epigr. 118 „et Iustinus praef. 1 etiam Trogum virum dixit priscae eloquentiae" Kochius* sentia R^1, sententia *corr.* R^2 10 reticentẽ *P,* recidente *R* 11 aut si quid] ut si quid *EM* penitus] poenitus *R,* uates *V* uidebor] *RA*, uidetur *q*, fatetur *M* 12 Arguat *A* honus *A* 13 *post* primum *erasum* d *in J* console R^1, consule *corr.* R^2 14 latiae *RVA*, late *EPJ* accessit *VA*, cessit *q* graia] grata *PJ* thalea *E,* talia *P* 15 Incipienqꝫ R^1, s *add.* R^2 tuis] *om. J* a fascibus ER^1, ci *iteravit* R^2, afastibus *V,* affatibus JAP^3, afatibus P^1 oĩa *PA* coepi R^1, o *del.* R^2, cepi *q* 16 delebo *PJ,* debemus *Heinsius,* se debent *idem* 17 rescribere *P* 18 sorte] arte *Heinsius* probine] propina *E* uale] ualde R^1, *corr.* R^2

XLII *Deest in R* Eiusdem de apro et leone *E,* De apro et leone *V catal. M; indicem om. PA (de J incertum)*

1 Toruu' *J,* orus P^1, T P^2 coiere] *ex* cogere *corr.* P^1 superbi *Barthius, Gesnerus* 2 seta *E,* setis *V,* seta *q* 3 cybele laudat *V* cibele *PJ* utr̃qꝫ *E* dominantur *E* 4 herculeus P^1 utrique *vetus Cuiacii*

XLIII *Deest in R* Incyretium *(sic; i videtur supra scr.) E;* Incipit iocus de curetio *V;* Incipit in curetium *J;* In curetium *catal. M; indicem om. PA*

1 Fallaces] allãtes *P,* P *initiale add. m. 2, id est* Palantes, *fort. recte;* fallacis *rursus occurrit v. 9* uitreo] *om.* P^1 *spat. vacuo;* toto *suppl.* P^2, uitreo *(??) V (punxit m. rec.?)* 2 uaga] *ex* naga *corr.* P^1

Venturumque Iovem paucis promittere nummis
Cureti genitor noverat Vranius.
In prolem dilata ruunt periuria patris
Et poenam merito filius ore luit.
Nam spurcos avidae lambit meretricis hiatus
Consumens luxu flagitiisque domum
Et, quas fallacis collegit lingua parentis,
Has eadem nati lingua refundit opes.

XLIV. (LXXVI.)
IN EVNDEM CVRETIVM.

Si tua, Cureti, penitus cognoscere quaeris
Sidera, patre tuo certius ipse loquar.
Quod furis, adversi dedit inclementia Martis;
Quod procul a Musis, debilis Arcas erat;
Quod turpem pateris iam cano podice morbum,
Femineis signis Luna Venusque fuit:
Attrivit Saturnus opes. Hoc prorsus in uno
Haereo, quae cunnum lambere causa facit.

XLV. (LV.)
DE CONCHA.

Transferat huc liquidos fontes Heliconia Nais
Et patulo conchae divitis orbe fluat.
Namque latex doctae qui laverit ora Serenae
Vltra Pegaseas numen habebit aquas.

XLV 3 *cf. Sidon. ep. IV 8 carm. 11 sq.:* Nam .. regina hinc tinguere vultus *eqs.*

XLIII 9 sq. *cf. Ausonii epigr. 78.*

XLIV 1 *Iuvenal. 6, 474:* penitus cognoscere. 3 *Verg. georg. III 68:* rapit inclementia mortis 8 *Martial. II 84, 3:* Cur lingat cunnum .., hoc est.

4 Curet E, *in mg. add. idem (fort. tamen m. 2)* Curetius *(sic)*, Cureti P^{1} *quasi sit vocativus* 5 delata *Heinsius* 6 merito] marito P^{1}, patrio *corr.* P^{2} 7 Namqꝫ auide lambit meretricis labra superbe E spurcos] spuretos (*vel* spuritos) P 9 Et] Ut *vetus Cuiacii* collegit] t *in ras.* J 10 eadem (e *inferius sorde depravatum linea traiecit*) E; eadem *audacius dictum esse monet Kochius;* tandem *proponit Buechelerus* refudit V^{1}, refūdit *corr. m. rec.*, refundat *vetus Cuiacii? cf. Kochius l. l.*

XLIV *Deest in R* De curetio eiusdem. *E;* In eundem curetium *V:* De curetio ei⁹ incipit. *J;* De eodem curetio *catal. M; indicem om. PA*

1 S *initiale om.* P^{1}, *add.* P^{2} 2 Sydera *PA* 3 inclementia] uiolentia *ex* molementia *corr.* P^{1} matris V^{1}, ł p(atris) *add. m. 2 vel 1*, patris ł martis M^{1} 4 Quod] Quo E archas *VPJ*, actus *Heinsius* erit *A* 5 Quo turpem pateris iam podice morbum (*om.* cano) E iam cano *VA*, iam cono *J*, cā cano P^{1}, arcano *corr.* P^{2} 6 fuit] tulit *Jeepius*, facit *Buechelerus*, iubent *Mommsenus; sed tempus hace habent praeteritum* 7 porsus *J* 8 Haereo quae] Hereoqꝫ *J* quae cunnum lambere causa facit] *VPJA nisi quod* fuit *pro* facit *A*, facit *ex* fuit *corr. J*, mendacem quae mala causa facit E facit] fuit *Buechelerus cum AJ*

XLV — eiusdem dechoncha in qua aqua triumphabat. *R;* De conca. *E;* de concha *V catal. M; indicem om. PJA*

1 T *initiale om. P, add.* P^{2} fontis *R*, fonte *J* elyonia *P*, elionia *J* nays *PJ* 2 patule V^{1}; e *in* o *corr. m. rec.* chonchae *R*, conce E orbe] ore *P* 3 doctae qui lauerit] *RVA*, ut docte liquauerit E. docte ligauerit P^{1}, rigauerit *corr.* P^{2}, docte qui liquerit *J* 4 numen (e *inferius linea traicetum*) E, nomen = *pauci* habebit] habit *R*, habit *J*

XLVI. (LXXII.)
DE CHLAMYDE ET FRENIS.

Non semper clipei metuendum gentibus orbem
Dilecto studiosa parens fabricabat Achilli,
Lemnia nec semper supplex ardentis adibat
Antra dei, nato galeam factura comantem,
Sed placidos etiam cinctus et mitia pacis
Ornamenta dabat, bello quibus ille peracto
Conspicuus reges inter fulgeret Achivos.
Ipsa manu chlamydes ostro texebat et auro
Frenaque, quae volucrem Xanthum Baliumque decerent,
Aequore quaesitis onerabat sedula gemmis.
   At tibi diversis, princeps altissime, certant
Obsequiis soceri. Stilicho Mavortia confert
Munera: barbaricas strages Rhenique triumphos.
Reginae contenta modum servare Serena
In tua sollicitas urget velamina telas.

XLVII. (LXXIII.)
DE EQVO DONO DATO.

O felix sonipes, tanti cui frena mereri
Numinis et sacris licuit servire lupatis,
Seu tua per campos vento iuba lusit Hiberos,
Seu te Cappadocum gelida sub valle natantem
Argaeae lavere nives, seu laeta solebas
Thessaliae rapido perstringere pascua cursu:
Accipe regales cultus et crine superbus

XLVI 1—3 *Horati carm. II 9, 1 (11, 9):* Non semper: *10. 19:* neque semper. 1 *Verg. Aen. II 227:* clipeique sub orbe. 4 *ibid. II 391:* comantem . . galeam. 7 *Horat. epist. I 2, 14:* reges. . . Achivi. 8 *ibid. IV 134:* ostroque insignis et auro. 9 *Homeri Il. XVI 149:* Ξάνθον καὶ Βαλίον. 14 servare modum *e. g. Columella VIII 5.*

XLVII 1 *Verg. Aen. III 321:* O felix. 3 *Vergil. Aen. IX 497:* luduntque iubae per colla laeta. 4 *Verg. georg. II 488:* gelidis convallibus. 5 sq. *Iuvencus I 159:* per pascua laeta; *Tiberianus (anthol. lat. Ries. 490, 6):* rapidos . . cursus.

XLVI De muneribus honorio *E, in mg. crucem pinxit idem:* ☩ eiusdem de muneribus a soceris honorio imperatori missis ℞ *R;* Incipit de muneribus honorii. *J:* De clamide et frenis *V;* De clamide *catal. M; indicem om. PA; donum quale sit tecte indicavit Cl. v. 8 et 9*

1 N *initiale om. P* metuend' *P* 2 anchilli *R* 3 Lennia *J*, Lenniā *P* suplex *PA* ardentes *R* 4 pactura *Heinsius* 5 placidos etiam] *RVA*, placido sed iam *EPJ* cinctis *R*, cinct *J* et] sed *Heinsius* mitia] *ex* tītia (eintia?) *corr. M* 7 fulgeret] *ex* fugaret *corr. J* 8 chlamydes *A*, clamydes *R*, clamides *q* 9 quae] *om. P*[1], *suppl. P*[2] uolocrem *R* xantum *PJA* 10 onerabat] *ERV*, ornabat *PJA, rasuram ante o in J* 11 altissime *ex* artissime *corr. P*[1] 12 Obsequis *E* soceri *JRA, item* (i *ex corr., tamen non fuerat* en) *E*, socer en *V*, sōci *P (1 littera erasa)* stilico *PJ* 13 Rhenique] regniqȝ *PJ, sed* qȝ *add. J*[2] 14 Reginae contenta modum] *om. spatio vacuo relicto A* contenta] contēpta *JP* serena est *A* 15 sollicitas urget] *ER*, sollicita surget *V*[1]*M*, sollicitis surgens *A*, sollicitis urgens *PJ* telas] *ERV*, telis *PJA*, tela *M*

XLVII *Arte cum c. 47 coniunxit omisso indice R: tamen in mg.* ex eodem *R*[1]; Ex eodem *EJ:* Incipit de equo dono dato. *V;* De equo dono dato *catal. M;* De equo honorii ς *(Antverp.); indicem om. PA; c. 47 cum c. 46 coniungendum esse existimat Mommsenus*

1 O *initiale om. P, add. P*[2] merere *L* 2 Numinis *V*, Nominis *q* sagris *R* liguit *R* lupatis (u *suprascr.*) *P*[1] *V. 3 et 4 sic coniunxit R:* Seu tua per cappadocum gelida sub ualle natantem iberos *A* 4 capadocum *VPJ* 5 Argeae *RAV*, Argee *EPJ* lauare *RJ*, lauare (o *suprascr.*) *P*[1], lauere *q* solebat *P* 6 Tessalide *P*[1], Tessalie *J* perstringere] p̄stringere *V*, transcurrere *M*

Erecto virides spumis perfunde smaragdos.
Luxurient tumido gemmata monilia collo,
Nobilis auratos iam purpura vestiat armos,
Et medium te zona liget variata colorum
Floribus et castae manibus sudata Serenae,
Persarum gentile decus. Sic quippe laborat
Maternis studiis nec dedignatur equestres
Moliri phaleras genero latura decorem.

XLVIII. (LXX.)

DE ZONA EQVI REGII MISSA HONORIO AVGVSTO A SERENA.

Accipe parva tuae, princeps venerande, sororis
  Munera, quae manibus texuit ipsa suis,
Dumque auro phalerae, gemmis dum frena renident,
  Hac uterum zona cinge frementis equi,
Sive illum Armeniis aluerunt gramina campis
  Turbidus Argaea seu nive lavit Halys
Sanguineo virides morsu vexare smaragdos
  Et Tyrio dignum terga rubere toro.
O quantum formae sibi conscius erigit armos
  Spargit et excussis colla superba iubis!
Augescit brevitas doni pietate Serenae,
  Quae volucres etiam fratribus ornat equos.

XLIX. (XLVI.)

DE TORPEDINE.

Quis non indomitam dirae torpedinis artem
Audiit et merito signatas nomine vires?

8 *cf. Lucreti IV 1118.* 9 *Ovidi met. X 113:* gemmata monilia collo. 13 *Statii Theb. IV 155:* Exuviae gentilis honos.

XLVIII 3 *Statii Theb. VIII 566:* auro phaleras. 4 *Verg. Aen. VII 639:* frementis . . equos. 6 *Martialis IX 101, 18:* te nive lavit equum. 8 *Catulli 61, 172:* Tyrio in toro. 12 *Ovidi met. II 234:* volucrum . . equorum.

XLIX 2 *Oppianus hal. II 60:* ἐτήτυμον οὔνομα νάρκη.

8 profunde *E* zsmaragdos *R*, s *prius linea traiecit* R^3, smeragdos *A*, maragdos *P*, smaragdos *EVJ*, *sed* d J^2, *nescio quid* J^1 10 aeratos *Heinsius* harmos *A* 11 zona] zola *J* 12 serene *J*, *sed* rene *in ras.* 13 Persacrum *EA* sic] *magis* sit *P* 14 nec] ne *R* aequestres R^1, a *del.* R^3 15 faleras *VPJ*

XLVIII eiusdem de phalerisaequi regii aserena missi. *R*; De pheris equi aserena missis. *E*; Incipit de zona equi regii missa honorio augusto a serena. *V*; De zona equi regii *catal. M*; Incipit de phaleris equi a serena missis. *J*; *indicem om. PA*; *zonam missam esse docet v. 4.*

Versuum 1—8 locum vacuum rel. V^1, *supplevit eos* V^2 1 A *initiale om.* P^1, *add.* P^2 princes *J* uenerande *ER*V^2*M*, memorande *PJA* 2 Munera] *ex* Munia *corr.* P^1 3 falere *PJ* renident] renitent *R*, redundant *M non male* 4 uterum] *ex* ueterum *corr.* P^1, uerum *J* equi] aequi R^1, a *del.* R^2 5 Armeniis] armentis V^2 6 Turgidus *M* argeas V^2, argea *RPJ*, algea *A* niue] sine *R* labit V^2 halys *A*, alys *ER*, alis *P*V^2*J* 7 uexare *EP*J^2 (*cf. Gronov. observ. p. 457*), uersare *RA*V^2, . . are J^1 zmaragdos *R*, maragdos *P* 8 tirio *J* terga] *ex* terra *corr.* P^1 toro *E*, turo *R*, thoro *P*V^2*A*J^1, torum *corr.* J^2, croco ς *unus fere* 9 erigit] erit P^1, *unde* exit et *corr.* P^2 harmos *A* 10 Spargit *REV*, Sparsit *AJ*, *item ex* Sparsis P^1 et] *om. R*, ut *Heinsius* superba] a *m. 2 in P* 11 Augescit] c *ex* s *corr. J* 12 fatribus *R* equos] aequos R^1, a *del.* R^3 *vel* R^1

XLIX eiusdem. deturpidine *R*; Detorpedine. *E*; De torpedine. *V catal. M*; Incipit de turpidine. *J*: *indicem om. PA* *Alterum quemque versum per εἴσθεσιν insignivit R*

1 Q *initiale om.* P^1, *add.* P^2 dirae] *REV*, mire *PJA* turpidinis *R*P^1, torpidinis *J*, torpedinis *corr.* P^2, *item* ς 2 Audit *EVM* et merito] et emerito *VM*

Illa quidem mollis segnique obnixa natatu
Reptat et attritis vix languida serpit harenis.
Sed latus armavit gelido natura veneno.
Et frigus, quo cuncta rigent armata, medullis
Miscuit et proprias hiemes per viscera duxit.
Naturam iuvat ipsa dolis et conscia sortis
Vtitur ingenio longeque extenta per algas
Attactu confisa suo. Inmobilis haeret:
Qui tetigere iacent. Successu laeta resurgit
Et vivos impune ferox depascitur artus.
Si quando vestita cibis incautior aera
Hauserit et curvis frenari senserit hamis,
Non fugit aut vano conatur vellere morsu,
Sed propius nigrae iungit se callida saetae
Et meminit captiva sui longeque per undas
Pigra venenatis effundit flamina venis.
Per saetam vis alta meat fluctusque relinquit
Absentem victura virum: metuendus ab imis
Emicat horror aquis et pendula fila secutus
Transit harundineos arcano frigore nodos
Victricemque ligat concreto sanguine dextram.
Damnosum piscator onus praedamque rebellem
Iactat et amissa redit exarmatus avena.

---

3 *Oppianus l. l.: Ἡ μὲν γὰρ μαλακή .. ἀμενηνὴ νώθης τε βραδυτῆτι βαρύνεται οὐδὲ .. νηχομένην ὁράαν . . . δύσφραστα κέλευθα εἴλεῖται . . . ἑρπύζουσα et: ἀλλά οἱ ἐν λαγόνεσσιν . . . κερκίδες ἐμπεφύασι κτλ.* 5 *Val. Flacci VI 85:* gelidis . . venenis. 8 *Opp.: εὖ γιγνώσκουσα θεοῦ γέρας.* 9 ingenio . . . usus *Ovid. trist. II 117.* 10 sq. *Oppianus hal. II 55—84 (III 149—155): ὕπτιον ἀγκλίνασα μένει . . . κεῖται δ' ἀστεμφὴς . . ὅς δέ κεν ἰχθὺς ἐγχρίμψῃ λαγόνεσσιν. ὁ μὲν λύτο . . . . ἡ δὲ θοῶς ἀνόρουσε . . . γηθοσύνῃ . . . ζωὸν δὲ κατεσθίει.* 10 *Verg. Aen. VII 250:* inmobilis haeret. 12 *Verg. Aen. II 215:* depascitur artus. 14 *Ovidi met. XI 342:* curvos . . hamos. 23 sanguis concretus *Plin. h. n. XXX 13.* 24 *Opp.: ἐκ παλάμης κάλαμος πέσεν ὅπλα τε θήρης.*

---

3 mollis] molli *Heinsius renuente Oppiano* siguiqȝ *R* obnixa natatu *EJA*, obnixa natatatu *(sic: tu ex* m *corr.) P*, obnoxia tactu *RV*, obnoxia tractu *M* 4 atritis *ex* atitis *corr. P*[1] uix] nix *J* 5 latus] s *m. 2; fuerat* r*? R* armuit E gelido] *malim* geminum*; Oppianus enim: παρὰ πλευρὴν ἑκάτερθεν.* 6 armata] armenta *M*, animata *Scaliger*, admota *Heinsius*, afflata *ego* medil' *J* 7 hiemes] hiemis *P*[1], *corr. P*[2] 8 Natura *R* iuuat] muat *J* 10 A tactu *V*, Actactu *R*, Attactu E, *de P infra* suo immobilis haeret *Eε; in* suo *finem faciunt omisso* immobilis haeret *RVM; ad hiatum cf. laud. Stil. III 167; tamen pro* suo *ego* subit *coniеci cui oppositum sit* resurgit *v. 11: de* subit *enim absolute pro* latet *posito cf. Vergilius Aen. X 522:* Ille astu subit, *similia;* confisa suo est *Jeepius* *v. 11 sic habent REVM, nisi quod* resurgunt *VM* *v. 10 et 11 sic contraxit P:* Ac[d] *(corr. m. 2)* tactū *(virgulam m. 2)* confisa iacet successu leta resurgit, *item J sic:* Ac tactu confisa iacet successu *(sed* u *obscuratum)*, leta resurgit, *item A sic:* Tactu (u *adrasum*) fixa iacet successu lęta resurgit: *ε sic adornavit v. 10 et 11:* Qui tetigere iacent. successu laeta resurgit
Attactu confisa suo, immobilis haeret,
atque ad posteriorem hunc adnotat: is versus addendus, etsi mutilus, ex antiquo codice. 12 inpune *V*, inpone *R* ferox] feros *V* depascitur] a *ex* o *corr. P*[2] 14 franari *P*[1], frenari *P*[2]*εq* hamis] *VA*, amis *R*, armis *EPJ* 15 fugit] fuit *E*, furit *PJ* 16 proprius *RP* saetae *R*, sete *q* 17 longoqȝ *V* (longeqȝ *m. rec.*) 18 effudit *R* 19 saetam *R*, setam *q* alta] atra *A* 20 Absentem (ad *m. 2*) *P*, Adstantem *Burmannus* uictura] *V*, tentura *Eε*, uinctura *R*, uentura *PJA*[1], uictura *corr. A*[2], uinctura *in mg. A*[2]; uictum, *sed non* uinctum *piscatorem ostendit v. 24.* 21 horor *J* 22 h[a]rundineos *J* 23 concreto *A*[2], concretam *A*[1] 24 Damnasū *R*[1], *unde* Damnatū *corr. R*[3] honus *A* rebellē *ex* rebelles *corr. P*[1] 25 auena] habena *J*, harena *R*[1], h *del. R*[3]

L. (LXXVII.)

IN IACOBVM MAGISTRVM EQVITVM.

Per cineres Pauli, per cani limina Petri,
Ne laceres versus, dux Iacobe, meos.
Sic tua pro clipeo defendat pectora Thomas
Et comes ad bellum Bartholomaeus eat:
Sic ope sanctorum non barbarus inruat Alpes,
Sic tibi det vires sancta Susanna suas:
Sic quicumque ferox gelidum transnaverit Histrum,
Mergatur volucres ceu Pharaonis equi;
Sic Geticas ultrix feriat romphaea catervas
Romanasque regat prospera Thecla manus;
Sic tibi det magnum moriens conviva triumphum
Atque tuam vincant dolia fusa sitim:
Sic numquam hostili maculetur sanguine dextra:
Ne laceres versus, dux Iacobe, meos.

LI. (LXVIII.)

IN SPHAERAM ARCHIMEDIS.

Iuppiter in parvo cum cerneret aethera vitro,
Risit et ad superos talia dicta dedit:
'Hucine mortalis progressa potentia curae?
Iam meus in fragili luditur orbe labor.

L 6 *Cl. Mar. Victoris precatio 118:* et vires . . dedisti. 7 *cf. Dracont. c. X 57 et adnot. ad bell. Poll. 489.*

LI *cf. Cassiodorii var. I 45.*

L 2 *Ovidi ex Ponto IV 16, 1:* Invide, quid laceras . . carmina? 8 *cf. ad c. min. 48, 12.* 13 *Ovidi met. VII 315:* maculavit sanguine.

LI *cf. Anthol. Pal. IX 822.* 2 *Verg. Aen. V 852:* talia dicta dabat.

L eiusdem iniacobum magister eius ꝯ *R:* In Iacobum magistr equitatu *E;* Incipit in iacobum magistrum equitum. *V;* Incipit in magistrum iacobum. *J; indicem om. PA*

1 P *initiale om. P, add.* P^2 cineres] i *ex* e *corr. J* pauli] *om. R* cani *VM (item Camers, Ald.)* sancti *q* lumina *P* 2 Ne] Nec *J* laceris *R* 3 defendat *RV*, sustentet *εq* 4 barthelameus *A*, bartholomeus *RPVJ* eat] *planum in R*, erat *J* *V. 5 et 6 om. VM* 5 ope *P* sanctorum] *expectes nomen ut* Marcorum *rel sim.: vv. 5. 6 ante 3. 4 poni malit Kochius* inruat R^1, irruat *corr.* R^2, irr. *q* 6 det] *ex* dat *corr. A* susana *A* suas] tuas *A* *V. 7 et 8 aberant in vetere Cuiacii* 7 ferus *V* transnauerat *J, item P, sed* at *in* it *corr. m. 1,* tranauerit *A* 8 Mercatur *V* (g *ex* c *m. rec.*) *V. 9 et 10 om. VM* 9 geticas] getigas *R* romphaea *E*, rhumphea *P, item in ras.* R^1, ramphea *A*, rufea *J* cateruas] s *m. 2 in R* 10 Romanusqȝ *(?)* R^1, u *in* o *(vel a?) mut.* R^2, Romaneque *vetus Cuiacii* regāt *(virg. fort. m. 2) P*, regat *J* thecla *R*, tecla *J*, theda *E*, tela *P*, tela *A* 11 moriens magnos *V* triumphos *V* 12 tuam] tua *R* dolia] *ex* dola *corr.* R^1 sitim] s *ex corr.* R^1 *Hunc v. sic V habet:* Et tua perpetuo dolia uina fluant, *item nisi quod* uini *M* 13 nunquam *E* hostilis *A* *V. 13 et 14 om. VM* 14 Ne] Nec P^1 laceris R^1, laceres *corr.* R^2 meos] meus *R*

LI eiusdem in spheram archimedis ꝯ *R:* In speram archimedis. *E:* Incipit de spera. *V:* Incipit infera archimedis. *J;* De spera archimenidis *catal. M: indicem om. PA*

1 Jupiter *JA*, upiter *P*, J *initiale add.* P^2 2 Risit *P* ad superos] a superos R^1, *corr.* R^2 3 Huncine *R*, Huccine *q* labor? *Buecheler*us

Iura poli rerumque fidem legesque deorum
  Ecce Syracusius transtulit arte senex.
Inclusus variis famulatur spiritus astris
  Et vivum certis motibus urget opus.
Percurrit proprium mentitus Signifer annum,
  Et simulata novo Cynthia mense redit,
Iamque suum volvens audax industria mundum
  Gaudet et humana sidera mente regit.
Quid falso insontem tonitru Salmonea miror?
  Aemula naturae parva reperta manus'.

LII. (LXXXVIII.)
DE LANARIO.

Sordidus ex umeris nodo dependet amictus;
Exercentur equis et colla comantia pectunt.

LIII. (XXXVII.)
GIGANTOMACHIA.

Terra parens quondam caelestibus invida regnis
Titanumque simul crebros miserata dolores
Omnia monstrifero complebat Tartara fetu.

7 *Verg. Aen. VI 726:* astra Spiritus intus alit.

LII *Cento hic sive centunculus Vergilianus: Aen. VI 301:* Sordidus ex umeris nodo dependet amictus, *VII 163:* Exercentur equis, *XII 86:* et colla comantia pectunt.

LIII 1 *Verg. Aen. IV 178:* Terra parens ira inritata deorum .. Coeo Enceladoque sororem Progenuit. 2 *Verg. Aen. I 597:* miserata labores.

---

5 Iura] Iara R^1, *corr.* R^2 fidem] fides *V* legesque] legemq3 *PJA* deorum *RVM*, uirorum *φ*, dierum *Heinsius* 6 syracusius *ERJ*, siracusius *φ*, Syracosius *Heinsius* 7 astris] atris *P* 8 urguet *RE* opius *(virgula post* p *incerta) R* 9 mentitus] tus *ex* tur *corr.* P^1, mentius R^1, mentitus *corr.* R^2, mentitur *J*, metitur *ε*, *item Isengr. mg.* annum] anum *J* 10 cinthia *J*, chinthia *P* 11 Namq3 *V* uoluens] uolens RP^1, *corr.* P^2 mundum] *in sp. vac. add. m. rec. in V* 12 regit] redit *J*, regit *ex* redit *corr.* P^1, retractat *V* (notat *m. rec.*) 13 Qui *PJ* insontem] insonte *R*, instantem *conieci*, sontem *Buechelerus coll. Verg. Aen. VI 570 et 585, item Mommsenus* salmonea miror *RA*, salamonea miror *J*, salomonea miror *P*, natura mouemur *E*, salmona mouemur in antiquo *ε*, salmonea *V*, miror *in sp. vac. suppl. m. rec.* 14 reperta] repente *R* manus] man *V*, us *add. m. rec.*

LII *Deest in RPAJ* De lanario *E catal. M;* De lanario. ita in ueteri codice interpositum *ε*, *deinde ambos versus plenos adscripsit idem;* Incipit de lanario *V*. „*Videntur versus ex tempore dicti ioco maligno de lanario coactiliario qui equinis suetis iubisque pectinandis exercebatur; cf. Petron. 68 et al.*" *Buechelerus. — Idem distichon Isengrinius p. 191 post carmina in Curetium posuit et inscripsit* In eundem.

1 humeris *ω*, *sed* h *del. E*

LIII eiusdem digganto machia *(sic) R;* Incipit giganthomachia *(Claudiani nomine non addito) G;* Incipit gigantomachia *V;* gigantomachia *E;* Incipit de Gigantomachia *J;* De gigantomachia *catal. M; indicem. om. PA*

1 Terra] erra P^1, T *add.* P^2 Terra reperta olim *A* caelestibus *REG*, celestibus *φ* 2 dolores] ol *ex corr. E (fuerat fere* ab) 3 mostriuero *G* fetu *G*, feto (u *superscr.*) *V (m. 1)*, coetu *R*, cetu *A*, cetu *JP*, tetu *magis quam* cetu *E*. *cf. Rob. Unger in progr. Halensi 1885 p. 7.*

Invisum genitura nefas, Phlegramque retexit
Tanta prole tumens et in aethera protulit hostes.
Fit sonus: erumpunt crebri necdumque creati
Iam dextras in bella parant superosque lacessunt
Stridula volventes gemino vestigia lapsu.
Pallescunt subito stellae flectitque rubentes
Phoebus equos docuitque timor revocare meatus.
Oceanum petit Arctos inocciduique Triones
Occasum didicere pati. Tum fervida natos
Talibus hortatur genetrix ad proelia dictis:
'O pubes domitura deos, quodcumque videtis,
Pugnando dabitur: praestat victoria mundum.
Sentiet ille meas tandem Saturnius iras.
Cognoscet, quid Terra potest, si viribus ullis
Vincor, si Cybele nobis meliora creavit!
Cur nullus Telluris honos? cur semper acerbis
Me damnis urgere solet? Quae forma nocendi
Defuit? Hinc volucrem vivo sub pectore pascit
Infelix Scythica fixus convalle Prometheus:
Hinc Atlantis apex flammantia pondera fulcit
Et per canitiem glacies asperrima durat.
Quid dicam Tityon, cuius sub vulture saevo
Viscera nascuntur gravibus certantia poenis?
Sed vos, o tandem veniens exercitus ultor,
Solvite Titanas vinclis, defendite matrem.

8 *Alc. Aviti c. IV 100 (de Gigantibus):* dracones .. verso praeberent vertice gressus, *idem tamen c. III 124:* Non gressus, sed lapsus erit *sc. serpentis.*

6 *Verg. Aen. IX 749:* Fit sonus *(cf. Ciceron. Verr. V 106, al.).* 11 *Lucani VIII 175:* mergitur undis Axis inocciduus .. clarissimus Arcto. 17 *Ovidi a. am. I 700:* voluit vinci viribus. 24 *Verg. ecl. 10, 49:* glacies .. aspera. 26 *Verg. Aen. VI 598:* fecundaque poenis viscera. 28 *Tibulli II 1, 7:* Solvite vincla.

4 gēnitura *P* phlaegrumque *G*, phlaegramqȝ *R*, flegramqȝ *P*, flagramqȝ *J* 5 prole *ex* prolæ *radendo corr. G* tument *V* ethera *VP* 6 crebri] crebro *VG*, Erebi *cod. Buslidianus pessimus*, Erebo *adn. Behotius; item Heinsius* *V. 6 in R ita contractus:* Fit sonus crebri necdum creati 7 lacessant V^1 *(corr. m. rec.)* 8 gemino] *ex* gemina *(?) corr.* P^1 lapsu] gressu ς *unus; sed cf. locos Alcimi Aviti, quorum altero etiam* lapsu *defendas, et Rapt. I 13* 9 Palescunt *R* 10 Phebus *VPJ*, Foebus *G* docuitque] cogitque *Heinsius* *V. 11 om., sed suppl. J* 11 arctos] arctus *R*, arthos *P* que] *om. R*, inociduiqȝ *E* 12 didicere] *VGA*, uoluere *REPJ* feruida] perfida *Heinsius* 13 ^hortatur V^1, ortatur *RJ* genetrix *RG*, genitrix *q* ad] *VG*, in *q* 14 pules *R* quos cumque *R*; *v. 14 quasi corruptum ipse notavit R* 16 Sentiet *VG*, Sentiat *REPAJ* 17 Cognuscet *R*, Cognoscet *GVE*, Cognoscat *JPA*, Agnoscet ς quid *GVA*, quod *REPJ* tēra *J* si] sic *Barthius:* cur *Heinsius; sed cognoscet nimirum Iuppiter si viribus ullis Terra vincitur, vel si meliora creata sunt quam ipsa* uiribus ullis] *REVG*, curribus illis *PJA* 18 cur] *PAJ*, si *REG*, *om. et* si *et* cur *V* cybile *G*, cibele *PJ* 19 Cur] Cui *VG* null *PJ* telluris] telus *R* *alterum* cur] *E*, quae *GPAJ*, que *R*, qui *V* acerbis] aceruis *RV*[1], acerbis *m. rec. in V* 20 urguere *REG* (ur *in lit. G*), urgere *q* 21 Defluit *A* hinc *VA*, hic *q* uolocrem *R* recidiuo pectore *Barthius*, fibroso p. *Heinsius*, nimio sub pectore *ex Martiale epigr. 7, 2 idem (Burm. p. 1025)* 22 cithica V^1 (scy *ex* ci *corr. m. rec.*), sictica P^1, scitica P^2J, stycia *G* cū ualle *P*, proualle *G* 23 Hinc] hīc R^1, Huic *J* atlantis *EA*, athlantis *RVP*, adlantis *G*, ahtlantis *J* flamancia *J* pondera] corpora *R*, pectora *P* fulsit *J*, fulcet *G* *V. 24 om. A* 24 caniciem *VJ* 25 tityon *GEJ*, ticyon *VA*, tytion *RP* ulture] *ex* uulnere *J*, uultere *G* saeuo] secto *A* 27 tandem] tundem G^1, u *in* a *mut.* G^2 ultor] ultro *V* 28 uincelis] *ras. supra* is *P* *Post v. 28 unius v. spatium vacuum in E*

Sunt freta, sunt montes: nostris ne parcite membris;
In Iovis exitium telum non esse recuso.
Ite, precor, miscete polum, rescindite turres
Sidereas. Rapiat fulmen sceptrumque Typhoeus;
Enceladi iussis mare serviat; alter habenas
Aurorae pro Sole regat: te Delphica laurus
Stringet, Porphyrion, Cirrhaeaque templa tenebis.'
His ubi consiliis animos elusit inanes,
Iam credunt vicisse deos mediisque revinctum
Neptunum traxisse fretis; hic sternere Martem
Cogitat, hic Phoebi laceros divellere crines:
Hic sibi promittit Venerem speratque Dianae
Coniugium castamque cupit violare Minervam.
Interea superos praenuntia convocat Iris.
Qui fluvios, qui stagna colunt, cinguntur et ipsi
Auxilio Manes: nec te, Proserpina, longe
Vmbrosae tenuere fores; rex ille silentum
Lethaeo vehitur curru lucemque timentes
Insolitam mirantur equi trepidoque volatu
Spissas caeruleis tenebras e naribus efflant.
Ac velut hostilis cum machina terruit urbem,
Vndique concurrunt arcem defendere cives:
Haut secus omnigenis coeuntia numina turmis
Ad patris venere domos. Tum Iuppiter infit:
'O numquam peritura cohors, o debita semper
Caelo progenies, nullis obnoxia fatis:
Cernitis ut Tellus nostrum coniuret in orbem

48 *epigr. de castellano (anthol. lat. Ries. 205):* naribus efflas; *Ennodii 27, 13:* de naribus efflans. 50 *cf. adn. Epith. Palladii 105.* 54 *carm. de providentia divina 253:* nullisque obnoxia damnis.

31 *Verg. Aen. I 134:* caelum . . miscere, *VI 583:* rescindere caelum aggressi. 34 *Columellae X 217:* quem Delphica laurus Impulit. 39 *Statii silv. III 3, 133:* laceris aut crinibus. 41 *Horati c. III 3, 23:* castae . . Minervae. 48 *Verg. Aen. XII 115:* naribus efflant. *cf. Ovidi met. II 84. VII 104.* 49 *Horati c. I 2, 4:* terruit urbem.

29 Sunt montes sunt freta *G, corr. G²* ne] nec *GV* parcite] pacite *R* 30 excitium *P* 31 praecor *R* miscete] miscite *R*, miscere *(?) J* rescindite *EPJA*, rescingite *(sic) R*, restinguite *GV* turres] turbas *V*, turb^re^as *G¹* (ba *in ras., ut vid.*) 32 Sidereas *GVE*, Sideras *R*, Sydereas *PA* sceptrumque *εω* thiphoe' *P*, typhoeus *εRJA*, tiphęus *V*, tyfoeus *EG* 33 Encheladi *PA*, En^h^celadi *(sic) E* Enchiladi *J*, Eneladi *G* habenis *R* 34 delfica *G* 35 Stringet *RE*, Stringat *φ* porphyrion *REA*, porphirion *PJ*, porfurio *V*, porfyrion *G* chirreaq; *R*, cyrreaq; *GVAP*, cirreaq; *EJ* tenebis] teneto *VG* 36 Hiis *P* animose lusit *JP*, amnioselusit *G*, ani *ex* am *corr. m. 2* 37 reuictum *PJ* 38 Neptunum] *bis scr., semel del. R¹* traxisse] transisse *A* hic] hinc *R* *ante* sternere *duae fere litterae* (st?) *deletae in E* 39 foebi *G*, phębi *V*, plebi *P¹*, phebi *JP²* 40 promitit *P* speratque] *ex* spiratq; *corr. V¹* 41 uolare *G* 42 praemuntia *P* Iris] yris *VP* 43 stangna *P* 44 longe] long^e^ų *J* 45 flores *J* ille] ipse *codd. Cuiacii et Barthii* silentium *P* 46 Letheo *RVPG*, Loetheo *A*, Lethaeo *EJ* uehitur] ueitur *J* uicemq; t mītes *J* 47 Insolita *R* *ante* equi *unam litt.* (a?) *erasit G*, ęqui *ex* equi *corr. G²* trepidosq; *J*, trepidosq; *P¹* 48 caeruleis *G¹*, q; *add. G²* tenebras naribus *G* 49 uelud *P* hostis *A¹*, hostilis *A²* urbem] orbem *R* 50 arcem] artem *J* 51 Haut *GJ*, Haud *φ* coeuncia *R* numina] munera, *sed ex* nūma *corr. P* turmis] formis *Eε* 52 patris *VG*, patrias *φ* iuppiter *RVEG*, iupiter *PAJ* inquit *M* 53 semper] celo *PAJ* 54 Caelo *REG*, Celo *V*. Semper *PAJ* nullis] nullisque *GV* 55 telus nostrum *R*, tellus nostrum *GVE*, nostrum tellus *PAJ* orbem] axem *Burmannus*

Prole nova dederitque alios interrita partus?
Ergo quot dederit natos, tot funera matri
Reddamus. Longo maneat per saecula luctu,
Tanto pro numero paribus damnata sepulchris.'
Iam tuba nimborum sonuit, iam signa ruendi
His aether, his terra dedit confusaque rursus
Pro domino natura timet. Discrimina rerum
Miscet turba potens: nunc insula deserit aequor,
Nunc scopuli latuere mari. Quot litora restant
Nuda! quot antiquas mutarunt flumina ripas!
Hic rotat Haemonium praeduris viribus Oeten;
Hic iuga conixus manibus Pangaea coruscat;
Hunc armat glacialis Athos; hoc Ossa movente
Tollitur; hic Rhodopen Hebri cum fonte revellit
Et socias truncavit aquas summaque levatus
Rupe Giganteos umeros inrorat Enipeus:
Subsedit patulis Tellus sine culmine campis
In natos divisa suos.
Horrendus ubique
It fragor et pugnae spatium discriminat aer.
Primus terrificum Mavors non segnis in agmen
Odrysios impellit equos, quibus ille Gelonos
Sive Getas turbare solet: splendentior igni
Aureus ardescit clipeus, galeamque nitentes
Arrexere iubae. Tum concitus ense Pelorum

57 *Dracontii 10, 276:* Funera tot videat, fuerint quot pignora, mater . . . Lugeat . . . per saecla. 66 *Sidon. c. XV 18:* Hic rotat . . . Pindum. 67 sq. *ibid. 20:* Porphyrion Pangaea rapit Rhodopenque Adamastor (Damastor *codd. TPF*) Strymonio cum fonte (forte *codd.*) levat. 74 *cf. Orest. trag. 154.*

57 *Iuvencus I 265:* funere matres. 60 *Martiani Capellae V 1, 1:* Interea sonuere tubae. 66 *Verg. Aen. X 748:* praedurum viribus Orsen. 74 *Statii silv. I 1, 65:* It fragor et *(cf. ibid. IV 3, 62); Senecae Herc. 795:* vocis horrendae fragor *(cf. Verg. georg. I 356).*

56 noua P^2, uotia P^1 alios] atros *Ferd. Baehrens* interita *R* 57 quot] quod *RP*, qot (q *ex* t *corr. m. 1 ut vid.*) *V* 58 maueat] iaceat *conieci* saecula *RGε*, secula *ς* luctu] ductu *R*, ductū *V* longi maneant per s. luctus *Heinsius* 59 nomero R^1, numero *corr.* R^2 sepulcris *P* 60 Iam] lam (?) G^1, Iam *corr.* G^2 turba R^1, tuba *corr.* R^2 signa] terra *A* ruendi *VE*, ruenti *ς* 61 His ether his terra dedit *VM*, bis,aetheri isterra dedit *R (virgulas sic add. m. 2)*, Bis aeteristerra dedit *G*, Bis ether bis terra dedit *E*, Tera *(unde* Terra *m. 2)* dedit bis etheo *P*, Terra dedit bis etheo *J*, Signa dedit bis etheo confusaq; turbine rursus *et vitii nota in mg. A* rursus] *sic ω* 63 aequor] equos G^1, equor *corr.* G^2 64 Nunc] Nec *Heinsius* scopoli *R* mari] maris *G* quot] quod *R*, quod *ex* quot *corr.* G^1, *deinde rursus* t *supra scr. idem* litora *VEJ*, littora *ς* 65 quot] quod *R*, quod G^1 mutarūt (t *finalem add. m. 2*) *P* ripas] terras *V* 66 amonium *J*, haemonium *G*, hemoniam *V*, hemonium *ς* preduris *G* oeten *VAE*, oetē *P*, eotem *R*, aete *G*, oetem *J* 67 conixus *GVE*, conixis *R*, conexis *P*, cōnexis *A*, connexis *J* pangea *GRVA*, pāge a *P* corruscat *J* 68 glaciales, e *in* i *mut.* R^1, glatialis *G* 69 rhodopen *REA*, rothopen *G*, rodopen *VJ*, rodopē *P* haebri *G* fonte] *J (?), item Pulmanni editio, an ex libris mss. nescitur, cf. Sidonii locum*, ponte *REGVP*^{1}*A*, parte P^2 70 troncauit *R*, trucauit *P* summaq; P^2, sūitiaq; P^1 leuatus] *cf.* leuat *apud Sidonium l. l. et* leuati *apud eundem IX 89* 71 gigantheos *G* umeros *GE*, humeros *ς* inrorat *RVG*, irrorat *EA*, erorat *J*, exornat *P* enipeus *GRV*, enipheus *PA*, enipeus *E*, enifeus *J* 72 Subsedit *VG*, Subsidit *RPAJ*, Subditur et *E* 74 It fragor] Fit fragor *ς fere unus; sed cf. Stat.* pugnae] nae *in ras. J* spatium] *temptavi* strepitum; *cf. Rapt. I 249 sq.* 75 seguis G^2, regnis G^1 agmen] hostem *G* 76 Odrysios *RVA*, Odrisios *P*^{1}*J*, Otrysios *E*, Othrisios P^2, Odrosios *G* impellit *G* 77 Siue] Siūe *A* splendior *(sic) R* igni] igne *E* 78 clipeus] clipeanu' *P* nitentis *RGV*^{1} (nitentes *m. rec. in V*) 79 Arrexere] Aspexere *M*, Aspersere *Heinsius* iubae] iuuae *R* tum] *REA*, tunc *GVPJ* concitus] consitus *PJ*

Transigit adverso, femorum qua fine volutus
Duplex semifero conectitur ilibus anguis.
Atque uno ternas animas interficit ictu.
Tum super insultans avidus languentia curru
Membra terit multumque rotae sparsere cruorem.
    Occurrit pro fratre Mimas Lemnumque calentem
Cum Lare Vulcani spumantibus eruit undis
Et prope torsisset, si non Mavortia cuspis
Ante revelato cerebrum fudisset ab ore.
Ille, viro toto moriens, serpentibus imis
Vivit adhuc stridore ferox et parte rebelli
Victorem post fata petit.
                                        Tritonia virgo
Prosilit ostendens rutila cum Gorgone pectus;
Aspectu contenta suo non utitur hasta
(Nam satis est vidisse semel) primumque furentem
Longius in faciem saxi Pallanta reformat.
Ille procul subitis fixus sine vulnere nodis
Vt se letifero sensit durescere visu
(Et steterat iam paene lapis) 'Quo vertimur?' inquit,
'Quae serpit per membra silex? qui torpor inertem
Marmorea me peste ligat?' Vix pauca locutus,
Quod timuit, iam totus erat; saevusque Damastor,
Ad depellendos iaculum cum quaereret hostes,
Germani rigidum misit pro rupe cadaver.
    Hic vero interitum fratris miratus Echion

82 *Sidon. c. V 181:* Tres animas. 85 *Sidon. v. 25:* Hic Lemnon pro fratre Mimas . . . torquet. 94 *cf. Sidon. 23 sq.* 101 *Sidon. XV 20:* Adamastor *(sed cf. supra ad v. 67).*

83 *Lucreti VI 797:* languentia membra. 87 *Stat. Theb. IX 838:* Mavortia cuspis. 91 *Verg. Aen. XI 483:* Tritonia virgo, *item alii, cf. Trumpius p. 64.*

80 fine *GREV*, parte *PAJ* 81 Dublex *R* semifero *G*, semiferis *ς*, semiferi *Gesnerus* conectitur *GVP²J*, conectib; *P¹*, conectit *R*, connectitur *EA* illibus *P* 82 interfecit *G* 83 Tum] Tunc *V*, Dum *Barthius* auidus] auido *Barthius* lan(u)gentia *J* curru] cursu *GEV* 84 cruorem *ERPA*, cruoris *VG*, cruoꝝ, *id est* cruorum *J (sed in litura)* 85 Occur̂ *G*, Accurrit *Heinsius* mimas *EG*, mimans *R*, mimus *J*, minas *VA*, minax *P* lemniumqꝫ *P*, lemniqꝫ *J* calentem] cadentem *REε* 86 uulgani *R* eruit] erunt *G¹*, uit *supra scr. G²* 87 torsisset] t *finalem m. 2 P* si] sed *A* mauorcia *J* culpis *J* 88 reuelato *V*, releuato *GREP*, releuatum *J*, reuelatum *A*, rebellantis *olim ego*, repens lato *nunc temptari* cerebrum] celebrum *G¹*, *corr. G²* *V. 88 et 89 sic contraxit R:* Ante releuato moriens serpentibus imis 89 uiro] uelut *V*, uelud *G*, uiro *sed* i *ex* e *corr. P¹* toto] tuto *GV* Ille uel actutum *Schenkelius* serpente superstes *G* 90 stridore] stridere *A* rebelli] reuelli *G* 91 petit] ferit *GV* 92 Prosilit // *P*, Prosiliit *A* ostendens] obtendens *Heinsius* rutilo *G* 93 asta *PJ¹* (h *postea add. J*) *v. 94 om. G* 94 furentem Longius] ruentem Longius *Heinsius*, frementem Anguibus *idem; sed intellege „qui iudice Minerva iam nimis diu saevierit".* 95 faciem *VE*, facie *G*, fa(i)cem *R¹* *(nil erasum; sed detrita tantummodo inter* a *et* c *membrana)*, formam *PJA* saxi] saxa *G* 97 Ut se] Etsi *R* letifero *V*, le(o)tifero *(sic) G¹*, loetifero *A*, lentifero *J* sensit] *bis scr. V*, sentit *J* 98 steterat] *ex* testerat *corr. P¹* paene *G*, pene *RVE*, parte *JPA* uertimur] m *ex* t *corr. J* inquid *RG* 99 Que *G* qui] quis *R*, q(i)d *PJ* torpa *A¹*, torpet *A²* 100 loquutus *VA* 101 saeuusque] seuusqꝫ *P*, saeuitq. *G*, seuitqꝫ *V* damastor *GVε*, ia(s)ast *(sic, deficiente in margine folii ultima vocabulo) R*, iamaster *A*, iamaster *E*, iam ast᷑ *P*, iam ast^r *J*, Adamastor *Sidonius l. l.; sed cf. E. Geisler, De Apollin. Sid. studiis (1885) p. 30.* 102 cum *RVE*, dum *GPJA* dumq. eret *G* hostis *R*, ^hostes *P¹*, hestes *J* 103 Termani *G¹*, Germani *G²* 104 interitu *R* f(r)atris (r *add. m. 2, vix m. 3*) *R* miratus *RAJ*, miratur *GVEP* ethion *R*, aethion *G*, echion *εq*

Inscius, auctorem dum vult temptare nocendo,
Te, dea, respexit, solam quam cernere nulli
Bis licuit. Meruit sublata audacia poenas
Et didicit cum morte deam. Sed turbidus ira
Pallaneus, oculis aversa tuentibus atrox,
Ingreditur caecasque manus in Pallada tendit.
Hunc mucrone ferit dea comminus; ac simul angues
Gorgoneo riguere gelu corpusque per unum
Pars moritur ferro, partes periere videndo.
Ecce autem medium spiris delapsus in aequor
Porphyrion trepidam conatur rumpere Delon,
Scilicet ad superos ut torqueat improbus axes.
Horruit Aegaeus: stagnantibus exilit antris
Longaevo cum patre Thetis desertaque mansit
Regia Neptuni famulis veneranda profundis.
Exclamant placidae Cynthi de vertice Nymphae,
Nymphae, quae rudibus Phoebum docuere sagittis
Errantes agitare feras primumque gementi
Latonae struxere torum, cum lumina caeli
Parturiens geminis ornaret fetibus orbem.
Implorat Paeana suum conterrita Delos
Auxiliumque rogat: 'Si te gratissima fudit
In nostros Latona sinus, succurre precanti.
En iterum convulsa feror'.

108 *Statii silv. III 1, 39:* turbidus ira. 109 *Verg. Aen. IV 362:* aversa tuetur. 113 *Ennius annal. v. 168 M.:* hos pestis necuit, pars occidit illa duellis. *(Rabirius) de bello Actiaco 43 sq.:* volnere seu tenui pars . . ., laqueis pars cogitur artis . . . animam . . . effundere.

105 Incius *PJ* dum nult] deuul *R* ult (t *in ras.*) P^1 tentare *EA* *V. 106 om. R* Te dea] Tedam *P*, Aegida *Heinsius* solam] soli *G* 107 liguit *R* sublati *Heinsius* 108 dedicit *R* turbidus] turbius G^1, turpius *corr.* G^2 ira *RG*, iram *Vε*, idam *EJ*, idã *(virgula erasa) P*, Idas *A* 109 Pallaneus *RE*, Pallanes (v *superscr.*) *G*, Pallæneus *ex* Pallaneus *corr.* V^1, Palladiis *PJA* auersa *A*, aduersa *φ*, auersa *etiam Schraderus*, diuersa *idem* 110 Aggreditur *Heinsius* caecasque] cecaq; V^1 (cecasq; *corr. m. rec.*), tetasq; (r *superscr.*) P^1 111 mugrone *R* cominus *JPA* angues] an (gues *superscr.*) *R* 112 riguere G^2P^2, ruge P^1, ruguere G^1, periere *ex* peruere *corr. A* gelu] geli *R* unum] um (s *superscr.*) *P* 114 dilapsus *J* 115 Porphyrion *A*, Porphirion *JP*, Porfyrio *EG*, Profurio *R*, Profyrio *V; cf. v. 35* 116 torqueat *G* inprobus *R* 117 Horruit *GPJA*, Obruit *RVEε* aegeus *GRA*, egeus VP^2, egens P^1 stangnantibus *JE, sed prius* n *del. E* exilit] *ω, sed* exalit *A* antris] undis *A* 118 Longaevo cum] Longebo dũ (*vix* clũ) *G* tetis *P*, tethis *G* 119 familis *P*, famula *G* uenerande *R* 120 Et clamant *V* placidae] placido *V*, pauidae *Schraderus* cynthi *AJ*, contu *R*, cuncte *V*, cuncto *PE*, sacro *G* nymphe *V*, nimphe *G*, niphe *P*, nĩfe *J* 121 Nĩphe *PJ*, Nimphe *G* phebum *PJ*, phoebum *ex* phoebus *corr.* A^1, foedum *G* ducuere *R* sagitis *P* 122 agitare] agittarere *(sic;* t *alterum del. m. 1) R* caeli *GRV*, celi *φ*, *de* lumina caeli *cf. Vergili georg. I 6* 123 Latonie/// *P*, Latonie *J* torum *RE*, thorum *φ* 124 foetibus ERA^2, fetibus *V*, fetibus GPA^1, phetibus *J* *V. 125 om. GREPA, item* hoc carmen deest in antiquo *ε; habent VJ* 126 rogant P^1, rogant *JA*, rogans *Heinsius* 127 uostros *EPG*, mostros *(sic) R*, nostro *V*, nostris *A* sinu *V* succurre] *ex* succere *corr. P* praecanti *R* 128 conuulsa] *ex* conuuisa *corr.* P^1, conulsa *J*, confulsa *G* Gigantomachia expl. Incip de saluatore · *V*, Finit giganthomachia *in lit. G*. — *Ceterum Hieronymus comment. in Iesaiam VIII 27 praetermisso poetae nomine haec excitat:* Pulchre quidam poeta in Gigantomachia de Encelado lusit:

Quo fugis, Encelade? quascunque accesseris oras,
Sub deo semper eris,

in quibus deo *pro* Ioue *inculcarit christianus videlicet. Claudiani Gigantomachiae mutilae fragmentum hoc accensuit Heinsius; idem commendabat Schenkelius in actis acad. Vindobonensis a. 1863 p. 34. Dissuadet tamen vocis* Encelade *mensura. Ex amisso fine carminis nonnulla fortasse assumpsisse Apollinarem Sidonium coniecit E. Geisler l. l. p. 31.*

CLAVDII CLAVDIANI

DE RAPTV PROSERPINAE.

CONSPECTVS NOTARVM.

F: codex Florentinus bibl. St. Crucis, pl. XXIV sinistr. n. 12, membr. saec. XII.

W: codex Antverpiensis III 59, membr. saec. XIII.

D: codex Musei Britannici 6042, membr. saec. XIII.

A: codex Oxoniensis Bodleianus Auct. J. 2. 16, membr. saec. XIII.

C: codex Cantabrigiensis coll. Corporis Christi n. 228, membr. saec. XIII.

B: eiusdem codicis pars tertia, non adhibita nisi ubi conducere videbatur.

S: codex Parisinus lat. n. 15005, membr. saec. XIV.

V: codex Antverpiensis N 71, membr. saec. XIV, non ubique adhibitus.

ω: codicum quos dixi praeter *BV* consensus.

φ: codices reliqui praeter eos quorum propria nota allata est.

ε: excerpta Gyraldina in margine Aldinae exemplaris Lugdunensis 757 G 2.

ς: codices deteriores.

PRAEFATIO.

(XXXII.)

Inventa secuit primus qui nave profundum
Et rudibus remis sollicitavit aquas,
Qui dubiis ausus committere flatibus alnum
Quas natura negat praebuit arte vias:
Tranquillis primum trepidus se credidit undis
Litora securo tramite summa legens:
Mox longos temptare sinus et linquere terras
Et leni coepit pandere vela Noto.
Ast ubi paulatim praeceps audacia crevit
Cordaque languentem dedidicere metum.
Iam vagus irrumpit pelagus caelumque secutus
Aegaeas hiemes Ioniumque domat.

---

1 sqq. *cf. Paulini Petrocord. vit. Martin. II init.; Venant. Fort. v. Martini I praef.* (cum vult dare vela profundo *eqs.; ex memoria huius praefationis similem introductionem fecit poeta De providentia divina v. 100 sqq.*); *idem III 6 sqq.; Rufini comment. epist. ad Romanos praef. et inde Iordanis de Goth. praef.* 4 *Venant. l. l. I 22:* arte vias. 11 *Paulini Petric. vitae Mart. II 4:* Panditur . . . pelagus . . . Irrumpit . . . cymba profundum.

Ad hanc praef. cf. Statii Theb. VI 19 sqq. 1 sq. *Tibulli I 7, 29:* Primus . . . sollicitavit humum. 4 *epigr. apud Capitolinum Macrin. 11, 4:* Quod natura negat; *Iuvenalis I 79:* si natura negat *(cf. Sil. Ital. III 655, dist. Caton. II 9).* 5 *Ovidi trist. II 329. Statii v. 21:* Tranquillo prius arma laeu. 8 *Nemesiani cyneg. 60 sq.:* Nunc primum dat vela Notis portusque . . Linquit. 9 *Statii Theb. V 368:* praeceps audacia cessit. 11 *Statii Theb. VI 23:* tum pontum irrumpere fretae. 12 *Statii silv. V 2, 5:* Aegaeas hiemes. *Sili Ital. XV 157:* Ionium Aegaeo miscet mare.

Praefatio deest in B Incipit i praefatio Claudii Claudiani *C:* Prologus Claudiani in libro de raptu Proserpine. *D;* Claudii Claudiani de raptu proserpine *m. rec. in V; inscriptionem om. FWASB:* De Raptu Proserp. praef. *Aldina, ubi ε:* Ad Florentinum mittit librum II inpraefatione. — Raptus Proserpinae *inscribi volebat Heinsius.*

1 secuit primus qui *FSWV*, secuit qui primus *AD*, primus secuit qui *C* (*cf. Tibulli I 10, 1:* primus qui) V. *3 post 4 scr. S* 3 flatibus † fluctibus S^1 alnum *WV* 5 Transquillis *V* trepidans *S* 6 securo] secreto *F* 8 leni *S*, leui *F* cepit *FSWV* notho *ω* 10 dedicere SC^1, dedidicere C^2 11 irrumpit *F*, irrupit *q*, exultat *Isengrinius mg.: sed cf. Paulini Petric. locus adscriptus* pelagus *W*. pelago *ex* pelag' e *corr.* C^1, pelago *q* *(et Isengr.)* 12 Egaeas *S*, Egeas *DW*, Egea C^1, s *add.* C^2, Aegaeas *corr. ε* yoniumq; *CW*, yoneumq; *S*, yonicumq; *V* *Post v. 12 in ς uno hoc distichon plane spurium adiectum est:* Sic ego qui rudibus scripsi praeludia uerbis Ingredior Stygii nobile Ditis opus *(cf. Burmanni adn.). Truncatam esse hanc praef. dubitanter dicit Gesnerus; contra dicit Jeepius in Ritschelii Actis philol. I p. 357 sq. Venantius l. l. hunc de nave locum tractat v. 1—26, deinde ad se deflectit v. 27—42:* Sic ego *eqs.*

LIBER PRIMVS.

(XXXIII.)

Inferni raptoris equos afflataque curru
Sidera Taenario caligantesque profundae
Iunonis thalamos audaci promere cantu
Mens congesta iubet. Gressus removete profani:
Iam furor humanos nostro de pectore sensus
Expulit et totum spirant praecordia Phoebum;
Iam mihi cernuntur trepidis delubra moveri
Sedibus et claram dispergere limina lucem
Adventum testata dei; iam magnus ab imis
Auditur fremitus terris templumque remugit
Cecropium sanctasque faces extollit Eleusis.
Angues Triptolemi strident et squamea curvis
Colla levant attrita iugis lapsuque sereno
Erecti roseas tendunt ad carmina cristas.
Ecce procul ternis Hecate variata figuris
Exoritur, levisque simul procedit Iacchus
Crinali florens hedera, quem Parthica velat
Tigris et auratos in nodum colligit ungues:
Ebria Maeonius firmat vestigia thyrsus.

---

1 sqq. *Vix casu adsonat Licentii ad Augustinum carminis prooemium v. 1* 2 (mens hebet). 3 *Boethii consol. III 2, 6*: promere cantu. 9 *Dracont. 10, 175*: Adventum testata dei. 12 *ibid. 10, 556*: venere dracones ... et colla levantes Squamea. 15 *Prudentius contra Symm. I 365*: terque suas eadem variare figuras (putatur). 19 *Sidon. c. V 514 (cf. XI 46)*: firmas vestigia conto; *Alcimus Avitus I 130*: (surgit et erectis) firmat vestigia plantis; *Paulini Petr. v. Mart. IV 115*: firmans vestigia nisu; *Dracont. 10, 275*: Ebria .. miscens vestigia thyrsis.

---

1 *cf. Sili Ital. VII 1 sqq.* 4 *Verg. Aen. VI 258*: procul o procul este profani *ex Callimachi hymn. II 2*: ἑκὰς ἑκὰς ὅστις ἀλιτρός. 5 *Lucanus V 168 de Phoebo*: mentemque priorem Expulit atque hominem toto sibi cedere iussit Pectore. 6 *cf. Avieni descr. orbis 6 sq.* 10 *cf. Verg. Aen. IX 504.* 11 *Statii Theb. XII 132*: Eleusin ... extulit ignes. 15 *Statii Theb. X 366*: Cynthia ... te tergeminis perhibent variare figuris. 18 *Statii Theb. IX 686*: quem discolor ambit Tigris et auratis adverberat unguibus armos. 19 *Lucani IV 41; Statii Theb. II 11*: firmat vestigia (*cf. Verg. Aen. III 659; Iuvenalis 14, 272*: figens vestigia). *Propert. monob. 3, 9*: Ebria .. vestigia.

Claudiani de raptu Proserpine liber I[9] incipit. *D*; De raptu Proserpine lib. I. *m. rec. in W*; *inscriptionem om. FACSV* *V. 1—27 desunt in B*

1 curru † cursu *S*[1] 2 Sydera *S* te(e)rnario *(sic corr. m. 1) F*, tenario *V*, tenat'o *S*[1], thenario *S*[2], tena(c)rio *D*, tenareo *W* 3 talamos *B* promere] prodere *CS vetus Cuiacii; cf. Catulli 65, 3 et Boeth.* 4 congesta *FDW*, coniesta *AS*, angusta *C*, commota *ς*, concussa *Isengrin.*; Musa angusta iubet *Gustafsson Mus. Rhen. XXXIII p. 480 idque ex codice Gryphii enotavit Dempsterus; sed „congesta“ pro accusativo accipio significatque idem quod „breviter“; cf. Capitolini M. Anton. 19, 12*: et quidem haec breviter et congeste *et* congestos labores *anthol. lat. Ries. 672, 18; ceterum Apollinaris Sidon. epist. IX 9, 9*: legimus opus ... digestum titulis exemplisque congestum; *item contrarie dicitur* digesta canere *apud Venant. Fortun. vitae Martini I 13; cf. Avieni phaen. 714* prophani *FASW* 6 totum] solum *Jeepius, cf. Rivista d. phil. III p. 591* phebum *W* 8 limina *DS*, lumina *εFWAC*, culmina *Isengrinius*, fulmina *Meursius* 9 dei] deae *Parrhasius, item Heinsius* 10 fremitus *S*[1], strepitus *S*[2] *W* templūq; *F*[2], celūq; *F*[1] (caelum *sumptum ex Vergili Aen. IX 504*) 11 Cecropium] Cycorpidum *F*, cycropium *DW*, Cicropium *ACS* attollit *V* elensys *F*, eulensis *S*; Eleusin *Heinsius* 12 triptolemi *C*, tritolemi *DW*, tritolomi *FV*, tritholomi *A*, (ɔ)ttolami *S* stridunt *C* squamea] sq(u)amea *S (sic corr. m. 2)* 13 attrita] astricta *S* iug[9] *S* lapsu *scr., deinde linea traiecit S*[1] 15 hecate *W*, hecate *F*, ecate *C*, echate *q* 16 leuisq; *C*, letusq; *FV*, laetusq; *A*, lenis que *DWS*[1], † letus *S*[2] yachus *C*, iacus *AD*, hyacus *FSV*, yacus *W* 17 edera *ACD* partica *CSWV* 18 Tygris *ASDW* nod' *S* et in nodos auratos *V* 19 maconius *C*, machoniis *FWS*, machaoniis *V*, macaoniis *A*, machaonius *D*; *sed etiam S*[1] *(vel S*[3]*?) adscr.* machonius *et iterum* machonius tirsus. firmat] *C*, fulcit *D*, figit *FWSA* (.l. firmat *glossator in A add.*), figens *ε* uestiga *S* thirsus *C*, tirsus *AD*, tyrsis *F*, tirsis *WSV*

Di, quibus innumerum vacui famulatur Averni
Vulgus iners, opibus quorum donatur avaris
Quidquid in orbe perit, quos Styx liventibus ambit
Interfusa vadis et quos fumantia torquens
Aequora gurgitibus Phlegethon perlustrat anhelis:
Vos mihi sacrarum penetralia pandite rerum
Et vestri secreta poli: qua lampade Ditem
Flexit Amor; quo ducta ferox Proserpina raptu
Possedit dotale Chaos quantasque per oras
Sollicito genetrix erraverit anxia cursu;
Vnde datae populis fruges et glande relicta
Cesserit inventis Dodonia quercus aristis.
Dux Erebi quondam tumidas exarsit in iras
Proelia moturus superis, quod solus egeret
Conubiis sterilesque diu consumeret annos
Impatiens nescire torum nullasque mariti
Inlecebras nec dulce patris cognoscere nomen.
Iam quaecumque latent ferali monstra barathro
In turmas aciemque ruunt contraque Tonantem
Coniurant Furiae crinitaque sontibus hydris
Tesiphone quatiens infausto lumine pinum
Armatos ad castra vocat pallentia Manes.
Paene reluctatis iterum pugnantia rebus
Rupissent elementa fidem penitusque revulso
Carcere laxatis pubes Titania vinclis
Vidisset caeleste iubar rursusque cruentus
Aegaeon positis aucto de corpore nodis
Obvia centeno vexasset fulmina motu.

22 *Orientii comm. II 238:* quidquid in orbe perit; *item anthol. lat. Ries. 942, 12; Ennodii 27, 2 (Vogel):* quicquid in orbe fuit. 23 *Venant. Fort. carm. VI 1, 40:* vulgus iners. 32 *cf. Cl. Mar. Victoris aleth. III 427.*

20 sqq. *Verg. Aen. VI 264 sq.:* Di quibus imperium est animarum . . . pandere res . . . caligine mersas *(cf. Statii Theb. IV 473 sq.). Valeri Flacci II 602:* vacui . . Averni. 21 *Lucani V 365:* Vulgus iners. 23 *cf. Verg. Aen. VI 439.* 24 *Sili Ital. III 452:* gurgitibus . . anhelis. 30 *Verg. georg. I 8:* glandem mutavit arista. 31 *Ovid. met. VIII 758:* Dodonia quercus. 32 *Statii Theb. VIII 22:* Dux Erebi. *Verg. Aen. VII 445:* exarsit in iras *(cf. Martialis spectac. 9, 3).* 42 *cf. Lucani V 634.* 44 *Verg. Aen. VI 580:* Titania pubes; *Stat. Theb. I 135:* vincula laxant.

20 Dii *WFAD*, is *(om.* D *initiale) C*, ⌈ii *S* (D *erasum)* innumerum *εω*, in numerum *ed. Vicent.* famulatur *W*, famula tur *S*, famulantur *q* 21 inhers *S* *de* opibus *cf.* Orci thesaurum *apud Gell. I 24, 2 et* peculium Proserpinae *Apulei met. III 9.* 22 perit *εω* stix *ω* 24 flegeton *ω* hanelis *FSWV*, anelis *A*, amenis *C* perlustrat] proturbat *C* 26 uri *ex* ūri *V*[1] *corr.* secreta *S*[2], secta *S*[1] lampade *pro ipsis nuptiis accipe collato Statio silv. IV 8, 59:* prima lampade. 27 Flexit] *sic ω*, Ulsit *Cuiacii vetus, unde* Ussit *Claverius* rāptu *(sic) F* 28 Po⌈ esit *praeter* P *linea transfixit S*, ossedit *iteravit S*[3] cahos *FV*, caos *C* oras] auras *S*[1], oras *S*[3], horas *q* 29 genitrix *ω* currsu *B*, cu⌈su *C*[1], curru *V* 30 Uunde *A* fruges populis *F*, populo fruges *V*, leges *pro* fruges *unus Cuiacianus.* et] ut *vel* cur *Heinsius* 31 C esserit *S* (*fuit* Gesserit) dodonea *CBV* 32 Dux] Vx *F*, ux *C* (Dux *corr. m. rec.*) herebi *ω* 33 moturus] o *ex* u *corr. F (m. 1?)* 34 Connubiis *FSV*, Conubii *B* consummeret *A*, consumpserit *FC* 35 Inpaciens *FS* thorum *CDAB* nullasqꝫ *C*[3], nullāqꝫ *C*[1] mariti] *B*[3], minanti *CB*[1], maritae *vetus Cuiacii.* 36 Illecebris *ω* nomen] *a m. 2 add. vid. in V* 37 Iam] I *W*[1], *unde* Iam *W*[2] baratro *ω* *V. 38 et 39 sic contraxit B*[1]: In turmas a. r. contraqꝫ sontibus ydris; *B*[2] *corr.* 38 acies que *SD* 39 Coniurant] Consurgunt *B*[2] crinita] i *alterum m. 2 S* suōtibus *S* (o *m. 2*) idris *A*, ydris *q* *Inter v. 39 et 40 unius versus spat. vacuum in V* 40 Tesiphone *FDWA*, Thesiphone *CS* lumine] numine *C* 41 uocat] *ex* manet *corr. V*[1], uocāt *C* *V. 43 ante v. 42 scr., sed ord. corr. W*[1] 44 tytania *FSW*, titaĭa *A* 46 Egeon *WV*, Egaeon *S* aucto] acto *WC*, alto *SV*, aucto *B*[1]*q*, uincto *B*[2] *non male*, duro *ς*, arcto *ed. Vicent. (et ς?)*; aucto *Heinsius*, uasto *Goetzius, Philol. Anz. VII p. 143; possis etiam* lato *ad Sili Ital. I 499 exemplum: „sed nunc etiam* auctum *esse corpus eius fingitur, ut etiam magis a Iove timeretur" Koehius* 47 flumina *CB*

Sed Parcae vetuere minas orbique timentes
Ante pedes soliumque ducis fudere severam
Canitiem genibusque suas cum supplice fletu
Admovere manus: quarum sub iure tenentur
Omnia, quae seriem fatorum pollice ducunt
Longaque ferratis evolvunt saecula fusis.
Prima fero Lachesis clamabat talia regi
Incultas dispersa comas:
'O maxime noctis
Arbiter umbrarumque potens, cui nostra laborant
Stamina, qui finem cunctis et semina praebes
Nascendique vices alterna morte rependis,
Qui vitam letumque regis (nam quidquid ubique
Gignit materies, hoc te donante creatur
Debeturque tibi certisque ambagibus aevi
Rursus corporeos animae mittuntur in artus):
Ne pete firmatas pacis dissolvere leges,
Quas dedimus nevitque colus, neu foedera fratrum
Civili converte tuba. Cur impia tollis
Signa? quid incestis aperis Titanibus auras?
Posce Iovem; dabitur coniunx.'
Vix ille pepercit
Erubuitque preces, animusque relanguit atrox
Quamvis indocilis flecti: ceu turbine rauco
Cum gravis armatur Boreas glacieque nivali
Hispidus et Getica concretus grandine pennas
Disrumpit, pelagus, silvas camposque sonoro
Flamine rapturus; si forte adversus aenos
Aeolus obiecit postes, vanescit inanis

48 *Corippi Iust. III 277:* genibusque minantis Admovere manus. 50 *Paulini Nol. c. 27, 633:* cum supplice voto. 53 *Sidon. c. VII 602:* Fulva volubilibus duxerunt saecula pensis. 58 *Orest. trag. 304:* Mortibus alternis . . repensant.

51 *Ovidi met. X 251:* manus . . admovet. 53 *Verg. ecl. 4, 46:* saecla . . fusis; *georg. IV 348:* fusis . . pensa devolvunt. 55 *Senecae Herc. 582:* mortis . . . arbiter. 56 *Sili Ital. VIII 115:* cui . . . laborant. 57 *cf. Verg. Aen. VI 748 sqq.; Statii Theb. VIII 91:* cunctis finitor . . . rerum . . . et sator. 58 *Verg. Aen. VI 121:* alterna morte. 61 sq. *ibid. 748 sqq.: Horati art. p. 63:* Debemur morti. 62 *Statii Theb. VII 206:* tot mutare animas *eqs.* 68 *Ovidi am. II 9, 27:* animoque relanguit ardor. 69 *cf. Statii Theb. X 246 sq.* 70 *Verg. georg. I 236:* glacie concretae.

48 Set *in ras. B*[2] parchae *C* uetuere] metuere *ς* 49 que] *supra lineam P* 50 suas] suis *(sed ui obscuratum) V* suplice *FV* fletu] uultu *WV* 52 Omīa *W* fatorum] fatali *ε* 53 Lungaqꝫ *S* ferrati *C*[1], s *add. C*[3] euoluunt] adducunt *F* fusis *FCB*, pensis *φ* 54 lacesis *S* clamabat] conclamat *CB*, proclamat *D* 55 *pro* maxime *spat. vac. S*[1]; *suppl. S*[3] 57 qui] i *in ras. W* 58 uices] modos *CB* *V. 59—61 sic contraxit S:* Qui uitam letum que regis hoc te donaute creatur Debetur que tibi; *corr. S*[1] 59 geris *V*[1], regis *V*[2] 61 certisqꝫ *AW*, certis *φ* 62 mittuntur *εφ*, mutantur *D (cf. Stat. et Gronov. observ. p. 433)* ortus *ς* 63 pacis] pactis *Baehrensius* 64 neuit (*om.* que) *F*, uenitqꝫ *V* colos *D* neu *F*[1], ł nō *F*[3], ne *D* 65 converte] conuelle *Scaliger teste Heins.* inpia *F* 66 quid] cur *C* incestis] illicitas *CB; cf. Spurinnae qui dicitur c. 4, 3* tytanibus *WVB* 67 Posce] Posse *S* coniunx *DWV*, coniux *φ* ille] *sic ω;* illa *ς*, *unde* Vix illa: pepercit *Barthius,* Vix illa peregit *L. Reinhardt deinde intercidisse ratus verba Clothus.* 68 elanguit *Barthii codex; sed cf. Ovid.* 70 gravis] g^av^us *S* armatus *W* 71 Hyspidus *B* getica] gelida *F* concre,,tus *B* 72 Disrumpit *CB*, Flare cupit *φ*. Irrupit *ς*, Bella cupit *Cuiacii vetus; ad* Disrumpit *supplcas „pennas concretus“.* sono *C*[1], ro *add. C*[3] *V. 73 post v. 75 scr., sed ord. corr. V*[1] 73 rāpturus *F* 74 Eolus *SWV* obiceat *F*, adiecit *C* uanescit] obiecit *C* inanis] *ex* in auras *corr. S,* in auras *D*

Impetus et fractae redeunt in claustra procellae.
Tunc Maia genitum, qui fervida dicta reportet,
Imperat acciri. Cyllenius astitit ales
Somniferam quatiens virgam tectusque galero.
Ipse rudi fultus solio nigraque verendus
Maiestate sedet: squalent inmania foedo
Sceptra situ; sublime caput maestissima nubes
Asperat et dirae riget inclementia formae:
Terrorem dolor augebat. Tunc talia celso
Ore tonat (tremefacta silent dicente tyranno
Atria: latratum triplicem compescuit ingens
Ianitor et presso lacrimarum fonte resedit
Cocytos tacitisque Acheron obmutuit undis
Et Phlegethonteae requierunt murmura ripae):
  'Atlantis Tegeaee nepos, commune profundis
Et superis numen, qui fas per limen utrumque
Solus habes geminoque facis commercia mundo,
I celer et proscinde Notos et iussa superbo
Redde Iovi: »Tantumne tibi, saevissime frater,
In me iuris erit? sic nobis noxia vires
Cum caelo Fortuna tulit? num robur et arma
Perdidimus, si rapta dies? An forte iacentes
Ignavosque putas, quod non Cyclopia tela
Stringimus aut vanas tonitru deludimus auras?

75 *Orest. trag. 382:* Imperat acciri. 75 sqq. *cf. Cor. Iust. I 89 sq.* (*111:* gemini commercia mundi 80 *Paulini epigr. 23:* situ squalescere mentis: *Merobaudis pan. Aetii 64 ubi ex Claudiano rescribendum* squalent informia foedo Ora situ. 84 *Prosper de ingratis 813:* Horrida terrificae . . atria mortis. 91 *cf. ad v. 75 sqq.*

76 *Verg. Aen. I 297:* Maia genitum; *XII 894:* tua fervida . . dicta; *II 115:* dicta reportat (*cf. Statii Theb. XII 667*). 78 *Moreti 120:* tectusque galero; *cf. Ausonii de rosis 25.* 79 *cf. adn. ad Stil. III 199.* 82 *Statii Theb. IV 304:* caput asperat. 84 *Verg. Aen. IV 510:* tonat ore. 85 *ibid. VI 400:* ingens ianitor. 87 *Tibulli I 7, 13:* tacitis . . undis. 89 *Horati c. I 10, 1:* nepos Atlantis . . . superis deorum gratus et imis. 91 *Manili II 382 (IV 296):* commercia mundi; *cf. Valer. Flacci I 246.* 92 *cf. Statii Theb. I 293.* 93 sqq. *cf. Statii Theb. VIII 38—47.* 98 *Lucani IV 726:* vanas . . in auras.

75 in] ad *V* 76 Tunc] unc *C*, Tum *B* 77 cyllenins *W*, cillenius *q* astitit *V*², affuit *V*¹ 78 Sompniferam *FDW*, Sumpniferam *S*, Sopniferam *B*, sonniferam *C* 79 rudi *V* fultus solio] solio fultus *AB* (fulctus *B*) 80 Magestate *FC* sedent *W* scualent *S* inmania *FAB*, imania *C*, imm. *q* 81 Ceptra *FS* scitu *S* capud *FC*, eapu *B*¹, d *add. B*² 82 dirae] dire *F*, dure *q* rigel (ri *supra*) *B* 83 Terrorem] Horrorem *CB*¹, Terrorem *B*² 84 docente *C*¹, dicente *C*² tiranno *ACSD* 85 Atria] Tartara *codex Gevartii* 86 Ianitor] Cerberus *adscr. glossator F*, Ambitus *C*, *sed* Ianitor *supra scr. C*¹ et presso] in presso *A* recedit *S* 87 Cocytus *B*, Cochitos *FAD*, cochitus *CV*, Colchitos (u *supra*) *S* (u *S*²), Cochytus *W* tacitas (*om.* que) *F*, tacitosq; (i *supra*) *B* (*corr. m. 1*), tacidisque *S* aceron *S* acharon tacitisque *D* obmutuit nadis *F*², conpescuit undas *F*¹ 88 flegetontee *ω* 89 Athlantis *ASWV*, thlantis *C* Tegeaee *cA*, tegeeq; *B*, tegee *q* 90 fas] s *dubium S* *supra* limen *vocabulum erasum W*, lumen *F* (*tamen glossator* per utramque portam uel uiam *explicat*) utōq; *W* 91 comercia *AB* 92 et] *om. S*, I celeres *Isengr.*; I celer i *Heinsius, cf. Lachmannus ad Propert. p. 170* pro cinde *F*, *item S*, *sed* c *linea directa transfixum* notho *C*¹, s *add. C*², nothos *q* 93 Redde] d *prius ex corr. W* tantumne tibi] tantum tibi ne *SCB* (*in B ord. corr. m. 2*) frater] super *B*¹, fratrum *D*, frater *B*²*q* 94 erit] habes *ς* noxia] anxia *S* (*sed* nociua *explicat glossator*) 95 Cum caelo] Q *erasum, deinde* cū celo *S* num *FS*, non *WCA*¹*B*, nec *A*³ arma] aura arma *F* (*corr. m. 1*) 97 cyclopeia *W*, ciclopia *AS*, ciclopea *F*, ciclopeia *CD* 98 aut] et *CB*¹, aut *B*²*q* uanas] uacuas *F*; *cf. Lucan.* auras] u *in ras. W*, aras *supra scr. A*¹, aures *ς* *fere unus*, hominum del. aures *Isengr.*

Nonne satis visum, grati quod luminis expers
Tertia supremae patior dispendia sortis
Informesque plagas, cum te laetissimus ornet
Signifer et vario cingant splendore Triones:
Sed thalamis etiam prohibes? Nereia glauco
Neptunum gremio complectitur Amphitrite:
Te consanguineo recipit post fulmina fessum
Iuno sinu. Quid enim narrem Latonia furta,
Quid Cererem magnamque Themin? Tibi tanta creandi
Copia; te felix natorum turba coronat.
Ast ego deserta maerens inglorius aula
Implacidas nullo solabor pignore curas?
Non adeo toleranda quies. Primordia testor
Noctis et horrendae stagna intemerata paludis:
Si dicto parere negas, patefacta ciebo
Tartara, Saturni veteres laxabo catenas,
Obducam tenebris solem, compage soluta
Lucidus umbroso miscebitur axis Averno.«
    Vix ea fatus erat, iam nuntius astra tenebat.
Audierat mandata pater secumque volutat
Diversos ducens animos, quae tale sequatur
Coniugium Stygiosque velit pro sole recessus.
Certa requirenti tandem sententia sedit.
    Hennaeae Cereri proles optata virebat
Vnica, nec tribuit subolem Lucina secundam
Fessaque post primos haeserunt viscera partus

108 *Dracontii 8, 86:* natarum turba coronat. 115 *Prosper de ingratis 60:* lucem obscurare tenebrae. 121 *Sidon. c. VII 336:* sedit sententia.

100 *Senecae Herc. 609 (cf. 833):* tertiae sortis loca. 104—110 *Ovidi met. V 369 sqq.* (agitur pars tertia mundi). 107 *Enni Ann. 108 M:* Tati, tibi tanta. 110 *Verg. Aen. IX 487:* curas solabar. 115 *Lucani I 72:* compage soluta. 117 *Verg. Aen. I 586 (et saepius):* vix ea fatus erat, cum, *item sine* cum *Aen. III 90, XII 650.* 119 *Tacit. hist. IV 84:* diversus animi; *Properti IV 12, 19:* quae viva sequatur Coniugium. 121 *Verg. Aen. XI 551:* Versanti . . vix haec sententia sedit *(cf. Stat. Theb. II 368)*. 124 *cf. Lucani II 340.*

99 uisum est *W* grati quod *S*, superis quod *W (unde* superi quod *Heinsius)*, quod grati *φ* 100 Tertia] Tristia *Goetzius*, Tetrica *Gustafsson* suppreme *ACW* dispendia] stipendia *Jcepius; sed dispendium hic sensu novo positum pro distributione; cf. Prudentii adv. Symm. I 583:* panis dispensus. 101 cum te] ?cte (*i. e.* cuncte) *S* ornet *B* 102 cingant] cingunt *FS* 103 Set *F* thalamis *CB*, talamis *A*, thalamos *F*, thalamo *S*, talamos *W* nereia glauco *FSD*, nereida glaucus *C*, nereia glaucum *W (sed* um *in ras.)*, cum nerea glauco *A*, reneida glaucus *B* (nereida *corr.* B^2), glaucum *ε* 104 Neptunum] Neptunus *CB* conplectitur *F* amphitrite *FADW*, amphitritem *CSB* 105 Te cum sanguineo *B*, Te cū sanguineo C^1, *corr.* C^2 consangneo *D* 106 narrem] referam *S* Latoia *Heinsius* 107 themin *CB*, themī *W*, temim *ex* tetim *corr.* A^1, thetim *F*, theti *S*, themin ł thetim D^1 tibi *εω* 108 te felix natorum *FSWD*, natorum te felix *φ* coronant *S (tamen* ornat *explicat glossator)* 109 deserta] d *in ras. W* 110 In placidas *F*, Inplacidas *AS* 111 Non] Nunc ł non A^1, Nonne *Heinsius* 112 stangna *F*, stagna S^2, *idem ex* signa *corr.* B^1, signa $S^1φ$ temerata (in *supra*) *B* paludis B^3, laudis B^1 113 dicto ACB^1, dictis $B^2φ$ 114 cathenas *FASW* 115 Obductam *S* conpage *S* soluta *ex* solute *corr.* W^1 116 Lucidus] Fulgidus *vetus Cuiacii* axis] aer *ε ed. Vicent.* 117 erat] *supra lin.* A^1 118 uoluptat *CB*, uolutans *F* 119 Diuerso *Cuiacii vetus;* Diuisos *Heinsius* ducens] ducebat F^1, ł ducit F^2 quae] quid *A* 120 stigiosque *ω* sol e ces sus A^1, re *add.* A^3 121 sedit] creuit *S* 122 Ennee *AC*, etheree S^2, enneae *ε*, Ethnee *D*, Ethnee FS^1B^2W, Hetanee B^1 Cereri] *om. et in mg. suppl.* C^1 uirebat S^2, nitebat S^1 123 subolem] prolem *D*, sobolem *φ* 124 que] *om. C* *post* partus *pungi malit Buechelerus*

Infecunda quidem: sed cunctis altior extat
Matribus et numeri damnum Proserpina pensat.
Hanc fovet, hanc sequitur: vitulam non blandius ambit
Torva parens, pedibus quae nondum proterit arva
Nec nova lunatae curvavit germina frontis.
Iam matura toro plenis adoleverat annis
Virginitas, tenerum iam pronuba flamma pudorem
Sollicitat mixtaque tremit formidine votum.
Personat aula procis: pariter pro virgine certant
Mars clipeo melior, Phoebus praestantior arcu:
Mars donat Rhodopen, Phoebus largitur Amyclas
Et Delon Clariosque Lares: hinc aemula Iuno,
Hinc poscit Latona nurum. Despexit utrumque
Flava Ceres raptusque timens (heu caeca futuri!)
Commendat Siculis furtim sua gaudia terris
[Infidis Laribus natam commisit alendam,
Aethera deseruit Siculasque relegat in oras]
Ingenio confisa loci.
Trinacria quondam
Italiae pars magna fuit; sed pontus et aestus
Mutavere situm. Rupit confinia Nereus
Victor et abscissos interluit aequore montes
Parvaque cognatas prohibent discrimina terras.

---

126 *Orest. trag. 304:* damna repensat. 128 *Dracont. 8, 582:* Torva parens. 129 *Patricii epithal. 4:* nova germina. 131 *Orest. trag. 451:* pronuba flamma fuit. 134 *Cor. Ioh. IV 543 (cf. 541):* Hic melior pilo curvo nec segnior arcu. 142 *Rutilii de red. I 328:* Sive loci ingenio.

129 *Ps.-Ovidi halieut. 3:* vitulus . . . qui nondum gerit in tenera iam cornua fronte. 130 *Stat. Achill. I 292:* Virginitas matura toris; *Verg. Aen. VII 53:* plenis iam nubilis annis. 133 *Statii Theb. II 226:* et sonat aula. 134 *cf. Verg. Aen. V 430, X 735.* 138 *Verg. georg. I 96:* Flava Ceres. *Lucani II 14:* caeca futuri, *cf. Sili II 206, Statii Theb. V 718.* 142 *Columellae X 51:* Ingeniumque loci. 143 *Verg. Aen. II 6:* pars magna fui. 145 *Senecae cons. ad Marciam 17* (Siculo latus abscidit).

125 set *F* cunctis] ?tis *S* alt^i^or B^1 126 penset *A* 127 uitulam] uitulum *FS* ambit] *in mg.* S^1 128 quae] q (i superscr.) S^1, uel que S^2, qui *F* nondum] *om. D; malim* nondum quae proterit] ꝑterit *F (sic);* p̄terit *ex* ꝑterit *corr.* S^1 129 curuauit] curuantur *S, del. m. 1 (ubi* ad modum noue lune curuauit uitulus *glossator)* germina] cornua *F* *V. 130 sic scripserat S:* Iam uicina thoro iam pronuba flamma pudorem; *sed corr.* S^1 130 thoro *ω* plenis] pmis, *i. e.* primis *C* (ı *add.* C^2) 131 uirginas *C, sed corr.* C^1 134 clypeo *W* phebus *FSW* 135 rhodopen *ε*, rodopē *DW*, rodopen *q* phebus *SW* amiclas *ω* 136 Delon] delion *F* clarios B^2, claros CB^1 hinc] huic *magis quam* hinc *F*, hunc C^1, hinc C^3 Iuno S^2, uino S^1 137 Hinc] Hunc CB^1, Hanc *S*, Huc (i superscr.) *F* (*i. e.* huic*; glossator explicat* phoebo), Hinc B^2q nurum] *ex* uirum *corr.* B^1, uirum S^1, nurum S^2 utrumque] utramq; *S* *V. 139 sic DS, nisi quod* pignora S^2, sydera S^1, gaudia *D: eundem v. 139 om. FW(ACB), deesse tamen non potest quia* furtim *rem actam esse memorandum fuit.* *V. 139—213 om. ABC;* A^2 *in mg. add.:* Infidis laribus natam commisit ituram Commendat siculis furtim sua pignora terris; B^2 *in mg.:* Infidis lar. n. comm. itura *V. 140 sic FSW et Isengrin., nisi quod* natam laribus *Isengr.* alendam] *in ras.* W^1, alendam *S*, itura $F(A^2B^2)$ *V. 140 om. D* *V. 140 et 141 spurios dixit Heinsius; haec autem post v. 138 placuerunt Baehrensio:* aethera deseruit; furtim sua pignora terris Commendat fidis Siculasque relegat in oras Ingenio confisa loci*; Buechelerus v. 139 spurium, vv. 140 sq. genuinos arbitratus in v. 140 coniecit:* natam comitatur ademptam. 141 Ethera *FW* que] *om. S* relegat in horas WS^1F, *inde* relegerat horas *corr.* S^2 *vel* S^1 143 Ytalie *W* magna] *W (cf. Verg.)*, una *q;* ima *Gesnerus;* uera *Paul;* iuncta *ego; cf. Sallusti hist. 4, 20:* Italiae Siciliam coniunctam fuisse constat. aestus] *WS*, etas *DF*, ut estus *add.* F^1 144 situm] situs *D* 145 abscisos *FDW* interluit *WD*, intertluit *εFS, sed* l *postea inseruit* S^1*; sed cf. Vergili Aen. III 419* 146 Parua et cognatas *S* discrimina W^1, distantia W^2 cognatis . . . terris *Heinsius*

Nunc illam socia ruptam tellure trisulcam
Opposuit natura mari: caput inde Pachyni
Respuit Ionias praetentis rupibus iras;
Hinc latrat Gaetula Thetis Lilybaeaque pulsat
Brachia consurgens: hinc indignata teneri
Concutit obiectum rabies Tyrrhena Pelorum.
In medio scopulis se porrigit Aetna perustis,
Aetna Giganteos numquam tacitura triumphos,
Enceladi bustum, qui saucia terga revinctus
Spirat inexhaustum flagranti vulnere sulphur
Et, quotiens detractat onus cervice rebelli
In laevum dextrumque latus, tunc insula fundo
Vellitur et dubiae nutant cum moenibus urbes.
　　Aetnaeos apices solo cognoscere visu.
Non aditu temptare licet. Pars cetera frondet
Arboribus: teritur nullo cultore cacumen.
Nunc movet indigenas nimbos piceaque gravatum
Foedat nube diem, nunc motibus astra lacessit
Terrificis damnisque suis incendia nutrit.
Sed quamvis nimio fervens exuberet aestu,
Scit nivibus servare fidem pariterque favillis
Durescit glacies tanti secura vaporis,
Arcano defensa gelu, fumoque fideli
Lambit contiguas innoxia flamma pruinas.
Quae scopulos tormenta rotant? quae tanta cavernas
Vis glomerat? quo fonte ruit Vulcanius amnis?

156 *Cl. Mar. Victoris aleth. II 127:* Aetna .. Egerit .. sulphura .. spirabilis aurae. 167 sqq. *cf. Victoris v. 130 sq.* 169 *Sedulii I 114 sq.:* Ignibus innocuis . . . blanditae lambebant robora flammae. 172 *Augustinus de civ. dei IV 2:* flumina flammarum *(de Aetna).*

148 *Iuvenal. 10, 152:* opposuit natura. 154 *Lucani VIII 622:* Romanos nunquam tacitura labores. 155 *Iuvenci IV 589:* post terga revinctum *(cf. ad Rufin. II 245).* 157 sq. *cf. Verg. Aen. III 581 sq.:* Enceladus . . . quotiens mutet latus. 158 sq. *Callimachi hymn. 4, 142 sqq.* 159 *Ovidi met. II 214:* pereunt cum moenibus urbes. 165 *cf. Ovidi met. II 213.* 167 *Taciti hist. V 6:* Libanum .. inter ardores . . . fidum nivibus. 170 *Verg. Aen. II 683:* innoxia mollis lambere flamma comas. 172 sqq. *cf. Sallusti hist. 2, 43.*

147 Nūc *W, sed* ūc *m. 2 in ras.* sociam *SW* ruptam *F*, rupta S^2, raptam S^1WD trisulcam *F*, trisulca *SW*, trisulco *D* 148 Opposuit *F*, Opponit *SDW* capud *FS* pachi7ni *F*, pachinni *SDW* 149 yonias *SW* 150 Hinc] Hic *F* getula *FW* thetys *ε* lilibeaque *FSDW* 151 teneri] meneri *vetus Cuiacii* 152 ob obiectum, *sed prius* ob *erasum F* tyrrena *W*, tirrena *FSD* peloꝝ F^1, e *in* o *mut.* F^1, *rursus* e *restituit* F^2 153 ethna *FSDW* 154 Ethna *FSDW* 155 Encheladi *FSDW* saucia] c *ex* e *vel* x *corr. S* 156 Spirat] Spirat et *S* inexhaustum *εω* flagrandi *F* uulnere *FSWD*, corpore *vel* gutture *ς* sulphur FS^1W, nirus S^2, sulfur *D*, fulmen (u *ex corr.*) *W* 157 Et] Cum *F*, 7 W^1, et W^2, Et *SD* detractat *FW*, detrectat *SD*, deiectat *ς unde* reiectat *Heinsius* onus *D*, honus *FSW* cervice reflexa *Claverius* 158 In dextrum leuumque *S* 159 *De* Uellitur *cf. II v. 143;* Uertitur *incertus Heinsii et Cuiacii mg.* nutant] mutant *S* 160 Ethneos *SDW*, Henneos *F* 163 mouet *SDW*, monet *F*, uomit *Isengr. mg. „id quod commendet Marcell. comes p. 316 Ronc.:* terra .. ferventem imbrem evomuit“ *Kochius* indigenas] nas *ex corr. F; idem ex* indignos *corr.* S^1 piciaq; *ex* piceaq; *corr.* F^1 grauatum] grando *D* 164 Fedat W^2, Sedat W^1 motibus] molibus *ς unus* 165 Terrificis] eis *in ras. S* nutrit] miscet *ς; sed cf.* materiem praebet *ap. Ovidium l. l.* 166 quamuis] *in ras.* W^1 estu *ex* astu *corr. ut vid. S* 167 Scit] cit *in ras.* W^1 fidem] diem *D* 168 naporis S^1, caloris S^2 170 Lanbit *S* contiguas] con *ex corr. F V. 171–178 spurios putabat Jeepius.* 171 scopulos W^2, scopuli W^1 rotent *F*, rotant (o *ex corr. W*) *q* cauernas] cauernae *Hertelius;* caminos *ego dubitanter* 172 glomerat] glomeret *F; „de* glomerat *cf. Servium Verg. Aen. IV 155“ Buechelerus* ruat *ς* amnis] *D*, ignis *q (cf. Macrobius sat. V 17, 9–12)*

Sive quod obicibus discurrens ventus opertis
Offenso rimosa furit per saxa meatu,
Dum scrutatur iter, libertatemque reposcens
Putria multivagis populatur flatibus antra;
Seu mare sulphurei ductum per viscera montis
Oppressis ignescit aquis et pondera librat.
Hic ubi servandum mater fidissima pignus
Abdidit, ad Phrygios tendit secura Penates
Turrigeramque petit Cybelen sinuosa draconum
Membra regens, volucri qui pervia nubila tractu
Signant et placidis umectant frena venenis:
Frontem crista tegit; pingunt maculosa virentes
Terga notae: rutilum squamis intermicat aurum.
Nunc spiris Zephyros tranant: nunc arva volatu
Inferiore secant. Cano rota pulvere labens
Sulcatam fecundat humum: flavescit aristis
Orbita; surgentes condunt vestigia fruges:
Vestit iter comitata seges.
Iam linquitur Aetna
Totaque decrescit refugo Trinacria visu.
Heu quotiens praesaga mali violavit oborto
Rore genas! quotiens oculos ad tecta retorsit
Talia voce movens: 'Salve, gratissima tellus,
Quam nos praetulimus caelo, cui gaudia nostri
Sanguinis et caros uteri commendo labores.
Praemia digna manent: nullos patiere ligones
Et nullo rigidi versabere vomeris ictu.
Sponte tuus florebit ager: cessante iuvenco
Ditior oblatas mirabitur incola messes.'
Sic ait et fulvis tetigit serpentibus Idam.

178 *Victor comm. in Genesin praef. 28:* pondera librans. 185 *Venant. Fort. c. VI 1, 108:* aurum si intermicet. 186 *cf. Alc. Aviti II 124.* 187 *Corippi Iust. III 289.* 188 *Sidon. c. II 329 sq.* (fecundat iter comitataque gressum vindemia). 190 *Prudentius contra Symm. II 935:* se vestiat aequor aristis. 201 *Corippi Iust. III 194.*

173 sqq. *cf. Aetnae carminis v. 94 sqq. (de* clausis ventis *v. 134, 170, 210); Iustinus IV 1.* 178 *Ovidi met. I 13:* Ponderibus librata. 181 *Ovidi fast. VI 181:* Turrigera . . Cybele. 184 *Verg. georg. IV 427:* notis . . maculosus. 188 *Verg. ecl. 4, 28:* flavescet . . arista. 192 *Verg. Aen. X 843:* praesaga mali mens; *plura Trumpius p. 15.* 191 *cf. Statii Ach. II 4.* 194 *cf. Statii Ach. I 384 sqq.* 194 *Verg. Aen. III 73:* gratissima tellus. 197 *Verg. I 605 (Ovidi a. am. II 702):* praemia digna. 198 *Val. Flacci I 25:* versabat vomere.

174 Offensus rimata furit per saxa *F*, Offenso rimosa furit per saxa *ς* (Offenså *S*[1]) 176 Putria *W*[1]*FD*, Putrida *SW*[2] 177 sulfurei *D* 180 Addidit *D* phrigios *F*, frigios *SDW* 181 Turigeramq; *F*, Turrigeramq; I terri *D* cibelen *D*, cibelem *FS*, cibelē *W* cinuosa *S* 182 Membra] Colla *ς* 183 Signant] Scindunt *vel* Sulcant *Goetzius* uenenis] *om. S*[1], *suppl. S*[2] humectant *ω* 184 Frontem *εω* maculaosa *S* 185 *ante* squamis *2 fere litt. erasae, F* interniret *W*[1] (inter)micat *W*[2] 186 zephiros *FSDW* tranant] tractant *S* nunc *alterum*] *supra lin. F*[1] 187 cano] a *ex corr. m. 2, W* 189 condunt *SWD*, scindunt *F*[1]. I condunt *F*[3] *(vel F*[1]*?)* fruges] culmi *ς Isengr. mg.*, messes *ς alii* 190 ethna *SDW* 192 oborto *D*, aborto *W*, ab orto *FS (fort.* ab orco *S)* 195 cui *S*, tibi *FDW* 196 uteri] uri *F* 198 regidi *S* 201 tetigit serpentibus] serpentibus attigit *ς! Isengrin.* ydam *S*

Hic sedes augusta deae templique colendi
Relligiosa silex, densis quam pinus obumbrat
Frondibus et nulla lucos agitante procella
Stridula coniferis modulatur carmina ramis.
Terribiles intus thiasi vesanaque mixto
Concentu delubra gemunt; ululatibus Ide
Bacchatur: timidas inclinant Gargara silvas.
Postquam visa Ceres, mugitum tympana frenant:
Conticuere chori: Corybas non impulit ensem:
Non buxus, non aera sonant blandasque leones
Submisere iubas. Adytis gavisa Cybebe
Exilit et pronas intendit ad oscula turres.
Viderat haec dudum summa speculatus ab arce
Iuppiter ac Veneri mentis penetralia pandit:
'Curarum, Cytherea, tibi secreta fatebor.
Candida Tartareo nuptum Proserpina regi
Iam pridem decreta dari: sic Atropos urget:
Sic cecinit longaeva Themis. Nunc matre remota
Rem peragi tempus. Fines invade Sicanos
Et Cereris prolem patulis inludere campis.
Crastina puniceos cum lux detexerit ortus,
Coge tuis armata dolis, quibus urere cuncta.
Me quoque saepe soles. Cur ultima regna quiescunt?
Nulla sit inmunis regio nullumque sub umbris
Pectus inaccensum Veneri. Iam tristis Erinys

---

214 *Carmen de provid. divina 83:* cura dei celsa spectaret ab arce *(cf. poetae aevi Carolini ed. Duemmler p. 98 v. 1).* 215 *Paulini eucharist. 20:* penetralia mentis; *Paulini Petroc. vitae Mart. I 211: item.* 223 *Orest. trag. 162:* armata dolis, *cf. Dracont. c. 2, 111.*

---

203 *Verg. ecl. 9, 60:* densas .. frondes. 205 *Verg. ecl. 10, 51:* Carmina . . . modulabor avena *(cf. 5, 14).* 210 *Statii Theb. V 195:* Conticuere chori. 211 *Stat. Theb. II 73:* buxus Aeraque .. sonitu. 214 *Ovidi met. I 163:* ut summa vidit Saturnius arce. 215 *Iuvenci I 505:* mentis penetralia tanget *(cf. Avieni phaen. 14).* 220 *Verg. Aen. V 638:* iam tempus agi rem *(cf. Statii Theb. V 140).* 222 *Verg. Aen. IV 118:* ubi primos crastinus ortus . . . Titan . . . retexerit orbem. 226 *Verg. Aen. II 337:* quo tristis Erinys.

---

202 aedes *Aldina paene* angusta *F* templumq; *S* colend i *W* *V. 203—214 om. DW; in mg. supp. W*[2] 203 Relligiosa, *sed* l *alteram postea add. S*[1], Religiosa *q* obumbrat *FW*, opacat *S* 204 Frondibus *FWS*[2], Floribus *S*[1] lucos *FWS*[1], siluas *S*[2] 205 corniferis *W* modulatur *W*, modulantur *FS* carmina ramis *S*[1], l carmine *(?)* rami *S*[2] 206 thyasi *W*, tyasi *F* mixto] misto *ε* 207 ide *W*, yde *F*, idam, *sed* m *del. S*[1] 208 Baccatur *F* timidas *S*, tumidas *FW* 209 tīpana *F* 210 choribas *W*, coribas *FS* inpulit *FS* 211 sonant] tonant *Wakefield. ad Lucret. II 618* blandasque] blandique *Isengrinius, Parrhasius* 212 aditis *FSW* Cybebe] cybele *SW*, cibele *F* 213 pronas] pronos *W* intendit *SW*, extendit *F* turres] currus † turres *W* *Inde a v. 214 rursus incipiunt ABC* 215 Iupiter *ω* ac] at *DW*, ac *in ras. F (fuisse vid.* 7) Veneri mentis] mentis ueneri *S* pandit *FS*[1], nudat *S*[2]*WCAB* 216 *Sic ut ededi FDB, nisi quod* citarea *FB*[1], citharea *B*[2], citherea *D*. Curarum secreta tibi cytharea *WACS* *(nisi quod* citarea *S*, citharea *A); cf. quod dedi laud. Seren. 139* 217 tartaraeo *S* nūptū *F* 218 Iiam *(sic) S* pridem] primum *C*, pridem est *F*, Iamdudum *ed. Vicent.* 219 cecinit] ceuinit (c over u) *S* (c *supra scr. m. 2?*) matre *C*[3], marte *C*[1] mota (ro over o) *B*[1] 220 peragi *CW*, peragit *q* *(cf. bell. Gild. 429)* 221 illudere *ω* 222 Crastina] Candida *W* puniceos] purpureos, *sed* rpureos *in ras. add. F*[1]*: cf. Verg. Aen. XII 77* detexit *C* 223 armata *C*[2], armenta *C*[1] cuncta] *in ras. W*[1] 224 soles] uales *CB*[1], soles *B*[2]*q* 225 inmunis *F*, imm. *q* 226 Pectus (c *postea add. m. 1*) *S* inaccessum *WCB*[1] *item vetus Cuiacii, corr. B*[2] Veneri] ueteri *F* erinis *D*, herinis *q*

Sentiat ardores; Acheron Ditisque severi
Ferrea lascivis mollescant corda sagittis.'
Accelerat praecepta Venus; iussuque parentis
Pallas et inflexo quae terret Maenala cornu
Addunt se comites. Divino semita gressu
Claruit, augurium qualis laturus iniquum
Praepes sanguineo dilabitur igne cometes
Prodigiale rubens: non illum navita tuto,
Non impune vident populi, sed crine minaci
Nuntiat aut ratibus ventos aut urbibus hostes.
Devenere locum, Cereris quo tecta nitebant
Cyclopum firmata manu: stant ardua ferro
Moenia, ferrati postes, immensaque nectit
Claustra chalybs. Nullum tanto sudore Pyragmon
Nec Steropes construxit opus: non talibus umquam
Spiravere Notis animae nec flumine tanto
Incoctum maduit lassa cervice metallum.
Atria vestit ebur; trabibus solidatur aenis
Culmen et in celsas surgunt electra columnas.
Ipsa domum tenero mulcens Proserpina cantu
Irrita texebat rediturae munera matri.
Hic elementorum seriem sedesque paternas
Insignibat acu, veterem qua lege tumultum
Discrevit Natura parens et semina iussis
Discessere locis: quidquid leve, fertur in altum;
In medium graviora cadunt; incanduit aer;
Legit flamma polum; fluxit mare; terra pependit.
Nec color unus erat: stellas accendit in auro,
Ostro fundit aquas. Attollit litora gemmis
Filaque mentitos iamiam caelantia fluctus

227 *Moschi Ἔρως δραπέτης 14:* βάλλει κεἰς Ἀχέροντα καὶ εἰς Ἀΐδεω βασιλῆα. 231 *Verg. ecl. 6, 20:* Addit se sociam. 233 *cf. Verg. Aen. X 272.* 237 *Verg. Aen. I 365:* Devenere locos. 238 *Verg. Aen. XII 745:* ardua moenia. 239 *ibid. VII 622:* ferratos . . . postes. 243 *cf. Verg. Aen. VIII 446.* 244 *Lucani X 119:* ebur atria vestit. 246 *Verg. Aen. VII 754:* cantuque . . . mulcebatque. 248 sqq. *cf. Ovidi met. I 21 sqq.* 253 *Ovidi fast. I 109:* Flamma petit altum *eqs.*

227 acheron | *F* dittisq; *C*, dictisq; *A*, "ditis acheronq; *W* seueri] superbi *C* 228 laciuis *F* mollescant *S*, molescant *A* 230 menala *FW*, menia *S*¹, menela *S*² 231 gressu *S*², passu *S*¹ 232 iniquum] iq *ex corr. W*¹, iniqum *S*, iniquus *C* 233 Preppes *B* delabitur *D* *ad v. 232 sq. cf. Gronov. diatr. Stat. p. 247* 234 Prodiale *W* tuto] tute *S*, tutum *A* 235 inpune *FS* erine *B*¹, quia *B*² 236 Nonciat *S* hurbibus *C* (r *non planum*) 237 nitebant *WCB*¹, uirebant *ASD*, manebant *F*, micabant *B*² 238 Cyclopum *W*, Ciclopum *q* firmata] formata *CB*, fabricata *S* (*ex Vergilio Aen. IX 145*): formata *nescio an firmet Tibullus II 5, 23.* 239 postes immensa *in ras. W*¹ inmensaq; *FS*, imm. *q* 240 Claustra] Castra *F* caplips *F*, calibs *q* pyragmō *W*, piragmon *q* (*sic, non* Pyracmon *etiam apud Vergilium libri*) 241 construxit] con *in ras. W*¹ non talibus *FCSB*¹, nec talibus *WADB*² 242 notis *FCA*¹, nothis *SA*²*DW*, not^h^is *B* *de animae cf. Vergili VIII 403* flumine] *A*² *vetus Cuiacii*, flamine *WSFA*¹ *et ex* flumine *corr. D*, fulmine *CB* 243 Incoctum] Inceptum *C* naduit *C* lassa] lapsa *CB*¹, lassa *B*² ceruice] *sic ω* (fornace *D*?), fornace *Isengrinius, item Cuiacii vetus.* 244 uestit *S*, cingit | uestit *W*¹, cinxit *C*, cingit *q* (*cf. Lucani exemplum*) ahenis *ed. Vicent.* 246 mulcens] miscens *C* 247 texebat] *ex* texabat *corr. F* 248 series *W* 249 Insignabat *C*, *item S, sed corr.* a cu *B* 250 Discernit *D* et] ut *Parrhasius* iussis] *A*, iustis *q* 251 Decessere *S* locis] thoris *C* 252 aer] aether ς 253 legit *W*² *Cuiacii vetus*, legit (*sic*) *S*, Egit *W*¹*q* flāma *C*, *sed virgulam C*² 254 unus *C*², ullus *C*¹ erat] inest ς 255 Ostra *B* 256 iamiam] subter *Cuiacii vetus* ς *pauci*, spumam *conieci* caelantia] cruantia *Isengr. mg. codex alter Cuiacii*

Arte tument: credas inlidi cautibus algam
Et raucum bibulis inserpere murmur harenis.
Addit quinque plagas: mediam subtegmine rubro
Obsessam fervore notat; squalebat inustus
Limes et assiduo sitiebant stamina sole.
Vitales utrimque duas, quas mitis oberrat
Temperies habitanda viris; in fine supremo
Torpentes traxit geminas brumaque perenni
Foedat et aeterno contristat frigore telas.
Nec non et patrui pingit sacraria Ditis
Fatalesque sibi Manes; nec defuit omen:
Praescia nam subitis maduerunt fletibus ora.
Coeperat et vitreis summo iam margine texti
Oceanum sinuare vadis; sed cardine verso
Cernit adesse deas imperfectumque laborem
Deserit et niveos infecit purpura vultus
Per liquidas succensa genas castaeque pudoris
Inluxere faces: non sic decus ardet eburnum,
Lydia Sidonio quod femina tinxerit ostro.
Merserat unda diem; sparso nox umida somno
Languida caeruleis invexerat otia bigis,
Iamque viam Pluto superas molitur ad auras
Germani monitu. Torvos invisa iugales
Allecto temone ligat, qui pascua mandunt
Cocyti pratisque Erebi nigrantibus errant
Stagnaque tranquillae potantes marcida Lethes

258 *Verg. georg. I 109:* raucum . . . murmur, *et 114:* bibula . . . harena. 265 *Verg. georg. III 279:* contristat frigore. 267 *Statii Theb. VII 586:* nec defuit omen. 268 *Ovidi trist. III 5, 12:* Osque madens fletu; *Statii Theb. V 728:* maduerunt lumina fletu. 270 *Verg. Aen. VII 621:* cardine verso. 273 *Ov. a. am. I 100:* casti . . pudoris. 274 *Verg. Aen. XII 68, I 590 sqq.* (quale . . . ebori decus). 275 sq. *Valer. Flacci IV 369.* 276 *Verg. Aen. II 8:* nox umida; *V 721:* non atra polum bigis subvecta. *Ciris 38:* caeruleis . . . bigis. 278 *Verg. Aen. X 477:* viam molita per oras; *VI 128:* superas evadere ad auras; *CIL. III 737 v. 5:* superas elatus ad auras. 281 *Avieni phaen. 210:* et stagna nigrantia Ditis.

257 Arte B^2C^2, Arce B^1C^1 illidi *ω* algas *B* 258 bibilis B^1, bibulis *corr.* B^2 insepere *B*, inerepere A^1, inserpere A^2 259 Addit] Adlidit *B* sub tegmine *FB*, subtemine *W* 260 Obses//am *B* tuebat *post* Obsessam *C* inustus] *ras. supra finem S* 261 sitiebant] i *ad rasuram S, fuit* a; siciebant *F* 262 utrumque *S* 263 in] *F*, //in *S*, tum *DW*, cum ACB^1, sub B^2 264 gemmas (geminas) *D*, gemas (in) *F* (*cum ras. supra* e *et* s) brumaque] gemaqꝫ C^1, bruma C^2 perhemni *ASDB et* (perh *in ras.*) *W*, perhēni *F* 265 Foedat] Celat W^1 (Fedat *m. rec.*) contristat] W^1, constringit SW^2, contrinxit D^2 telam *SD* 266 patrui] patrii *C*, patrui B^1 sacraria] penetralia *vetus Cuiacii in mg.* dittis *C; in A verbum erasum*, ditis *supra scr.* A^1 267 omen] unquam omen *C* 268 Precia A^1, s *inseruit* A^2 fletibus (a) *S* (a *fort. m. 1*) 269 uitreis] i *prius ex corr. B* summo iam margine] *Bφ*, suprema margine *F*, *idem corr.* B^1 texti $A^1CSW^1F^3$, tele $F^1W^2A^3$, tex *B*, *dein* ti *add.* B^1 270 sinuare] simulare *C* cardie *S*, carmine *et* C^1 *et* C^2 271 Cernit] Sensit *ς* inperfectumqꝫ *F* laborem C^2, colorem C^1 273 liquidas] niueas *S* succe//sa *S* (*vix* n *erasum*) casteqꝫ S^1, uel casti S^2 274 Ill. *ω* non] nec DB^1, non $B^2φ$ 275 Lidia *ω*, *sed* d *in ras. B* tinxerit] *in* tinxerat *corr. B*, texuit W^1, tinxerat W^2 *Post v. 275 intercidisse non pauca putat Jeepius.* 276 humida *ω* somno] sonno *C*, sono *S*, celo *B* 277 caeruleis *ε*, ceruleis *ω* ininuxerat *W* 278 Pluto superas] superas pluto *D* superas] siculas *ς* mollitur *S* auras *F*, arces *φ* 279 toruos] nigros *W* 280 Allecto *WFD*, Alecto *AS*, Allete *C*, Alleto B^1, c *add.* B^2 themone *S* ligat B^2, legat B^1 mandunt *B*, *sed* u B^2 *ex corr.* 281 Cociti *C*, Cochiti *φ* pratisque] pratis *om.* que *W*, l ripis *add.* B^2, spatiisqꝫ *ς* herebi *ω* nigrantibus] ingentibus *F* 282 po tantes *B* potantes tranquille *F* marchida *B*, marc(d)ia A^1

Aegra soporatis spumant oblivia linguis:
Orphnaeus crudele micans Aethonque sagitta
Ocior et Stygii sublimis gloria Nycteus
Armenti Ditisque nota signatus Alastor.
Stabant ante fores iuncti saevumque fremebant
Crastina venturae spectantes gaudia praedae.

PROLOGVS LIBRI SECVNDI.

(XXXIV.)

Otia sopitis ageret cum cantibus Orpheus
  Neglectumque diu deposuisset opus,
Lugebant erepta sibi solacia Nymphae,
  Quaerebant dulces flumina maesta modos.
Saeva feris natura redit metuensque leonem
  Implorat citharae vacca tacentis opem.
Illius et duri flevere silentia montes
  Silvaque Bistoniam saepe secuta chelyn.

Sed postquam Inachiis Alcides missus ab Argis
  Thracia pacifero contigit arva pede
Diraque sanguinei vertit praesepia regis
  Et Diomedeos gramine pavit equos,

Cf. Sidonii c. XIII, Venantii Fort. c. VII 1 (ubi fortasse ex Claudiano v. 1 ageret *reponendum).*

284 *Ovidi met. V 402:* nomine quemque vocando; *vocavit nomina Claudianus. Verg. Aen. X 248:* ocior .... sagitta.

9 *Verg. Aen. VII 286: Valeri Flacci III 666:* Inachiis ... ab Argis. 12 *Dio Chrysost. or. 63 (περὶ Τύχης 1) 6: de Hercule laboribus reliquis fere enumeratis Διομήδην τὸν Θρᾷκα ἐνουθέτησεν ἵπποις σῖτον διδόναι. Verg. Aen. II 471:* gramina pastus.

283 Aegra] Era *C* spumant] spirant *C* 284 Orphnaeus] *ita cd. Camers,* Oreneus *F,* Orneus *ex* Orneus *corr. A*[1], Orineus *B,* orneus *CD,* Horneus *S,* Ethneus *W* micant *C* Ethonqꝫ *cd. Camers et Ald., unde* Ethonqꝫ (c) *corr. ε lectionem hanc quasi approbans,* ethone'qꝫ *S,* ethonusqꝫ *ϛ;* Chthoniusque *Acepius;* Ptenusque *ego (cf. πτηνοὶ ἵπποι et ἰοί)* 285 stigii *ω* Nycteus] nictheus *AW,* necteus *C,* motheus *BS,* meteus *D,* morpheus *F* 286 di tisqꝫ (gi *erasum*) *F* nota *S,* notha *A, item B* alastor *W,* alester *D,* alast' *S,* alaster *ϛ* signatus] dignatus *B* 287 iuncti *F,* uincti *A (ut vid.);* uiti *et in mg.* uncti *B,* uicti *C, sed virgulam alteram add. C*[2] 288 spectantes] sperantes *codex Senensis apud Burm. p. 1028; sed* spectare *idem quod* expectare *(ita iam gloss. in codd.); cf. et alia et Iuvenal. VII 22 in cod. P et L. Muelleri De re metr. p. 293* gaudia] praemia *W* praedae] *in ras. W*[1]

Prologus libri secundi *D;* Praefatio *m. rec. in W; inscriptionem om. FSACB* *In A (item in Parisino regio teste Heinsio) adscriptum est a. m. saec. XIII:* Istud totum ab hoc versu usque illum locum ĩpulit ionios et cetera viciosum intersertus est, quia non est de hoc opere, sed praefacio cuiusdam alterius, sed eiusdem auctoris; *cf. Haverfieldius in diurnali philol. Angl. XVII p. 272.*

2 Nec lectumqꝫ *F,* Dilectumque *conieci* seposuisset *S* opus] ebur *ς* 3 erepta] erecta *S* nymphe *W,* nimphe *ACD,* ninphe *S* 4 Quaerebant] Lugebant *Claverius* dul ces *B* fulmina mixta *C* 5 feris] *ex* feras *corr. A*[1] leonem] leonum *D,* leonē (leo *in ras.*) *W* 6 Inplorat *F* cythare *FW,* citharo *S,* cithare *D* 7 et duri] eduri *vetus Cuiacii,* Edoni *Schraderus* silencia *A*[3], solatia *A*[1] 8 Bistoniam] *ita, sed postea* i *in* u *(vel* o*) corr. S,* bistonium *CB*[1], bistoniam *B*[2]*ϛ* chelun *D,* chelim *ϛ* 9 posquam *F* ynachiis *W,* inachiis *B* Argis] agis *C*[1] *unde* agris *C*[2], aruis *W*[2]*F,* argis *W*[1]*ϛ* 10 Trachia *S,* Tracia *ϛ* pacifico *S* arua] antra *D* 11 Diraque] Dura qꝫ *S*[1]*W,* dira *S*[2] 12 gramne *S,* sanguine *W*[1], gramine *W*[2]

Tunc patriae festo laetatus tempore vates
   Desuetae repetit fila canora lyrae
Et resides levi modulatus pectine nervos
   Pollice festivo nobile duxit ebur.
Vix auditus erat: venti frenantur et undae.
   Pigrior astrictis torpuit Hebrus aquis,
Porrexit Rhodope sitientes carmina rupes,
   Excussit gelidas pronior Ossa nives:
Ardua nudato descendit populus Haemo
   Et comitem quercum pinus amica trahit,
Cirrhaeasque dei quamvis despexerit artes,
   Orpheis laurus vocibus acta venit.
Securum blandi leporem fovere molossi
   Vicinumque lupo praebuit agna latus.
Concordes varia ludunt cum tigride dammae:
   Massylam cervi non timuere iubam.

Ille novercales stimulos actusque canebat
   Herculis et forti monstra subacta manu,
Quod timidae matri pressos ostenderit angues
   Intrepidusque fero riserit ore puer:
'Te neque Dictaeas quatiens mugitibus urbes
   Taurus nec Stygii terruit ira canis,
Non leo sidereos caeli rediturus ad axes,
   Non Erymanthei gloria montis aper.
Solvis Amazonios cinctus, Stymphalidas arcu
   Appetis, occiduo ducis ab orbe greges

18 *Sidon. c. XXIII 182.* 25 sqq. *Dracontii 1, 7 sq.:* Lenta tigris, cervus audax ... Non lupum timebat agna ... Non lepus .. praeda .. molosso. 29 *Sidon. c. XV 136.* 30 *Corippi Iust. praef. 10:* quis totiens victos numeret? 32 *Sidon. c. XIII 8:* feri riserit ora suis.

14 *Verg. Aen. I 722:* resides desuetaque. 15 *Petronius c. 80:* Calculus .. mobile duxit opus. 17 *Verg. Aen. I 53:* ventos .. frenat. 18 *Ovidi ex Ponto III 3, 26:* adstrictis .. Hister aquis. 20 *Ovidi fast. I 680:* gelidas .. nives. 28 *cf. Verg. ecl. 4, 22.* 29 *Verg. Aen. VIII 287 sq.* 29 sqq. *Herculis laudes in laudem Florentini versae ad exemplum Plini paneg. 14 fin.* 34 *Senecae Herc. 783:* territat Stygius canis. 37 *Dio Chrys. l. l.: τάς τε Ἀμαζόνας ὅτι εἶεν γυναῖκες ἤλεγξεν.*

13 Tunc] Tum *D*, Tunc *ex* Tum *corr. B*[1] festo] stilico *C* 14 Dissuete *FSD* repetit] repetens *F*, reparat *Isengrinius mg.* lyre *W*, lire *q* 15 residens *C*, residens *WB*[1], resides *B*[2] leui *FC, ex* leni *corr. vid. S*, leui *B*[1], leni *B*[2], leni *WD et in ras. A*[1] moderatus *Gronov. observ. II p. 60 ed. Hand* 16 festino *S* nobile] mobile *ς* ebur] opus *explicat gloss. in A*, opus ebur *(sic) F*[1] 18 Prigior *D* astrictis] adfectis *vetus Cuiacii* ehrus *ω* 19 rodope *ω* sicientes *B*, scicientes *S* 21 hemo *ω* 22 qurcũ *in* qercũ *mut. F*[1] 23 Cirreiqȝ *W*, Cirreasqȝ *q* despexerit] *WA*, dexpei despexerit *F*[1], dispexerat *SB*, despexit *C*, despexerat *D*; „dispexerat *rerum puto: 'quamvis divinae artis adytique experta hominem secuta est'*" *Buechelerus* artes] arces *D*, despexit amores *Schraderus* 24 Orpheis *WD*, Orfei *F*, Orphei *q*, *sed ex* Orphea *corr. S* acta] ossa *C*[1], acta *C*[3] 25 blandi leporem] leporem blandi *F* molossi *D*, molosi *q* 26 Uicinumqȝ latus praebuit agna lupo *A* 27 ludunt] l *in ras. W* tygride *SB* dampne *FS*, damae *D* 28 Massilam *CW*, Massiliam *A*, Massiliam *FDB*, Massaliam *S* 29 nouerc ales *F* *V. 30 om. S*[1], *suppl. S*[2] 31 Quod] *ω*, ut *B*[2], Qui *ς* pressos] strictos *C* ostenderit] i *ex* e *corr. F*[1] 32 puer riserit ore fero *S* fero] feros *Barthius* 33 Te] Tu *C*, te *in mg. C*[1] dicteas *SW* urbes] auras *A* 34 nec] non *FCD* stigiis *D*, stigii *q* 35 sydereos *SB* celi *S*[1], celo *S*[2] 36 erimanthei *DWC*, erimantei *A*, herimanthei *F*, heimantei *S*, heremantei *B* 37 Soluis] Solus *WS* amazonio *S*, amazoneas *B* cunctus *F*, cintus *C*, cinctos *B*[2], *spat. vac. rel. B*[1] stiph alidas *F*, stimphalidas *D*, amphalides *S*, stiphaleidas *C*, stimphalidos *A*, stimphalides *W* 38 orbe] be *in ras. F*[1] (*fuit* ore)

Tergeminique ducis numerosos deicis artus
Et totiens uno victor ab hoste redis.
Non cadere Antaeo, non crescere profuit hydrae:
Non cervam volucres eripuere pedes.
Caci flamma perit; rubuit Busiride Nilus:
Prostratis maduit nubigenis Pholoe.
Te Libyci stupuere sinus, te maxima Tethys
Horruit, imposito cum premerere polo:
Firmior Herculea mundus cervice pependit:
Lustrarunt umeros Phoebus et astra tuos.'

Thracius haec vates. Sed tu Tirynthius alter,
Florentine, mihi: tu mea plectra moves
Antraque Musarum longo torpentia somno
Excutis et placidos ducis in orbe choros.

LIBER SECVNDVS.

(XXXV.)

Impulit Ionios praemisso lumine fluctus
Nondum pura dies: tremulis vibratur in undis
Ardor et errantes ludunt per caerula flammae.
Iamque audax animi fidaeque oblita parentis
Fraude Dionaea riguos Proserpina saltus

39 *Sidon. c. XIII 4:* uni tergeminum *eqs.* 40 *Dracont. satisf. 204:* victor ab hoste redis; *Orest. trag. 506:* victor regressus ab hoste. 47 *Sidon. c. VII 585:* Tutior Herculeo sedisset machina dorso. 49 *Sidon. c. XIII 5:* Haec quondam Alcides, at tu Tirynthius alter.

40 *Ovidi trist. II 177:* sic redeat superato victor ab hoste. 41 *Ovidi met. IX 192:* nec profuit hydrae crescere. 45 *Statii Theb. III 34, Ach. I 222:* maxima Tethys. 47 *Statii silv. I 2, 103:* cervice pependit *(cf. Val. Flacci I 259).* 49 *cf. Iuvenal. XI 61.* 50 *ibid. I 2, 2:* plectra moves.
2 *cf. Verg. Aen. VII 9.*

39 numerosos B^2, numeroso B^1, numosos C^1, er *add.* C^2 deicis] despicis *C* artus] ar^t^cus *B* 40 totiens *A* u no *B* ab hoste] ab orbe *W* 41 Non] Nec *S* cadere B^2, candē *B* antheo *ω* non] nec *F* crescere] credere *D* idre *F*, ydre *q* 42 Non ceruam *ACD*, Nec ceruam *FS*, Non ceruum *B*, *item* ceruum *corr.* A^1, Non nessum *W* nolucres] celeres *W* eripiere A^1, i *in* u *mut.* A^2 43 Caci] Cachi *SWA*, Cacci *D* rubuit *FW*, rubebat *S*, rubuitq; *q* busyride *F*, buride S^1, busciride S^2, busilide *C*, busiridā *B* nylus *B* 44 Prostratis B^1, uastati B^2 45 libici *ω* stipuere FA^1, stupuere A^2q, sed stu *in ras. W* tethis *AC*, thetis *q*, maximus athlas ς; *sed cf. Stat.* 46 inposito *F* premerere] ere *m. 2 in B* 47 herculea B^2, herculeo B^1 pependit] quieuit *Cuiacius* 48 Lustrarunt (v supra u) *(sic) A* humeros *ω* phebus *FSW* et B^2, ad B^1 49 Traicius *F*, Tratius *W*, Tracius *q* tu] *ex* ti *corr. B* Tyrinthius ε*F*, tyrintius *WB*, tirintius *SACD* 50 plectra S^2, plest S^1 51 Antraque] Astraq; *B* sonno *C* 52 Excutis] Exitus *S* placidos *FDS*, placido $ACWB^2$, placito B^1, placidus *Isengr. mg., vetus Cuiacii* in orbe] *SD*, ab orbe *FW*, orbe *etiam ACB, an* in *habeant non satis certum; ed. Camers:* ab ore sonos.

Incipit liber II^us^ Claudiani in raptu proserpine. *D: inscriptionem om. FSACB;* De raptu Proserpinae lib. II *m. rec. in W*

1 A pulit *B*, xpulit *F*, uel inpulit *add.* F^1, Inpulit *SW*, mpulit *C* yonios *FC* 2 pura] prima B^1, pura B^2, clara ς dies *C* tremulis] *om. C* uibratur] uibrauit *D; de passivo genere cf. Statii „vibrata flammis aequora“.* 3 errantes] ardentes *F* 4 audax animi] animi audax *F* animo B^1, animi B^2 fide q; *A*, fidem B^1, fidemq; *corr.* B^2 oblita] *ras. supra* i *F*, oblita (s supra o) *S* 5 dionea *SW* riguos *A* nigos *B*, uel rigos *add.* B^1

(Sic Parcae iussere) petit. Ter cardine verso
Praesagum cecinere fores; ter conscia fati
Flebile terrificis gemuit mugitibus Aetna.
Nullis illa tamen monstris nulloque tenetur
Prodigio. Comites gressum iunxere sorores.
   Prima dolo gaudens et tanto concita voto
It Venus et raptus metitur corde futuros,
Iam dirum flexura Chaos, iam Dite subacto
Ingenti famulos Manes ductura triumpho.
Illi multifidos crinis sinuatur in orbes
Idalia divisus acu; sudata marito
Fibula purpureos gemma suspendit amictus.
   Candida Parrhasii post hanc regina Lycaei
Et Pandionias quae cuspide protegit arces,
Vtraque virgo, ruunt: haec tristibus aspera bellis,
Haec metuenda feris. Tritonia casside fulva
Caelatum Typhona gerit, qui summa peremptus
Ima parte viget, moriens et parte superstes;
Hastaque terribili surgens per nubila ferro
Instar habet silvae; tantum stridentia colla
Gorgonis obtentu pallae fulgentis inumbrat.
At Triviae lenis species et multus in ore
Frater erat, Phoebique genas et lumina Phoebi
Esse putes, solusque dabat discrimina sexus.
Brachia nuda nitent; levibus proiecerat auris
Indociles errare comas, arcuque remisso

6 *Statii Theb. IV 780:* Sic Parcae voluere. *De cardine verso cf. ad Rapt. I 269.* 7 *Verg. Aen. IV 519 (cf. Ausoni parent. 4, 17):* conscia fati. 17 *Verg. Aen. IV 139:* purpuream subnectit fibula vestem. 20 *Verg. ecl. 6, 7:* tristia . . bella. 21 *Ovidi met. XII 89:* fulva . . cassis. 25 *Ovidi her. 2, 30:* instar habet *(cf. ars am. III 490, her. 16, 366, Woelfflinius in arch. lexic. II 587 sq.).* 26 *Verg. Aen. XI 66:* obtentu frondis inumbrant; *Senecae Hercul. 355:* tristi vestis obtentu velata. 27 *Statii Ach. I 164:* et plurima vultu Mater inest. 30 *cf. Verg. Aen. I 318.*

6 parche *C* iussere] uoluere *AB Isengr. mg., quod Statii exemplo et Verg. Aen. I 22 defendas* 7 Praesagum *CD*, Praesage *W*, Presagium *q* f///ores *S* concia *A*, concita *B* 8 gemuit] genuit *F* Aetna] henna *A*, ethna *φ (nisi quod* ethn/// *B*[1], na *add. B*[2]*)* 10 gressus *A* iunxere *S*[2], iussere *S*[1] 11 dolos *S*, dolo^is *B* (is *m. 2*) tanto . . . uoto] tanti . . . uoti *F*, tanto . . . ueto *W*, t furto *add. W*[1] concita] concita *B*, conscia *FCWD*, concia *A*, callida *S*, *item* callida uoti *vetus Cuiacii;* conscia *vel propter v. 7 displicet.* 12 It] Id *F* metitur] mtit *B*[1], *unde* metitur *B*[2], mentitur *A*, meditatur *ς* 13 dirum *AD*, dudum *FS*[1]*CB*[1], durum *WS*[2]*B*[2], t diru *add. S*[2] flexura] domitura *Isengr. mg.* cahos *F* 14 famulos Manes] manes famulos *D* 15 multifidos *S*[1], multiplices *S*[2]*W* 16 Ydalia *FW*, Idalia *ex* ttalia *corr. S (m. 2?)* 17 gemma *B*[2], g^ima *B*[1], gemma *ex* gemina *corr. A*[1] 18 parasii *F*[1], parasi/i *B*, parrasii *F*[2]*φ* lycei *S*, licei *q* 19 pandionias *W*, pandioneas *φ*, *ex* pondionias *corr. B* proterit *C* 20 ruunt] *in ras. B*, ruit *A* 22 Typhona] phitona t tiphona *A*, triphona *B*[2], tritona *W*, phitona *FSDB*[1]*C (errorem notavit C*[3]*); de gigante esse sermonem docent verba* qui summa *cqs. (cf. Gigantom. v. 89);* Tritona *nolis defendere coll. Apoll. Sidon. c. XV 6 de Minerva:* necdum . . Tritone truces hilarauerat artus; *ceterum cf. M. Mayer Giganten und Titanten (1887) p. 406 qui varia temptavit perperam* summa] parte *F* 23 Ima uiget parto *C* moriens et parte] moriens partimque *Heinsius*, moriens pariterque *Jeepius;* qui summa peremptus Ima uiget, parte emoriens et parte superstes *Kochius ex cod. C; sane* summa *et* ima *eodem casu efferri par fuit.* 24 nubila] nebula *A* ferro] gyro *Isengr. et vetus Cuiacii* 25 habet *W*, erit *S*, erat *φ; cf. exempla; neque verbi esse formas nimis amavit hic poeta* tantum] tandem *C* 26 Gorgonos *C* optentu *W*, obstentu *S* inumbrat *S*[1], obumbrat *S*[2]*D* 27 At] Ac *C*, h^c *D* triuie *S*, triuie *B*, turme *W* lenis] *B*[2], legis *B*[1], lenis *FS* species] facies *ς* multus] n/rus *B* 28 phebiq; *FSW* phebi *FSW* 29 dabat] facit *ς* 30 leuibus] lembusq; *(sic) S*[1]

Otia nervus agit; pendent post terga sagittae.
Crispatur gemino vestis Gortynia cinctu
Poplite fusa tenus, motoque in stamine Delos
Errat et aurato trahitur circumflua ponto.
    Quas inter Cereris proles, nunc gloria matris,
Mox dolor, aequali tendit per gramina passu
Nec membris nec honore minor potuitque videri
Pallas, si clipeum ferret, si spicula, Phoebe.
Collectae tereti nodantur iaspide vestes.
Pectinis ingenio numquam felicior artis
Contigit eventus: nulli sic consona telae
Fila nec in tantum veri duxere figuras.
Hic Hyperionio Solem de semine nasci
Fecerat et pariter, forma sed dispare, Lunam,
Aurorae noctisque duces; cunabula Tethys
Praebet et infantes gremio solatur anhelos
Caeruleusque sinus roseis radiatur alumnis.
Invalidum dextro portat Titana lacerto
Nondum luce gravem nec pubescentibus alte
Cristatum radiis: primo clementior aevo
Fingitur et tenerum vagitu despuit ignem.
Laeva parte soror vitrei libamina potat
Vberis et parvo signatur tempora cornu.
    Tali luxuriat cultu. Comitantur euntem
Naides et socia stipant utrimque caterva,
Quae fontes, Crinise, tuos et saxa rotantem
Pantagiam nomenque Gelam qui praebuit urbi
Concelebrant, quas pigra vado Camerina palustri,
Quas Arethusaei latices, quas advena nutrit

34 *Cor. Iust. II 116:* Poplite fusa tenus.

35 *Val. Flacci V 442:* circumflua ponto. 37 *cf.* passibus aequis *Verg. Aen. II 724.* 54 *Avieni phaen. 1503:* signantur tempora lunae; *Manili IV 15 (cf. I 53):* signantur tempora. 55 *cf. ad VI cons. v. 321; adde Ovidi ex Ponto II 2, 81:* comitavit euntem. 56 *Verg. Aen. I 497:* stipante caterva. 59 *cf. Verg. Aen. III 700.* 60 *Statii Theb. IV 239:* Alphee .. advena.

32 neruus] ner B^1, uus *add.* B^2 33 uestis gemino *D* cortynia ε, cortinea (*vel verius* cortiuea) *F*, cortinia *q* 34 stamine] carmine *C* Delos] *ex* dolos *corr.* F^1 35 ponto] campo *C* 36 matris] martis *C* 37 tendit] *ex* tendunt *corr.* B^1 39 clypeum *W* ferret si] si ferret *A* phebe *SW* 40 nodantur] *ex* notantur *corr. vid.* C^1, moderatur B^1, nodantur B^2 41 artis *FC*, arti *ADW*, artiş *S*, *item B* 42 nulli B^1, nulle CB^2 consona] conscia *F* 43 ueri] *ex* ueras *corr. S (m. 1?)* 44 yperionio *D*, yperinonio *F*, hiperionio *S*, iperionio *C et* A^1, *cui* n *praefixit* A^2, epereoneo *B* 45 et] *ex* que *corr. S* lunam s; dispare forma *F*, sed forma dispare lunam *W* 46 tetis *C*, thetis *FABDW*, thet' *S* 47 hanelos *FSW*, anelos *q*, anili ς 48 Ceruleusq3 *ex* Ceruleisq3 *corr. A et C* roseis] radiis *C* radiatur] odiatur W^1, *inde* radiatur W^3, *item* W^2 49 tytana *FADWB* 50 nec] non *A* alte] ante *C* 52 Fingitur B^1, pingitur B^2, Fungitur *F* tener ͮ *A* 53 uitrei B^2, niuei B^1 potat] pareat *aliquis ex Anglicis (B?)* 54 paruo] puuo *S (cf. v. 294)* signantur *W* timpora *S*, tympora *A* coṛnu *S* Uberis et signatur tempora parui cornu *C* 55 cultu] *in A a m. 2; spat. vac. reliquit* A^1; questu *C* eunte *C* 56 Naides *F*, Naiades *q* utṛque *S* caterua] corona ς 57 fontes C^2, frontem C^1 crinise *DW*, crinisse FS^2C, crisine S^1AB, crimniso *vetus Cuiacii; sed cf. Vergili Aen. V 38 et Servium ad Aen. I 550.* 58 Gelam] gelan *V* qui] que *D* 59 camerina A^2, carmina A^1 palustri] *ex* plaustri *corr.* A^1, pal ustri *B*, palust' *S*, plaustri *C* 60 arethusei *FWCD*, aretusei *SAB* aduena] auena C^1, *corr.* C^2

Alpheus (Cyane totum supereminet agmen):
Qualis Amazonidum peltis exultat ademptis
Pulchra cohors, quotiens Arcton populata virago
Hippolyte niveas ducit post proelia turmas,
Seu flavos stravere Getas seu forte rigentem
Thermodontiaca Tanaim fregere securi;
Aut quales referunt Baccho sollemnia Nymphae
Maeoniae, quas Hermus alit, ripasque paternas
Percurrunt auro madidae: laetatur in antro
Amnis et undantem declinat prodigus urnam.
    Viderat herboso sacrum de vertice vulgus
Henna parens florum curvaque in valle sedentem
Compellat Zephyrum: 'Pater o gratissime veris,
Qui mea lascivo regnas per prata meatu
Semper et adsiduis inroras flatibus annum,
Respice Nympharum coetus et celsa Tonantis
Germina per nostros dignantia ludere campos.
Nunc adsis faveasque, precor: nunc omnia fetu
Pubescant virgulta velis, ut fertilis Hybla
Invideat vincique suos non abneget hortos.
Quidquid turiferis spirat Panchaia silvis,
Quidquid odoratus longe blanditur Hydaspes,
Quidquid ab extremis ales longaeva colonis

66 *cf. Sidon. c. XI 76.* 82 *Alc. Aviti c. I 207:* Quidquid odoratum.

62 sqq. *ex Statii Ach. II 84—86.* 66 *cf. Ovidi met. XII 606; Sili Ital. II 80.* 69 *Ovidi met. XI 146:* auro madidis . . . glebis. 72 *Verg. Aen. II 748:* curva valle. 75 *cf. Avieni descr. orbis 1142.* 81 *Verg. georg. II 139:* Totaque turiferis Panchaïa *eqs.* 82 *Senecae Herc. 913:* quidquid Indorum seges . . odoris.

61 Cyane] chiane *S*, ciane *ACD*, ticiane *B*, et cyane *F* totum] *om. D*, tuum *B* 62 Amazonidum] Amazonium *AB*¹, d *add. B*² aduncis *DW*, adeptis *AC*, ademptis *FSB* (suppositis epulantur Amazones armis *Statius l. l.*) 63 Pulcra *SACB* arcton *ABD*, arcto *C*, arton *FW*, arthō, *S* (o *sorde obscurius*) 64 Hipolite *C*, Ypolite *φ* ducit niueas *W* niueas] *Heinsio displicebat; placeret fort.* uacuas 65 srastrauere *C* Getas] ietas *B* nigentem *C* 66 Thermodontiaca *εC*, Termodoontiaca *ADW*, Termodoantyaca *F*, Termodantiaca *S* tanaim *AC*, tanaym *DF*, thanaym *S*, tanaȳ *W* 67 baco *W*, bacho *φ* sollempnia *FCB*, solempnia *A* nimphe *FD*, nymphe *φ* 68 Meonie *FSW* quas] quos *B* Hermus] *ex* hermus *corr. F*¹, ermus, *sed* r *non planum* (*paene* n) *S* 69 Percurrunt] Circueunt *W* auro *S*³, duro *S*¹ madidae] grauide *W*, grauidas *Scaliger* letantur *B* antro] auro *F* 70 Annis *C*¹, amnis *C*² et] ad *B*¹, et *B*² 71 Uiderat *C*, *sed* U *m. 2* 72 Henna *A*, Ethna *φ*; *eadem librorum mss. discrepantia adest I 122; II 8; 289: memorabile videtur quod etiam apud Plutarchum Quaest. nat. 23, 2 Αἴτνην traditur, non Ἕνναν; item Columell. X 270 de* Ennaei *et* Aetnaei *dubitatur. Porro Diodorus V 3 huius „anthologiae" pratum non sub monte, ubi Henna sita fuit, sed in ipso monte fuisse significat (cf. Zimmermannus De Pros. raptu et reditu, 1882, p. 19); tamen ubi licebat Hennam servari* 73 Conpellit *F*, uel conpellat *F*² (*fort. tamen m. 1*) zephirum *ω* 74 mea] me *S*¹, *corr. S*³, me͑ *A* la^s^ciuo *A* meatu *F*, uolatu *φ*; *cf. Mar. Victor aleth. I 245* 75 a^s^siduis *A*, ass. *φ* irroras *ω* annum] aruum *Jeepius* 76 nympharum *W*, nimpharum *φ* 78 Nunc] Huc *S* assis *ω* 79 Pubescant] Pinguescant *C* uirgulta *B*², uirtute *B*¹ hibla *FS*, ybla *W*, ibla *φ* 80 Inuidat *B*¹, Inuideat *B*² uinciq; (c *ex* e *corr.*; *etiam* u *ex* u *vel* ri) *F* abneget *S*, abnegat *A*¹, abnuat *φ*, nuat *in ras. F* (*m. 2?*) hortos] ortos *F*, ortus *D*, ortos *φ* 81 thuriferis *DWB*², odoriferis *C*, t͡riferis *S*¹, turiferis *S*³*B*¹*φ*, roriferis *ς quod commendat Heinsius ad Ovidi her. 15, 76* pancaia *CW* 82 odoratis *D* longe] *ras. supra* g *F* Hydaspes] *ε*, idastes *A*, hydastes *B*², hyastes *B*¹, ydaspes *φ* 83 extremis] ext̄nis *F* longaeua colonis] longeuus ab horis harenis *C*, longeuus arenis *ς pauci*, longaeua Sabaeis *Isengrin. mg.*

Colligit optato repetens exordia saeclo.
In venas disperge meas et flamine largo
Rura fove. Merear divino pollice carpi
Et nostris cupiant ornari numina sertis'.
Dixerat: ille novo madidantes nectare pennas
Concutit et glaebas fecundo rore maritat,
Quaque volat vernus sequitur rubor: omnis in herbas
Turget humus medioque patent convexa sereno.
Sanguineo splendore rosas, vaccinia nigro
Imbuit et dulci violas ferrugine pingit.
Parthica quae tantis variantur cingula gemmis
Regales vinctura sinus? quae vellera tantum
Ditibus Assyrii spumis fucantur aeni?
Non tales volucer pandit Iunonius alas,
Nec sic innumeros arcu mutante colores
Incipiens redimitur hiems, cum tramite flexo
Semita discretis interviret umida nimbis.
Forma loci superat flores: curvata tumore
Parvo planities et mollibus edita clivis
Creverat in collem; vivo de pumice fontes
Roscida mobilibus lambebant gramina rivis,
Silvaque torrentes ramorum frigore soles
Temperat et medio brumam sibi vindicat aestu:
Apta fretis abies, bellis accommoda cornus,
Quercus amica Iovi, tumulos tectura cupressus,
Ilex plena favis, venturi praescia laurus;

89 *Alc. Aviti c. I 277:* fecundans germina potu . . maritavit; *Dracont. 3, 3:* rore maritat. 90 sqq. *Dracontii 10, 115:* sequitur vernalis odor, via pulchra rosarum . . et violas. 94 *Cor. Ioh. IV 496.* 97 *anthol. lat. Ries. 199 (Vespae) v. 69:* Iunonius ales *(cf. ibid. 230, 1).*

92 sanguineis . . rosis *in metri exemplo ap. Mar. Victorin. p. 105 K.* 93 *Verg. Aen. IX 579:* pictus . . et ferrugine clarus. 96 *Sili Ital. XVI 178:* Gaetulis . . . fucaret vellus ahenis. 97 *Ovidi de med. formae 33:* volucris Iunonia pennas explicat; *Verg. Aen. III 520:* pandimus alas. 102 *cf. Verg. ecl. 9, 7; Lucani IV 11.* 103 *Ovidi fast. II 315:* pumice vivo. 105 *Ovidi met. V 390:* frigora dant rami. 107 *Verg. georg. II 447:* bona bello cornus. 109 *Val. Flacc. V 53:* venturi praescia *(cf. Verg. Aen. VI 66, Avieni phaen. 123:* Praescia venturis . . . procellis).

84 optato] *ex* optati *corr. S*, optati *Cuiacii vetus* exordia] primordia *FAB* seclo *FDWB*^{1}*V*^{1}, seclo *ex* secli *corr. S (m. 2?)*, secli *Claverius*, celo *B*^{2}, seclo ł celo *A*, fato *V*^{2}, partu *C*; letho *Heinsius*, busto *Isengrinius mg.*; *„vivit ille a saeclo ad saeclum, vetus deponit, novum optato incohat" Buechelerus* 85 disperge] experge *C* flamine *FSAW*^{2}, flumine *W*^{1}*DCB*^{2}, nectare *B*^{1} 86 foue ut merear *W* 88 madi^d^antes *S*^{1}, madefactas *A* 90 Quaque] Quamque *S* uernus] u *adrasum B*^{1}, uarius *B*^{2} rubor *B*^{1}, color *B*^{2} ^h^erbas *A* 91 medioque] madidoque ς *unus prave vel propter v. 88; mihi* radioque *placeret; ita* radios serenos *dixit Claud. Ruf. I 130.* patent] parant *B*^{1}, parent *W*^{1}, patent *B*^{2}*W*^{2} conuecta *C* 92 Sanguineas *C* uaccinea *S* 93 Imbuit] Induit *F (sed* induit *mox aptius legitur v. 111)* 94 Partica *FSAB* uariantur] ueneranfur *(supra* ue *et* rantur *ras.) F*, uariant *C*^{1}, ur *add. C*^{2} gemmis] donis *Isengr. mg.* 95 uin^c^tura *B*, iunctura *D* 96 D itibus (it *ex corr.*) *F*^{1} assirii *FSDW*, asirii *A*, assirie *B*, assiriis *C* fucantur *DW*, fuscantur *q* aeni] aenis *C*, *item, sed* s *erasit W* 97 uolucris *S*, uolucrum *B* pandit uolucer *D* alas *B*^{1}, ales *B*^{2} uolucris Iunonia pennas ς *pauci ex Ovidio* 98 Nec] Non *W* 99 redemitur *F* hiems] *ex* hiens *corr. S*^{1}, genis *B*^{1}, hiemps *B*^{2}, yems *D* flexo] *in ras. B* 100 interuiret *B*^{2}, intenuet *B*^{1}, internitet *Jeepius* humida ω nimbis] mēbris *F*, *punxit et* ł nibis *F*^{2} 102 planicies *F* 103 pumice] punice *F*, pomice *A* 104 Rocida *A* riuis] *ex* ruris *corr. S* 105 torrentes] tollentes *C*, torpentes *S* ramorum *S*^{2}, romore *S*^{1} 106 medio] modico ε*C* brumam *B*^{2}, brumas *B*^{1} uendicat ω 107 bellis et accagomeda *F*^{1}, accomoda *B*, acomoda *A* cornus] pinus *W* *V. 108 om. B*^{1}*, suppl. B*^{2} textura *S* 109 Ylex *FW* praescia] nuncia *F*, priscia *B*^{1}, prescia *B*^{2}; *cf exempla*

Fluctuat hic denso crispata cacumine buxus,
Hic hederae serpunt, hic pampinus induit ulmos.
Haut procul inde lacus (Pergum dixere Sicani)
Panditur et nemorum frondoso margine cinctus
Vicinis pallescit aquis: admittit in altum
Cernentes oculos et late pervius umor
Ducit inoffensos liquido sub flumine visus
Imaque perspicui prodit secreta profundi.
[Huc elapsa cohors gaudet per florida rura.]
    Hortatur Cytherea: legant. 'Nunc ite, sorores,
Dum matutinis praesudat solibus aer,
Dum meus umectat flaventes Lucifer agros
Roranti praevectus equo.' Sic fata doloris
Carpit signa sui. Varios tum cetera saltus
Invasere cohors: credas examina fundi
Hyblaeum raptura thymum, cum cerea reges
Castra movent fagique cava dimissus ab alvo
Mellifer electis exercitus obstrepit herbis.
Pratorum spoliatur honos: haec lilia fuscis
Intexit violis; hanc mollis amaracus ornat;
Haec graditur stellata rosis, haec alba ligustris.
Te quoque, flebilibus maerens Hyacinthe figuris,
Narcissumque metunt, nunc inclita gramina veris,

---

122 *Dracontii 10, 470:* interea .. Lucifer astra Puuiceo praeuectus equo. 128 *Cor. Iust. III 64:* Pratorum spoliatur honos. 130 *anthol. lat. Ries. 897, 45:* alba ligustra.

---

111 *Verg. ecl. 8, 13:* hederam tibi serpere. 112 *Ovidi met. V 385:* Haud procul . . . lacus est .. altae, nomine Pergus, aquae *(Firmicus Mat. de err. prof. rell. 7, 1:* Percus est autem lacus *eqs.).* 116 *Ausoni Mosellae 59:* durante per intima visu cernimus arcanique patet penetrale profundi. (118 *Verg. Aen. I 430:* per florea rura.) 121 *Verg. georg. IV 126:* umectat flaventia culta Galaesus. 122 *Verg. Aen. VII 166, Sili Ital. V 170 et saepius:* praevectus equo; *Lucani VII 342:* Sublimi provectus equo. 125 *Verg. Aen. XII 589:* per cerea castra. 127 *Statii Theb. XI 248:* pulsis exercitus obstrepit armis. 129 *Verg. Aen. I 693:* mollis amaracus.

---

110 Fluctuat] Estuat ł fluctuat *A* hic] *C*, in *q* denso] dempso *C* 111 Hic] Hinc *F* edere *D*, edere *ACB* hic] hinc *F* pompinus *B* ulmus *W* 112 Haut *ω* lacus S^2, latus S^1 Pergum] pargum *S* sycani *FS*, priores W^1, sicani W^2 113 etnemorum *ex corr.* B^1 *(fuisse vid.* imemori) cinctus] tectus *W* 114 Uicinus *S* pallescit] albescit *Wakefieldius ad Lucretium p. 267.* 115 peruius] peruiuius *S* humor *ω* 116 Ducit] Duxit *S* inoffensus *C* sub flumine *F* (f *vix m. 1)* 117 Ymaq; *F* *V. 118 om. ω; suppl. cum alia manus diversa a m. 1 et 2 in F; iacturam notavit* C^3; *versum habent edd. Vicent., Cam., al. Interpolatoris hic versus est; nam demum v. 123 saltus cohors invadit (cf. Bonnet, revue critique 1875 n. 27 p. 8).* choors *F* florida *F*, florea *edd.* 119 Hortatur] Ortatur *F*, *item spatio pro* H *relicto C* cytherea *W*, citherea *CD*, cytharea *F*, citharea *SAB* ite] *om.* B^1, *add.* B^2, ire *S* 120 matutiuus *C*, matutinis *B* aer] r *in ras. S* 121 humectat *ω* flaventes] florentes *W*; *sed intellege sole hesterno retorridos vel marcescentes; ita* flavescere *Plinius h. n. XV 121, XVI 18; fort. etiam Vergili locus sic accipiendus* 122 prouectus *D* doloris *SAW*, cruoris DCB^1, coloris B^2, çoloris ł doloris *F (m. 1 ut vid.)* 123 tum] tunc *FSW* 124 choors *SD*, cho/o *B*, cohors *in mg.* B^1 125 Hybleum *SW*, Ybleum *F*, Ibleum *D*, Hibleum AC^2, Hibilum C^1 raptura *A* themum *A*, thimum *q* 126 fagique caua] fagi caua *D* dimissus FS^1AB, demissus $WDCS^2$ ab aluo] ab uo F^1, al *suppl. m. 2*, aluo *ex* alno *corr. S* 127 obstre pit *(sic) B*, astrepit *A* herbis] undis *C* 128 lilia B^2, ilia B^1 fuscis] flauis ł fuscis *F (m. 1 ut vid.)* 129 hanc] *ex* haut *corr. S*, hac *B* amaricus SB^1, aramacus *A* 130 rosis] *in ras. S* 131 maerens] maerentem *Paul* Hyacynthe *ε*, iacinte *FSAC*, iacente B^1, iacincte B^2DW *V. 132 om.* S^1, *suppl.* S^2 132 Narcisumq; *FCDW*, Narsisumq; *A* metunt] legunt *F* inclyta *W* gramina] germina S^2CW

Praestantes olim pueros: tu natus Amyclis,
Hunc Helicon genuit; disci te perculit error,
Hunc fontis decepit amor; te fronte retusa
Delius, hunc fracta Cephisus harundine luget.
  Aestuat ante alias avido fervore legendi
Frugiferae spes una deae: nunc vimine texto
Ridentes calathos spoliis agrestibus implet:
Nunc sociat flores seseque ignara coronat,
Augurium fatale tori. Quin ipsa tubarum
Armorumque potens dextram, qua fortia turbat
Agmina, qua stabiles portas et moenia vellit,
Iam levibus laxat studiis hastamque reponit
Insuetisque docet galeam mitescere sertis;
Ferratus lascivit apex horrorque recessit
Martius et cristae pacato fulgure vernant.
Nec, quae Parthenium canibus scrutatur odorem,
Aspernata choros libertatemque comarum
Iniecta voluit tantum frenare corona.
  Talia virgineo passim dum more geruntur,
Ecce repens mugire fragor, confligere turres
Pronaque vibratis radicibus oppida verti.
Causa latet; dubios agnovit sola tumultus
Diva Paphi mixtoque metu perterrita gaudet.
Iamque per anfractus animarum rector opacos
Sub terris quaerebat iter gravibusque gementem
Enceladum calcabat equis: immania findunt
Membra rotae pressaque Gigas cervice laborat
Sicaniam cum Dite ferens temptatque moveri
Debilis et fessis serpentibus impedit axem:

146 *Maximiani 5, 49:* calor ille recessit. 157 *Orestis trag. 256:* dum quaerit iter.

136 *Statii Theb. V 582:* illum fracta gemuistis arundine, Fauni. 139 *Ovidi fast. IV 435:* implet lento calathos e vimine textos *(metam. V 393:* calathos . . implet; *Verg. Aen. XI 65).* 142 *Verg. Aen. I 531:* potens armis. 144 *Statii Ach. I 327:* humeros et fortia laxat Brachia. 147 *Focae vita Vergili 77:* Martius horror. 148 *Verg. ecl. 10, 57:* Parthenios canibus *cqs.; Aen. IV 132:* odora canum vis. 158 *Ovidi met. XII 496:* membra inmania. 161 *Statii Theb. X 473:* et impedit axes.

133 amiclys *W*, amiclis *q* 134 elicon *ω* genuit] *ex* gemuit *corr.* *A*[1]*B*[1] disci te] te disci (te *et* ei *m. 2; sequitur spat. vacuum*) *B*, hunc disci *D* error] horror *A* 135 te] hunc *C* retusa *DW*[1] *vetus Cuiacii,* retussa (*paene* recussa) *S*, recusa *C*, recussa *FAB*, reuulsa *W*[2] 136 cephisus] zephisus *DB* arundine *SDW* 137 alias *B*[2], alios *B*[1], alia *D* 138 texto *ACDW*, textos *FSB (sed* tos *in ras. B)* 139 Ridentes *S*[2], Rigentes *S*[1] textos Ridenti *Schraderus* chalathos *A* aggrestibus *F* 141 thori *ω* tŭbarum *S* 142 fort ia *B* turbat *B*[2], latrabat *B*[1] 144 leuibus] leuius uel leuibus *S (fort. m. 1)* laxat] lassat *CW* 145 Insuetisque] Inuentisq; *F* sertis] turris *S*, *sed del.* 146 *Abhinc rarius adhibitus B* lasciuit] latuit *C* recessit] *ex* recedit *corr. S (m. 1?)* *V. 147 om. et in mg suppl. S*[1] 147 Marcius *FSD* fulgure] *ex* fugure *corr. A* 148 Nec *DW*, Hec *q* quae] queq; *A* parthenium *CB*[1], parthemium *DFAB*[2]*W*, ptemiū, *deinde* pthemiū *S*[1] canibus ca *in ras. C*[2] odorem *ex* odores *corr. A*, odorem *q*: odoris *Isengrin. ς; sed enim ipsa Diana odorem scrutatur; ita enim patere cur ipsa hos choros vel florum odores non aspernetur monet Buechelerus* 149 choros *CDW*[1], coros *ex* cohors *corr. A*[1], co^{h}h^{r}ors *B*, thoros *FW*[2], *item S, sed* h *postea add. (m. 1?)* 150 Iniecta] Illecta *C*, Illecta *A*, Iniecta *ex* Illecta *corr. W*[1] tantum uoluit *S* 151 Talia] alia *C*, T *suppl. C*[2] 152 Ece *C* repens] reptens *S* 153 oppida] opida *SA*; arbuta *Baehrensius; sed* oppida *etiam Ovidius met. V 355.* 154 dubios *C*[2], duoos *C*[1] agnouit] t *add. m. 2? F* timultus *S* 155 phaphi *S*, p̈aphi *W* mixtoque] „*desidero* gratoque" *Kochius* 156 Namq; *C* amfractus *ACDW* 158 Encheladum *FACDW* inmania *FA*, imania *C*, imm. *q* findunt] *ex* fundunt *corr. A*, fundunt *CB* 160 Siccaniam *C* cum] *sordibus obscurum in mg. iteravit S*[1] ferens] feriens *S* moneri *A* 161 inpedit *F*

Fumida sulphureo praelabitur orbita dorso.
Ac velut occultus securum pergit in hostem
Miles et effossi subter fundamina campi
Transilit inclusos arcano limite muros
Turbaque deceptas victrix erumpit in arces
Terrigenas imitata viros: sic tertius heres
Saturni latebrosa vagis rimatur habenis
Devia, fraternum cupiens exire sub orbem.
Ianua nulla patet; prohibebant undique rupes
Oppositae duraque deum compage tenebant:
Non tulit ille moras indignatusque trabali
Saxa ferit sceptro. Siculae sonuere cavernae;
Turbatur Lipare; stupuit fornace relicta
Mulciber et trepidus deiecit fulmina Cyclops.
Audiit et si quem glacies Alpina coercet
Et qui te, Latiis nondum praecincte trophaeis
Thybri, natat missamque Pado qui remigat alnum.
    Sic, cum Thessaliam scopulis inclusa teneret
Peneo stagnante palus et mersa negaret
Arva coli, trifida Neptunus cuspide montes
Impulit adversos: tunc forti saucius ictu
Dissiluit gelido vertex Ossaeus Olympo;
Carceribus laxantur aquae factoque meatu
Redduntur fluviusque mari tellusque colonis.
    Postquam victa manu duros Trinacria nexus
Solvit et inmenso late discessit hiatu,
Apparet subitus caelo timor: astra viarum

167 *Dracontii 10, 407:* te tertius heres . .

163 *Verg. Aen. XI 521:* pergere in hostem. 167 *Catulli 64, 346:* tertius heres. 172 *cf. Ovidi met. V 420 sq.* 173 *Verg. Aen. VII 515:* insonuere . . . Audiit. 177 *Statii Theb. IV 239:* Qui te flave natant. 178 *Verg. georg. II 451 sq.:* undam levis innatat alnus Missa Pado. 181 *Verg. Aen. I 81:* cuspide montem Impulit. *De Neptuno autem isto cf. Philostratus imag. II 14: Πηνειὸς . . . περιβεβλημένων τῶν ὀρῶν . . . ῥήξει οὖν ὁ Ποσειδῶν τῇ τριαίνῃ τὰ ὄρη καὶ πύλας τῷ ποταμῷ ἐργάσεται κτλ.: ceterum cf. Lucanus VI 343 sq*

162 sulfureo *D* praelabitur] plabitur *W*, dilabitur *D*, delabitur *S* 163 Ac] Et *S*, a *C* uelud *FAC* occultus] *ex* occultū *corr. W*¹ 165 Transsilit *D* inclusos] elusos ς *Isengr. (vetus Cuiacii?), quod defendit E. Stoeckerus De Cl. poet. (1889) p. 20.* limite] milite *F* 167 Terrigenos *A* 168 latebrosa] tenebrosa *DW* 169 Deuia] Meuia *S* sub orbem *S*², per urbem *S*¹ 170 prohibebant] prodibant *W* 171 duraque] siculaqȝ *S*¹*DW*, duraqȝ *S*², solitaqȝ *Isengrinius mg.*, solidaque *Heinsius* conpage *F* tenebat *S* 172 Non] Nō (*fere 3 litt. crasae*) *S* indignāsqȝ *S* (*virgulam m. 2*) 173 Saxa *C*², Sceptra *C*¹ ceptro *FA* sonuere] tremuere *W* cauernae] caterue *AB* 174 lipare *W*, liphare *F*, liparis *q* 175 Mmulcifer *A* deiectit *S* fulmina] *ex* flumina *corr. C* cyclops *W*, ciclops *FSACD* 176 coercet *CD*, cohercet *q* 177 latiis *D*, laciis *F*, latis *q* nondum] nūd' *S* precinte *F* 178 Tymbri *F*, Tybri *SW*, Tibri *ACD* natat] natāt *S*, nata *W* alnum] *infra versum suppl. S*¹ 179 Sic] ic *C* tessaliam *FADW* 180 Peneo *A*², Peonio *A*¹ stāgnante *S*, stanante *C* et] cum *F* m̄sa *C*¹*B*; m̄sa *C*² negaret *SACD*, negaret *(sic) F (in mg.* uel *legitur non addita varia lectione)*, negarent *W* 181 triphida *S* 182 Inpulit *F* tunc] tam *W* *malim* forti tunc 183 Dissiluit *WDSA*², Se soluit *A*¹*B*¹*CF* (*ubi glossator explicat* dissoluit se) osseus *SW* Olympo] alumpno *S*, olimpo *q* 184 factoque] subitoqȝ *D*, fartoqȝ *S*, fractoqȝ ς 185 fluuii qȝ *F* (*fuerat* fluuiusqȝ) 186 manu] palus *(in ras.?) W* tynacria *B*, tinacria *AC* 187 inmenso *FS*, inmērso *A*, immenso *q* dicessit *S*¹, s *inseruit S*² hyatu *DW*, iatu *S* 188 pparet *A*, Apict (?) *S*¹, Apparet *S*² caelo] celi *W* tumor *F*

Mutavere fidem: vetito se proluit Arctos
Aequore; praecipitat pigrum formido Booten:
Horruit Orion. Audito palluit Atlas
Hinnitu: rutilos obscurat anhelitus axes
Discolor et longa solitos caligine pasci
Terruit orbis equos; pressis haesere lupatis
Attoniti meliore polo rursusque verendum
In Chaos obliquo certant temone reverti.
Mox ubi pulsato senserunt verbera tergo
Et solem didicere pati, torrentius amne
Hiberno tortaque ruunt pernicius hasta:
Quantum non iaculum Parthi, non impetus Austri,
Non leve sollicitae mentis discurrit acumen.
Sanguine frena calent: corrumpit spiritus auras
Letifer: infectae spumis vitiantur harenae.
Diffugiunt Nymphae: rapitur Proserpina curru
Imploratque deas.
Iam Gorgonis ora revelat
Pallas et intento festinat Delia telo
Nec patruo cedunt: stimulat communis in arma
Virginitas crimenque feri raptoris acerbat.
Ille velut stabuli decus armentique iuvencam
Cum leo possedit nudataque viscera fodit
Vnguibus et rabiem totos exegit in armos:
Stat crassa turpis sanie nodosque iubarum
Excutit et viles pastorum despicit iras.

193 *Prosper de ingratis 910:* longa ex caligine. *Venant. Fort. vitae Mart. I 6:* longa caligine. 201 *Dracontii 2, 76:* Sic currit mentis acumen. *Corippi Ioh. VI 233, VIII 4:* mentis discurrit acumen. 202 *Cor. Ioh. IV 155.* 208 *cf. Alc. Aviti c. II 50.*

189 *Ovid. met. II 172:* vetito . . . aequore. 190 *ibid. 176; Iuvenalis 5, 23:* pigri . . Bootae. 198 *Statii Theb. VI 407:* Amnibus hibernis. 202 *Ovidi met. III 75:* vitiatas inficit auras. 206 *Cic. de provinc. cons. 23:* tela intenta. 208 *Verg. Aen. XI 407:* crimen acerbat. 211 *Verg. Aen. II 357:* Exegit caecos rabies.

189 uetito] t *alterum m. 2 S* arctos AS^1, c *del.* S^2, arthos *FCW* 190 Booten] *Claverius; om.* S^1 bootem *W*, bootē *C*, boetem FS^2, boetē *AD* 191 Atlas] athla *C*, athlas *ς* 192 Hynnitu *F* hanelitus *FSW*, anelitus *AC* 193 longa] o *a m. 2, S* solitus *C* solitos longa *W* 194 orbis] *ex* orbes *corr. C* pressis] et pressis *C* lupatis S^2, lupasis S^1 195 Attoniti, *S* 196 certant] temptant *C*, pugnant *ς*, *et ita sane Statius Theb. III 28:* pugnatque reverti. 197 pulsato] *ex* paulato *corr. A*, temptato *C* 198 didiscere *S* amne] anne *C* 199 Hyberno *S* 200 Q unạnṭū ṇ *(sic punxit) F* parchi *A* inpetus *F* 201 Non] *ras. supra F*, Hec *D*, Nec *ς* leue S^2, bū S^1 sollicite *S* 203 arene *AD*, aristae *Schraderus* *Post v. 203 non pauca periisse statuit Bonnet l. l., frustra; quam enim desiderat ille de ipso raptu narrationem consulto omisit poeta quam elegantius proferret III v. 202 sqq.; bis autem idem narrare non licebat.* *V. 204 om. C; defectum notavit* C^3 204 nymphe *W*, nimphe *ς* 205 gorgonis FSA^2WD, gorgonos CB^1A^1 206 Pall' *S* telo] telo $B^1Aς$, cornu B^2, *idem add.* A^1, neruo V^2 207 stịmulat *S* arma] iras *S* 208 ferit, *sed* t *adrasum S* raptoris] uictoris *S* 209 Ille] Tunc ille, *sed* Tunc *del.* S^1 uelud *FAC* stabuli] *ex* stabili *corr. A*. *Agnoscenda artificiosa in his verborum collocatio: „Ille velut leo [fuit] cum iuvencam possedit“ eqs.; prorsus eodem modo Propertius II 2, 7:* incedit uel Ioue digna soror Aut cum Dulichias Pallas spatiatur ad aras; *hoc est enim: „aut velut Pallas cum spatiatur“ eqs. Non recte de hoc loco Vahlen in Indice lect. Berol. aest. 1885 p. 14.* 210 Cum] Ceu *C* fodit] cedit *C* 211 rabie in totos S^1, e *in* ē *corr.* S^2 exegit S^2, effudit S^1 212 grassa *A* turpis crassa *F* sanie D^2, rabie D^1 nodisqꝫ CB^1

'Ignavi domitor vulgi, deterrime fratrum',
Pallas ait; 'quae te stimulis facibusque profanis
Eumenides movere? tua cur sede relicta
Audes Tartareis caelum incestare quadrigis?
Sunt tibi deformes Dirae, sunt altera Lethes
Numina, sunt tristes Furiae, te coniuge dignae.
Fratris linque domos, alienam desere sortem:
Nocte tua contentus abi. Quid viva sepultis
Admisces? nostrum quid proteris advena mundum?'
Talia vociferans avidos transire minaci
Cornipedes umbone ferit clipeique retardat
Obice Gorgoneisque premens adsibilat hydris
Praetentaque operit crista; libratur in ictum
Fraxinus et nigros illuminat obvia currus
Missaque paene foret, ni Iuppiter aethere summo
Pacificas rubri torsisset fulminis alas
Confessus socerum: nimbis hymenaeus hiulcis
Intonat et testes firmant conubia flammae.
Invitae cessere deae. Compescuit arcum
Cum gemitu talesque dedit Latonia voces:
'Sis memor o longumque vale. Reverentia patris
Obstitit auxilio, nec nos defendere contra
Possumus: imperio vinci maiore fatemur.
In te coniurat genitor populoque silenti
Traderis, heu! cupidas non aspectura sorores
Aequalemque chorum. Quae te fortuna supernis
Abstulit et tanto damnavit sidera luctu?
Iam neque Partheniis innectere retia lustris
Nec pharetram gestare libet: securus ubique

216 *Cor. Iust. I 118:* in sede relictis; *Cl. Mar. Victoris aleth. III 321, Prisciani periey. 345:* sede relicta. 230 *Dracontii 10, 330:* generum confessus. 231 *cf. Alc. Aviti c. I 192.* 234 *Alcuini carm. 57, 52:* Sis memor et nostri semper ubique vale.

221 *Statii Theb. VIII 109:* Nox tua. 223 *Verg. Aen. II 679:* Talia vociferans. 224 *Tacit. Agr. 36:* ferire umbonibus. 225 *Ovidi met. IV 799:* Gorgoneum . . hydros. 228 *Ovidi Ib. 72:* aether . . summe. *De Iove intercedente cf. Euripidis Helenae v. 1317 sq., Apollodori bibl. I 5, 1.* 229 *Val. Flacci II 97:* fulminis alis. 231 *Catulli 63, 27:* tua firmes conubia flamma. 234 *Verg. ecl. 3, 79:* longum formose vale. 239 *Ovidi fast. IV 449:* chorus aequalis *Proserpinae.* 242 *Verg. Aen. I 336:* gestare pharetram.

214 uulgi] quae te *C (ex v. 215 irrepsit)* deterrime] teterrime ς *Isengr.* 215 Pallis *S* 216 Eumenidesqꝫ *S* tua] *AC,* tue *FDW, item S, sed* e *ex corr.; non recte de hoc loco Hilberg in actis conventus philologorum XXXIX p. 235.* 217 tartare/is *(fuit* as?) *S* incestare] infestare *εF: cf.* incestis *I 66* squadrigis *C* 218 Dirae] diue *SD* Lethae *dativum malebat Heinsius* 220 domus *D* 221 contentus] *ex* contemptus *corr. A* 222 nostrum] nrm *W* quid] q (ad) *S* (ad *m. 2*) proteris] polluis *D* 223 minaci *C*², meatu *C*¹ 224 clypeiqꝫ *W* 225 adsibilat *S*¹*C,* assibilat *S*²*q* idris *D,* ydris *q* 226 Praetentaqꝫ *W*³, Praetereaqꝫ *W*¹ operit *ω;* petit *conieci* Praetentasqꝫ aperit cristas ς *Claverius et* Praetentas *certe ex vetere Cuiacii, insulse; „non premit solum equos, sed operit, premit hydris, operit crista" Buecheleru*s libratur] uibratur *C* 227 currus] cursus *F* 228 ni] nisi *W* iupiter *ω* summo] *in ras. F*¹, uulso *W,* missus *S, dein corr.* summo *S*¹ *(fort. S*²*),* summo ł uulso *D* 229 Pacificas] Paciferas *F* fulminis *εFD,* luminis *SACW* 230 socerum] generum *vetus Cuiacii; cf. Drac.* himeneus *CDW,* ymeneus *S,* yminens *F(A?),* hymenaeon *Heinsius* hyulcis *SW,* yulcis *AC* 231 firmant *ex* formant *corr. A* connubia *FSA* flame *C* 232 conpescuit *F* arcum] iram *F* 233 talemqꝫ *D* Latonia] tritonia *F* uocem *D* 238 adspectura *S* 239 thorum *W* supernis] sr̄nis *S* 240 dampnauit *supra lin. F*¹ dampnarunt ς *unus Heinsii* sydera *S*², secula *S*¹ 241 pa(r)theniis *C,* parthemiis *SADW* lustris *S*², siluis *S*¹ 242 Nec] Non *F* pharetras *FSW* libet] licet *S*

Spumet aper saevique fremant impune leones.
Te iuga Taygeti, posito te Maenala flebunt
Venatu maestoque diu lugebere Cyntho.
Delphica quin etiam fratris delubra tacebunt.'
  Interea volucri fertur Proserpina curru
Caesariem diffusa Noto planctuque lacertos
Verberat et questus ad nubila tendit inanes:
  'Cur non torsisti manibus fabricata Cyclopum
In nos tela, pater? Sic me crudelibus umbris
Tradere, sic toto placuit depellere mundo?
Nullane te flectit pietas nihilumque paternae
Mentis inest? Tantas quo crimine movimus iras?
Non ego, cum rapido saeviret Phlegra tumultu,
Signa deis adversa tuli: nec robore nostro
Ossa pruinosum vexit glacialis Olympum.
Quod conata nefas aut cuius conscia culpae
Exul ad inmanes Erebi detrudor hiatus?
O fortunatas alii quascumque tulere
Raptores! saltem communi sole fruuntur.
Sed mihi virginitas pariter caelumque negatur,
Eripitur cum luce pudor, terrisque relictis
Servitum Stygio ducor captiva tyranno.
O male dilecti flores despectaque matris
Consilia! o Veneris deprensae serius artes!
Mater, io! seu te Phrygiis in vallibus Idae
Mygdonio buxus circumsonat horrida cantu,
Seu tu sanguineis ululantia Dindyma Gallis
Incolis et strictos Curetum respicis enses:

243 *Licentius ad Augustinum 20*: Spumat aper . . fremit leo; *Luxorius 304, 17 Ries.*: spumantis apri. 249 *Cor. Ioh. VIII 296*: fundit inanes. 255 *Cor. Ioh. I 453*: cum staret Phlegra tumultu. 258 *Paulini Nol. c. 27, 565*: tantae conscia culpae.

243 *Verg. Aen. I 324*: spumantis apri; *Iuvenalis V 116*: Spumat aper *(cod. Pithoei)*: *cf. Senec. de ira I 1, 6; de* fremit *cf. Verg. Aen. IX 339.* 245 *cf. Statii Theb. VIII 196.* 247 *Horati c. I 34, 8*: volucremque currum. 248 *Ovidi met. IX 636*: planxitque . . . lacertos; *Statii Theb. XII 110*: planctu crevere lacerti. 250 *Ovidi met. I 259*: Tela . . manibus fabricata Cyclopum. 260 *cf. Verg. georg. II 458.* 266 *cf. Ovidi a. am. II 313.* 267 *Ovidi met. V 397* (matrem clamat), *fast. IV 447*: io carissima mater, Auferor! 269 *Lucani I 567*: ulularunt . . Galli.

243 saeuique] seuumq; *W* 244 taygeti *W*, taigeti *DS¹C*, taigiti *A*, tageti *F*, tgeti (a *supra* g) *S²* menala *FSCW*, menela *A* 245 lugebere] u *ex* o *corr. S¹* cyntho *WS*, cintho *q* 246 Delfica *F* *ras. ante* quin *S* 247 curru] cursu *S* 248 notho *SCADW* planctuq; *F* 249 tendit] rumpit *SDW* 250 ciclopum *FCD* 252 toto] tuto *Baehrensius* 253 Nulla *et* ne *supra lin. F¹*, null'a ne *(sic) S* pietas flectit *D* nihilumque *DW*, nilume *F*, nullumne *A*, nullumq; *C*, nihilumne (.i. nihil *supra*) *S*, *item vetus Cuiacii* 254 inest *S²*, bonus *S¹* tantas] pignus *D* nouimus *F* 255 rabido *Heinsius* phlegra *SV*, flegra *FACDW* 256 Signa *F* nec] non *FA* 257 glacialis uexit *D* Olympum] alumpnum *F¹*, olimpum *F²SCDW(A?)* 258 con/ata *S* nephas *FSW* concia *F* culpae] noxe *S* 259 inmanes *FS*, imm. *q* herebi *ω* hyatus *FSW*, yatus *C* 260 fortunatas] a *alterum ex corr. F* tulere] tulerunt *W* 262 celum pariter que *S* 264 Seruitum] *ex* Seruicium *(?) corr. F¹*, Seruicium *W*, Infelix *Cuiacii vetus (?)* stigio *FSCW* tiranno *ACD* 265 dilecti] *ex* dilecte *radendo corr. S*, dilecti dilecti *A* que] *om. C* 266 Concilia *S*, Consilia *ex* Concilia *corr. A* Veneris] *ex* ueneres *corr. F¹* 267 io] yo *SC* phrigiis *SC*, frigiis *q* yde *FSCW* 268 Mygdonio *ε*, Migdonio *FSAD*, Mindonio *C*, Migdonie *W* buxu' *S* 269 tu] u *ex corr. F*, te *ε* dindima *FSCDW* 270 curretum *F*, curre(n)tum *A*

Exitio succurre meo! compesce furentem!
Comprime ferales torvi praedonis habenas!'
    Talibus ille ferox dictis fletuque decoro
Vincitur et primi suspiria sensit amoris.
Tunc ferrugineo lacrimas deterget amictu
Et placida maestum solatur voce dolorem:
    'Desine funestis animum, Proserpina, curis
Et vano vexare metu. Maiora dabuntur
Sceptra nec indigni taedas patiere mariti.
Ille ego Saturni proles, cui machina rerum
Servit et inmensum tendit per inane potestas.
Amissum ne crede diem: sunt altera nobis
Sidera, sunt orbes alii, lumenque videbis
Purius Elysiumque magis mirabere solem
Cultoresque pios; illic pretiosior aetas,
Aurea progenies habitat, semperque tenemus
Quod superi meruere semel. Nec mollia desunt
Prata tibi; Zephyris illic melioribus halant
Perpetui flores, quos nec tua protulit Henna.
Est etiam lucis arbor praedives opacis
Fulgentes viridi ramos curvata metallo:
Haec tibi sacra datur fortunatumque tenebis
Autumnum et fulvis semper ditabere pomis.
Parva loquor: quidquid liquidus complectitur aer,
Quidquid alit tellus, quidquid maris aequora verrunt,
Quod fluvii volvunt, quod nutrivere paludes,
Cuncta tuis pariter cedent animalia regnis
Lunari subiecta globo, qui septimus auras
Ambit et aeternis mortalia separat astris.
Sub tua purpurei venient vestigia reges
Deposito luxu turba cum paupere mixti
(Omnia mors aequat!); tu damnatura nocentes,

280 *Sedulii c. pasch. I 239:* rerum machina. 294 *Sidon. c. V 198, Sedulii c. pasch. III 338, Dracontii 2, 43:* Parva loquor; *cf. Alc. Aviti c. I 318.* 298 *Dracontii 9, 20:* Lunares non passa globos.

278 *Ps. Ov. her. 16, 342:* vanos . . metus. 282 *Verg. Aen. VI 640 sqq.:* Largior hic *eqs. Statii VIII 46:* Amissumque odisse diem. *Titi dictum* diem perdidi *Suet. Tit. 8; Auson. ad Gratian. 16.* 290 *cf. Heynii excursus 6 ad Verg. Aen. l. VI v. 136;* lucis . . opacis *ibid. 673.* 294 *Lucani IX 783:* Parva loquor *(cf. Iuvenci I 486); Verg. georg. I 404:* liquido . . in aere. 295 *Horati c. IV 5, 10:* maris aequora; *cf. Verg. Aen. II 780.* 300 *Ovidi met. VII 103:* rex . . purpureus.

271 meo] meo su *C* conpesce *F*, compessᶜe *A* 272 Couprime *F* 273 Talibus] alibus *C* 274 sensit] sentit ς *vix unus* 275 deterget] *scripsi;* detersit ε*F*, detergit φ 276 dolorem] timorem *W* 278 uano] uario *FC* 279 Ceptra *FA* 280 Ille ł Nempe *A* machina] maxima *C* rerum] mundi ς 281 inmersum *FA*, immensum φ 283 Sydera *S* alii] *ex* a'i *corr. S* 284 elipsyumqꝫ *F*, Elisiumqꝫ φ 285 pretiosior] ᵉpstitior *S* 286 habitant ς 287 desunt] deerunt *temptabat Heinsius* 288 Zephyris ε, zephiris ω halant *D*, ˌalant (h *erasum*) *S*, alant *FA*, aflant *W*, ornant *C*, alat *add. C*[1] 289 Henna] *cod. Bononiensis, ut fertur, unus; cf. v. 72;* ethnna *(sic) A*, ethna φ 290 opaccis *C*, Auerni *Isengr. mg.*, Auernis *Heinsius* 292 tenemus ł bis *A* 293 Autonnum *C* dotabere *Heinsius* pomis] *in* doniss *mut. W*[1] 294 puna *S (cf. v. 51)* 295 maris] salis *vetus Cuiacii; sed cf. exempla* uerrunt *FW*, uertunt φ 296 uoluunt] nolunt *F* nutere *F*, ⁱntriuere *D* 297 pariter] etiam *F* cedent] cedunt *FSW* 298 subiçecta *A* 299 separat] *ex* ceperat *corr. A* 300 uestigia] fastigia *F* 301 mixti] mixtim *A V.* 302 *om. S* mors] *ex* mox *corr. A* eqnant *A*

Tu requiem latura piis; te iudice sontes
Improba cogentur vitae commissa fateri.
Accipe Lethaeo famulas cum gurgite Parcas.
Sit fatum quodcumque voles.'
Haec fatus ovantes
Exhortatur equos et Tartara mitior intrat.
Conveniunt animae, quantas violentior Auster
Decutit arboribus frondes aut nubibus imbres
Colligit aut frangit fluctus aut torquet harenas;
Cunctaque praecipiti stipantur saecula cursu
Insignem visura nurum. Mox ipse serenus
Ingreditur facili passus mollescere risu
Dissimilisque sui. Dominis intrantibus ingens
Assurgit Phlegethon: flagrantibus hispida rivis
Barba madet totoque fluunt incendia vultu.
Occurrunt properi lecta de plebe ministri:
Pars altos revocant currus frenisque solutis
Vertunt emeritos ad pascua nota iugales;
Pars aulaea tenent: alii praetexere ramis
Limina et in thalamum cultas extollere vestes.
Reginam casto cinxerunt agmine matres
Elysiae teneroque levant sermone timores
Et sparsos religant crines et vultibus addunt
Flammea sollicitum praevelatura pudorem.
Pallida laetatur regio gentesque sepultae
Luxuriant epulisque vacant genialibus umbrae.
Grata coronati peragunt convivia Manes;
Rumpunt insoliti tenebrosa silentia cantus;
Sedantur gemitus. Erebi se sponte relaxat
Squalor et aeternam patitur rarescere noctem

305 *Alc. Aviti c. II 297:* commissa fateri. 322 *cf. Cor. Iust. I 210—215.*

307 *Ovidi met. V 403:* Exhortatur equos. 308 sq. *ex Verg. Aen. VI 309:* quam multa . . . cadunt folia. 309 decutere *ex Verg. georg. II 404, Horati epod. 11, 6.* 310 *Plin. paneg. 81 fin.:* frangere fluctus. 314 *Ovidi met. XI 273:* Dissimilisque sui. 322 *Statii Theb. II 227:* casta matrum cinxere corona . . . solanturque timorem. *Ps.-Ovid. heroid. 16, 183:* agmine matres. 325 *Martiani Cap. IX 903:* Flammea . . obnubere sueta pudorem. 331 *Verg. Aen. X 746:* aeternam . . noctem.

303 piis] quies *S* 305 letheo *SW* famulos *W* 306 uoles] uelis *C* Sit fatum] *ita scripserat* S^1, Sit factum *Cuiacii vetus*, Sitque ratum S^2 hec fatus *ACW (cf. III 330)*, sic fatus *FSD (cf. III 108)* 307 Tartara] tenera S^1A^1, tartatara S^2, tartara $A^2\varsigma$, Taenara *Isengr. mg.; cf. I v. 2. De descensus loco copias adeas Zimmermanni p. 21; tamen Taenara inde defensionem non habebit.* mitior] miscior *A* 308 uiolentior] truculentior *D* 309 Discutit *W*, Deicit *F* 310 Colligit aut frangit harenas *(sic?) C* arenas *SA* 311 Cuntaq3 *S* saecula] tartara A^2F, *idem in mg.* S^1, secula $A^1S^1\varsigma$ 312 nurum] nirum *D* 314 sui] suu *C*, sui *W (sic)* 315 phlegeton *S*, flegeton ς ispida *S*, yspida *C* 316 totoque] tostoque *Heinsius* uultu] fluctu ł uultu C^1 317 properi *DW*, propere ς lecta] media *F*, leta *(?), fort. tamen* lecti S^1; *del. et in mg.* lecta l. leta S^2, leta *C*, lecta ς, lecti ς; *cf. Haverfieldius in diurnali philologo Anglico XV.* 318 reuocant] reuocat *FW*, remouent *Burmannus; sed cf.* equos revocare *Ps. Ovidi her. 21, 87* 319 emeritos] *ex* immitos *corr.* C^1, euentos F^1, emeritos F^2 320 aulea *SW* 321 talamum *FSW* attollere *F* 322 cixerunt *F* 323 Elysie *SW*, Elisiae *C*, Elisie *FD*, Helisie *A* tenero] *bis scr., sed corr. C* timorem *W*, doloris *vetus Cuiacii, unde* dolores *Claverius.* 325 Flamea *C* solicitum *A* preuallatura *C* pudorem] *ex* tumorem *(?) corr.* W^1 326 leetatur *S* 328 coronati] *„cum soleant coronari manes a propinquis, iam suapte manu coronatos miramur" Buechelerus, ne abundare hic versus videatur.* 330 herebi ω

Vrna nec incertas versat Minoia sortes.
Verbera nulla sonant nulloque frementia luctu
Impia dilatis respirant Tartara poenis:
Non rota suspensum praeceps Ixiona torquet:
Non aqua Tantaleis subducitur invida labris.
Solvitur Ixion et Tantalus invenit undas
Et Tityus tandem spatiosos erigit artus
Squalentisque novem detexit iugera campi
(Tantus erat!), laterisque piger sulcator opaci
Invitus trahitur lasso de pectore vultur
Abreptasque dolet iam non sibi crescere fibras.
 Oblitae scelerum formidatique furoris
Eumenides cratera parant et vina feroci
Crine bibunt flexisque minis iam lene canentes
Extendunt socios ad pocula plena cerastas
Et festas alio succendunt lumine taedas.
Tunc et pestiferi pacatum flumen Averni
Innocuae transistis, aves, flatumque repressit
Amsanctus: fixo tacuit torrente vorago.
Tunc Acheronteos mutato gurgite fontes
Lacte novo tumuisse ferunt, hederisque virentem
Cocyton dulci perhibent undasse Lyaeo.
Stamina nec rumpit Lachesis; nec turbida sacris
Obstrepitant lamenta choris. Mors nulla vagatur
In terris, nullique rogum planxere parentes.
Navita non moritur fluctu, non cuspide miles:
Oppida funerei pollent inmunia leti,
Impexamque senex velavit harundine frontem
Portitor et vacuos egit cum carmine remos.

333 *Lucani VI 78:* Classica nulla sonant. 335 sq. *Verg. georg. IV 484:* Ixionii vento rota constitit orbis; *Tibulli I 3, 74; Senecae Herc. fur. 750.* 339 *Verg. Aen. VI 596* (novem iugera *Tityi*). 340 *Lucani IV 588:* lentus .. sulcator. 341 *cf. Catulli 68b 84.* 348 *cf. Verg. Aen. VI 239 sq.* 352 *Horati c. I 25, 17:* hedera virente. 353 *Horati epod. 9, 38:* dulci Lyaeo. 355 *Lucreti V 221:* mors .. vagatur. 359 *consol. ad Liviam 224:* implexum .. harundine crinem.

332 minoṇia *A*, minonya *SW* 333 fre̓quentia *(hamulum m. 2) W* 334 respirant] respondent *C* 335 praeceps] terris *C* yxiona *FSD* *V. 337 deesset in A si Elisio fides; spurium hunc v. dixit Heinsius.* 337 yxion *FSD*, yssion *C* et tantalus inuenit undas *S*, inuenit tantalus undas *q* 338 tythius *S*, titius *DW*, ticius *F*, *item (fort. tamen* titius) *A*, tition *C* sapaciosos *A* erigit] exigit *A* 339 Snalentis *S* 340 Tautus ł tutus S^1 erat *om. D* sulcator] *ex* succator *corr. C* opaci] *temptari* adacti 341 lasso] lapso *C* 342 Abreptasque] *SCD*, Arreptasq; *FAW*, Abruptasque *Heinsius*, Direptasque *Burmannus*, Abreptusque *L. Reinhardt* non ᶜᵒcrescere F^1 343 sceleris *W* formidandiq; *F* 344 crathera *A*, paterasq; *D* 345 Crine] Ore *L. Reinhardt; „sed pro crine habent cerastas et hic crinis ipse bibere dicitur" Kochius.* lene] leue *D* 346 socias *F* cerasthes *A*, cerastes *D; si serpentes sunt illc* crinis *v. 345, hos* cerastas *pro armillis acceperim.* 347 Et faustas *Heinsius* alio *ACD*, alie *FSW* succiendunt *F* 348 paccatum *C*, paẹcatum *S* 349 transsistis *F*, transitis *S* flatumque] fluctumq; *S*, fletumq; ς *unus fere* repressit] repēstit, *dein* t *prius in* s *corr.* S^1 350 Amsanctus *A*, Ansanctus ε, Iam sanctus *C*, Anxantus *SW*, Axantus *F*, Amfractus *D* (Amfracti *etiam cod. Romanus Vergili Aen. VII 565*). 351 acherontheos *S* 352 timuisse *F* 353 Cochiton *FACD*, Chochitō *S*, Cochitum *W* peribeat *DW* lyeo *SA*, lieo *q* 354 nec] non *D* rumpit] rupit *C* nec *alterum*] non *D* sacris] *om.* F^1, *add.* F^2 355 Obstrepidant *S* 356 nullique] nullumq; *F*, nulli (*om.* que) *A* parentes ł sorores *A* 358 Opida *SA* pollent] possent *in* pollent *corr. S*, pallent *F* (*gloss. explicat:* gaudent) inmunia *FSA*, imm. *q* 359 Inpexamq; *FSW*, Implexamq; *A*, *cf. Gronovius diatr. Stat. cap. 17;* Impexos *vetus Cuiacii* arundine *SADW* frontem] crines *vetus Cuiacii* 360 portitor F^2, Fortior F^1 egit] *expectabam* sedat; *nisi quod remiganti carmen aptius; cf. illud celeuma p. lat. minor. Baehr. III p. 167*

Iam suus inferno processerat Hesperus orbi:
Ducitur in thalamum virgo. Stat pronuba iuxta
Stellantes Nox picta sinus tangensque cubile
Omina perpetuo genitalia foedere sancit,
Exultant cum voce pii Ditisque sub aula
Talia pervigili sumunt exordia plausu:
'Nostra potens Iuno tuque o germane Tonantis
Et gener, unanimi consortia discite somni
Mutuaque alternis innectite vota lacertis.
Iam felix oritur proles: iam laeta futuros
Expectat Natura deos. Nova numina rebus
Addite et optatos Cereri proferte nepotes.'

LIBER TERTIVS.

(XXXVI.)

Iuppiter interea cinctam Thaumantida nimbis
Ire iubet totoque deos arcessere mundo.
Illa colorato Zephyros illapsa volatu
Numina conclamat pelagi Nymphasque morantes
Increpat et Fluvios umentibus evocat antris.
Ancipites trepidique ruunt, quae causa quietos
Excierit, tanto quae res agitanda tumultu.
Vt patuit stellata domus, considere iussi
Nec confusus honor: caelestibus ordine sedes

369 *Dracontii 6, 52:* Brachia virgineis adnectens . . lacertis.
1 *cf. Alc. Aviti c. IV 625.* 6 *Dracontii 2, 79:* quae causa quietas Sollicitet.

361 *Verg. ecl. 6, 86:* processit Vesper. 366 *Lucreti I 150:* nobis exordia sumet.
1 *Verg. Aen. V 13:* cinxerunt . . nimbi. 3 *Statii Theb. VII 6:* Borean illabere; *Verg. Aen. IV 223:* voca Zephyros et labere pennis. 6 *Verg. Aen. IV 379:* ea cura quietos Sollicitat.

362 thallamum *F*, talamum *AW*, thalamis *C* 363 Stellatos *D* nox] *ex* mox *corr. A* 364 Omnia *(?) D* sancit] sanccit *D*, sanxit *q*, sancit *ς* 365 cum] tum *ς*; *sed* cum *non praepositionis, sed coniunctionis locum habet* aula] a"la *C* *V. 366 post 367 scripsit, sed ordinem corr. S¹* 367 Nostra potens] Nostra parens *S*, Nostripotens *vel* Nocte potens *Heinsius*, Nostra precor Iuno *conieci* 368 unanimis *C*, *item F, sed ita ut s postea add. videatur m. 1* *V. 369 om. W¹, suppl. m. rec.* 369 alternis] alterius *S* connectite *D* nota] colla *S²F*, nota *S¹q*; *de votis cf. e. g. I 132;* colla lacertis *tritum Ovidio esse monet Bluemlein, cf. met. I 733, VI 625, XI 240, Stat Ach. II 270* discite] *C*, ducite *q*; *cf. epith. Pallad. 130. Stil. II 74* somni *C* 371 numina] nomina *W* 372 Addite] Audite *S* proferte] perferte *ε*

Inseritur in F inter libros II et III praefatio quae ad c. de VI. cons. Honorii pertinet Deest praefatio huic tertio *adnotat ε.* Liber III. *D;* De raptu Proserpinae lib. III. *m. rec. in W; inscriptionem om. q*

1 Iuppiter] upiter *C*, Iupiter *q* interrea *F*, intera *S* tenmanthida *S*, tanmantida *q* 2 totosq; *C* accersere *AW* 3 zephiros *ω*, I zephiris *F³ (fort. = F¹)* illapsa] elapsa *W*, inlapsa *vetus Cuiacii*, transgressa *Isengr.* uolato *A* 4 cūclamat *S* nimphasq; *FAS*, nimfasq; *D* 5 humentibus *ω* 6 Ancipides *S* ruunt] ritūt *W* qs̄ causa quietos excic *(sic) C* 7 Exierit *S* agitata *C* 8 iussi *F*, iussit *C* 9 Nec] Ne *C* honor] *sic ω*

Prima datur; tractum proceres tenuere secundum
Aequorei, placidus Nereus reverendaque Phorci
Canities; Glaucum series extrema biformem
Accipit et certo mansurum Protea vultu.
Nec non et senibus Fluviis concessa sedendi
Gloria; plebeio stat cetera more iuventus,
Mille Amnes. Liquidis incumbunt patribus udae
Naides et taciti mirantur sidera Fauni.
Tum gravis ex alto genitor sic orsus Olympo:
'Abduxere meas iterum mortalia curas
Iam pridem neglecta mihi, Saturnia postquam
Otia et ignavi senium cognovimus aevi:
Sopitosque diu populos torpore paterno
Sollicitae placuit stimulis impellere vitae,
Incultis ne sponte seges grandesceret arvis,
Vndaret neu silva favis, neu vina tumerent
Fontibus et totae fremerent in pocula ripae
(Haut equidem invideo — neque enim livescere fas est
Vel nocuisse deos — sed, quod dissuasor honesti
Luxus et humanas oblimat copia mentes),
Provocet ut segnes animos rerumque remotas
Ingeniosa vias paulatim exploret egestas
Vtque artes pariat sollertia, nutriat usus.
'Nunc mihi cum magnis instat Natura querellis
Humanum relevare genus, durumque tyrannum
Inmitemque vocat regnataque saecula patri
Commemorat parcumque Iovem se divite clamat,
Qui campos horrere situ dumisque repleri

14 *Sidon. carm. VII 39:* inde priores consedere dei; fluviis quoque contigit illo, sed senibus residere loco.

16 *Calpurn. 2, 14:* pede Naides udo. 17 *Ovidi fast. V 275:* tacitus mirabar. 18 *Verg. Aen. II 1* sic orsus ab alto. 19 *Lucanus VII 311:* curas abduxit. *De v. 19 sqq. cf. Verg. georg. I 121—135, praeterea e. g. Manil. I 73—88, Diodorus I 8.* 23 *Propert. III 6, 1:* sollicitae .. vitae. 25 *Verg. l. l. 131:* mellaque decussit foliis ... rivis currentia vina repressit. 27 *Verg. ecl. 1, 11:* Non equidem invideo. 28 *Senecae epist. 108, 7:* honesti dissuasor. 29 *Verg. georg. III 135:* nimio ne luxu ... sulcos oblimet inertis. 32 *Verg. georg. I 133:* ut .. usus meditando extunderet artes; *Manili I 80:* sollertia fecerat artes ... repperit usus *(ceterum cf. Elpides, Marpurgi 1881, p. 26 et 105).* 33 *cf. Statii Ach. I 588.* 37 *Enni sat. 14 M.:* campus ... horret.

11 reuerendaque] *DS*[1], et lucida *S*[2]*FAC*, ł reuerendaq; *add. A*[1], et lurida *W*, caerula *Isengrinius in mg.; certe non lucida, sed immanis Phorci natura; cf. Prelleri mythol. Gr. I p. 459.* phorci *WS*, forci *q* 12 series] *in* sedes *mut. A*, sedes *F* 13 prothea *ω* 14 fluuiis senibus *A* 15 plebeo *SDW* 16 amnes *C* patribus] *in* partibus *corr. D* udae] unde *SC*, inde *W*; *de* udae *cf. Burmannus ad Gratii cyneg. v. 17* 17 Nayades *FS*, Naiades *q*, Naides *ς ut fertur unus* tacidi *S*, placidi *Isengr.* sidera *S*[1], sydera *S*[2] 18 Tum] Tunc *FDW* olimpo *ω* 19 Abduxere] Adduxere *WC*; *cf. Lucani l. l.* 20 neclecta *S* 21 commouimus *Schraderus* 22 torpore] torpere *S*, languore *C* 23 inpellere *F* 24 ne] neu *S* granesceret *W* 25 neu ... neu *FAD*, ne ... ne *SW*, neu ... ne *C* tumerent] *om. S*[1], *suppl. S*[2] 26 totae] toto *W* rippe *C* toti ... riui *Jcepius* 27 Haud *A* inuideo] inuidia *S*, inuidia est *C* neque] nec *WD* 28 nocuisse] licuisse *C* deos] deo *F* quod] quid *S* 29 et] ut *C* oblimat ł (obli)quat *A* mentes] montes *C* 30 ut] *pendet ex* impellere *v. 23 sicut* ne *v. 24 sq.* animas *C* remotas] moratas ł remotas *A* 31 Ingenuosa *C* 32 Vtque] Atque *D* pariant *S* 33 Hunc *A* querelis *ω* 34 releuare *F*[2], reuelare *F*[1] tirannum *FACD* 35 Innitemq; *FAS*, Imitemq; *C*, Inm. *q* patris *A* 36 parcumque] pcũq; *W* 37 Qui *DW*, Cui *A*, Cur *FC*, Quid *S* campos] *ex* compos *corr. F*[1]

Rura velim. nullis exornem fructibus annum.
Se iam, quae genetrix mortalibus ante fuisset.
In dirae subito mores transisse novercae:
»Quid mentem traxisse polo, quid profuit altum
Erexisse caput, pecudum si more pererrant
Avia, si frangunt communia pabula glandes?
Haecine vita iuvat silvestribus addita lustris,
Indiscreta feris?« Tales cum saepe parentis
Pertulerim questus, tandem clementior orbi
Chaonio statui gentes avertere victu:
Atque adeo Cererem, quae nunc ignara malorum
Verberat Idaeos torva cum matre leones,
Per mare, per terras avido discurrere luctu
Decretum, natae donec laetata repertae
Indicio tribuat fruges, currusque feratur
Nubibus ignotas populis sparsurus aristas
Et iuga caerulei subeant Actaea dracones.
Quodsi quis Cereri raptorem prodere divum
Audeat, imperii molem pacemque profundam
Obtestor rerum, natus licet ille sororve
Vel coniunx fuerit natarumve agminis una,
Se licet illa meo conceptam vertice iactet:
Sentiet iratum procul aegide, sentiet ictum
Fulminis et genitum divina sorte pigebit
Optabitque mori: tunc vulnere saucius ipsi
Tradetur genero, passurus prodita regna,
Et sciet an propriae conspirent Tartara causae.
Hoc sanctum: mansura fluant hoc ordine fata.'
Dixit et horrendo concussit sidera motu.
    At procul armisoni Cererem sub rupibus antri
Securam placidamque diu iam certa peracti
Terrebant simulacra mali, noctesque timorem

40 *Ovidi her. 12, 188:* dira noverca; *Quintil. I 11, 2:* transit in mores. 42 *Lucreti V 1208:* caput erigere. 47 *cf. Serv. ad georg. I 8.* 48 *Verg. Aen. I 630:* ignara mali. 56 molem imperii *Velleius II 131;* pace profundissima *Mamert. pan. Maxim. 14.* 58 *cf. Verg. Aen. I 329.* 60 *Horati c. III 16, 11:* ictu fulmineo; *Lucret. V 488:* fulminis ictu. 62 *Verg. Aen. XII 5:* saucius . . vulnere. 66 *Ovidi met. I 179:* concussit caesariem cum qua . . . sidera movit. 69 *cf. Verg. Aen. IV 450. 465.*

38 Rura] Arua *D* nullis] *sic A*, et nullis *SD*, nullisq; *FWC* 39 Se] Sed *W* genitrix *D*, rectis *C*, rectrix *q* 40 mores] morem *D*, mortem *C* transisse] transire *FA* 41 traxisse] transisse *C* 42 capud *FC* more] morte *F*, more *in mg.* F^1 43 frangunt] frangant *FA* 44 Haecine] lisine *S* addita] abdita ς; *sed* addita *scriptum est eodem sensu quo mox* indiscreta 46 questus εω clementior S^2, elementior S^1 47 Caonio *FAW* 48 adeo] ideo ε*FS* 49 ideos *F*, ydeos *SDW* torua cum] cum torua *D* 51 Decretum] Decretum est *A* letata S^2, letate S^1 52 Indicitio *C* 53 Nubibus] Auius ς *perpauci ex v. 43* sparsurus S^2, srsurus S^1 54 actea *FAW*, acthea *S* 55 Quod si quis] qs si quis *C* diuum] durum *F* 56 pacem molemq; profundam *C* 57 Obstestor *(sic) F* sororue S^2, sororne S^1 58 Uel] Ut S^1, uel S^2 coniunx *CD*, coniux *q* natarumue *DW*, natarumq; *q* agmine summa *F* 59 Se licet εω illa] ille *SW* conceptum *A* iactat *W* 60 Seneiet *S* iratam *SC* aegide ε, egida *CA*, egide *q* seneiit *S* ictus *C* 61 sorte] stirpe *C* 62 Obtabitq; *S* tunc] cum *FS*, tum *A* saucius] languidus *C* 64 proprie, prop *ex corr.* W^1 65 Hoc sanctum est *V*, Hoc factum *W* fluunt *S* ordine] cardine *CD* facta *A* *V. 66 om. D* sidera S^1, sydera S^2 motu] nutu ς *pauci* 67 sub rupibus A^2, terroribus A^1 68 certa] cuncta t certa F^1 69 timores *A*

Ingeminant omnique perit Proserpina somno.
Namque modo adversis invadi viscera telis,
Nunc sibi mutatas horret nigrescere vestes,
Nunc steriles mediis frondere Penatibus ornos.
Stabat praeterea luco dilectior omni
Laurus, virgineos quondam quae fronde pudica
Vmbrabat thalamos: hanc imo stipite caesam
Vidit et incomptos foedari pulvere ramos
Quaesivitque nefas. Dryades dixere gementes
Tartarea Furias debellavisse bipenni.
Sed tunc ipsa sui iam non ambagibus ullis
Nuntia materno facies ingesta sopori:
Namque videbatur tenebroso obtecta recessu
Carceris et saevis Proserpina vincta catenis,
Non qualem Siculis olim mandaverat arvis
Nec qualem roseis nuper convallibus Aetnae
Suspexere deae: squalebat pulchrior auro
Caesaries et nox oculorum infecerat ignes
Exhaustusque gelu pallet rubor, ille superbi
Flammeus oris honos, et non cessura pruinis
Membra colorantur picei caligine regni.
Ergo hanc ut dubio vix tandem agnoscere visu
Evaluit: 'Cuius tot poenae criminis?' inquit.
'Vnde haec informis macies? cui tanta potestas
In me saevitiae? Rigidi cur vincula ferri
Vix aptanda feris molles meruere lacerti?
Tu mea, tu proles? an vana fallimur umbra?'
Illa refert: 'Heu dira parens nataeque peremptae

86 *carm. de provid. divina 615:* Suspexere deos.

71 *Ovidi am. II 10, 31:* adversis . . . telis; *II 14, 27:* viscera telis. 76 (*Verg. Aen. XII 208:* ima de stirpe recisum). 77 *Catulli 64, 224:* pulvere foedans. 83 *Ovidi met. XV 601:* vincite catenis. 87 *ibid. III 33:* Igne . . oculi. 89 *Plini paneg. 8:* honor . . oris. 93 *Verg. georg. IV 255:* Deformat macies. 96 *Ovidi met. IX 460:* fallitur umbrA.

70 somno (so *in ras.*) *C*, sumpno *S* 71 inuadi] euadi *C* 72 Nunc] Iam *W* nigrescere] pallescere *F* 73 Nunc] non *C* 75 quondam quae] quae quondam *A*, tandem quae *C*, olim quae *Isengr.* fronde] fronte *C* 76 Umbrarat *Heinsius; sed cf. archiv. lex. IV 592* talamos *SW* imo (imā *S*) stipite cesam (celsam *C*) *WFSC*, imo cespite cesam *A*, uno cespite cesam *D*, stirpe recisam *Isengrinius in mg. volens* ima *pro* imo (*ex Rufin. I 56; Vergili Aen. XII 208*). 77 incūptos *S*, in cunctos *W* (*corr. m. 4*) 78 Quaesiuitque] *SACW*, Que siniţ *F*, Quaerentiq; *D* nephas *FS* Dryades *ε*, driades *F*, driades *ç* 79 Tartarea *S* fureas (*sive* fureas?) *S* bipenni *FS*[1]*CDW*, securi *AS*[2] 81 Nunncia *A* maternos *D* ingesta *FS*[1]*W*, inserta *A*, incerta *CS*[2], incesta *D* (*cf. Lucani VII 785*) 82 tenebrosa *S* obtecta *AWD*, obiecta *F*[1], obiecta † obducta *F*[2], obducta *SC* 83 seuis *ex* sanīs *corr. S* uincta *S*[1], uisa *S*[2], tecta *C* cathenis *FCW*, chatenis *A* 85 Nec] Non *AC* cuuallibus *S*, conualibus *F* Aetnae] yde *W*, ethne *ç*, Ennae *Palmannus* 86 Suspexere] Inspexere *F*, Prospexere *A* pulcrior *ASC* auro] *ex corr. W* 87 ignes] orbes *W* 88 Exustusque *Heinsius* rubor *FS*, pudor *ç* superbi] superni *F* 89 Flameus *C* oris] orbis *C* honor *S* et] *om. A* cesura *C* 91 Ergo ut hanc dubio tandem cognoscere *F* uisu] risu *C*[1], nisu *C*[2] 92 inquid *F* 93 Unde haec] Unde est *D* macies] facies *F* cui] cur *FS* 94 In me] In te *L. Reinhardt; sed cf. v. 181* seuicie est *W*, est *om. ç* uingula (c *add. m. 2*) *C* 95 optanda *C* 96 Tu mea] An mea *F* an *S*[1], uel *S*[2] 97 heu] na heu *C* dira] torua *F* (*cf. I 128, III 49*), dura *AD* (*cf. v. 212*)

Immemor! heu fulvas animo transgressa leaenas!
Tantane te nostri tenuere oblivia? tantum
Vnica despicior? Certe Proserpina nomen
Dulce tibi, tali quae nunc, ut cernis, hiatu
Suppliciis inclusa teror. Tu saeva choreis
Indulges? Phrygias vel nunc interstrepis urbes?
Quodsi non omnem pepulisti pectore matrem,
Si tua nata, Ceres, et non me Caspia tigris
Edidit, his, oro, miseram defende cavernis
Inque superna refer. Prohibent si fata reverti,
Vel tantum visura veni.'
Sic fata trementes
Tendere conatur palmas. Vis improba ferri
Impedit et motae somnum solvere catenae.
Obriguit visis: gaudet non vera fuisse:
Complexu caruisse dolet. Penetralibus amens
Prosilit et tali compellat voce Cybeben:
'Iam non ulterius Phrygia tellure morabor,
Sancta parens: revocat tandem custodia cari
Pignoris et cunctis obiecti fraudibus anni.
Nec mihi Cyclopum quamvis extructa caminis
Culmina fida satis. Timeo ne fama latebras
Prodiderit leviusque meum Trinacria celet
Depositum. Terret nimium vulgata locorum
Nobilitas. Aliis sedes obscurior oris
Exquirenda mihi; gemitu flammisque propinquis
Enceladi nequeunt umbracula nostra taceri.

99 *Alcimi Aviti c. VI 324:* Tantane te nostri tenuere oblivia. 105 *Ennodii 43, 63 (Vogel):* Caspia . . . tigris. 115 *Ennodii 43, 123:* sancte parens.

98 *Verg. Aen. II 722:* fulvique . . leonis. 99 *Ovidi trist. I 8, 11:* Tantane te . . . cepere oblivia nostri? *(cf. Statii Theb. V 625).* 100 *Val. Flacci IV 161:* nomen . . praedulce mihi. 102 *Verg. Aen. IX 612:* indulgere choreis. 105 *Verg. Aen. IV 365 sqq.:* generis nec Dardanus auctor, sed . . . Caucasus . . . tigres; *Stat. Theb. X 288:* Caspia . . tigris. 109 tendere palmas *Vergilius saepius.* 110 *ad rem. cf. Ciris 402.* 113 *Verg. Aen. V 161 (cf. IV 304), Lucani IX 226:* compellat voce. 117 *Verg. Aen. VI 630:* Cyclopum educta caminis moenia.

98 Inmemor *FS*, Imm. *q* fuluas *CW*, fuluos *DF*, l a *supra scr.* F^1, fuluo *S*, senas *A* leaenas] leones *DF in quo* l *supra scr., sed deest varia lectio,* leones (a *supra scr.*) *S* 100 certe] non est *F* *V. 101 et 102 sic contraxit D:* Dulce tibi quae inclusa teror tu saeua choreis 101 nunc *ex* non *corr.* W^1 cernis *FDW*, cernor *AC*, cernor *S* 102 teror] *ex* tenor *corr. S*, precor *F*, feror *Isengr., idem apud Claverium „vetus lectio"* coreis *FC* 103 Indulges] Indulgens *Jeepius* frigias *FA*, *item,* a *ex corr. S*, frigiasq; *CDW* uel nunc interstrepis] *FA*, que uel nunc interstrepis *S*, etiamnunc interstrepis *W*, etiamnunc instrepis *CD*, etiamnunc perstrepis *L. Reinhardt* 104 Quod l Sed *S* pepulisti *SD*, repulisti *q* pectore] e pectore ς 105 tua nata] *sic F (recte; supple* sum*; de ellipsi huius verbi cf. indicem),* tu sancta *C*, tu nota *q* et non me] et te non ε, et me non *vetus Cuiacii* meșcaspia *C* tygris *SW* 106 hiis *FSA* 108 tantum] tamen *D*, saltem *A* 110 Inpedit *FS* somnū *C* soluere] mouere *D* cathene ω 112 Conplexu *F*, Amplexu *ex* cūplexu *corr. S* amens] imis *C* 113 Prosilit] Exilit *D* compellat *F* cybelen *SD*, cybelem *W*, cibelen *F*, cibelem *AC*, Cybeben *Corte ad Lucanum I 600* 114 phrigia *CD*, frigia *q* 115 Seancta *(sic) F* tandem] nam me *F* 116 cunctis] certis *F* 117 Nec] Non *A* ciclopum *FACD* extructa] constructa, *sed* const *ex corr. a m. 2 F* 118 fama] fida S^1, fama S^2, fida l fama W^1 119 leuiusque] leuiterq; *F* celet] celant *A*, seruet ς 121 sedes] edes *D* horis (h *supra scr.*) *A*, horis *q* 122 flamisq; *C* propinqui *W* 123 Encheladi ω

Somnia quin etiam variis infausta figuris
Saepe monent, nullusque dies non triste minatur
Augurium. Quotiens flaventia serta comarum
Sponte cadunt! quotiens exundat ab ubere sanguis!
Larga vel invito prorumpunt flumina vultu
Iniussaeque manus mirantia pectora tundunt.
Si buxus inflare velim, ferale gemiscunt;
Tympana si quatiam, planctus mihi tympana reddunt.
Ah vereor, ne quid portendant omina veri!
Hae longae nocuere morae!'
'Procul irrita venti
Dicta ferant', subicit Cybele: 'nec tanta Tonanti
Segnities, ut non pro pignore fulmina mittat.
I tamen et nullo turbata revertere casu.'
Haec ubi, digreditur templis. Sed nulla ruenti
Mobilitas: tardos queritur non ire dracones
Inmeritasque movens alterno verbere pennas
Sicaniam quaerit, cum needum absconderit Idam.
Cuncta pavet speratque nihil. Sic aestuat ales,
Quae teneros humili fetus commiserit orno,
Allatura cibos et plurima cogitat absens:
Ne gracilem ventus decusserit arbore nidum,
Ne furtum pateant homini, ne praeda colubris.
Vt domus excubiis incustodita remotis
Et resupinati neglecto cardine postes
Flebilis et tacitae species apparuit aulae:

125 *Cor. Ioh. II 328:* triste minatur. 129 *ibid. 300:* maerenti pectore. *Licentius ad Augustinum 48:* contundite pectora palmis. 137 *Prosper de ingratis 592:* Mobilitate ruens.

125 *Verg. Aen. V 7:* triste . . . augurium. 129 *Ovidi am. III 9, 10:* pectora . . tundat . . manu; *Verg. Aen. I 197:* maerentia pectora. 132 *Calpurn. 3, 34:* ah vereor. 133 *Catulli 30, 9:* tua dicta . . . ventos irrita ferre; *64, 142:* quae . . discerpunt irrita venti *(Ovidi met. VIII 134:* inania venti Verba ferant; *Lygdamus 4, 9:* irrita ferre notos; *cf. Otto in Woelfflinii archivo IV 20).* 135 *Ovidi trist. II 33:* sua fulmina mittat Iuppiter. 141 sq. *cf. Horati epod. 1, 19 sq.*

124 Sumpnia *S* uaris (*paene* naris) *S* infausta *CW*, infecta *FA*, infesta *D*, infasta *S* 125 monent] mouent *CW* nullusque dies non] omnisque dies mihi *S* 127 sponte] o *ex corr. W* exundat] exsudat *D*, exudat *F*, *quod si probes,* ab *vix defendi possit; aliter* sudarit sanguine *Vergilius et Ennius; sed cf. Senecae Phaedr. 103:* vapor exundat antro 128 prorumpunt *S²*, prorumpit *S¹* 129 Iniusseq; *D*, Inuseq; *FW*, Inuiseq; *S¹AC*, Inuiteq; *S²* mirantia] maerentia *ε* tundunt *FA*, tondunt *C*, tendunt *SW* 130 buxus] *sic ω* gemescunt *AS* 131 Timpana *FDA et* (na *supra lin.*) *C* plactus *F* timpana *FDAC* 132 Ah *C*, Ha *q* omina] omina uel somnia *ε*, oia *S*, omnia *D* 133 Hae] He heu *A*, Hee *S*, Hee *D*, He *CW*, Heu *F* nocuere] micuere *D* 134 subicit *CW*, subiit *DFS*, subcit (?) *A* cibele *ACDW* nec] non *W* 136 turbata *F* 137 ubi] ita *A* disgreditur *F*, degreditur *A*, digditur *D* ruenti] uidetur *F*, ruenti ł reuerti *A*; *cf. Prosper* sat nulla ruenti Mobilitas *Heinsius; „immo sua mobilitas ruenti nulla mobilitas est vel esse videtur" Kochius* 138 dracones] iugales *A*, iugales ł dracones *F¹*: *sic sane* ire iugales *Dracont. 6, 78* 139 Inmeritasq; *FS*, Imm. *q* moneus *D* 140 Sic aniam *S* needum *DA*, no dum (o *ex corr.*) *S*, nondum *FCW* absconderit *W Cuiacii vetus (cf. Vergili Aen. III 291)*, abscenderit *C*, ascenderit *q* ydā *S*, ydam *FW*, idam *AD*, ydram *C* 141 pauet] timet *D* speratque] superatq; *C*, superatq; *A* 142 comiserat *A*, commiserat *D* 143 Aallatura *A*, Alatura *S* 144 gracilem] gracili *ex* gracilem *corr. A* nidum decusserit arbore uentus *A* decusserit] *A*, discusserit *q* 145 furtum] furtis *C* pateant *A*, pateat *FS*, iaceant *q* colubris *S* 148 tacite, *et* i *et* e *obscurata F* aparuit *F*, arparuit *A*

Non expectato respectu cladis amictus
Conscidit et fractas cum crine avellit aristas.
Haeserunt lacrimae; nec vox aut spiritus oris
Redditur, atque imis vibrat tremor ossa medullis;
Succidui titubant gressus; foribusque reclusis,
Dum vacuas sedes et desolata pererrat
Atria, semirutas confuso stamine telas
Atque interruptas agnoscit pectinis artes.
Divinus perit ille labor, spatiumque relictum
Audax sacrilego supplebat aranea textu.
    Nec deflet plangitve malum: tantum oscula telae
Figit et abrumpit mutas in fila querellas;
Attritosque manu radios proiectaque pensa
Cunctaque virgineo sparsa oblectamina ludo
Ceu natam pressat gremio; castumque cubile
Desertosque toros et, sicubi sederat olim,
Perlegit: attonitus stabulo ceu pastor inani,
Cui pecus aut rabies Poenorum inopina leonum
Aut populatrices infestavere catervae;
Serus at ille redit vastataque pascua lustrans
Non responsuros ciet imploratque iuvencos.
    Atque ibi secreta tectorum in parte iacentem
Conspicit Electram, natae quae sedula nutrix
Oceani priscas inter notissima Nymphas.
Par Cereri pietas; haec post cunabula dulci
Ferre sinu summoque Iovi deducere parvam
Sueverat et genibus ludentem aptare paternis.
Haec comes, haec custos, haec proxima, mater, haberi.

170 sqq. *cf. Cl. Mar. Victor aleth. III 176 sqq.*

151 *Reposiani 19:* spiritus oris. 152 *Verg. Aen. II 120 (XII 447):* per ima cucurrit ossa tremor; *Iuvenal. 8, 90:* ossa . . medullis. 153 *Statii Theb. IV 663:* Succiduique gradus, *Verg. Aen. V 332:* vestigia . . titubata; *Ovid. met. VII 647:* foribusque reclusis. 158 *Iuvenal. 14, 61:* aranea tela. 159 oscula figere *Verg. Aen. I 687 al.* 163 *Val. Flacci II 137:* castumque cubile. 165 sqq. *Statii Theb. III 45—52* (amissos . . . ciet ordine tauros). 176 *Martialis XI 39, 2:* pueri custos assiduusque comes; *cf. Verg. Aen. V 546.*

149 expectatae *Claverius* cladis] claudis *A* 150 Conscidit] *ed. Vicent. (ς?),* Consudit *(sic) S.* Concidit *ς; cf. Terent. Eun. 820 et 646* et] *om. S* auellit] reuellit *F* 151 nec uox aut] non uox non *D,* nec uox nec *F* 152 atque] ac *C,* aut *W,* ex *Isengr. in mg.* uibrat] uibeat *S* tremor] timor *FC* 154 pererrat] perrut *(sic) S* 156 interruptas *F,* interceptas *ς; cf. Verg. Aen. IV 88* agnoscit] cognoscit *FD,* agnoscis (d) *C* *Inde a v. 158 in F folia falso consuta sunt; quae sex unius ternionis folia si litteris r s t u x y denotantur, fol. s et t habent v. 279 sqq., fol. u et x habent v. 158 sqq., denique fol. y exhibet v. 389 sq.; folia huius ternionis sic se excipere debebant: r u x s t y.* 158 suplebat *FW* 159 Nec] Hec *FS* deflet] delet *W* plangitue *SW,* plangitꝗ *ς* tantum *CD,* tunc *F,* tamen *WA,* t (i) *S¹,* tū *S²* 160 Fingit *C* arrumpit *A,* abrūppit *S,* abrupit *C,* absumit *Gesnerus* mutas] multas *FC* in fila] *bis scr. S* querelas *ω* 161 Attritosqꝫ *SC,* Astrictosqꝫ *ς* 162 ludo *S²,* luda *S¹,* uirginei . . . ludi *Heinsius* 163 Ceu] Seu *S* pressat] pressit *FSC; sed totus locus in tempore est praesenti* castumque] *CW,* carumqꝫ *FSAD* 164 thoros *ω* sic ubi *AS* sederit *W* olim] illa *W* 165 attonitos *C¹,* attonitus *C²* ceu] seu *S,* sic *W* 166 aut] ac *C* penorum *FSAW* inopina] inoblita *W* leonum] luporum *A* 167 cateruae] carine *D* 168 Seuus *D* at ille] ad illa *FCD* lustrans *C²,* lustrat *S,* lustris *C¹* 169 sciet *S, item C* 170 ibi] *WD,* ita *F,* ubi *SC,* in *A* secreta tectorum (telorum *C*) in parte *CWDS,* tectorum secreta in parte *F,* secreta tectorum parte *A* 171 Conspicit] Aspicit *ς* natae quae] que nate *F* 172 nimphas *FA,* nimphas (s) *C,* nimfas *D* 174 paruā, uā *in ras., W* 175 ludentem *F²,* lugentem *F¹* paternis *ςω* 176 *intellege „proxima, quin etiam mater“ vel „proxima, quippe mater“: „altera mater“ intellegi maluit Buechelerus quasi „secunda a vera genitrice“*

Tunc laceras infusa genas et pulvere canos
Sordida sidereae raptus lugebat alumnae.
Hanc aggressa Ceres, postquam suspiria tandem
Laxavit frenosque dolor: 'Quod cernimus', inquit,
'Excidium? Cui praeda feror? Regnatne maritus
An caelum Titanes habent? Quae talia vivo
Ausa Tonante manus? rupitne Typhoia cervix
Inarimen? fractane iugi compage Vesevi
Alcyoneus Tyrrhena pedes per stagna cucurrit?
An vicina mihi quassatis faucibus Aetna
Protulit Enceladum? nostros an forte Penates
Appetiit centum Briareia turba lacertis?
Heu, ubi nunc es, nata, mihi? quo, mille ministrae,
Quo, Cyane? volucres quae vis Sirenas abegit?
Haecine vestra fides? sic fas aliena tueri
Pignora?'
Contremuit nutrix, maerorque pudori
Cedit, et aspectus miserae non ferre parentis
Emptum morte velit longumque inmota moratur
Auctorem dubium certumque expromere funus.
Vix, tamen haec:
'Acies utinam vesana Gigantum
Hanc dederit cladem! Levius communia tangunt.
Sed divae, multoque minus quod rere, sorores
In nostras (nimium!) coniuravere ruinas.
Insidias superum, cognatae vulnera cernis
Invidiae. Phlegra nobis infensior aether!
'Florebat tranquilla domus; nec limina virgo
Linquere nec virides audebat visere saltus

180 *Lucani VII 124:* frenosque . . ira laxat. 181 *Senecae Herc. 1186:* cui praeda iacui? 189 *Ovidi heroid. 4, 150:* Heu ubi nunc *eqs.; fast. IV 456:* filia, dixit, ubi es? *de Proserpina.* 191 *Properti IV 3, 11:* Haecne marita fides? 194 *Sili Ital. V 601:* emptum volet. 198 *Verg. Aen. VI 97:* quod minime reris. 202 *Statii silv. V 1, 142:* Florebant hilares inconcussique penates.

177 Tunc] Tum *A*, Sed *D* infusa] *D*, effusa *q*, suffusa *Heinsius*, perfusa *idem; sc. infunduntur genae lacrimis; atque placeret pro* laceras *si* lacrimis *rescriberetur* genas *SDW*, comas *q* canos] cano *A vetus Cuiacii* 179 agressa AS^2, egressa S^1 180 frenosque] flemsqß *(sive* flerusqß?) *F* (lem *ex corr. ut vid.; schol. „frenum" explicat)*: fletusque ς *unus; sed cf. Lucan.* cernimus] criminis *A* inquid *A* 181 Exidium *A* regn *ante* cui *C*; cui *scr.* C^2 feror] ferox *S*. ceres *D*; fuit *temptari (sc. filia); sed cf. v. 94* regnatne] regnatqß *S*, niuitne *W* 182 tytanes *SW* 183 Typhoeia ε, typhocea *S*, typhoea *W*, tiphoia *A*, tiphoea *FD*, tiphea *C* 184 Inarimē *C*, Inarīm *S*, Inaxim *D*, In acrinam *A*, Ynarimem *ex* Ynaninem *corr. F*, Ynarimes *W* fractaqß *W* uesei *A*, ueseui *S*, uese' *C* 185 Alcioneus *W*, Altioneus *C*, Alchinoeus *S*, Alcionus *A*, Alcineus *D*, Alcinois *F* Tyrrhena pedes per stagna] *sic ω nisi quod* terrena *F*, tyrrena *W*, tirrena *q* 186 faucibus] fascibus *D* ethna *ω* 187 encheladum *ω* 189 Heu *SC*, Heus *q*; *cf. Ovid.* nunc es] *A*, nunc est *q*, nunc ubi ς ministrae *et* Cyane *vocativi; nam* vestra *sequitur v. 191.* 190 Cyane] ciane *CAD*, chiane *S* uolucres quae vis] quamuis uolucres *W* syrenas *WA*, syrenes *S*, sirenas *D*, sirenes *C et (gloss.* sirenas) *F* abegit] adegit *C* 191 hecsine S^1, heccine S^2F, Eccine *A* uestra] nostra *ADW* si fas C^1, sic fas C^2, sit fas *D* 192 cūtremuit *S* merorqß *A* (or *ex corr.*) F^1 pudori † timori *A*, timori ε 193 Cedit] cessit *S*, Credit *A* parentes S^1, parentis S^2 195 Auctorem] Raptorem *F*, Acctorem *C* exponere *D* *V. 195 om. Cuiacii vetus.* 196 utinam] iterum *W* 197 Hanc cladem dederit *C* commuⁿia F^1, comunia *A* 198 Sed] s C^1, *unde* sȝ C^2 dine C^2, din C^1 quod] quam FS^2D, quod S^1q: *cf. Verg.* rere S^2, nere S^1 199 In nostras] Innuᵹas (*i. e.* Innumeras) *W* ruinas] querelas *C* 200 Insidias C^2, Insidia C^1, Innidias *D* cognatae] CDW^1, cognataqß $FSAW^2$ 201 flagra *A*, flegra *q* infensior *WC*, *item, sed paene* insensior *S*, incensior *F*, *item, sed* s *ex* d *corr. A*, nobisqß nocentior *D* 202 limina] lumina *A*, lumina *S*

Praeceptis obstricta tuis. Telae labor illi;
Sirenes requies. Sermonum gratia mecum,
Mecum somnus erat cantique per atria ludi:
Cum subito (dubium quonam monstrante latebras
Resciecrit) Cytherea venit suspectaque nobis
Ne foret hinc Phoeben comites, hinc Pallada iunxit.
Protinus effuso laetam se fingere risu
Nec semel amplecti nomenque iterare sororis
Et dura de matre queri, quae tale recessu
Maluerit damnare decus vetitamque dearum
Colloquio patriis procul amandaverit astris.
Nostra rudis gaudere malis et nectare largo
Instaurare dapes. Nunc arma habitumque Dianae
Induitur digitisque attemptat mollibus arcum,
Nunc crinita iubis galeam, laudante Minerva,
Implet et ingentem clipeum gestare laborat.
'Prima Venus campos Aetnaeaque rura maligno
Ingerit afflatu. Vicinos callida flores
Ingeminat meritumque loci velut inscia quaerit
Nec credit, quod bruma rosas innoxia servet,
Quod gelidi rubeant alieno germine menses
Verna nec iratum timeant virgulta Booten.
Dum loca miratur, studio dum flagrat eundi,
Persuadet; teneris, heu, lubrica moribus aetas!
Quos ego nequidquam planctus, quas irrita fudi
Ore preces! Ruit illa tamen confisa sororum
Praesidio; famulae longo post ordine Nymphae.
'Itur in aeterno vestitos gramine colles
Et prima sub luce legunt, cum rore serenus

227 *Ennodii 388, 65 (Vogel):* teneros . . mores. 231 *Ennodii 43, 147:* vestitur murice campus.

215 *Ovidi met. XI 106:* gaudetque malo. 216 *cf. Verg. Aen. VII 146, XI 574 sq.* 218 *ibid. VII 785:* crinita iuba galea. 222 *Martial. VIII 65, 7:* loci meritum. 226 studium flagrabat *Sallust. Cat. 14, al.* 229 *Verg. Aen. V 234:* fudissetque preces. 230 *ibid. VI 482:* longo ordine. 231 *Ovidi fast. I 402:* gramine vestitis.

204 obstricta] *om.* S^1, *suppl. m. 2,* obstructa *F* 205 Syrenes *W* 206 sūpnus *S*, son' *C* cautiqꝫ *AWD*, castiqꝫ *F*, captiqꝫ *C*, solitiqꝫ *S* ludi] tudi *W* 207 dubium quonam] quoniam dubium *Ald., quod in* dubium quoniam *transposuisse vid.* ε, dubium est quonam *F*, quonam dubium *D* latepras *(?) A* 208 Prescierit *FD* cytherea *W*, cytharea *S*, citherea *CD*, citharea *FA* 209 phoeben *A*, pheben *FCW*, phelē *S* comites] socias ς iunxit] iuxit *F*, duxit ς 211 itarare *A* 213 Malluerit *S* uetitamque] uetitoqꝫ *Isengr. mg.* „vetitam colloquio *dictum ex analogia verborum interdicere vel prohibere c. abl.*" *Kochius* dearum F^2, deorum SF^1 214 patriis procul amandauerat *A*, patrisqꝫ procul mandauerit *FC*, patriis procul emdauerit *W*, patriis procul emandauerat (a *ultimum non omnino certum*) *S*, patriis procul mandauerat *D* 215 Nostra] Illa *D* largo] longo *AD* 216 dyane *S* 217 adtemptat *S*, aptentat *A*, obtempta *C* 218 iubis] iiubis *(sic) F*, iubis εq mynerua *S* 219 Inplet *S* clypeum *W* 220 ethneaqꝫ ω, Hennaeaque *Parrhasius (ς?)* 221 aflatu ς calida *F* 222 uelud *FSAC* in^s^cia *A* 223 crederit *A*, credo W^1, credit W^3 seruat *A* 224 alienao *F* gramine *S* 225 timeant $DWSC^2$, timeā C^1, timeant (i *ex* u *corr.*) *F*, *idem* (i *ex* e *corr.*) *A* uirgulata *S* bootē *W*, booten *C*, bohotē *S*, boetem *F*, boeten *AD* 227 morsibus *C* 228 Quos C^2, Quo C^1 nequicquam ω plantus *F* quos *C* 229 confissa *C* 230 nymphe *WS*, nimphe *ACD*, niphe *F* 231 Itur] tur *C* eterno// *C* uestito F^1, uestitos F^2 colles] coller ul campos F^1, campos *C*

Albet ager sparsosque bibunt violaria sucos.
Sed postquam medio sol altior institit axi,
Ecce polum nox foeda rapit tremefactaque nutat
Insula cornipedum pulsu strepituque rotarum.
Nosse nec aurigam licuit: seu mortifer ille
Seu mors ipsa fuit. Livor permanat in herbas;
Deficiunt rivi: squalent rubigine prata
Et nihil afflatum vivit: pallere ligustra,
Expirare rosas, decrescere lilia vidi.
Vt rauco reduces tractu detorsit habenas,
Nox sua prosequitur currum, lux redditur orbi.
Persephone nusquam. Voto rediere peracto
Nec mansere deae. Mediis invenimus arvis
Exanimem Cyanen: cervix redimita iacebat
Et caligantes marcebant fronte coronae.
Aggredimur subito et casus scitamur eriles
(Nam propior cladi steterat): qui vultus equorum?
Quis regat? Illa nihil, tacito sed laesa veneno
Solvitur in laticem: subrepit crinibus umor;
Liquitur in roremque pedes et brachia manant
Nostraque mox lambit vestigia perspicuus fons.
Discedunt aliae. Rapidis Acheloides alis
Sublatae Siculi latus obsedere Pelori
Accensaeque malo iam non impune canoras
In pestem vertere lyras: vox blanda carinas
Alligat; audito frenantur carmine remi.
Sola domi luctu senium tractura relinquor.'

253 *Pauli et Petri carmina (poetae aevi Carolini ed. Duemmler) 14, 31:* vestigia lambat. 259 *Licentius ad Augustinum v. 32:* in seniumque trahit.

233 *Verg. georg. IV 32:* bibant violaria fontem. 236 *Val. Flacci VI 168:* rotis gemit intus ager . . . pulsu nutat humus. 239 *Catulli 64, 42:* Squalida . . rubigo. 241 *cf. Ovidi met. X 192.* 243 *Horati c. IV 5, 5:* lucem redde. 246 *De Cyane fonte cf. Nonni Dionys. VI 128.* 250 *Statii Theb. I 171:* laesisse veneno. 251 *Verg. georg. I 44:* umor Liquitur et — resolvit. 255 *Ovidi met. XV 706 (Lucani II 438):* Siculi . . Pelori. 257 *Sallust. Iug. 70:* in pestem convertere; *Verg. Aen. I 670:* blandisque moratur vocibus.

233 Albet *εC vetus Cuiacii*, Alget *ꝗ (cf. Valer. Flacc. II 73, Horat. c. I 4, 4)* que bibunt uiolaria succos *in ras. F (m. 1?)* succos *ω* 234 altius institit *W*, altior extitit *A*, altior adstitit *vetus Cuiacii*, institit altior *Isengr. mg.; cf. Plin. epist. II 17, 19 de* sole: cum . . culmini eius insistit. axe *FS* 235 nox] uox *D* nutat] *a m. 2 refectum in F; fuerat fort.* nictat 236 pulsu strepituque] *Heinsius ex uno fere Bononiensi*, cursu strepituꝗ *W*, strepitu pulsuque *ꝗ* 237 augurium S^1, aurigam S^2 seu] sed *W* ille] estus *C et vetus Cuiacii* 238 mors C^2, mox C^1 ipsa S^2, illa S^1F liuor] (luor *W*), lutor *ed. Vicent. al.*, luror *Parrhasius nescio unde sumpserit* permanat] permansit *ε* herbis *ε*, herbas *ω* 240 nil *FW* 241 Expirare *WFC*^{1}, Exspirare C^2*ꝗ* decrescere] arescere *Heinsius*, marcescere *Kochius ex Ovidio* *Post v. 241 in C sequitur v. 246, deinde 242 sqq.* 242 Vt] Et *F* tractu reduces *S* distorsit *C* abenas *F* 243 Nox] *ex* Vox *corr. A* psequitur *S* lux] *supra lin.* F^1 244 Persifone *D*, Persiphone *ꝗ* nusquam] nulla est *ed. Vicent. al., item vetus Cuiacii* rediere] risere *Burmannus* 245 Nec] Non *W* aruis] undis *W* 246 cyanen *D*, cyanē *CW*, cianem *F*, cianē *A*, chianē *S* 247 marchebant *S* fronte] fronde *ex* fronte *corr.* S^1 248 Agredimur *F* subito *C*, subite *W*, tacite *ꝗ (hoc displicet vel propter „tacito" v. 250); tarde temptari;* tactu *Buechelerus: olim ego* digitis *conieci (sc. pedum) delens* et. et casus scitamur] *D vetus Cuiacii*, casusque citamus *A*, casusꝗ citamur *CW*, *sed* que citamur *in ras. W*, casusꝗ scitamus *F*, scrutamur *Isengr. mg.* eriles *F*, heriles *ꝗ* 249 qui *A*, quis *ꝗ* 250 Quis] Qui *A* ueneno] *ex* ueno *corr.* C^1 251 Soluitur] *ex* Soluimur *corr. S* latidem S^1, laticem S^2 subrepit *FD*, surrepit *C*, subrepsit *SAW* humor *ω* 252 Linquitur irrorem *C* 253 que] *eras. in A*, que S^1, et S^2 mox mox *A* lambit] ambit *ς*, *sed cf. exemplum* uestia *(sic) F* 254 Dissedunt *S* acheloydes *SW* acheloes inhalis *A* 255 Sublatus *W* obsedere] insedere *Heinsius* pelory *S*, polori *F* *V. 256 om. W* inpune *FSA* 257 liras *ω* 259 luctus *W*

Haeret adhuc suspensa Ceres et singula demens
Ceu nondum transacta timet; mox lumina torquens
Vultu ad caelicolas furiato pectore fertur.
Arduus Hyrcana quatitur sic matre Niphates,
Cuius Achaemenio regi ludibria natos
Advexit tremebundus eques: fremit illa marito
Mobilior Zephyro totamque virentibus iram
Dispergit maculis timidumque hausura profundo
Ore virum vitreae tardatur imagine formae.
Haut aliter toto genetrix bacchatur Olympo
'Reddite!' vociferans. 'Non me vagus edidit amnis;
Non Dryadum de plebe sumus. Turrita Cybebe
Me quoque Saturno genuit. Quo iura deorum,
Quo leges cecidere poli? Quid vivere recte
Proderit? En audet noti Cytherea pudoris
Ostentare suos post Lemnia vincula vultus!
Hos animos bonus ille sopor castumque cubile
Praebuit? amplexus hoc promeruere pudici?
Nec mirum, si turpe nihil post talia ducit.
Quid vos expertes thalami? tantumne relictus
Virginitatis honos? tantum mutata voluntas?
Iam Veneri iunctae, sociis raptoribus, itis?
O templis Scythiae atque hominem sitientibus aris

265 *Symphosii aenigm. 38 de tigride:* nec quaero maritos. 271 *Sidonii carm. VII 31:* turrita Cybebe.

261 *Verg. Aen. VII 448:* torquens lumina. 263 *cf. Statii Theb. IV 315; idem exemplum amoris parentum Ambrosius hexaem. VI 4 ubi et tigris adest et eques raptor catuli et sphaera de vitro proiecta.* 268 *Statii Theb. II 132:* tigris . . . fert ore virum. 271 *Verg. Aen. VI 784:* mater turrita *(cf. Sil. III 170).* 275 *Statii silv. I 2, 60:* Lemnia . . . vincula. 276 *cf. ad v. 163. Lucani X 68:* Hoc animi nox illa dedit? 278 *Quintilian. I 2, 22:* turpe ducet. 279 *Verg. Aen. IV 550:* thalami expertem. 282 *de* sitientibus *cf. Catulli 68 b 39.*

260 demens *S*², clemens *S*¹ 261 Ceu] Seu *S* (sicut *explicat gloss.*) nūdū *S* timent *A*, tumet *F* 262 Uultu *ACDWF* (uoluntate *glossator in F*), Ultu (U *linea traiectum*) *S*, Multum *vetus Cuiacii, Isengr. mg.*, Ultro ς *pauci*, Sic ς *alii;* Frustra *ego ex Aen. II 105; vix enim sufficit comparare* lumina vultu *Aen. VI 862;* fulmina torquens vultu *Buecheleras* ad] in *S* fertur] fatur *W*, ferri ς 263 Arduu⁹ *S* hircana *WDFC*, irchanⁱa *S*, archana *A* quatitur] queritur *AS* sic] ceu *Schraderus* nyphates *S* 264 Achemenio ε, achemenio *A*, achimenii *W*, achimenio *q* 265 Aduexit] Auexit *cod. Cuiacianus* fremit] furit *W*, premit *Heinsius* marito] marino ε 266 Zephyro ε, zephiro *FSCDW* iram] unde *W* 267 Dispergit *C*, Dispersit *FSAD*, Aspersit (it *ex corr.*) *W* timidumque] *S*, nimiumq; *q*, iamiamque *Cuiacii vetus*, inhiatq; *Isengr.*, uiuumque *Barthius* hausura *FCW*, haustura *SDA* 269 Haud *C* genitrix ω baccatur *FSW*, bacatur *A*, bachatur *CD* olynpo *S*, olimpo *q* 270 nociferam *SW* non] nec *F*, an *S* uag⁹ *(sic) W* aunis *C*¹, amnis *C*² 271 dryadum *A*, driadum *q* plebe] *ex* ple *corr. C*¹ sumus] *ex* simus *corr. A*, sumos *W* Cybelle ε, cybele *FSW*, cibele *q*, Cybebe *Corte (cf. ad v. 113)* 272 cybele *post* quoque *scr., sed del. S*¹ Saturno] saturnus *F* 273 cecidere] *sic ω, sed* de *ex corr. W*¹, abiere ς, cessere *Heinsius* rectes *W* 274 en] aut *W*, an *D* noti] nati *A* cytherea *W*, citherea *CD*, citharea *FA*, cytharea *S* 275 lempnia *DW*, lēnia *S*, lemnia *FAC* nun nultus *C* 276 animos] asinos *S* 277 promeruere] pro *ex* prae *corr. W*¹ pudici] *ex* pudica *corr. W* 279 nos] nos *AD* thalami] talami *W*, animi *C* *vv. 280—360 om. WACBD; contra exhibent WD et C*¹ *hunc unum versum:* Omnis honos recti nobis (nobis *DW*) sic fata recedit: *eundem v. in mg. adscr. A, ubi tamen* nobis *et* recessit. — „desiderantur pro hoc uno carmine alii LXXXI uersus" *adnotat m. rec. in W* 280 Virginitas *S* honor *FV*¹, honos *SV*² tantum ne *F* 281 Iam] Nam *V* et *post* ueneri *habent* ς, *om. FS*¹*V* iuncte sociis *FVS* (et *supra* sociis *add. S*²); Veneri iunctae, sociae raptoribus itis *Baehrensius. Post v. 281 etiam V*¹ *hunc versum inserit:* Omnis honos recti nobis sic fata recedit; I recessit *add. V*² 282 scitic *S*, sicie *FV* hominum *Heinsius; sed cf. Burmannus* scitientibus *S*

Vtraque digna coli! Tanti quae causa furoris?
Quam mea vel tenui dicto Proserpina laesit?
Scilicet aut caris pepulit te, Delia, silvis
Aut tibi commissas rapuit, Tritonia, pugnas!
An gravis eloquio? vestros an forte petebat
Importuna choros? Atqui Trinacria longe,
Esset ne vobis oneri, deserta colebat.
Quid latuisse iuvat? Rabiem livoris acerbi
Nulla potest placare quies.'
Ilis increpat omnes
Vocibus. Ast illae (prohibet sententia patris)
Aut reticent aut nosse negant responsaque matri
Dant lacrimas. Quid agat? Rursus se victa remittit
Inque humiles devecta preces:
'Ignoscite, si quid
Intumuit pietas, si quid flagrantius actum,
Quam miseros decuit. Supplex miserandaque vestris
Advolvor genibus: liceat cognoscere sortem.
Hoc tantum liceat: certos habuisse dolores.
Scire peto, quae forma mali; quamcumque dedistis
Fortunam, sit nota: feram fatumque putabo,
Non scelus. Aspectum, precor, indulgete parenti;
Non repetam. Quaesita manu securus habeto
Quisquis es; affirmo praedam; desiste vereri!
Quodsi nos aliquo praevenit foedere raptor,
Tu certe, Latona, refer: confessa Diana
Forte tibi. Nosti quid sit Lucina, quis horror
Pro genitis et quantus amor, partusque tulisti
Tu geminos: haec una mihi. Sic crine fruaris

283 *Aegritudo Perdiccae 17:* haec duri causa furoris.

283 *Verg. georg. IV 495:* quis tantus furor? *Iuvencus evang. III 648:* quae causa clamoris ... tantum tollat *(sic ed. Marold).* 298 *Livius 28, 34:* advolutus genibus. 299 *Verg. Aen. II 690:* hoc tantum. 307 *Incerti Lydia v. 42:* Luna, dolor nosti quid sit; miserere dolentis. 308 *Ovidi met. VI 712:* partus .. gemellos.

284 tenui dicto *F*, dicto tenui *V*, dictu tenui *S*, tenui digito *L. Reinhardt* lesit FS^2V, sedit S^1 285 Si licet *F* aut] an V^1, haut V^2 286 Aut V^1, an V^2 commisas (s *prius ex* i *corr.*) *F* rapuit] raptu *S* 287 An] Aut *V* uestros] nostros *S* petebat] patebat *ex* patebit *corr. S* 288 Inportuna *F*, I^pfortuna *(corr. m. 2) S* atqui *S*, at quin *FV* Trinacria] Trinacrida *conieci; cf. Ovidi met. V 347* longe] long *in ras. V* 289 nobis *F*, *om. V*, *sed suppl. m. 1.* nobis *S* oneri *V*, honeri *FS* 290 Quid εω 291 quies V^1, dies V^2 hiis *SV* omnes] amens *coniecram; sed cf. v. 313.* 292 illae] illas *V* sentencia FS^1V^2, reuerentia S^2V^1 293 nosce *S* 294 Dant] Datū *S* lacrime *V* rursusq; revicta V^1, rursus se uicta V^3 295 deuecta *S*, demissa *F* (*displicet propter* remittit), dilapsa *V*, delapsa ς; *cf. tamen* deuehar *apud Propert. IV 1, 119.* si quid *FV*, qⁱ sit *S* 296 flagracius *F* actum est *V* 297 Quam] Qui *V* miseros decuit FSV^1, miseras *corr.* V^2, miseram decuit ς *pauci* suplex *FS* miserandaq; *FS*, miseranda *V* (que *add. m. rec.*), deiectaque *Cuiacii vetus* uestris *F*, nostras S^1, nestris S^2, nestris *V* 298 liceatq; agnoscere *S* 299 certos] tantos *V* dolores FVS^2, furores ςS^1 300 tulistis *V* 301 Fortunam *SV*, Fortune *F*, quodcumque dedistis Fortunae *Heinsius* sit *FV*, sic *S* nota *S* (nota *add. m. 1?*) factumq; S^1, fatum *in mg.* S^2 302 indulgete *V*, indulgere *FS* 305 federe V^2, munere V^1 306 dyana *SV*

Semper Apollineo, sic me felicior aevum
Mater agas.'
                    Largis tunc imbribus ora madescunt.
'Quid? tantum dignum fleri dignumque taceri?
Hei mihi, discedunt omnes! Quid vana moraris
Vlterius? non bella palam caelestia sentis?
Quin potius natam pelago terrisque requiris?
Accingar lustrare diem, per devia rerum
Indefessa ferar. Nulla cessabitur hora,
Non requies, non somnus erit, dum pignus ademptum
Inveniam, gremio quamvis mergatur Hiberae
Tethyos et rubro iaceat vallata profundo.
Non Rheni glacies, non me Rhipaea tenebunt
Frigora: non dubio Syrtis cunctabitur aestu.
Stat finem penetrare Noti Boreaeque nivalem
Vestigare domum; primo calcabitur Atlas
Occasu facibusque meis lucebit Hydaspes.
Impius errantem videat per rura, per urbes
Iuppiter; extincta satietur paelice Iuno.
Insultate mihi, caelo regnate superbi,
Ducite praeclarum Cereris de stirpe triumphum!'
        Haec fatur notaeque iugis illabitur Aetnae
Noctivago taedas informatura labori.
        Lucus erat prope flumen Acin, quod candida praefert
Saepe mari pulchroque secat Galatea natatu,
Densus et innexis Aetnaea cacumina ramis
Qua licet usque tegens. Illic posuisse cruentam
Aegida captivamque pater post proelia praedam
Advexisse datur. Phlegraeis silva superbit
Exuviis totumque nemus victoria vestit.
Hic patuli rictus et prodigiosa Gigantum
Tergora dependent et adhuc crudele minantur

320 *Sidon. c. II 63:* uallatam pelago. 332 *Aegritudo Perdicc. 25:* Lucus erat.

311 *Catulli 68b 16:* imbre madere genae; *Ovidi trist. III 5, 12:* osque madens. 318 *cf. Statii Ach. I 540.* 322 *Horati c. I 22, 5:* per Syrtes iter aestuosas. 326 *Statii silv. III 5, 7:* per .. per .. errarem. 332 *Verg. Aen. VIII 597:* Est ingens .. lucus prope Caeritis amnem; *Ovidi fast. VI 411:* lucus erat .. densus; *Reposian. 33:* Lucus erat. 339 *Ovidi met. VI 378:* patulos .. rictus; *cf. Avieni descr. 261.*

310 apollineos *S* 311 tunc] nunc *V* imbribus *FS*², ymbribus *V*, nubibus *S*¹ *V. 312 om. codex Cuiacii; spurium videri posse dixit Heinsius* taceri *FV*, timeri *S* 313 Hei *FV*¹, heu *V*², Ha (ei *supra scr. m. 2*) *S* 314 non *F*, num *SV*², nam *V*¹ 315 Quin *FV*, Num *S* terris pelagoq; *V* 316 lustra *V*¹, re *add. V*³ diem *FV*, niam *S* 317 Indefessa *FVS*², Indefensa *S*¹ 319 hybere *V*, hiberne *F*, hyberno *S* 320 Tethios *F*, Thetios *V*, Tethid' *S* 321 Rheni] reni *ω* riphea *ω* 322 sirtis *F* 323 nothi *SV* 324 athlas *ω* 325 ydaspes *ω* 327 Iupiter *ω* pelice *ω* 328 regnante *V* 329 Cereris] ceris (re *supra scr.*) *F*¹ 330 notisq; *V* illabitur *FV*, dilabitur *S* ethne *SV* 331 informatura *F Isengr. mg.*, inflammatura *SV* 332 flumen *ω*, flaū *Claverius in retustissimo suo legere sibi videbatur („vix est ut aliter legas“)* achin *F*, achī *V*, athin *ex* ethin *corr. S. de mensura nominis cf. anthol. lat. ed. Riese 151, 2* quod *FV*, quem *S* praefert *V*, profert *FS* 333 pulcroq; *S* galathea *FS* natatu] notatu *S* 334 innexis *V*³, innectens *V*¹ ethnea *FSV* ramis] siluis *V* 335 Qua licet *F*, Quam libet *V*, Quā licet *S* 336 Egida *ω* 337 datur] *cf. Ovidi fast. VI 434, Val. Flacci V 506* flegreis *FV*, flegeis *S*¹, re *supra scr. S*² 339 Hic] hi *S*, Hic (*etiam c in ras.*) *V*, Hinc *F* et *FV*, hic *S* prodigiosa] *ex* prodigia *corr. F*¹ 340 Tergora *FV*, Corpora *S*

Affixae truncis facies inmaniaque ossa
Serpentum passim cumulis exanguibus albent,
Et rigidae multo suspirant fulmine pelles;
Nullaque non magni iactat se nominis arbor:
Haec centumgemini strictos Aegaeonis enses
Curvata vix fronde levat; liventibus illa
Exultat Coei spoliis; haec arma Mimantis
Sustinet; hos onerat ramos exutus Ophion.
Altior at cunctis abies umbrosaque late
Ipsius Enceladi fumantia gestat opima,
Summi terrigenum regis, caderetque gravata
Pondere, ni lassam fulciret proxima quercus.
Inde timor numenque loco, nemorisque senectae
Parcitur, aetheriisque nefas nocuisse tropbaeis.
Pascere nullus oves nec robora laedere Cyclops
Audet et ipse fugit sacra Polyphemus ab umbra.
Non tamen hoc tardata Ceres. Accenditur ultro
Relligione loci vibratque infesta securim
Ipsum etiam feritura Iovem: succidere pinus
Aut magis enodes dubitat prosternere cedros
Exploratque habiles truncos rectique tenorem
Stipitis et certo pertemptat brachia nisu.
Sic, qui vecturus longinqua per aequora merces
Molitur tellure ratem vitamque procellis
Obiectare parat, fagos metitur et alnos
Et varium rudibus silvis accommodat usum:
Quae longa est, tumidis praebebit cornua velis;

367 *Prosper de ingratis 524:* vela tumoris.

341 sq. *Verg. Aen. XII 36:* ingentes ossibus albent. 345 sqq. *cf. Statii Theb. II 707 sqq.* 351 *Lucreti III 387:* cadunt plerumque gravatim. 358 *cf. Lucani III 433* (proscindere quercum). 362 *cf. Petroni c. 89 v. 24.* 363 *Verg. Aen. I 380:* per aequora vecti; *Martial. spect. 16, 3;* convehere merces *Plinius.* 367 *Horati epist. II 2, 201:* tumidis velis.

341 inmania *F*, imm. *q* 342 Serpent *S*¹, tum *supra scr. S*² cumulis *S*, tumulis *FV* 343 multo] *fort. ex corr. F* 344 iactat se] se iactat *V* arbos *F* 345 strictos *FSV*, fractos *Parrhasii libri; Stygios conieci* egeonis *ω* 346 uix *FVS*², u(i) *S*¹ fronde] fronte *ς pauci* illā *S* 347 Exultat *ω* Coei] *in altero Cuiaciano, item Delrio (cf. Valer. Flacci III 224),* caci *F*, chaci *S*, cachi *V*, Zancli *in „manuscripto" Clarerii, item Aldina, quod non mutavit ε;* Roeci *Baehrens.* minantis *S*, Mimantis *εq* 348 onerat] honerat *ω* exutus] exustus *F* Ophion] ophias *S*¹, otion *S*²*V*, o(s)as *F* 349 at *V*, ut *F*, ast *S*², a *S*¹ 350 Ipius *S* Encheladi *FSV* opina *S* 351 caderetq; *V*² *et V*³, quateretq; *V*¹ 352 ni *FV*, in *S* lassam *F*, lapsam *SV*, lapsum *Isengr.* proxima *V*¹, maxima *V*² 353 numenq;, u *ex o corr. S*¹ se(c)nte (u *ex corr.*) *S* 354 ethereisq; nefas *VFS*², ethereis non fas *S*¹ 355 robora laedere] ledere robora *V* ciclops *FSV* 356 polifemus *FV* 357 Non] Nec *V* infesta] *ω*, incerta *ς* 358 Religione *S* 359 feritura *FSV*, peritura *ς et in Cuiaciano,* petitura *ed. Vicent.;* petit ira *Scaliger,* petat ira, *quod pendeat ex* incerta, *Barthius, item* feriatne *ego,* spretura *Baehrensius; sed* feritura *vel* peritura *traditur etiam Maximian. 5, 97* succidere *V*, sucidere *FS* pinos *S*, pinus *FV* 360 Aut *FSV*¹, Et *V*² enodos *S* dubitat *FS*, properat *V* (*om., sed in mg. suppl. V*¹) 361 Exploratque] Explorансq; *S*, Explorat (*om.* que) *A* habiles] *V*², abies *SBC*, abiens *V*¹*W*, salices *A*, abieti³ (*sic*) *F*, amens *D*, obiens *Gesnerus* 362 et certo] arrecto *B in mg.* pertemptat *SCD*, pertemtat *F*, perlustrat *W*, percenset *B*, percentet *A* nisn *DSBC*, nisu *FWA* 363 Sic *B*², Si *B*¹ uecturus] uēturas *B* 364 Mollitur *AS* 365 mentitur *A* almos *S* 366 accomodat *F*, acommodat *S* usu,, *W* 367 est] *om. S*, esti (*sic*) *W* praebeb(i)at *B* uelis] uentis *W*

Quae fortis, clavo potior; quae lenta, favebit
Remigio; stagni patiens aptanda carinae.
Tollebant geminae capita inviolata cupressus
Caespite vicino: quales non rupibus Idae
Miratur Simois, quales non divite ripa
Lambit Apollinei nemoris nutritor Orontes.
Germanas adeo credas; sic frontibus aequis
Astant et socio despectant vertice lucum.
Hae placuere faces. Pernix invadit utramque
Cincta sinus, exerta manus, armata bipenni
Alternasque ferit totisque obnixa trementes
Viribus impellit. Pariter traxere ruinam
Et pariter posuere comas campoque recumbunt,
Faunorum Dryadumque dolor. Complectitur ambas,
Sicut erant, alteque levat retroque solutis
Crinibus ascendit fastigia montis anheli
Exsuperatque aestus et nulli pervia saxa
Atque indignantes vestigia calcat harenas:
Qualis pestiferas animare ad crimina taxos
Torva Megaera ruit, Cadmi seu moenia poscat
Sive Thyesteis properet saevire Mycenis:
Dant tenebrae Manesque locum plantisque resultant
Tartara ferratis, donec Phlegethontis ad undam
Constitit et plenos excepit lampade fluctus.
Postquam perventum scopuli flagrantis in ora,
Protinus arsuras adversa fronte cupressus
Faucibus iniecit mediis lateque cavernas

389 *Symmachi epigramma de Boethio (Boet. ed. Peiper p. 146)*: dant fata locum.

370 *Verg. Aen. IX 679:* geminae quercus . . . intonsa . . attollunt capita. 371 *de* Idaeis cyparissis *Verg. georg. II 84.* 375 *Statii Theb. IV 165:* despectans vertice bellum. 377 manum exserere *Liv. VIII 9, Senec. benef. II 30.* 379 *Verg. Aen. II 465:* ruinam . . trahit. 380 *Lucani III 443:* posuere comas *(cf. Verg. Aen. X 209).* 382 *Sili Ital. XII 598:* solutis crinibus . . matres. 387 *Statii Theb. IV 56:* seu tecta Mycenis Impia Cadmeumve larem. 388 *Lucani I 544:* Thyesteae . . Mycenae.

368 clauo] malo *SW* fauebit] i *ex* a *corr. B* 369 stanni *C* 370 cypressus *S*, cupressi *C*, cupressi *B* *Versus inde a 371 om. C* 371 uisino *(sed s crassius quasi correctum) A* non] in *AB* yde *FSW*, ide *A* 372 symois *SDW* 373 Orontes] *om. B*[1], *suppl. B*[2], orontes ł anapis *A*, anapis *W* 374 Germanos *S* frontibus *SAB*[1], frondibus *FWDB*[2]; *frondem non hae duae, sed omnes cupressi aequam habent; sed cum germanis sororibus illae conferantur habentque et frontem et verticem.* 375 Astant *AB*, Exstant *F*, Extant *DW*, Distant (D *obscuravit m. 2) S (cf. Priapeum 61:* fructuosa malus . . . adstem) 376 Hee *S*, Hec *D* utramque] utrumq3 *D* 377 exc̣erta *A* bipennem *S* 378 inpellit *F* que] *om. S*, *supra lin. add. B* trementịs (e *supra*) *B* 379 straxere *S* 380 comas *F*, comam *q*, *cf. exempla* 381 Dryadumq3 *ε*, driadumq3 *FSDW* 382 leuaṇṭ *A* 383 haneli *FSW*, aneli *A* 384 Exuperatq3 *DW* 385 arenas *A* 386 animare] animarum *„diversa lectio" apud Claverium; de* animare *cf. Varro apud Non. 234, 5:* auima reuiuiscit, *sc. noctilucae; vellem tamen planius* animare faces, *non* taxos *scripsisset Claudianus; nunc* flammare *conicio.* crimina] prelia *B*, cumia *S*[1], *unde* cummia (i *supra*) *corr.*, *dein* p̄lia *supra ser. S*[2] 387 Megẹra *ε*, megera *ω* seu] ceu *A* seu cadmi *S* moenia] mia *(antecedit spat. vac. compluribus litt. aptum) F*, limina *W* 388 thiesteis *DW*, tiesteis *FSA*, thiestenis *(sed* h *m. 2) B* properat *SB*[1], properet *B*[2]*q* micenis *FACDW*, micenus *S*[1], micenos *(?) corr. S*[2] 389 planctisq3 *W*, plantis *B*[1], palmis *B*[2], plantisq3 ł palmis ł portis *A* 390 flegetontis *ω* ad undam *W*, in undam *S*, in umbra *F*, in unda *DAB*[1], adundas *B*[2] 391 Costitit *F* 392 peruentum] peruentum est *D*, *item* est *add. F*[2] ora] orā, *sed virgulam del. S*, hora *D* 393 aduersa *AS*, auersa *q* fronte] *ω*, fronde *ed. Plantin. in mg.* 394 iniecit *S*[2], mittit *S*[1] cauerna *S*

Texit et undantem flammarum obstruxit hiatum.
Compresso mons igne tonat claususque laborat
Mulciber: obducti nequeunt exire vapores.
Coniferi micuere apices crevitque favillis
Aetna novis: strident admisso sulphure rami.
Tum, ne deficerent tantis erroribus, ignes
Semper inocciduos insopitosque manere
Iussit et arcano perfudit robora suco,
Quo Phaethon inrorat equos, quo Luna iuvencos.
    Iamque soporiferas nocturna silentia terris
Explicuere vices: laniato pectore longas
Inchoat illa vias et sic ingressa profatur:
    'Non tales gestare tibi, Proserpina, taedas
Sperabam; sed vota mihi communia matrum
Et thalami festaeque faces caeloque canendus
Ante oculos hymenaeus erat. Sic numina fatis
Volvimur et nullo Lachesis discrimine saevit?
Quam nuper sublimis eram quantisque procorum
Cingebar studiis! Quae non mihi pignus ob unum
Cedebat numerosa parens! Tu prima voluptas,
Tu postrema mihi; per te fecunda ferebar.
O decus, o requies, o grata superbia matris,
Qua gessi florente deam, qua sospite numquam
Inferior Iunone fui. Nunc squalida, vilis.
Hoc placitum patri. Cur autem ascribimus illum
His lacrimis? Ego te, fateor, crudelis ademi,
Quae te deserui solamque instantibus ultro
Hostibus exposui. Raucis secura fruebar
Nimirum thiasis et laeta sonantibus armis

411 *carm. de provid. divina 39:* extinctam nullo discrimine plebem. 414 *Orientius c. III 80:* prima . . postrema.

404 *Sili Ital. VII 287:* Dona soporiferae noctis. 407 *Statii Theb. VI 138* (non hoc . . . speravi, sed *eqs.*). 411 *Verg. Aen. I 574:* nullo discrimine. 412 sqq. *cf. Statii Theb. IX 382 sqq., II 157:* quantis . . . . procorum . . studiis. 414 *Naevi com. 4 R.:* primo et postremo. 420 *Statii Theb. V 622:* Ipsa ego te (quid enim timeam . . . fateri?) Exposui fatis. 423 *Verg. Aen. IX 648:* et saeva sonoribus arma.

395 undantem flammarum obstruxit hiatum *WABD*, † obtrudit *add. A*^{1}, und. fl. obt^uexit *(sic)* hyatum *S*, undantes flammis obstruxit hiatus *F* 396 Conpresso *F* mons B^{2}, mox B^{1} 397 Mulcifer *AD* exire] herere *A* 398 Coniferei (i *in fine add. m. 2*) *S*, Torniferi *B*, corniferi *D*, Coniferi *εq* creuitque] crepuitq; *S* 399 Ethna *ASBDW* strident] stridunt *AS*, stridentque *conieci* sulfure *D* rami] saxi *W* 400 Tum *FDB*, Tunc *ASW* deficiant *D* 401 insospitesq; *S* 402 perfundit *AS* suco] *ex* sucoo *corr. S* (*voluerat* suco), succo *q* 403 Phaethon *ε*, phethon *A*, pheton *FBW*, feto *S*, flegeton *D* irrorat *ω* luna] iuno *S* iuuencas *vetus Cuiacii* 404 terris] terras *S* 405 Explicuere] ere *ex* are *corr. S* 408 uota] nota *S* matrum] sụṃ matrum *B* 409 Et B^{1}, Set B^{2}, sed *placuit Heinsio* talami *W* canendus] cauendais *(sic; s m. 2) S* 410 oculos † deos *A* hymeneus *F*, hymineus *W*, himeneus *AD*, ymineus *S* 411 Uoluimur B^{2}, Uouimur B^{1} 413 (quȩ *ε*) 414 tu] tum *S* uoluntas *B* 415 Tu] Et *S* mihi] mei *B* ferebar *F*, uidebar *q* 417 Qua] Disa S^{1}, Qua S^{2} gessi] *oblitteratum in S* nusquam *A* 419 placidum *F* patri] *oblitteratum in S* cur autem] cur au B^{1}, sed cur B^{2} illum] ullum *D* 420 Hiis *SB* 421 solamque] que *in ras. B*, solam quae *A*, quae solam *Heinsius* ⁱⁿstantibus *S* 422 exposui] opposui *S* fruebar] fouebar *D* 423 tyasis *DB*, thiasis *q* armis] aruis *ς fere unus*.

Iungebam Phrygios, cum tu raperere, leones.
Accipe quas merui poenas. En ora fatiscunt
Vulneribus grandesque rubent in pectore sulci!
Inmemor en uterus crebro contunditur ictu!
'Qua te parte poli, quo te sub cardine quaeram?
Quis monstrator erit? quae me vestigia ducent?
Qui currus? ferus ipse quis est? terraene, marisne
Incola? Quae volucrum deprendam signa rotarum?
Ibo, ibo quocumque pedes, quocumque iubebit
Casus: sic Venerem quaerat deserta Dione.
'Efficietne labor? Rursus te, nata, licebit
Amplecti? Manet ille decor, manet ille genarum
Fulgor? an infelix talem fortasse videbo,
Qualis nocte venis, qualem per somnia vidi?'
Sic ait et prima gressus molitur ab Aetna
Exitiique reos flores ipsumque rapinae
Detestata locum sequitur dispersa viarum
Indicia et pleno rimatur lumine campos
Inclinatque faces. Omnis madet orbita fletu;
Omnibus admugit. Quocumque it in aequore, fulvis
Adnatat umbra fretis extremaque lucis imago
Italiam Libyamque ferit: clarescit Etruscum
Litus et accenso resplendent aequore Syrtes.
Antra procul Scyllaea petit canibusque reductis
Pars stupefacta silet, pars nondum exterrita latrat.

435 *Prosper de ingratis 880:* vigor ille maneret. 444 *Rutilii Nam. de red. I 284:* extremis fluctuat umbra fretis.

425 *Lucani VIII 97:* nunc accipe poenas. 428 *Lucani IX 873:* Qua te parte poli, qua te tellure reliqui? 437 *Ovidi met. IX 475:* somnia vidi. 438 sqq. *ex Statii Theb. XII 270 sqq.* 441 *ibid. XI 526:* rimantur . . lumine. 443 *Statius XII v. 275:* remugit. 445 *Statius v. 273:* variabat imagine flammae Ausonium Siculumque latus. 446 *Sili Ital. II 603:* resplendet imagine flammae aequor.

424 Iungebam B^2, linquebam B^1 phrygios *A*, phrigios *B*, frigios *q* tu raperere] te rapuere *A* 425 ora] or ora *B* 427 Inmemor *FA*, Imm. *q* en B^2, e B^1 en uterus] *in spat. vac. suppl.* W^2 contundiditur *F*, concutitur *A*; *cf. R. Ungeri progr. Halense 1885 p. 9.* 428 Qua reparte *ex* Qua teparte *corr.* F^1 429 quae] quo *D* 430 Qui *BW*, Quis *q* ipse *ABD*, ille *FW*, iste *S*, ille *add.* S^1 terrene marisne *WBD*, terrene marisue *FS*, terrisne marisne *A* 431 quae] qua *Heinsius; sed cf.* quae *v. 429* rotarum *S*, uiarum *q* 432 iubebit] *ex* uidebit *corr.* B^1, iubebunt *S* 433 dyone *W* 434 Efficietne *WDA*, *idem obscuratum in S*, Proficietne, *sed* Pro *postea add.* F^1 rursus] uursus *S* 435 Amplecti namque decor *S* *V. 438—448 om. ADWB; supplevit m. rec. in W* 438 et gressus prius mollitur *S* prima] primo *(W)*; lacrimans *conieci* ethna *SV* 441 Indiciata *(punctum eras.) S* 442 Inclinatq; *ex* Inclamatq; *corr. S* madet FS^2V^3, perit V^1, *item, sed* t *oblitteratum* S^1 443 quocūq; *FSV*, quacunque *vetus Cuiacii* it in equore *FS*, it in equora V^1, equore V^2 fuluis *FSV*, siluis *(W)*, *item Cuiacii vetus*, sulcis ς *unus fere* 444 Adnatat] Innatat *Heinsius; sed sensus hic: „umbra Cereris in aequore quasi deae comes cum ea natat" vel ei adnatat: cf. Senecae Agam. v. 452: „comes lateri adnatat".* que] *om. (W)* ymago *SV* 445 Ytaliam *V* libiamq; *FS(W)V* etruscum S^2, otruscum S^1 446 litus FVS^2, lutus S^1 resplendent] rndēt *S*, *hoc est* respondent *idque pulchre scripsisset poeta sicut Ausonius Mosellae v. 190; sed cf. Sil.* sirtes *FSV* 447 Scyllea ε, cillea *F*, cileaq; S^1, scilleaq; S^2V 448 nondum territa *(W)* Explicit li *subscripsit* F^1. Explicit libellus Claudii Claudiani *A*. Explicit *S*. Explicit liber Claudii Claudiani seds *(sic)* de raptu proserpine *D*. Explicit ⁝ Claudianus de raptu ⁝ proserpine *cod. Paris. lat. 8082 a m. 1.* Deest reliquum *adnotat* ε; *ΤΕΛΟΣ ΑΤΕΛΕΣ Scaliger.*

FRAGMENTVM INCERTVM INCERTAE SEDIS.

Rus istud pretio constat vili.

In libro de dubiis sermonibus (gramm. latini ed. Keil V p. 589) leguntur: Rus generis neutri, ut Claudianus: rus *eqs. Tamen talem hexametrum numquam panxit Claudianus, in quo vox qualis est* uili *simul thesin quartam et arsin quintam occuparet. Itaque aut neglegentius verba rettulit grammaticus aut alius nescio quis hic Claudianus esto. Breviatum versum esse et talem esse potuisse* Rus istud pretio constat tibi, Maxime, vili *etiam monet Buechelerus. In eodem libello grammatico tres citantur sententiae Ausonii, tamen ne hae quidem in Ausonio nostro traduntur (vide Auson. ed. Schenkelii p. 226).*

CARMINVM MINORVM APPENDIX

VEL SPVRIA VEL SVSPECTA CONTINENS.

CONSPECTVS NOTARVM.

R: codex Veronensis 163 membr. saec. IX.

V: codex Vaticanus n. 2809 membr. saec. XI.

M: cod. Ambrosianus *M* 9 membr. saec. XIII.

β: schedae Peirescianae codicis Vaticani 9135.

H: cod. Heidelbergensis 358, 44^{c}, chartac. saec. XVII.

ω: codicum consensus.

φ: codices reliqui praeter eos quorum propria nota adscripta est.

Cam. uel *Camers*: editio Claudiani Viennensis 1510.

Clav. uel *Claverius*: editio Parisina 1602.

Isengr. uel *Isengrinius*: editio Basileensis 1534.

Ald.: editio Aldina 1523.

C: consensus trium editionum Cam. Clav. Isengr.

I. (C.)

IN SIRENAS.

Dulce malum pelago Sirenae volucresque puellae
Scyllaeos inter fremitus avidamque Charybdin
Musica saxa fretis habitabant: dulcia monstra.
Blanda pericla maris, terror quoque gratus in undis.
Delatis licet huc incumberet aura carinis
Implessentque sinus venti de puppe ferentes,
Figebat vox una ratem. Nec tendere certum
Delectabat iter reditus, otiumque iuvabat,
Nec dolor ullus erat: mortem dabat ipsa voluptas.

II. (CI.)

LAVS HERCVLIS.

Pieridum columen, cuius Parnasia magno
Numine templa sonant, Phoebe, precor, huc age laeto
Tecum cuncta choro. Penetralia sancta sororum
Et nova Castalios latices per rura petentem
Hippocrenaeon victorem siste refotum
Me famaeque. Tuam non nunc novus advena turbam

I 1 sq. *cf. Martialis III 64:* Sirenas hilarem navigantium poenam Blandasque mortes *eqs.* 6 *Verg. Aen. IV 430:* ventosque ferentes. 9 *Nonnus Dion. II 15:* πεσὼν ὑπὸ δίκτυα μοίρης τέρπετο.

II 3 *Symmachi epist. II 34:* sanctum penetral. 6 *Tibulli II 5, 1:* fave: novus ingreditur *eqs.*

I *Exstat in RC Ald.* eiusdem in si re nas ~~~ *R ubi legitur post carm. min. 49.* Claudianus in syrenas *Camers,* In Sirenas *Claverius*

1 sirenae *R,* Syrenae *Cam.: anapaestum hunc voluit poetaster cf. v. 8.;* Siren *Cuiacii vetus, falso quia sequitur* habitabant. uolocres *R* *V. 1 spurium putabat Jeepius.* 2 charybdin *R Ald.,* Carybdim *Cam. Isengrin.,* Charybdim *Clar.* 4 terrorque *Ald.* 5 Delatus *Ald.* huc] ω *recte, sc.* „ad Sirenas delatis", hinc *Jeepius.* 6 de puppe] de rupe *temptavi: cf. tamen* surgens a puppi ventus *Verg. Aen. V 777* ferentes] furentes *cod. Cuiacii; sed cf. Verg. et* uenti ferentes *apud Plinium paneg. 31.* 7 Fugebat *Cam. (inde Isengrin. quoque)* certum] coeptum *Heinsius* 8 otinmque *R Ald.,* ociumqȝ *Cam. Isengr., ad sensum unice aptum; de metro cf. v. 1:* odiumque *Claverius, fort. ex coniectura.* 9 dolor] color *R Ald.,* color a. l. dolor *Cam.; unde* dolor *Isengrin., postea Claver.*

II *Exstat in RC Ald.* eiusdem laus herculis *R ubi legitur post Gigantom.:* Laus Herculis *Aldina:* Claudiani laudes Herculis *Camers;* Cl. Claudiani laudes Herculis *Isengr. et Claverius.*

1 Parnasia *R Ald.,* Parnassia *C* 2 Nomine *R* phoebep̃corhucagelacto *R, item Ald.,* laeto precor huc age Phaebe *Cam., item, sed* Phoebe *Isengr. et Clar. unde* Latio precor *eqs. Heinsius;* Phoebe huc *vel* Phoebe en precor *Buechelerus* 3 Tecum cuncta] *R Ald. Cam. (itaque* age *regit accusativum* cuncta), Tecum iunge *Clar.,* laetos Tecum iunge choros *Jeepius* penetralibus *R; corruptum versum esse in mg. not. R*[1] 5 Hippocreneon *R Ald.,* Hippocrenaeum *C; est hic genitivus pro rerum musicarum* sisto refotum] *scripsi:* sistere fontem ω 6 Me fameqȝ *R Ald.,* Me famaqȝ *Cam. Isengr.,* Me fac namque *Clar.,* Me dignare *Delrio. Buechelerus* victorem sistere fontum Me famaeque *(i. e. ut sistas me victorem certaminis musici) delens in v. 3 interpunctionem graviorem: et ita sane* victorem sistere *Tacit. ann. II 14; quo duce verissimo invento ego imperativum reficere studui; senex autem hic poeta et desuetus est (cf. v. 9) propterenque refoveri vult (cf. Ovid. am. II 19, 15, Gell. XV 2, 8 al.). Olim ego* sciscere fontem Me fac amaque *(vel* Cede faveque) *temptavi;* visere fontem *Jeepius,* Hippocrenaeo . . insistere fonte *Heinsius.*

Ingredior, laurusque gerens et florea sertis
Tempora vincta tuis, doctorum munera vatum,
Testor adhuc veteres quamvis desuetus honores.
Alcides mihi carmen erit, romana Tonantis
Progenies, dignus credi post viscera numen
Cuique per inmensos invicti roboris aestus
Nec nasci potuisse vacat: nam lucis in ipsis,
Inclite, primitiis tardo vix editus ortu
Fecisti de patre fidem. Sed cur mihi lentis
Ludis adhuc, Cirrhaee, modis tenerumque resultans
Luxuriante leves impellis pollice chordas?
Pone habitum, quo molle canis, et frondis amatae
Linque nemus mollique exutus tempora lauro
Populea mecum carmen luctare sub umbra.
Iam grave plus etiam, quam ventris tempora vellent,
Alcmenam tendebat onus. Sed regia Iuno
Impedit et partus prohibet nascique vetabat,
Vt metus ipse deum monstret: nec vivida caeli
Semina mortales norunt sentire latebras
Nec possunt sufferre moras. Datur inde novercae
Materies; gravibusque odiis augmenta ministrat,
Quod vinci coepisse pudet.
Mox improba binos
In tua membra iubet, dum nasceris, ire dracones.
Incumbunt celeres illi, squamosaque iussus
Armat colla furor, nec, quamvis maxima tractu,
Tarda tamen spiris; sequitur pars cetera pectus;
Tristis Tartarea vibratur sibilus aura;
Morte rubent oculi, trifidisque horrentia linguis
Ora sonant, nigrumque fremens levat ira venenum.
Quid nunc invictis fraudes innectere fatis,
Caelicolum regina, iuvat? cur obicis angues,
Cur parvo geminos? Anne unum posse necari
Iam strato Pythone times? Licet omnia mundi

8 *Verg. Aen. XII 120:* tempora vincti; *Tibulli l. l. 5:* devinctus tempora lauro. 17 *Tibulli l. l. 3:* impellere pollice chordas, *cf. Ovidi am. II 4, 27, Statii Ach. I 188.* 18 *Tibull. 8:* nunc indue vestem sepositam. 19 *Tibull. 5:* tempora lauro. 21 *Ovidi met. IX 287:* Tendebat gravitas uterum mihi *eqs.* 33 *Lucani IX 634:* vibratis sibila linguis; *cf. Sil. Ital. III 185.* 34 *Alc. Aviti II 135:* trifidam . . linguam. 36 *Verg. Aen. VI 609:* fraus innexa.

7 laurusq; *R*, laurosq; *C, Ald.* turbam] rupem *Heinsius* 8 munere *Heinsius* *post* vatum *punctum delevi suadente Buechelero* 10 romana *R Ald. Cam.*, germana *Clar. (ex Rapt. Pros. II 367)*, non uana *Scaliger*, memoranda *ego* 11 nomen *R* 12 Cuique per inmensos] *scripsi;* Cui semper inmensos *R Ald.* (*sed haec inm.*), *corruptum versum esse in mg. notavit R*[1], Semper in inmensos *Cam. Isengr.*, Semper ob immensos *Clar.:* Cui super immensos *Livineius, item Buechelerus* aestus] actus *Livineius* 13 Nec] Vix *Burmannus* 14 Inclite *Clar.*, Inclyte *q* primitiis *R Ald.*, principiis *C* ortu] *ex* orto *corr. R*[1] 15 Fecesti *R* 16 chirrhaee *R*, cyrrhate *Ald.*, cyrraea *Cam. Isengr.*, Cyrrhaea *Clar.* 18 molle canis *R Ald.*, mollis amas *C* 19 mollique] solitaque *Heinsius*, mitique *Gronov. diatr. p. 332* 21 uellent] ferrent *Heinsius* 22 Alcmena *Cam.*, Alcmenae *Cuiac.* 24 Fetus ut ipse *temptavi* caeli *R Ald.*, coeli *C* 28 coepisse] se posse *Heinsius* 30 squammosaq; *Cam.* 32 Tarda tamen] *scripsi*, Tardatam *R Ald.*, Tardantur *C*, Tardata *Riesius*, Tardantur spirae *Heinsius* 34 horrencā *Cam.* 35 leuat] pluit *Heinsius;* fluit *ego coll. Claudiani Stil. II 264; possis etiam* liquat. 36 innitis *Heinsius* 37 Coelicolum *C* obicis *R Ald.*, obiicis *C*

Monstra voces ipsamque armes serpentibus hydram,
Defendet natura deum patremque probabit,
Quod non vis constare, Iovem.
Iamque inrita taetri
Iussa parant implere angues miseroque furore
In sua fata tument. Cernit tua membra petentes
Horrescitque parens numenque ignara creasse
Mortali pietate timet. Nil, sancta, superbae
Paelicis insidias caelo modo freta tremescas,
Neve haec monstra tibi faciant, Alcmena, pavorem.
Sic mater potes esse dei. Iam tolle serenum
Laeta animum tantoque libens haec adspice vultu,
Vt deceat genuisse Iovem. Depone pavorem
Indignum partu. Natum quae exemplar habebat?
Cui metuis, nihil ipse timet. Nam numine recto
Ridebas tu, dive, truces animosque superbos
De genitore tenes, votisque aptissimus orbis
Gaudebas tantum iam tum meruisse novercam:
Corripis exiguis mox grandia guttura palmis
Et quamvis teneri cogens in brachia pondus
Corripis impressos relevans tellure dracones.
Efferat aetherium, quantum volit, orbis in axem
Latoidas verosque probet sua fabula divos,
Quod Delo iam stare licet. Non aequa laborum
Gloria, nec parili serpentes sorte necarunt:
Illi unum ferro; geminos et inermis et unus!
His coeptis non ulla parat cunabula partus,
Dive, tibi: sed cum totis iam bruma rigeret
Imbribus et solidis haererent flumina lymphis,
Nudum praegelidis durando firmat in undis.
Vtque rudes primo temptasti robore gressus,

49 *Ovidi trist. I 1, 39:* animo . . sereno. 51 *Ov. met. X 117:* pavore Deposito. 60 *Verg. II 512, VIII 28:* aetheris axe; *Claud. fesc. 4, 35:* aetheriis . . axibus. 67 *Claud. de IV cons. Hon. 348:* fluvios . . . haerentes glacie. 69 sqq. *ex Vergili XI 573 sqq.:* Utque pedum primis infans vestigia plantis Institerat, iaculo palmas armavit *eqs.*

41 Defendit *R*, Defendet *ς* 42 non uis] nouit *Cam. (Isengrin.)* inrita *R*, irrita *ς* taedri (d *minus certum*) *R* 43 miserorumqꝫ furore *Ald.*, miserorumqꝫ forore *R*, uersoque furore *Heinsius* 44 In sua] In tua *Scaliger* 45 nomenque *R* creasse *Clav.*, creasset *R Cam. Ald.* 46 Mortali] Materna *incerta manus in exemplari Cuiacii* nihil *R*, nil *ς* superbat *Ald.* 47 tremiscas *Clav.* 48 monstrat, *sed* t *in fine del. m. 1, R* 49 Sic] Si *Heinsius* 50 tantoque] tutoque *Riesius; expectes* talique; *sed enim vultus inproprie dictus pro despectu.* aspice *Cam. Clav. Ald.* 51 genuisse Ioui *Heinsius* pauorem *R*, fauorem *Ald.*, timorem *C; cf. Ovid.* 52 natum quae *Cam.*, natumque *ς* habebat *R Ald.*, habebas *Cam.*, habeto *Clav.*, habebis *Jeepius* 53 nihil *R Ald.*, nil *ς* numine] nomine *R (ita semper fere pro* numine *R)*, lumine *Heinsius* 54 trucesqꝫ *Cam.* 55 tenes] tenens *Heinsius* 56 tantum *R*, tantam *ς* 57 gutura *R* 58 Et] Ex *R* teneri *R Ald.*, teneris *C*, tener es *Jeepius* 59 Corripis] Proicis *Heinsius*, Corporis *olim Buechelerus* impressos releuans] *scripsi (cf. Ovidi met. IX 318:* e terra relevare; *neque enim telluri impressi videntur, sed brachiis)*; impressos liuens *R*, impressos licuens *Ald.*, illidens prensos *C;* liuens *Buechelerus sicut et* Corripis *nunc tutatur, olim idem* uincis *vel* torques; *illud* corripis *moleste iterarit poeta ut* pavorem *v. 48 et 51,* sternere *80 et 86; cf. v. 95* tellure] u *ex* e *corr. R*[1] *V. 59 del. Jeepius v. 57 post 58 transponens.* 60 aethereum *C* uolit] *sic R*, uolet *ς* 61 Lactoidas *R Ald.* fauola *R* 62 Quod *C*, Quo *R Ald.* 63 sorte] sortete *(nota corruptelae in mg. a m. 1) R* 64 et inermis] *Aldina*, inhermis *R*, hic inermis *C* 65 caeptis *Ald.* ulla] illa *conieci matrem intellegens, cf. v. 71; bene tamen* partus *nominativum esse videri monet Buechelerus* 66 Diue *R Ald.*, Diua *C; cf. v. 54* totis] motis *Heinsius* bruua *R* 67 lyphis *R* 69 rudes *R Ald.*, rudis *C* tentasti *C*

Frondosae deserta vagus penetralia silvae
Secura iam matre petis telisque tremendis
Ludis et aerias adducto deicis arcu
Aut funda violentus aves noctemque sub astris
Exigis et puram fractis bibis amnibus undam.
    Inmanem interea Nemeae per lustra leonem
Ipsa Chimaeraea cretum de gente noverca
In tua depastis armabat vota iuvencis,
Augebatque fero vires rabiemque iuvabat
Naturam minus esse putans. Quantaque virorum
Funera, quam multos stravit cum dentibus apros!
Non illum magnae viduatis moenibus urbes
Armorum fregere minis, Martique domando
Adsuetas morsu fudit graviore catervas.
Hunc gravis Eurystheus (nam te, quo cuncta levares,
Imperium duri voluit sufferre tyranni
Sic mundo Fortuna favens), hunc sternere leto
Imperat. Tum (nullum virtus reticenda per aevum
Dignaque sidereos post membra intrare recessus!)
Posse mori quam vile putas! Namque impiger ultro
Vadis inmensae scrutatus invia silvae;
In nova sanguineos armantem vulnera rictus
(Admonita feritate iubàs visuque cruentus
Excussis movet arma toris dubiumque residens
Infremit) invadis trepidum solisque lacertis
Grandia corripiens eluso guttura morsu
Imbellem fractis prosternis faucibus hostem;
Quin et flavicomis radiantia tergora villis
Ceu spolium fuso victor rapis. Emicat omnis
In laudes mox turba tuas longoque relicta
Currit in arva metu. Iuvat ire et libera rura
Defensosque videre locos silvamque iuvencis
Iam facilem et nulli resonantes fletibus agros.

73 sqq. *ex Claudiani de III cons. Hon. 48 sqq.* 89 *Cl. M. Victor aleth. III 702:* vile putant quodcumque licet. 100 *Verg. II 27:* iuvat ire et Dorica castra Desertosque videre lòcos; *cf. Claudiani in Ruf. II 431.* 102 *Manili V 567:* resonavit flebile.

70 deserta uagus] uagus deserta *(corruptelam in mg. notat m. 1) R*, deserta uagus *ς* 71 tremendis *C*, tremendas *R Ald.*, tremendum *Heinsius*, tremendus *Baehrens* 72 Ludis] Laus *R (corrupt. in mg. not. R*[1]*)* et aerias] *R Clav.*, in aethereas *Cam.*, aetherias (*om.* et) *Ald.* 73 uiolentus *R*, uiolenter *ς* *Ante v. 75 numerum II scripsit R*[1] 75 Immanem *ω* nemea *Ald.* *Verba* nemeae per lustra leonem Ipsa Chimaeraea *om. R* 76 Chymeraea *Cam.*, Chimerea *Clav.*, chymirea *Ald.* 77 tua] *ex* sua *corr. R*[1] 79 Natura *R* quantaque *R Ald.*, heu quanta *C*, quanta illo *conieci* 80 cum dentibus atrox *conieci*, cum gentibus agros *Riesius*, tum dentibus agros *Aem. Baehrensius;* agros *iam Heinsius. Sed a leone agros ac segetes vastari ignotum* 81 urbis *R* 83 Adsuetas *R*, Assuetas *ς* morsu *R Cam. Clav.*, morsus *Ald.* ᶠfudit *(sic* f *add. m. 1) R* 84 Euristeus *Cam.*, Euristheus *Clav.* quo cuncta *R Ald.*, quocunq; *C* 85 tyrranni *R* 87 tum *R Ald.*, at *C* 89 putas] putat *Clav.* nanq; *Ald.* 90 Vadis *R*, Vadis et *ς* inmensae *R*, imm. *ς* inuia *R*, deuia *ς*, scruteris ut inuia *conieci* *post* silvae *punxi* 91 armante *R*, armantem *Cam. Ald.*, animasti *Clav.* *Post v. 91 aliquid intercidisse coniecit Riesius; parenthesin* admonita . . . Infremit *constituit Buechelerus quem secutus sum; elegantior poeta dedisset v. 91:* armat leo uulnera 92 Admonita] Admonitus *conieci* iubas *R Ald.*, iuba *C*, Admonitae f. iubae *Heinsius* 94 Infremuit *(signum corruptelae a m. 1 in mg.) R, item Ald.* trepidum] tumidum *incertus in exempl. Cuiacii* solidisque lacertis *Heinsius* 95 mursu *R* 96 Inbellem *R* prosterni *R* 97 Quin *R Ald.*, Tunc *C* 100 ire] ere *Ald.* 101 locos] focos *Heinsius* iouencis *R* 102 nulli *R* (nulli *pro* nullius *haud ignotum*), nullis *ς*; *de genitivo cf.* teneri *v. 58*

Maenalium petis inde nemus fletamque colonis
Arcadiam et raro steriles iam robore silvas.
Namque hic inmensa membrorum mole cruentus
Indomitus regnabat aper soloque tremendus
Corpore lunatis fundebat dentibus ornos
Sternebatque suis lugentia rura colonis.
Horrebant rigidis nigrantia corpora saetis,
Duratosque armos scopulis totosque per artus
Difficilis potuisse mori. Non spicula in illum
Nodosumve rapis gravato pondere robur.
Armati viduatur honos; nec vulnera virtus
Exemplo tibi facta timet. Iamque arripis ultro
Spumantem cogisque diem sufferre tuendo
Atque supinando mirantem lumina vinctum
Argolici victor portas sub tecta tyranni.
Fama celer toto victorem sparserat orbe,
Auxiliumque dei poscebat Creta crudeli
Victa malo. Taurus medio nam sidere lunae
Progenitus Dictaea Iovis possederat arva.
Fulmen ab ore venit, flammisque furentibus ardet
Spiritus, et terram non caeli flamma perurit,
Sed flatus monstri: dempto iam Siria cessent
Sidere solque, licet glaciali frigore victor,
Abstrusum mundo claudat iubar, aurea condens
Lumina, et ignifluo stupefactus in orbe tepescat!
Aestus habet Cretam. Pereunt silvaque lacusque
Graminaque et fontes sacri, montesque perurit
Flamma ferox. Idam superis spectantibus ignis
Dissipat. et magno cunabula grata Tonanti
Igne suo monstrum, si fas est dicere, vincit.

---

103 *Statii Theb. IX 719:* Maenalium .. nemus. 105 *Verg. Aen. V 431:* membris et mole valens. 107 *Stat. Theb. II:* lunataque dentibus uncis ora (*Sidon. c. VII 192:* lunas). 112 *Verg. Aen. VIII 220:* nodisque gravatum robur. 117 *Martialis IX 65, 5:* Argolico ... tyranno. 118 (cf. 133) *Iuvenci I 178:* celeris .. famae. 121 *Verg. Aen. III 171:* Dictaea negat tibi Iuppiter arva. 125 *Orientius comm. I 553:* glacialis frigora brumae. 132 *Stat. Theb. II 595, Claud. carm. min. 40, 11:* si fas est credere *(cf. Iuvenci III 298).*

Ante v. 103 numerum III adscripsit R[1] 103 Moenalium *Cam.* 104 raro steriles *Ald.*, raro sterelis *R*, steriles raro *C* 105 Nanque *Ald. Isengr. Clav.* inmensa *R*, imm. *ς* cruentus] rigentum *Heinsius* 106 soloque] solidoque *Heinsius (cf. v. 94)* 107 fuudebant *Cam.*, fiudebat *Cuiacius* dentibur *R* 108 suis ... colonis *R Ald.*, suos ... colonos *C* lugentia] ingentia *Riesius; sed* lugentes campos *pro Orco Vergilius VI 441; ita haec quasi mortis rura esse videntur „suis colonis“.* 109 Horrebat *Heinsius* rigidis *R Ald.*, trifidis *C* 110 Duratusque *Wernsdorfius* scapulis *Heinsius* 112 grauidato *Clav.*, gravato *ς*, clauato *Livineius, Pulmannus; sed cf. Vergilianum* nodisque grauatum robur. 114 Exemplo *R Ald.*, Extemplo *C* 115 diem] deum *Riesius;* uicem *temptaram (ita* uicem suam conquestus est *Suetonii Octav. c. 66;* uicem reposcat *Martial. VIII 38, similia); sed potius ridiculum in modum Cerberum cum apro poeta confudit inde a v. 111; cf. Apollod. bibl. II 5, 12.* 116 supinato *Clav.* limina *R*, lumina *Cam. Ald.*, lumine *Clav.* vinctum] *scripsi;* vinci *ω: cf. Apollod. l. l.* 117 tyrrami *R* 118 celer] uolans *Clav.* orbe] urbe *R* *Ante v. 119 numerum* IIII *pinxit R*[1] creta crudeli *Ald.*, creata crudeli *(notam corruptelae in mg.) R*[1], creta cruento *ς* 123 coeli *Cam. Clav.* 124 dempto] *scripsi,* dextro *ω*, tetri *Scaliger,* taeter *Heinsius*, retro *Riesius*, dextro *coll. Verg. Aen. IV 578 defendit Buechelerus* Syria *Cam.* cesset *Clav.* 125 Sidera *Scaliger* uictor *R Ald.*, uictus *C* 126 iubar *C*, iuba *R Ald.* 127 Limina *R* ignifluo *C*, ignifluus *R Ald.* tepescat *C*, tepescet *R Ald.* 128 siluaqꝫ *R*, siluaeqꝫ *ς* 129 sagri *R*, sicci *Buechelerus*

Tandem fama celer Dictaea ad litora magnum
Duxerat Alciden: cum taurum dira minantem
Accipit et saevum cornu flammasque vomentem
Corripit atque artus constringens fortibus ulnis
Ignifluos flatus animamque in pectore clausit.

III.

DE DVLCIO.

Nectareo muro dulces cinguntur harenae.

IV. (LXXI.)

DE ZONA MISSA AB EADEM ARCADIO AVGVSTO.

Stamine resplendens et mira textilis arte
Balteus alipedis regia terga ligat
Quem decus Eoo fratri pignusque propinqui
Sanguinis Hesperio misit ab orbe soror.
Hoc latus astringi velox optaret Arion,
Hoc proprium vellet cingere Castor equum.

V.

EPITHALAMIVM LAVRENTII.

In primis te, sponse, precor: patiare canentem:
Teque, puella, magis: tacito mihi carmine parcas.
Scimus enim, scimus vobis nunc carmina nostra
Doctiloquique etiam linguam solidare Maronis.

III *Cf. de dulciolis Apuleius met. IV 27. Verg. Aen. V 597 (Ovidi met. IV 58):* muris cum cingeret.

IV *Carmen hoc fortasse illorum, quae supra p. 337 n. 47 et 46 expressimus, imitatione effictum; potest tamen esse videri Claudiani.*

---

133 Tandem] Uixdum *Jeepius* littora *Cam. Ald.* 134 cum] qui *Baehrensius* 135 Accipit] *sic ω,* Excipit *Scaliger* *„Nos habere modo particulam totius carminis satis apparet, cum tria tantum de XII vel XX certaminibus Herculis hic enarrentur", Gesnerus.*

III *Exstat in VM, item in Parisino lat. n. 5719 (saec. XIV). V ad hoc carmen adnectens illud de locusta (Carminum minorum 24) inscripsit:* De dulcio de lucusta; *indicem om. M et Parisinus;* De dulcio *catal.* in *M*

N *initiale om. M* harene *codd. Aliud nimirum carmen est quod expressit Riesius c. 753 ex codd. βH et eo quem V notarit:* Suaue tibi nomen; sed si te talia tangunt, Moribus atque animo postea dulcis eris.

IV *Exstat in VM, item in Parisino 5719* *Indicem* Item de zona *eqs. sic habet (nisi quod* archadio aug̃.) *V ubi legitur post c. min. 48, omm. M et Parisinus.*

1 texilis *M (cf. V 42)* 2 ligat *VM* (liget *m. rec. in V*) 3 Quod decus *M* 6 uellet] *supra lin.* V^1

V *Exstat in VM* Incipit epythalam̃ Laurentii *V; indicem om. M;* e thalamium laurentii *catal. in M* *Carminis quod sequitur XII versus 11 sq. ad huius Epithalamii exordium retulit Aem. Baehrens.*

1 I *initiale om., sed in mg. suppl.* M^1 In primis] *i. e. in initio carminis* paciare *M* 2 michi *V* crimine *Wernsdorfius; sed* tacito *idem atque „postquam desierit carmen"* 4 solidare] *sub hac lectione sicut traditur latet fort. obsoletum* stolidare *cui oppositum sit* doctiloquus *(cf.* solidus *pro* stolidus, *Loewe, Prodrom. corp. gloss. p. 81); ita* nilicare *intransitive pro* nilicum esse *dicitur; ita a madido ductum est* madidare *pro madere (Rapt. Pros. II 88); ita* russat *tergum locustae anthol. lat. Ries. 21, 58; ita* coruscare *scripsit Angilbertus carm. 6, 205;* fluidare *ap. Roensch. Ital. et Vulg. p. 172*[2], iucundare *Pentad. de adventu veris 19,* naufragare *Alc. Avit. c. VI 697.* Sordere *coniecit Wernsdorfius.*

Sed breviter strictimque duos dicemus amantes,
Materia atque licet plus quaerat, pauca loquemur.
    Principio generis simili vos stirpe creatos
Florenti Florique patris sat nomina prodent.
Matribus et pariter respondet fetus uterque:
Nam decuit Mariam sapientem fundere natam
Calliopenque simul iuvenem proferre togatum.
O similes multumque pares! Te prima iuventus
Insignem vegetumque tenet; nam nuper opertus
Flore genas plenaque decens lanugine malas
Mollia votifero dempsisti vellera ferro.
Egregio fulges cultu totusque decorus,
Ex facie mores patriamque ex nomine pandens:
Nam quae primates quondam genuere Latinos
Antiquaeque urbi proprium tribuere vocamen,
Dant tibi, Laurenti, Laurentes nomina Nymphae.
Quid memorem mores iuvenili in corde seniles
Atque Ithacum ingenium Romana fervere lingua?
Tu fora, tu leges celebras sanctumque tribunal
Promptaque impavidus tu suetus dicere dextra.
Te insontes palmam semper tenuere patrono,
Te contra adstantem semper timuere nocentes.
Prorsus habes iuvenis totum quod Tullius auctor
Causidicos retinere iubet: nam, fultus utroque,
Vir bonus es nimium, fandi pariterque peritus.
    Ad te nunc breviter (nam sic te velle putamus)
Verba, puella, feram, pulchro formosa colore.
Lilia ceu niteant rutilis commixta rosetis,
Sic rubor et candor pingunt tibi florida vultus.

7 *Ovid. met. XIV 699:* de stirpe creatus. 14 *Stat. Silv. III 6, 45:* primoque micantes Flore genae; *Lucani X 135:* lanugine malas *(cf. Stat. Theb. IX 703).* 18 sqq. *Verg. Aen. VII 61 sq.:* primas cum conderet arces Ipse ferebatur . . . Latinus Laurentis . . . nomen posuisse colonis. 19 *Lucreti II 657:* proprium proferre vocamen. 20 *Verg. Aen. VIII 71:* Laurentes nymphae. 21 *Claud. pan. Ol. et Prob. 68 sq.:* senes . . iuvenilis. 29 *Cato apud Quintil. XII 1, 1:* orator est vir bonus dicendi peritus.

6 Materia atque licet] *scripsi;* Materiesque licet *Buechelerus;* Maria qu . . . cet (li superscr.) (li *add. m. rec., post* qu *nonnulla oblitterata*) *V,* Maria, *deinde spat. vacuum quinque litteris aptum M; possis etiam* Magnaque causa licet plus quaerat *coll. v. 49: futtilia Muellerus* 7 uos] nos *M* *Claverius in „indice operum Claudiani“ etiam spuria carmina ex cod. vetere et schedis Gnosianis enumerans exscribit verba haec:* Principio generis simili nos *(sic)* stirpe creatos Florentis *(sic)* Florique patris, *citat tamen haec ex „Panegiri Amicorum“ errore aperto (cf. Kochius p. 51)* 8 Florentis *Claverius* patris] patrum *Hauptius op. III p. 373* prodent] *Heinsius,* prodet *VM;* produnt *Riesius;* nomine prodit *(a prodeundo) ego; aliter enim* patrum *necesse legatur. Sic decor exit ab armis infra VII 8* 9 fetus *sic M,* fętus *V* *in* fundere *desinunt VM;* natam *vel* prolem *suppl. Muellerus.* 11 Calliopēqꝫ *M* togatum] *in* to *desinit V, in* proferre (*om.* to) *M;* togatum *expl. Riesius; malim* tonantem, *sc. oratorem* 13 opertus] *in* nuper *desinit V, in* tenet (*om.* nam nuper) *M;* ad aras *suppl. Buechelerus,* adultus *Muellerus,* opacus *Jeepius,* opertus *ego; scilicet „plena“ lanugo vel barba fuisse dicitur* 14 Flore genas] *Jeepius,* Florigenas *VM,* Florigeras *Riesius* decens *VM,* tegens *Baehrensius* 15 dempsisti *VM* (sti *in ras.* V^1) 16 fulgens *Muellerus* totusque] lucesque *Riesius* 17 Ex] *scripsi;* Et *VA* facie *M,* faciē et *V, sed virgulam et et add. m. rec.; a* V^1 *potest aut* facies *scriptum esse aut* faciē pandens] pandis *Riesius* 20 Dat *M* nimphe *M,* nymfę *V* 22 Ithacum] *scripsi;* Ithalum *M,* Italum *V; Ulixem scilicet dicit latinum* 24 Promptaque et impauidus *Muellerus* 25 Te palmam insontes *Muellerus* 26 adstantem *VM,* stantem *Muellerus* 29 fandi patqꝫ peritus *V; haec verba om. M; corr. Heinsius* 30 Ad] At *VM* nunc] n̄ (= non) *M* 31 pulcro *M* 32 niteant *VM,* rident *Muellerus* 33 florida] Florida *Riesius* uultus] *pro genitivo accipias*

Denique miramur quod colla monilia gestant.
Ex umeris frustra phaleras imponis eburnis.
Non tibi nam gemmae, sed tu das lumina gemmis
Atque alias comit, per te componitur aurum.
Ipsa loqui, scriptique tenax veloxque legendi,
Scis tamquam talis fueris praesaga mariti
Et Musea tuis insedit cura medullis.
Nec minus in propriis studium: nam vellera lanae
Textilibus calathis semper tractare perita
Inque globos teretes coeuntia volvere pensa
Compositas tenui suspendis stamine telas,
Quas cum multiplici frenarint licia gressu
Traxeris et digitis cum mollia fila gemellis,
Serica Arachneo densentur pectine texta
Subtilisque seges radio stridente resultat.
Sed iam sufficiat de magnis pauca locutum,
Nec sinit hoc tempus, totas nunc pandere laudes.
Quin magis, o pueri, vosque exaudite, puellae,
Quas optare pares thalamos taedasque iugales
Sensibus ex imis suspiria ducta fatentur!
Consertas prensate manus magnumque per orbem
Dextra liget laevam. Festos celebrate hymenaeos
Ac, modulante melos pariter caesoque pavinto,
Cum pede vox resonet: persultent atria larga,
Quae virides cingunt hederae laurique coronant
Votigerique ignes, stellantia lumina, complent.
Tympana, chorda simul symphonia, tibia, buxus,

34 *Claud. c. min. 47, 9:* monilia collo. 35 *Verg. georg. III 7:* umeroque . . eburno. 37 *Prudentius Peristeph. II 307:* Hoc est monile ecclesiae, His illa gemmis comitur. 43 *Verg. georg. IV 349:* pensa devolvunt. 52 *Ovidi her. 4, 121:* taedaque . . iugali.

34 gestant *V*, gestent *M* 35 Ex] Ecce *Jeepius;* Atque *Wernsdorfius* humeris *VM* faleras *VM* inponis *V*, suspendis *Burmannus* eburnis *V*, eburnas *M* 36 Non tibi nam *V*, Nam tibi non *M*, Non tibi dant *Baehrensius* 37 componitur *VM*, quod comitur *Riesius et Muellerus, item Eldikius; sed etiam* componi *idem quod* ornari *atque de vestitu usurpatur; „sic in glossariis perpetuo fere* comit: componit“ *Buechelerus* 38 Ipsa loqui] *scripsi;* . . . a loqui *(spatio vacuo relicto 2 litterarum) V; nihil habet nisi spat. vacuum 7 litterarum M;* Docta loqui *Buechelerus,* Scita loqui *Baehrensius;* Eloquii *Heinsius* scriptique] i *alterum in ras. M*[1] 39 Scis] *scripsi; deest in V spatio vac. rel.;* Scis tamquam *om. M spat. vac. 13 litterarum.* Et *suppl. Heinsius* 40 Et] *ego; item Baehrensius; om. V spat. vac. relicto; om. etiam M neque reliquit M vacuum spatium nisi unius initialis litterae; itaque conieci* 7. Haec *suppl. Muellerus,* Iam *Buechelerus,* Sic *Jeepius* 41 studium] u *alterum adrasum M* 42 Texilibus *M* galathis *V* tractare] traxere *M* 43 globos] *cf. Hieron. epist. 130, 15; alii* glomus *dicebant* teretes *V*, ueteres *M* uoluere] *Buechelerus,* uellera *VM*, uellere *Wernsdorfius,* pectere *Muellerus* 45 frenarint] *Muellerus;* frenarunt *VM* 46 cum] *recte et M et V* 47 araneo *VM* 48 strindente *M* 49 sufficiat *recte et M et V* loqutum *VM* 50 Nec *V*, Non *M* nunc pandere laudes *V*, effundere uires *M* 52 Quas *V*, Quos *M* tedasque *M* 53 eximis] *ita corr. m. rec. in V*, eximiis *MV*[1] 54 Consertas] Consertae *Baehrensius;* Conserite ac *ego* prensate *V*, pensate *M*, pressate *Buechelerus* 55 festos] fastos *M* ymineos *V*, himieneos *M* 56 modulante] *VM;* modulate *Muellerus; sed pavimentum est quod, dum caeditur, pariter modulationem facit carminis; ita* sonum uocis pulsu pedum modulari *Livius 27, 37* cesoqꝫ pauinto *VM;* caeso paumento *Hauptius,* caeso pauimento *Heinsius,* caesoque pauito *Muellerus,* quasso pauimento *Riesius; sed enim* caeso *ex re metrica sumptum, unde* uersus caesura *et* scansio *(de forma* paumento *cf. Haverfield. in diurnal. Angl. XVI p. 193: Seelmann Aussprache etc. p. 218)* 57 Compede *M* larga *VM*, longa *Heinsius* 59 Uotiferique iguis *Muellerus* lumina] limina *Heinsius;* stellanti lumine *Jeepius* 60 Timpana *M* corda *VM* simphonia *M:* symphonia *nimirum praedicati locum habet: Tympana, chorda, tibia et reliqua simul symphonia sunt vel sunto.*

Cymbala, bombylium cornus, aes, fistula, sistrum,
Quaeque per aeratas inspirant carmina voces,
Umida folligenis exclament organa ventis.
    Surge age iam iuvenis: dextram complectere sponsae!
Tuque puella caput niveo velamine tecta
Non cunctante gradu gressum comitare mariti.
Teque etiam paucis moneamus, pronuba, verbis.
    Cum fuerit ventum ad thalamos primumque cubile,
Sit tibi cura vigens innoxia reddere membra
Virginis, ut totum, quod possit laedere, demas.
Nullum sit capiti quo crinis comitur aurum
Nec collo maneant, nisi quae sunt levia, fila
Anulus et digitis tollatur mollibus asper
Ac niveos auro propera spoliare lacertos,
Ne, dum par ludunt atque oscula dulcia iactant
Exercentque toris Veneris luctamen anhelum,
Cuncta per amplexus foedentur membra mariti
Atque invita viri maculet quae diligit ora.
    Ite pares tandemque toro recubate potiti.
Mellea tunc roseis haerescant basia labris
Et compressa suis sudet per pectora membris
Per niveosque umeros collumque per osque marita:
Dextera cervicem roseam subiecta retentet
Turgentesque simul constringat laeva papillas.
    Vivite felices quam longaque carpite saecla.
Vivite concordes, donec premat una senectus
Ambo et vestra habeant natorum vota nepotes.

63 *Persi 5, 11:* folle premis ventos. 64 *Catulli 62, 1:* iuvenes consurgite. 66 *Verg. Aen. VIII 462:* gressumque canes comitantur. 73 *citat Aldhelmus p. 288 Gil.:* ut illud epithalamii: anulus e digitis — asper. 79 *Orest. trag. 547 et Dracont. c. 8, 648:* Ite pares. 80 *Aldhelmus p. 306:* ut in epithalamio: mellea — labia labris; *item idem p. 43.* 85 sq. *Verg. Aen. III 493:* Vivite felices; *Sidon. c. XI 131 sq.:* feliciter aevum Ducite concordes, sint nati sintque nepotes Cernat et in proavo sibimet quod pronepos optet; *Alc. Aviti c. I 172:* Vivite concordi studio *et 87:* nepotes . . natorum pignora natos.

61 Cimbala *M* bombylium] *scripsi,* bambilium *VM,* bombalium *Burmannus,* cymbalium *ego olim;* bombylium *praefero βόμβον intellegens, unde βομβύλιον Graeci; itaque* cornus *genitivus; etiam* bambylium *eodem sensu retineri mavult Buechelerus coll. Groebero archiv. lexic. I p. 248* aes] *scripsi;* et *VM* sistrum] *om. M;* si V^1, strum *add. m. rec.* 62 ęratas *V*, erratas *M* inspirant] *cf.* inspirare sonum fistulâ *Gell. I 11, 13.* uoces *VM,* fauces *Hauptius* 63 hui⁊a *M,* humida *V* folligenis] *Burmannus,* folligeris *VM* exclament *Wernsdorfius,* exclamant *VM* uentis] *Muellerus;* uotis V^2, uocis $M V^1$ 67 Tuq; etiam paucis monearis *A* 69 uigens] *et M et V;* ingens *nescio quis.* membra *M* 70 ut *VM; et praeplaceret* 72 maneant] iaceant *M* 73 et *VM,* e *Aldhelmus* 75 Ne dum] Neo dū *magis quam* Nec dū *V*, Necdum *M* par ludunt] *scripsi,* faro ludū *V*, *om. M spat. vacuo rel. 7 litterarum,* proludunt *Riesius,* ambo ludunt *Muellerus,* hilare l *Buechelerus* iactant] iungunt *conieci* 76 thoris *M* ʰanelum M^1 77 Cuncta] Iuncta *Muellerus,* Puncta *Eldikius* fedentur *M,* fędentur *V* 79 thoro *M* potiti] *scripsi,* potito *VM,* petito *Muellerus* 80 tunc *VM, Aldh.,* nunc *Eldikius* basia *VM,* labia *Aldh. v. 81 et 82 om. M, unius versus spatio vacuo relicto.* 81 suis] *an* uiri? sudet per] *scripsi;* insudent *V* pectora *V*, corpora *Riesius* menbris *V*, uinclis *Buechelerus* 82 Per] *initio m. rec. in V; spat. vac. rel.* V^1 niueosque humeros collumque per os *ita* V^1, *nil amplius, clausulam versus omittens* per osque marita] *suppleri;* que caputque *supplerit m. rec. in V;* ut reflexa *add. alia manus recens ibidem,* collumque per oscula manent *Muellerus,* per osque ligatis *Buechelerus* *v. 82 ante v. 81 posuit Muellerus* 83 roseam *V*, niueam *M* (roseam *dixit Horat. c. I 13, 2,* niueam *Claud. l. Seren. 120*) retentet $V^2 M$ recentet V^1 84 Turgentesq; *V*, Stringentesq; *M* 87 Ambo et uestra] *supplevi; om. et spat. vac. reliquit* M^1; . . . . uestra *V*; Donec *in spat. vacuo rescripsit m. rec. in V;* Multorumq; *suppl.* M^2, Et iam uestra *Muellerus* uota *V*, iura *M*

VI.

DE LIBERALIBVS.

Lenaee vitisator Bromie Semeleie Bacche
Thyrsitenens bimater trieterice Nysie Liber,
Flos Ariadnaee, Corybantice, laete Thyoneu,
Da reditum nobis: sic totis dulcia rivis
Musta fluant spumetque cavis vindemia labris.

VII.

LAVS MARTIS.

Mars pater armorum fortissime belligerator,
Esto volens mitis facilis deus, esto benignus:
Sic tibi post pugnas et pastos sanguine campos
Amplexus tribuat vinclis secura Cythere.
Tu crista galeaque rubes, tu pulcher in aere;
Incutis e vultu radiantia lumina ferro.
Te thorax galeaque tegunt, non quo tibi terror
Hostilis subeat, sed quod decor exit ab armis.
Tu cum pulsatum clipei concusseris orbem,
Inmugit mundus, tellus tremit, aequora cedunt.
Da nobis reditum. Patriam repetamus ovantes:
Sic tibi lascivae celebrentur in urbe kalendae.

VII 4 *cf. Anthol. lat. 428 (Pentadii):* Bellipotens Mavors .... hic securus ama; locus hic amplexibus aptus. 6 *Ovidi trist. II 324:* radiantia lumina, *ex Ponto III 4, 103:* galeae .. radientur. 7 *cf. Claudiani Epithal. Hon. et Mariae 192:* horror Thoracum gladiosque tegat vagina.

VI *Exstat in VMβH; praeterea ex cod. vetere Cuiacii et schedis Gnosianis exscripsit Claverius in fol. 271. Cum c. V arte cohaeret omisso indice in VM:* De liberalibus *in mg. V*[1]; laus liberi *Claverius, item catalogus operum codicis M qui* Laus liberi et laus martis *titulos coniunxit:* De Baccho (uel ad Bac.) *β;* De Baccho uel ad Bacchum *H. Verior index foret:* De reditu suo ad Liberum. *Sed intellegatur: „de carminibus Liberalibus sive in Liberum scriptis", de quibus scilicet desumptum hoc est; cf. infra c. VIII.*

1 Lęnęę *V*, enee *(omissa initiali) M*, Lenis *βH Clav.* uittis sator *V*, uitis sator *M*, uitisator *βH Clav.* Bromie] proles *βH Clav.* semeleia *MβH Clav.* bache *VM* *V. 2 et 3 om. βH Clav.* 2 tirsitenens *M; verba reliqua huius versus om. M* bimater *V, vitio metrico quo in v. 1* Lenaee *pro dactylo:* biparens *Jeepius* nysię *V* *V. 3 om. spat. vacuo relicto M.* Flosaria dene *V; deinde* et *inserit Jeepius; sed de vitio metrico cf.* Bromie *v. 1* Corybantice] *Buechelerus;* coriatice *V;* curetice *Heinsius* tyoneu *V* 4 riuis *V*, uerbis *MβH Clav.* 5 Musta fluant] *Riesius,* Musa fluant *(punxit m. 2)* spumetque cauis uindemia labris *V*, Mella fluant, *deinde spat. vac. 6 litteris aptum, deinde* spumet uindemia labris *M*, Mella fluant totis spumet uindemia labris *βH, item nisi quod* vndemia et labris *(sic) Clav.*

VII *Exstat in VMβH. Arte cohaeret cum c. VI indice omisso in VM;* Laus Martis *V*[1] *in mg.;* De Marte (vel ad) *β;* laus lib'i et laus martis *coniungens indices catalogus operum in M;* Ad Martem versus Rhopalicus *H. Agitur* De reditu ad Martem.

1 M *initiale om. M* belli gerantum *βH* *V. 2—12 om. βH* 2 mittis *V* 4 tribuit *M* uinclis *VM*, uincli *Heinsius* cithere *VM* *Interpretor: Cythere post pugnas tibi secura sive securitatem tribuat per amplexus vincula.* 5 ere *V*[1]*M* (ęre *m. rec. in V*) 6 e uultu *M*, a uultu *V*, et uultu *conieci* 7 torax *V* galeaq; *VM*, ocreaeque *Riesius* 8 exit ab armis *om. M*, erit *V*[1], exit *m. rec.* 9 pulsatum (u *prius iteravit m. rec.*) *V*, pulsati *M* concosseris *M* 10 Inmugit *M*, Imm. *ς* *V. 11 et 12 om. M spatio vac. relicto 1 versibus apto.* 11 Da] *m. rec. in sp. vac. V* ut *post* reditum *add. m. rec. in V* Da reditum nobis *Riesius* 12 lascive *V*[1], ę *corr. m. rec.*

VIII.
DE IVNONALIBVS.

Iuno poli domina, cui uincla iugalia curae,
Supremi caeli regis coniunxque sororque,
Da reditum nobis: sic regnum transeat orbis . . . . .

IX. (XCIII.)
DE HIPPOPOTAMO ET CROCODILO.

Vtraque fecundo nutritur belua Nilo,
Quaeque uorat morsu quaeque sub ore fremit.

X. (XCIV.)
DE AQVILA QVAE IN MENSA DE SARDONYCHE LAPIDE ERAT.

Mensa coloratis aquilae sinuatur in alis,
Quam floris distinguit honos, similisque figura
Texitur: implumem mentitur gemma uolatum.

XI.
DE ISIDIS NAVIGIO.

Isi, o fruge noua quae nunc dignata uideri
Plena nec ad Cereris munera poscis opem
(Nam tu nostra dea es nec te deus ipse tacendi
Abnegat expertus, quis tua uela ferat:
Namque tibi Zephyrus fauet ac Cyllenius ales):
Ne nostra referas de regione pedem.

VIII 1 *Verg. Aen. IV 16:* uinclo . . iugali. 2 *ibid. I 50:* Iovisque Et soror et coniunx. 3 *Manil. I 378:* transita regna.

IX 2 *ibid. IX 339:* fremit ore.

XI 6 *Epist. Sapphonis 186:* referre pedem.

VIII *Non exstat nisi in V Arte cum c. VII cohaeret indice omisso in V;* Iunonalibus V^1 *in mg.;* De iunonalibus *operum catalogus in M: intellegas: „de carminibus in Iunonem scriptis desumptum";* Ad Iunonem *inser. Jeepius,* Laus Iunonis *Baehrensius. Sed cf. c. VI et XIII.*

1 Iuno] *Jeepius, om. V spat. uacuo relicto in quo* atq; *m. rec.;* Alma *vel* Diua *Muellerus,* Sancta *Riesius; possis etiam* Summa domina V^1, dominæ *corr. m. rec.* 2 Supremi *V, sed* Supr *in spat. uac. m. rec.* 3 Da reditum] *Muellerus;* Det reditum *V, sed* Det re *in spat. uac. m. rec. Carmen sic fere continuabatur:* sic regnum transeat orbis Nomen honorque tuus; *de transeundo cf. Manil.*

c. IX et X ex cod. vetere Cuiacii et schedis Gnos. expressit Claverius in fol. 271 (Kochius p. 50).

IX *Legitur in V post Epithalamium Palladii, in M in fol. 121. Exstat in βII quoque. Indicem sic dedit Clav.;* Incipit de hipopotamo *inser. V; indicem om. M;* De ippotamo et cocodrillo *catalogus operum Claudiani in M;* De Hyppopotamo *β;* De Hippopotamo *II*

1 Utraque] U *initiale in mg. scripsit* A^1; ut quæ *βII Clav.* foecundo *Clav.* bellua *βII Clav.* 2 uorat] necat *βII Clav. In fine aliquid deesse indicat β.*

X *Legitur post c. IX in V; item arte cohaeret cum IX in M. Indicem sic, sed* sardonyche *et omisso* De aquila, *habet* V^1, De aquila *suppletur ex subscriptione; indicem om. M;* De aquila *β, item Clav. et catalogus operum in M. Carmen deest in II*

1 M *initio om. A* coloratus *Clav.* sinuatur] sinatur *A,* iunatur *Clav.,* uariatur *Barthius* 2 floris] florum *β Clav.* simiique *β Clav.* 3 inplumem *V* Explic. de aquila. Incipit de bello pollentino *V* (lib.[5] inc. *add.* V^2)

XI *Exstat in β, deest in II.* De Isidiæ nauigio (uel Isidis *in mg.*) *β;* de ysidis nauigio *catal. in M Ceterum uarietas nulla.*

XII.

DE LAVACRO.

Qui splendere cupis claro tenuique lavacro,
Pontica succedas in balnea nobilis undae,
Quam nec Alexandri mater sub sole cadenti
Emeruit, non si varia se aspergine Gai
Effundat per aperta latex e sedibus imis
Cum Syrio unguento. semper cui roscidus umor.
Hic femora et suras et brachia molliter ambit
Et rigat in pluviam sensimque ad colla resultans
Tangit odore levi et grato spiramine nares
Lenis et externas admittere nescius artes.
Huc ades o Florens et festa luce relaxa
Mentis onus nebulasque fuga. quae frontis honorem. . . .

XIII.

DE VINALIBVS.

Non tibi vina placent, o insanabilis hospes?
Nec mens est Thebana tibi. licet aggere celso
Dircaeae rupis dicas fluxisse parentes?
Vertice de Nysae per rura et nostra Lyaeus
Transiit implevitque vias nigrantibus uvis.
Musta siti posuit pater, et non tempore ab illo
Desierant haec sacra coli vatumque sonoro
Carmine Mincius et strepuit circumsita ripa
Fluminis Etrusci quem non aequabit Orontes.

XIV.

DE CYTHERA.

Forte erat Aurorae tempus Solisque quadriga
Fecerat et ventum et sonitum per nobile marmor
Astantis pueri. cum te, mea bella Cythere,

XII 3 *Verg. Aen. IV 480:* solemque cadentem. 5 *georg. IV 471:* de sedibus imis. 12 *Statii silv. I 2, 113:* frontis honores.

XIII 5 *Catulli 17, 16:* nigerrimis . . uvis.

XII *Exstat in βII. Agi videtur de lavacro Pontici cuiusdam.*

3 *Alexander hic erit Alexander Severus imperator materque eius Iulia Mammaea; haec Mammaea si Gai cuiusdam balneo splendido utatur, dicitur unda minus nobili lavari quam quae nunc fluat in balneo Pontico. Lamprid. vitae Alex. 26, 9 comparabat Buechelerus.* 4 si] sic *Buechelerus* Caii *βII*, Bais *Buechelerus; vel* gratus *vel* talis *idem.* 5 *paene* operta *II* 6 semper cui *β*, cui semper *II* humor *βII* 7 bracchia *II* 8 in pluuiam] ingluuiem *conieci pro gula* 9 leui *II*, leni *β* *v. 11 et 12 ad Laurentii epithalamii exordium rettulit Baehrensius.* 12 *in fine aliquid deesse indicant βII; supplendum fere:* quae frontis honorem Dedecorant.

XIII *Exstat in βII.*

1 insanabilis *(sic) β* 4 nisae *β*, Nisae *II* per rura et nostra *II*, per nostra rura *β*, perlustrans rura *Buechelerus: sed intellegas:* non solum per Thebana rura, sed per nostra quoque prope Mincium. liaeus *β* 6 siti] *scripsi;* sibi *βII* 7 Desierunt *Schraderus* 8 strepuit] tremuit *II* circumsita, *sed* i *posterior ex corr. II* 9 quem *(sic) β*, quod *vel* quam *Baehrensius*

XIV *exstat in βII.* *Indicem sic βII;* De cethera *catal. in M*

2 et uentum et sonitum] aduentu sonitum *Schraderus* per] e *ex corr. II* marmor] *indicari videtur aut Memnon ipse aut aliqua eius imitatio.* 3 Adstantis *β*

Aspicio venientem et tu mea limina grato
Introitu dignata rosas et lenis amomi
Delicias miras tecum allicis, unde secutae
Palladis et frondes nulliusque inscia laurus.
Atria nostra virent, et agunt in limine primo
Radicem platani: ad portam venit arbutus ipsam.
Felix multa arbos, imitans miracula Pindi
Quae non delebit livor nec sera vetustas.
O iucunda nimis, tenui quae visa poetae,
Dum credis vitium non auscultare Camenis.

XV.

DE CEREO.

Flora venit. Quae Flora? dea. An de gente Latina?
Non reor: at Chloris dicta per arva fuit.
Huius in adventum radiant de nocte lucernae;
Nam nitet atque hilarat lumine cuncta suo.
Cerea materies apibus debetur, apisque
Floribus atque hortis sit, precor, aequa meis
Non, ut mel rapiam, cuius non tangor amore,
Sed cera in talem fiat ut alba diem.

XVI.

DE IRVNDINE.

Periit.

XVII.

DE MERGO.

Periit.

XVIII.

DE VITVLIS MARINIS.

Periit.

XIX.

DE APE.

Periit.

XX. (XCVIII.)

LAVS CHRISTI.

Proles vera dei cunctisque antiquior annis,
Nunc genitus, qui semper eras, lucisque repertor

XIV 6 *Horati c. I 12, 7:* unde . . insecutae. 10 *Livius V 24:* nulla felix arbor.
XV 2 *cf. Ovidi fast. V 195.* 7 *Ovidi trist. I 1, 53:* tangebar amore.
XX *Pendet hoc carmen ex Claudianeo De Salvatore (carm. min. 32).* 2 *Claud. 11:* mundique repertor.

6 sequutae *βH* 7 *Claud. Rapt. II 109:* venturi praescia laurus *apte confert Buechelerus* 8 agunt *H et* agens. c. p. *in mg. idem,* agens *β, unde* agunt *in mg. corr.* β^{1} limine *H,* limite *β* 9 ipsa *Buechelerus* 10 multa arbos] *graeco more pro* arbores multae (*sc.* adsunt); culta *coni. Buechelerus,* multum *Baehrensius.* 11 Quae *β, unde* Quam *in mg. corr.* β^{1}, quam *H et* quae. c. p. *in mg.* 12 nimis] comes *Buechelerus* 13 camaenis *H*

XV *Exstat in βH. Inscr.* De cereo *β et catal. in M, item H, sed* flore *add. ibid. m. altera*

1 *Inter* Flora *et* uenit *lineam pronam traxit β.* 5 apisque] *scripsi;* amicis *β; post v. 5 aliquid intercidisse putabat Buechelerus.* 6 præcor *β*

XVI—XIX *In operum Claudiani catalogo qui exstat in fine codicis M scriptus a m. prima inter titulos carminum minorum et spuriorum quidem etiam hi tres vel quattuor adferuntur, quos sub numeris 16—19 adscripsi; eosdem habet Claverius (cf. Kochius p. 48 sqq.); carmina ipsa nusquam comparuerunt.*

XX *Ex ed. Camertis quatern. C fol. II verso (fol. 168), qui* Claudiani laus Christi *inscriptum habet. Ex Camerte autem assumpsisse videtur Isengrinius, ex Isengrinio Claverius.*

Ante tuae matrisque parens; quem misit ab astris
Aequaevus genitor verbumque in semina fusum
Virgineos habitare sinus et corporis arti
Iussit inire vias parvaque in sede morari,
Quem sedes non ulla capit; qui lumine primo
Vidisti quidquid mundo nascente crearas;
Ipse opifex, opus ipse tui, dignatus iniquas
Aetatis sentire vices et corporis huius
Dissimiles perferre modos hominemque subire
Vt possis monstrare deum, ne lubricus error
Et decepta diu varii sollertia mundi
Pectora tam multis sineret mortalia saeclis
Auctorem nescire suum:
Te conscia partus
Mater et attoniti pecudum sensere timores.
Te nova sollicito lustrantes sidera visu
In caelo videre prius, lumenque secuti
Invenere magi. Tu noxia pectora solvis
Elapsasque animas in corpora functa reducis
Et vitam remeare iubes. Tu lege recepti
Muneris ad Manes penetras mortisque latebras
Immortalis adis. Nasci tibi non fuit uni
Principium finisque mori, sed nocte refusa
In caelum patremque redis rursusque perenni
Ordine purgatis adimis contagia terris.
Tu solus patrisque comes, tu spiritus insons
Et toties unus triplicique in nomine simplex.
Quid, nisi pro cunctis, aliud quis credere possit
Te potuisse mori, poteras qui reddere vitam?

XXI. (xcix.)

MIRACVLA CHRISTI.

Angelus alloquitur Mariam, quo praescia verbo
Concipiat salva virginitate deum.

3 *Claud. 2:* quem fudit ab alta Mente pater. 5 *Claud. 8:* Virginei tumuere sinus. 7 *Claud. 14:* qui non spatiis terrae . . . nec capitur caelo. 15 *Claud. 10:* Auctorem paritura suum; *Sedulii c. pasch. II 14:* suum nescire genus. 17 *cf. Sedulii II v. 89.* 20 *Sedulii III 164:* Functa . . revocate cadavera vitae. 26 *Claud. 19:* Purgata . . . tellure. 28 *Sedulii I 298:* Quod simplex triplicet quodque est triplicabile simplet.

3 Ante tuae] *sic Camertis ed.*, Nate tuae *Barthius* 4 uerbumque] *scripsi:* uerbique *Cam.*, mundique *Jeepius: cf. quae coniectari ad Claud. carm. min. 32, 7* 5 arcti *Isengrinius* 8 quicquid *Cam.* 9 tui] *Scaliger*, sui *Camers* 12 posses *Claverius* 13 decoepta *Cam.* uarii] uani *Heinsius* solertia *Cam.* 15 partus] patris *Barthius* 16 attonti *Cam.*, *correxit Camers in appendice G IIII recto.* 17 uisu] cursu *Riesius* 20 recoepti *Cam.* 23 non] *Gesnerus*, nam *Cam.* 24 refusa] reclusa *Heinsius*, retusa *idem*, repulsa *Buechelerus* 25 partemque *Claverius* 27 insons] *suspectum iam Barthio;* idem *vel* idem es *conieci.* 28 tocies *Cam.*, toties *Isengrinius* 29 Quid nisi pro cunctis? *Cam.;* Quis nisi pro cunctis, aliter quis *cqs. conieci;* Qui nisi praestares aliud *cqs. Claverius p. 251 v. ex libris excusis (?) adfert ut refellat. Scaliger multa deesse notaverat.*

XXI *Ex ed. Camertis quatern. C fol. III r. (= fol. 169 r.), qui* Claudiani m. Christi *inscriptum habet. Ex Camerte autem assumpsisse videtur Isengrinius, ex hoc Claverius. Fragmentum putat Gesnerus.*

Dant tibi Chaldaei praenuntia munera reges:
Myrrham homo, rex aurum, suscipe tura deus.
Permutat lymphas in vina liquentia Christus,
Quo primum facto se probat esse deum.
Quinque explent panes, pisces duo milia quinque
Et deus ex parvo plus superesse iubet.
Editus ex utero caecus nova lumina sentit
Et stupet ignotum se meruisse diem.
Lazarus e tumulo Christo inclamante resurgit
Et durae mortis lex resoluta perit.
Nutantem quatit unda Petrum, cui Christus in alto
Et dextra gressus firmat et ore fidem.
Exanguis Christi contingit femina vestem:
Stat cruor in venis, fit medicina fides.
Iussus post multos graditur paralyticus annos
(Mirandum) lectus portitor ipse sui.

XXII.

Marcus amans puerum natum mentitur amare
Vultque pater dici nescius esse pater
Et pietate nefas et amorem velat amore.
Se pietas umbram criminis esse dolet.
'Nate' dies audit, nox et torus audit 'amice',
Et pro temporibus nomina mutat ei.
Stulte, quid ignaro non dicit Cynthia fratri?
Ne credas nocti digna latere diem!

Qui pater est, huic filius est. A lumine primo
Filius a thalamis incipit esse puer.

XXI 3 *Iuvenci I 250:* Tus aurum myrrham regique hominique deoque. 5 *Verg. Aen. V 238:* vina liquentia. 11 et 12 *Iuvenci IV 368:* durae . . morti; *ibid. 391.* 13 *cf. Iuvenci III 117—124.* 14 *cf. ad Rapt. Pros. I 19.*

XXII 3 *Senecae Phaedr. 721:* scelere velandum est scelus.

---

3 praenuncia *Cam.* 4 Mirrham *Cam.* thura *Cam.* 7 millia *Isengr.* 9 caetus *Cam.*, caecus *Isengrinius* sentit] *scripsi; ubique enim tempus praesens:* sensit *Camers.* 14 foemina *Cam.* 16 fidis *Cam.*, fide *Buechelerus; sed cf. evang. Marc. V 34 unde sumpta de muliere historia: ἡ πίστις σου σέσωκέν σε et antea ibid. v. 29: ὅτι ἴαται ἀπὸ τῆς μάστιγος.* 17 Paraliticus *Cam.* 18 lectus *Camers,* lecti *Isengrinius ex coniectura, ut videtur; item Claverius.*

XXII *Exstat in codice nullo (cf. Riesii anth. II p. XXVIII). Tradidit Binetus ed. Petron. p. 125 Dous.:* „Epigrammata . . . Claudiani in lucem deponam. Verum huius, credo, auctoris adscribam et illud, quod ad manum fuerit ex V. C. Cuiaciano: „Marcus amans" *eqs. Fidem Bineto derogabat Barthius (p. 1072).*
5 torus] totus *cod. Cuiac.; corr. Binetus* 7 cincia *cod.; corr. Bin.* *V. 8 sic accipias: „Ne credas nocti id, quod dignum est latere diem". V. 9 et 10 partem alius carminis sive „assutitios" esse dixit Barthius.* 9 pater] puer *Meyerus* huic] hic *Patissonius* lumine] *Patissonius,* limine *cod.*

CARMINA GRAECA.

Γιγαντομαχία.

Fr. I.

Εἴ ποτέ μοι κυανῶπιν ἐπιπλώοντι θάλασσαν
καὶ φρεσὶ θαμβήσαντι κυκώμενα βένθεα πόντου
εὔξασθαι μακάρεσσιν ἐφήλυθεν εἰναλίοισι,
φωνῆς δὲ πταμένης ἀνεμοτρεφὲς ἔσβετο κῦμα·
λώφησεν δ' ἀνέμοιο βοή, γήθησε δὲ ναύτης
ὀσσόμενος μεγάλοιο θεοῦ παρεοῦσαν ἀρωγήν·
ὣς καὶ νῦν δὴ Φοῖβε (σὺ γὰρ θεὸς ἔπλευ ἀοιδῆς)
εὔξομαι αὐδήεντα κατάπλοον εὐεπιάων.
ἵλαθι καί μευ ἄκουσον, ἐπεὶ σέθεν εὐμενέοντος
παυρότερον δέος ἐστὶν ἐπ' ἐλπίσι λωιτέρῃσιν.
ὣς γὰρ δὴ πέλαγος μὲν Ἀλεξάνδροιο πόληος
πάντοθεν ἐκτέταται, τὰ δὲ μυρία κύματα λαῶν
ὄρνυτ' ἐπ' ἀλλήλοισιν, ἐγὼ δέ τε δεινὸς ἀοιδὸς
μουσοπόλος ναύτης Ἑλικωνίδι νηὶ πιθήσας
ἰθύνω πρὸς ἄεθλα, φέρω δ' ἔπι φόρτον ἀοιδήν.
εἰ δὲ θεῶν βουλῇσιν ὑφ' ὑμείων ἐθελόντων
ἡμετέροις ὕμνοισιν ἐπιπνεύσειας ἔπαινον

Fr. II.

[Ἄλλος μὲν πίτυν ἄντα Διὸς μεγάλοιο τινάσσων]
εὐρὺν ἐς αἰθέρα πέμπε θεημάχον, ἡ δὲ ῥιφεῖσα

2 cf. Il. 15, 625. 5 cf. Odyss. 24, 48. 12 cf. Aeschyl. Sept. 114 et 1077. 13 cf. Il. 3, 172 al. 15 cf. anthol. Pal. VI 328. 17 cf. anthol. Pal. I 16, 1.

I *Κλαυδιανοῦ γιγαντομαχία inscriptum fuit in cod.*

1 *Εἴ ποτε] expectes Ὡς ὅτε* 5 *λώφησεν] Iriarte, λώφησε cod. βοή] βίη Koechly.* 7 *ὡς cod. δὴ Φοῖβε] ita temptavi, δή με cod.; cf. epigramma I infra quod sequitur v. 1. σὺ γὰρ] ita scripsi; σὺ γὰρ δὴ cod.; ὣς καὶ νῦν σε, σὺ γὰρ δή μοι θεὸς Koechly; ὣς καὶ νῦν δὴ ἐγώ, σύ τε γὰρ θεός Schenkl; ὣς καὶ νῦν Διδυμεῦ σε, σὺ γὰρ θεός Ludwich; sed ex analogia versus 3 non σέ, sed σοὶ desideratur; καὶ νῦν, ἥλιε, σοὶ (δὴ γὰρ θ. ἔ. ἀ.) Buechelerus.* 9 *ἴλλαθι cod.* 11 *ὡς cod. μὲν] μέγ' Buechelerus.* 13 *δέ τε] Koechly; δέ τοι cod. δεινὸς] δειλὸς Koechly.* 15 *ἰθύνων cod.; corr. Koechly et Schenkl. ἔπι] ἐπὶ cod.* 16 *εἰ δὲ] εἴθε ... ἔπαινοι Buechelerus. ὑφ' ὑμείων] mendum subesse videtur; cf. praef. p. LXXI adn. 6.* 17 *ἔπαινοι Koechly et Schenkl. ἐπιπνεύσειας] scripsi; ἐπιπνεύσειαν cod.; cf. Vergili catal. 9, 61:* si laudem aspirare . . possumus *(Mus. Rhen. 38 p. 517).*

II *Inter fr. I et II spatium 38 litterarum in cod. vacat; desiderantur versus fere 68 numero; cf. praef.* 18 *εὐρὺν ἐς αἰθέρα Schenkl, εὐρὺν δ' ἄρ' ἐς deinde spat. vac. 3 litt. aptum cod. θεημαχον cod., θεημάχος Schenkl; sed accusativus pendere poterat ex v. antecedenti qui qualis esse potuerit adumbrari. ῥιφθεῖσα cod.*

τέφρη γίνεται αἶψα συναντήσασα κεραυνῷ·
ἄλλος δ' Ἠελίοιο καταντίον ἵστατ', ἀπειλῶν
μαρψέμεναι, λοξῇσι φάος γλήνῃσι δεδοικώς,
τῷ δ' ἐφέηκ' ἄκριν, γλαυκὰς δ' ἐκάλυψεν ὀπωπάς·
νήφρονες, οὐδὲ μόθου τέλος ᾔδεσαν, ἀλλὰ πεσόντες
αὐταῖς αἷς φορέεσκον ἐτυμβεύοντο βολῇσι.
Διψήσας δὲ γίγας (πιέειν θέλε νήχυτον ὕδωρ)
εἷλε μάλ' ἐς ποταμὸν τάνυσεν πολυχανδέα δειρήν,
ἕλκε δὲ χεύματα πάντα κυλινδομένοιο ῥόοιο,
ἄχρι δὲ πηγάων ὑπεδέξατο μυρίον ὕδωρ
ἑσπόμενον προχοῇσιν ἀπολλυμένου ποταμοῖο.
ἄλλος δ' αὖ πρηνής τε πεσὼν ἐπὶ κύματα πόντου
πῖνεν ὑπὸ στομάτεσσι ποτόν· κελάρυζε δὲ λαιμὸς
Νηρέος ἁλμυρὸν οἶδμα δι' ἀνθερεῶνος ὀδεῦον.
πινομένου δὲ βυθοῖο καὶ ὕδατος ὀλλυμένοιο
γυμνώθη μέγα βένθος, ἐχερσώθη δὲ θάλασσα.
Κούρης δ' ἄντα δύω γλαυκώπιδος ἀτρυτώνης
γηγενέες μάρναντο· φέρεν δ' ὁ μὲν οὔρεος ἄκρην,
αὐτὰρ ὅ γ' ἠλίβατον πέτρην ἀνάειρε μεμαρπώς.
τοὺς δὲ θεὰ κατέπεφνε δορυσσόος οὐχ ἑνὶ πότμῳ·
τοῦ μὲν γὰρ στέρνοιο διήλασε μείλινον ἔγχος,
τῷ δ' ἄρα λάινον ἔργον ἐπ' ἀσπίδος ὀμφαλοέσσης
Γοργοῦς δεῖξε κάρηνον· ὁ δ' ὡς ἴδε γυῖα πεδηθεὶς
ἣ φέρεν ἐν παλάμῃσιν ὁμοίιος ἵστατο πέτρῃ.
Κύπρις δ' οὔτε βέλος φέρεν οὐχ ὅπλον, ἀλλ' ἐκόμιζεν
ἀγλαΐην· θεμένη γὰρ ἐπ' ὄμμασιν ἄγγελον αὐγὴν
πρῶτα μὲν ἀπλεκέας περόνῃ διεκρίνατο χαίτας
καὶ πλεκτὰς ἔσφιγξε πυκνῷ περιπλέγματι σειράς,
στίλβει δ' ὀφθαλμῶν ἐρατοὺς ὑπεγράψατο κανθούς.

21 *cf. Nonni dion. 13, 392.* 30 *cf. Il. 12, 396; Aesch. Prom. 1048.* 31 *cf. Odyss. 9, 354 al.; et anthol. Pal. IX 129:* ἀργαλέον δὲ ἀνθερεὼν κελάρυζε. 32 *cf. Nonni dion. 18, 60 sq.; de* ἀνθερεὼν *cf. Meineke Anal. Alexandr. p. 91.* 34 *Tzetzae chil. II 27:* τὴν θάλασσαν χερσώσας. 37 *cf. Il. 15, 273.* 39 *cf. Il. 5, 655, al.* 40 *cf. Il. 4, 448, al.* 41 *cf. Il. 13, 435.* 45 *cf. Plutarchi Rom. 15:* τὴν κόμην διακρίνειν. *Nonni dion. 42, 87:* πλόκαμοι . . ἀπλεκέες. 46 *cf. Odyss. 22, 175.*

19 γίνεται αἶψα] *temptavit Schenkl;* γίνεται *dein spat. vacuum 3 litt. aptum cod.;* γίνετο πᾶσα *Koechly.* 21 λοξῇσι] *M. Schmidt Philol. XVIII 231, item Koechly:* δόξης *cod.* δεδορκώς *Schmidt et Schenkl.* 22 τῷ δ' ἐφέηκ'] *Ludwich:* τῷ δ' ἐφῆκ' *cod.* ἄκριν] *scripsi:* ἀκτῖνα *cod.: post* ἀκτῖνα *intercidisse duo hemistichia coni. Koechly et Ludwich.* ἐκάλυψαν *Koechly: sed cf.* ὄσσε καλύπτων *Iliad. XVII 136: itaque claudit oculos gigas, postquam montis arcem in Solem iecit vel dum iacit; id quod facimus omnes si in solem oculos derigimus.* 23 νήφρονες] ὀφρύες *Koechly: sed* ὀφρύες *non possunt* καλύπτειν ὀπωπάς; ἄφρονος *temptavit idem. Immo* νήφρονες *novum (sicut* περίπλεγμα *v. 16), sed bonum vocabulum illos* ἄλλος μὲν, ἄλλος δέ *comprehendit.* 24 φορέεσκον *Ludwich; sed cf. v. 42* ἣ φέρεν. 25 πιέειν κτλ.] *de parenthesi cf. v. 70.* 26 μάλ'] λ *e corr. cod.;* εἷλε δ' ἄρ' *Koechly.* τάνυσε *cod.* 27 εἷλκε *Koechly.* 28 ὑπεδέξατο] *Koechly:* ὑπεδέχνυτο *idem:* ὑπεδέχετο *cod.* 30 τε] γε *Schenkl.;* ἄλλος δ' αὖτε πεσὼν πρηνὴς *Koechly.* 31 λαιμῷ *Koechly: anthologiae exemplum contulit Buechelerus.* 32 Νειρεος *cod.; corr. Iriarte. ante* οἶδμα *cod.* ὕδωρ, *sed del.* ὀδεύων *cod., corr. Koechly.* 33 ὕδατος *cod.* 40 ἐπ'] ὑπ' *cod.; corr. Koechly: idem* λαινότερον. 41 ἴδε] ἶδε *cod.* 42 ἣ φέρεν] *Koechly:* ἤφερεν *cod.* παλάμῃσιν *cod.* 43 οὔτε] οὔτε *Ars.* οὐχ] οὐθ' *Heinsius* 44 αἴδὴν *Ars.,* αἴγλην *Torodaeus.* 45 πρῶτον *cod.,* πρῶτα *Ars.* περόνῃ *Ars.,* πορον *cod.* διεκρίνετο *cod.:* διέκρινε *Ars.; corr. Gesner.* 46 ἔσφιξε *cod.* πυκνῷ *Ars.* περὶ πλέγματι *cod.,* περὶ πλέγμασι *Ars.* σειρεὺς *Ars.* 47 στίλβει *cod.,* στίλβει *Ars.;* στιμμεῖ *Koechly;* στίλβῃ *Pyrrho.* ὀφθαλμοῖς *Ars., sed corr.*

λεπτὰς δ' εὐανέμοιο ῥαφὰς χαλάσασα χιτῶνος
πορφυρέων οὐ κρύπτεν ἐφ' εἵμασιν ἄνθεα μαζῶν
ὄμματος εἰς ἄγρην ὡπλισμένη· εἶχε γὰρ αὐτὴ
πλέγμα κόμην, δόρυ μαζόν, ὀφρῦν βέλος, ἀσπίδα κάλλος,
ὅπλα μέλη, θελκτήριον ἐν ἄλγεσιν· εἰ δέ τις αὐτῇ
ὄμμα βάλοι, δέδμητο, βέλος δ' ἀπὸ χειρὸς ἐάσας
ὡς Ἄρεως αἰχμῇ τῇ Κύπριδος ὤλλυτο μορφῇ.
Καὶ τὸν μὲν θανάτου νέφος ἔννεπεν· ἀλλὰ Τυφωεὺς
ὦρτο Ποσειδάωνος ἐναντία· τοῦ δὲ τριαίνῃ
στέρνα Ποσειδάων, Ζεὺς δ' ἤλασε κρᾶτα κεραυνῷ.
Ἐγκέλαδος δ' οὐ λῆγε μάχης, ἀνὰ δ' ἥρπασε νῆσον
πρόρριζον πολέεσσιν ἐρειδομένην ὀρέεσσι,
δεινὰ δ' ἀπειλήσας Ζηνὸς κατέναντα βεβήκει,
σπεῦτο δὲ γαῖαν ὅλην μὲν ἀναρρῆξαι κενεώνων,
ἄστρα δὲ συγχεῖαι, Ζηνὸς δὲ μέλαθρον ἐρύσσαι·
τοῖα δ' ἀπηπείλει. τῷ δὲ σθένος ὤρορε μήτηρ
ἡ μὲν ἀνασχομένη χθόνιον βέλος, ἠελίου τε
νῆσος ἀνερχομένη σκίασεν φάος, ἐν δέ τε νήσῳ
δένδρεα καὶ ποταμοὶ θῆρές τ' ἔσαν ὄρνιθές τε.
καὶ τότ' ἄνακτα θεῶν χόλος ἄσπετος ἐστυφέλιξε·
ῥῆξεν γὰρ τετυφὼς νεφέλας συχνοῖς τε κεραυνοῖς
ἀσβέστους πυρόεντας ἐπ' Ἐγκελάδῳ χέεν ὄμβρους
(ἤθελ' ἀμαλδύνειν)· ὁ δὲ μεσσόθεν ἔνθορε πόντου
αἰθόμενος, τῷ δ' ἀμφὶ περιζείουσα θάλασσα
δεινὸν παφλάζεσκε κυκωμένη ὡς πυριθαλπής·
οὐδὲ Κρονίων λῆγε, Λυκαονίης δ' ἀπὸ γαίης
πέτρον ἀπορρήξας ὀλοῷ ἐπέθηκε γίγαντι

48 anthol. II 185: πέπλοι .. κεχαλασμένοι. 51 cf. Nonni dion. 35, 24 sq. 55 cf. Il. 16, 350. Od. 4, 180. 56 cf. Il. 11, 129. 60 Aesch. Sept. 426: ἀπειλεῖ δεινά. 69 πῦρ ἄσβεστον Dion. Hal. antiqu. I 76: πυρὸς ὄμβροι Oppiani hal. III 22. 71 sq. anthol. Pal. IX 632: φλοξὶν δὲ περιζέη .. ἔνερθεν .. πυριθαλπὲς ἐρεύγεται ἰκμάσιν ὕδωρ. 73 Il. 21, 248: οὐδέ τ' ἔληγε μέγας θεός. cf. μένος ἄσχετος Odyss. 2, 85, al.

